Raccolta Vill.
E. 7[110]

Digitized by Google

BULLARUM
PRIVILEGIORUM AC DIPLOMATUM
Romanorum Pontificum
AMPLISSIMA COLLECTIO


Cui acceſſere Pontificum omnium Vitæ, Notæ, & Indices opportuni.

OPERA ET STUDIO

CAROLI COCQUELINES

TOMUS QUINTUS
PARS PRIMA.

Ab Anno IV. SIXTI V. uſque ad Annum II. CLEMENTIS VIII. ſcilicet ab Anno 1588. ad 1593.



ROMÆ, MDCCLI.

TYPIS, ET SUMPTIBUS HIERONYMI MAINARDI.

SUPERIORUM FACULTATE, ET PRIVILEGIO SANCTISSIMI.

Digitized by Google

Digitized by Google

Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo Principi

JOANNI BAPTISTÆ
CARDINALI
MESMERO.

HIERONYMUS MAINARDI
FELICITATEM.

MUltis nominibus me Tibi, EMINENTISSIME PRINCEPS, devotum publico aliquo, pro virium tenuitate, monumento ut teſtarer, ſollicitus quærebam, cum mihi auſpicatò contigit, ut prela mea, quæ diutiùs quàm par videbatur, variis obnitentibus caſibus à conti-

Digitized by Google

nuatione Magni Bullarii Romani requieverant, Partem Primam Tomi Quinti hiſce diebus tandem abſolverint. Quod mihi ſors objicit, feſtinans arripio, & volumen hoc, votis meis facturus ſatis, Nomini tuo nuncupatum effero. Nec tuæ officere virtuti publica hac grati animi ſignificatione verebor; Quamvis enim, quo Te facilem illa rapit in Patrocinium oppreſſorum, eo difficilius Te ſinat quocumque obtentu beneficiorum recordationem perferre: hæc tamen, quam edo, Tuorum in me eſt hujuſmodi, ut à Te nec interdici, nec rejici ullo modo queat. Eſt enim Celſiſſimæ illius Dignitatis, quâ uteris, illas Conſtitutiones, ex quibus rectum Eccleſiæ Regimen comparatur, omni ratione, & tutari, & intactas ad Poſteros tranſmittere. Hoc Te autem arctius urget Officium, cum hanc tantam dignitatem non Tibi otioſo ſors & favor, ſed Tutemet, maximis Muneribus, & Magiſtratibus ſummo zelo, integritate, ac fama obitis, quin ſpectaveris, eam Tibi confeceris; Vel enim Te inſpicio, cum in Sacro Rotæ Tribunali Studiis Juriſprudentiæ & exquiſitis, & perfectis, Cauſas in Curia Romana omnibus plaudentibus agebas: Vel Te jam Præſulem ejuſdem Curiæ, modò XII. Virum Utriuſque Signaturæ Juſtitiæ, & Gratiæ, modo Locumtenentem Auditoris Cameræ, modò Clericum ejuſdem; & Te video doctrina conſpicuum, Judicem integerrimum, publicæ commoditati ac rei unicè ſtudentem omnium oculos in Te

con-

convertere, editis pluribus eximiiſque Juſtitiæ, ac Fortitudinis exemplis. Hinc Romà Annonæ Caritate laborante, ad Te Unum confugitur, nec irrita ſpe; Vix enim, ut malis urgentibus Te opponeres, Marchiæ Provincias pervadis, & Romæ jam ipſum Caritatis Frumentariæ nomen obſoleſcit: Româ incommodis, ac lutoſis viis utente, itur ad Te, Viarum Præſes deſignaris, & ſub Te novo viarum ordine a Pontifice CLEMENTE XII inducto, novæ illæ ferè omnes incredibili c eleri tate ſternuntur, ut jam cum ceteris Urbis magnificentiis certent, & Advenis admirationi æquè ſint. Quid plura? Difficiliora jam ad Te munera, ac Magiſtratus acervatim deferuntur, Tu omnibus Congregationibus C. A., & Baronum adſcriptus, Tu in Tribunali S. Pœnitentiariæ Datarius, Annonæ Præfectus, Theſaurarius Generalis C. A.; quæ & quanta hiſce muneribus auctus in publica commoda non excogitaſti, non ſumſiſti, non perfeciſti? Deeſſet Verborum copia, tempus deeſſet, ſi in ſingula vel excurrerem: dicam ſolum ea fuiſſe hujuſmodi, ut tandem anno 1747. unis ſummis tuis meritis promoventibus, & geſtantibus Te ad Cardinalatum beneficio BENEDICTI XIV. feliciter Regnantis evexerint: Sed quem tamen geris (& geras Eccleſiæ bono, & Proborum ſolatio in ſeram ſenectam, & dum ſatietate vivendi Natura ipſa explenda ſit) ut non laboribus ſummis premium, ſed in illis majorem auctoritatem conſecutus tantummodo videare

deare

deare. Quæ cum ita ſint, libero jam prorſus animo, & voce audebo Donum hoc meum Tibi EMINENTISSIME PRINCEPS ſiſtere, ac offerre; Nec metuam, quin Doni ipſius merito perenne hoc grati animi mei Teſtimonium Clemens ſuſcipias, & me continuo tuo Patrocinio ſuſtentes, ac tuearis.

IN-

Digitized by Google

INDEX
CHRONOLOGICHUS
PONTIFICUM,

Quorum Bullæ in hac Tomi Quinti Parte Prima continentur.

SIXTUS V.	Anno 1588.	Pag. 1
URBANUS VII.	1590.	245
GREGORIUS XIV.	1590.	246
INNOCENTIUS IX.	1591.	324
CLEMENS VIII.	1592.	333

IN-

Digitized by Google

INDEX
ALPHABETICUS
PONTIFICUM,

Quorum Bullæ in hac Tomi Quinti Parte Prima continentur.

CLEMENS VIII.	habet Conſtit.	LXXVI.
GREGORIUS XIV.	habet Conſtit.	LXVI.
INNOCENTIUS IX.	habet Conſtit.	VI.
SIXTUS V.	habet Conſtit.	LII.
In Appendice	habet Conſtit.	L.
URBANUS VII.	habet Conſtit.	I.

Digitized by Google

INDEX
RUBRICARUM BULLARUM, ET PRIVILEGIORUM OMNIUM
Quæ in hac Tomi Quinti Parte Prima continentur.

Quæ in hoc Indice ☞ deſignantur, erant in Editione Cherubini.

SIXTUS V.

CXXV. ☞ DE Tertiis decies centenis millibus nummum aureorum, in Arce Sancti Angeli repoſitis, inde nullo umquam tempore, niſi in præſcriptis caſibus, certaque deſuper ſervata forma depromendis. Pag. 1.

CXXVI. Revocatio licentiarum per Miniſtros generales, aut alios Superiores quorumcumque Monaſteriorum Ordinis Heremitarum S. Auguſtini in Regnis Hiſpaniarum, quibuſcumque Fratribus dicti Ordinis poſſidendi redditus, ac pecunias penes ſe retinendi conceſſarum cum prohibitione, ut in poſterum tales licentiæ concedantur. 3

CXXVII. Approbatio Congregationis Clericorum Regularium Minorum, cum aliquarum gratiarum conceſſione. 4

CXXVIII. ☞ Canonizatio S. Didaci Conſ. Ord. Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia Profeſſoris, ſuæque Feſtivitatis inſtitutio pro die 12. menſis Nov. quotannis celebrandæ. 5

CXXIX. Mandatur omnibus Congregationum Lateranen., Caſſinen., Carthuſianorum, Camaldulen., Montis Oliveti, S. Petri ad Vincula, Cruciferorum, S. Salvatoris in Lauro, & S. Georgii in Alga, Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, ac Abbatiſſis, & Prioriſſis quatenus Inventarium bonorum, reddituum, ac Scripturarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum ſuorum reſpective Ordinum conficere, illaque ad Archivia Monaſteriorum ſuæ Congregationis in Urbe exiſten. deferre curent. 13

CXXX. ☞ Inſtitutio Archiviorum Scripturarum, in quibuſcumque Civitatibus, & locis Status Eccleſiaſtici, Alma Urbe, & Bononia exceptis, & erectio officii Regentis dictorum Archiviorum, cum juriſdictionis, & privilegiorum aſſignatione. 15

Sequitur erectio Officii Regentis ſupradicti Archivii cum Juriſdictionis, & Privilegiorum conceſſione. 17

CXXXI. ☞ Prohibitio conferendi Canonicatus, & Præbendas, ac Dignitates Eccleſiæ Valentinæ, ſpuriis, aut illegitime natis, quamvis legitimatis, & natalibus reſtitutis. 19

CXXXII. ☞ Exemptio Congregationis Monachorum Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti, a Juriſdictione Sacriſtæ Hoſpitalis B. Mariæ Virginis Annunciatæ Neapolitan. cui Leo X. dudum univerat. 20

CXXXIII. ☞ Juriſdictio Judicis Cauſarum, & Litium Hoſpitalis pro recipiendis piæque alendis Mendicis per Urbem vagantibus. Et ampliatio exemptionis ei conceſſæ, auctoritatiſque Adminiſtratorum ejus. 21

CXXXIV. ☞ Contra abortum quovis modo procurantes, aut ſterilitatis potiones dantes, vel ſumentes, eiſque auxilium, conſilium, ſive conſenſum præſtantes. 25

CXXXV. ☞ Inſtitutio Feſtivitatis SS. Placidi, & Sociorum Martyrum Profeſſorum Ordinis Monachorum S. Benedicti, ubique ſimplici, & in Meſſanen. Civitate duplici officio die 5. menſis Octobris celebrandæ, ac etiam die 4. menſis Auguſti in Eccleſiâ Meſſanen. ubi eorum corpora nuper reperta fuerunt. 27

CXXXVI. ☞ Collegii Montis Alti pro quinquaginta ex Provincia Marchiæ Scholaribus, in Civitate Bononiæ erectio cum beneficiorum, & annuorum redditnum, privilegiorumque. & exemptionum elargitione, Judiciſque, & Protectoris deputatione, facultatibuſque, & juriſdictione. 29

CXXXVII. Congregatio Portugalliæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Hieronymi unitur Congregationi S. Bartholomæi de Lupiano dicti Ordinis Regni Hiſpaniarum, & deinceps ſub eadem regulari diſciplina, & uno Generali triennali, qui alterius vicibus ex ambabus Congregationibus eligatur. 37

CXXXVIII. Quod Eccleſiæ Parochiales, ſive Vicariæ perpetuo unitis Monaſteriis Canonicorum Regularium Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis exiſten. non per Ordinarios locorum, ſed per Superiores ejuſdem Congregationis providenda ſint juxta Conſtitutionē Pii V. 38

CXXXIX. ☞ Fructus beneficiorum Regni Neapolis, tempore obitus Beneficiatorum, qui cum Camera Apoſtolica ſuper ſpoliis tranſegerunt, pendentes, vel non exacti, non ad eorum hæredes, vel Capitulum, & Clerum, ſed ad ipſam Cameram ſpectant. 39

CXL. ☞ Contra Clericos male, aut Simoniacæ promotos, & Epiſcopos, & alios in ordinum collationes peccantes. 42

CXLI. ☞ De Habitu, & Tonſura Clericorum, & Militum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium. 42

Sequitur declaratio quoad aliquos Papæ Familiares, Militeſque, & Officiales Romanæ Curiæ, & penſiones non ultra 60. ducatos obtinentes. 44

CXLII. Triennale Capitulum Generale Congregationi Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ſt. tutum. 45

Digitized by Google

CXLIII. Statuitur, quod decretum factum in Capitulo generali totius Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia in Urbe celebrato, videlicet, quod Abbatiſſæ Monaſteriorum dicti Ordinis in earum officiis permaneant ad triennium tantum, in omnibus Monaſteriis S.Claræ quarumvis Provinciarum ad unguem obſervetur. 46

CXLIV. Pœnæ, & confiſcationes maleficiorum cujuſque Civitatis, & Terræ Status Eccleſiaſtici, locorumque ei ſubjectorum, applicantur Rev. Cameræ Apoſtolicæ, cum nonnullis ſtatutis, & ordinationibus, circa earum exactionem, atque diſtributionem obſervandis. 47

CXLV. Inſtitutio Rotæ in Civitate Maceratenſi, Provinciæ Marchiæ Status Eccleſiaſtici, ad cognoſcendas lites dictæ Provinciæ. 52

Sequitur tenor Conſtitutionis circa erectionem & conceſſionem Notariatuum, & Curſoratuum Rotæ. 58

CXLVI. Erectio Monaſterii S. Adriani de Urbe pro Ordine Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum cum conceſſione omnium gratiarum, & Indultorum quibus alii Fratres aliorum Monaſteriorum dicti Ordinis gaudent. 60

CXLVII. Ut electio Provincialis, & aliorum Officialium Ordinis Fratrum Prædicatorum in Provincia *del Perù* Indiarum fiat juxta Concilii Tridentini Decreta. 61

CXLVIII. Confirmatio Statutorum, & Privilegiorum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 62

CXLIX. Mandatur nunc, & pro tempore exiſtenti Venetorum Nuncio, ut omnes electiones Eccleſiarum Parochialium hactenus factas, & pro tempore faciendas, ſi eos idoneos repererit juxta Decreta Sacri Concilii Tridentini confirmet. 63

CL. Erectio Eccleſiæ Epiſcopalis Civitatis Firmi, in Provincia Marchiæ, in Eccleſiam Archiepiſcopalem. Ibid.

CLI. Quod Fratres, & Moniales Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Congregationis Diſcalceatorum in Italia, recitare valeant Horas Canonicas juxta Ritum Breviarii Romani reformati, prætermiſſo Ordinis uſu, & celebrandi feſta Sanctorum dicti Ordinis etiam in Kalendario Romano non deſcriptorum. 66

CLII. Quod Archiconfraternitas Pietatis Carceratorum a Gregorio XIII. in Urbe inſtituta habeat Officium Proviſoris condemnatorum ad triremes totius Status Eccleſiaſtici. Et etiam Officium Viſitatoris Carcerum Urbis, ab ejus Præfecto exercendum, poſſitque annis ſingulis ſecunda Feria poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, unum Carceratum etiam pro capitali crimine damnatum liberare. Ibid.

Sequitur declaratio dictæ conceſſionis. 68

Sequitur indultum liberandi Carceratum. Ib.

Sequitur Privilegium Præfecti hujus Archiconfraternitatis intereſſendi Viſitationibus Carcerum Urbis. 69

CLIII. Nonnullæ ordinationes ſuper controverſiis inter Civitatem Eſii, & ejus Cives: & Univerſitates, & Homines Caſtrorum Maſſarii, Montis Carotti, Belvederii, & aliorum Comitatus Eſii exortis. 70

CLIV. Confirmatio Taxæ Sportularum in cauſis omnibus in Civitate Fanen. judicandis debitarum tam Judicibus Ordinariis, quam Commiſſariis. 73

CLV. Confirmatio unionis Congregationis Sancti Ambroſii Mediolanen., & S. Barnabæ Provinciæ Marchiæ, & Genuæ ſub Regula S. Auguſtini cum nonnullis conventionibus inter ipſas initis. 75

CLVI. De electione Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris, Ordinis Sancti Auguſtini. 76

CLVII. Confirmatio venditionis loci pro fabricandis Carceribus in Urbe, ut Clericis, Religioſis, Hæbreis, & Chriſtianis delinquentibus diſtinctus carcer aſſignari poſſit. 77

CLVIII. Indultum, ut Decani, Archidiaconi, & Canonici, ac alias Dignitates obtinentes in Mexican., & aliis Eccleſiis novæ Hiſpaniæ, & Inſularum Philippinarum Maris Oceani, ab Ordinariis locorum, vel quibuſvis aliis cogi non poſſint per tres menſes juſtis tamen, & rationabilibus de cauſis ad reſidentiam perſonalem in ſuis Eccleſiis. 79

CLIX. Confirmatio Erectionis Seminarii Clericorum Secularium in Oppido S. Trudonis Leodien. Diœceſis. 80

CLX. Nonnullæ ordinationes pro bono regimine, & gubernio Theſaurariæ novæ, & veteris Bononien. 81

CLXI. Confirmatio concordatorum initorum inter Epiſcopum, & Capitulum Pataviċenſe. 83

CLXII. Suppreſſio inſtituti Fratrum Scalceatorum S.Franciſci in Italia, eorumque locorum conceſſio Fratribus Minoribus Conventualibus Reformatis, Ordinis ejuſdem S. Franciſci. 88

CLXIII. Confirmatio Synodi Petricovienſis habitæ ab Epiſcopis Regni Poloniæ ſuper electione, & qualitatibus eligendi in Regem, ac promovendorum ad Epiſcopatus. 89

CLXIV. Declaratio Conſtitutionis Gregorii XIII. ſuper concordatis Germaniæ in proviſione Beneficiorum obſervandis: ſeu de publicanda proviſione Apoſtolica intra tres menſes notæ Vacationis. 91

CLXV. Reſtitutio Taxæ Equorum ad formam illius, quæ impoſita jam fuit a Paulo Papa IV. cum præſcriptione formæ eam exigendi. 93

CLXVI. Alienationes officiorũ, ſeu jurium, & emolumentorum, officiis etiam majoribus S.R.E. annexorum, ab Officialibus contra formam eorum primævæ erectionis factæ reſcinduntur, & in poſterum fieri prohibentur. 95

Sequitur declaratio, & confirmatio Officiorum Vice-Cancellarii S. R. E. 99

CLXVII. Confirmatio nonnullorum Decretorum per Commiſſarium, & Viſitatorem in Provincia Romandiolæ deputatum factorum, pro bono regimine, & Gubernio Comitatus, & Civitatis Cæſenaten. 101

CLXVIII. Juriſdictio, & facultates Theſaurarii generalis Romani Pontificis, & Collectoris Spoliorum ad Rev. Cameram Apoſt. quoquo modo ſpectantium. 105

CLXIX. De Aquæ Felicis mox ad Urbem conductæ ratione, & cura demandata Congregationi S.R.E. Cardinalium inſtitutæ ad Aquas, Vias, Ponteſque curandos; ac de Officin, &

mu-

Digitized by Google

munere Civium Romanorum ejuſdem Aquæ Viſitatorum. 113
CLXX. Card. Comenſi Archipresbytero Eccleſiæ ☞ S. Petri de Urbe, cognoſcendi cauſas, tam dictam Eccleſiam, ejuſque perſonas, quam ejuſdem Fabricam quomodolibet concernentes, & facultas, & juriſdictio conceditur. 117
CLXXI. Erectio Burgi Felicis, S. Bernardi in Re- ☞ gione Montium Almæ Urbis, & privilegia pro inibi Habitantibus, & Ædificantibus. 120
CLXXII. Privilegium Fratrum Militum S. Ste- ☞ phani, quod etiam bigami, & abſque habitu Clericali incedentes annuas penſiones Eccleſiaſticas, uſque ad docatos ducentum retinere, & transferre poſſint. 122
CLXXIII. Inſtitutio Præpoſiti, Sacriſtæ, Cappel- ☞ lanorum, Clericorum, & Oſtiarii, ad Scalas Sanctas, prope Baſilicam S. Joannis Lateranen. de Urbe. 124
CLXXIV. Confirmantur Conſtitutiones Monialium Congregationis Primitivæ Regulæ Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum editæ in Capitulo habito anno 1581. 130
CLXXV. Confirmatio facultatis Vice-Camerario conceſſæ ſuper cognitione cauſarum appellatorum damnorum datorum ſupra Summam decem ſcutorum in toto Statu Eccleſiaſtico interponendarum. 145
CLXXVI. Conceſſio diverſorum Privilegiorum, & gratiarum Civitati, Civibus, & Incolis Civitatis Lauretanæ. 147
CLXXVII. Inſtitutio Univerſitatis Studii genera- ☞ lis diverſarum ſcientiarum, & bonarum artium, in Collegio Presbyterorum Societatis Jeſu, a Carolo Auſtriæ Archiduce in Oppido Græcen. Salzburgenſis Diœceſis fundato, & a Gregorio XIII. erecto, cum redituum aſſignatione, & privilegiorum elargitione. 148

IN APPENDICE.

I. Erectio Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ in loco de Almerin. a Regia Cappella diſtinctæ cum aſſignatione dotis pro Rectore, duobus Cappellanis, ac Theſaurario. 153
II. Conceſſum a Paulo PP. III. Anconitanæ Communitati jus eligendi, amovendique Notarios pro Cauſis Civilibus confirmat. 155
III. Committitur Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ut Monaſteria Monialium ſuarum Diœceſum viſitent, appoſitaque Cratibus ferrea lamina, nonulla ſtatuant ſuper Locutoriis, Colloquiiſque earumdem Monialium. 156
IV. Confirmatio cujuſdam Statuti a Capitulo Hildheſeimen. editi ſuper forma probationum nobilitatis a novis Canonicis faciendarũ. 157
V. Regularibus Ordinum, etiam Mendicantium interdicitur acceſſus ad Monaſteria Monialium cujuſcumque Ordinis Ducatus Ferrarien., etiamſi illarum curam gerant, & eorum Juriſdictioni ſint ſubjectæ. 158
VI. Declarat eum Eccleſiæ Præcepto non ſatisfacere, qui a Dominica Palmarum per totam Octavam Paſcatis extra Parochiam ſine licentia proprii Parochi, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumpſerit Sacramentum. 159
VII. Unio officiorum Diaconi, & Subdiaconi Græcorum Cappellæ Pontificiæ Collegio Græco de Urbe cum omnibus honoribus, ſalario excepto: & conceſſio privilegii alumnis ad id deputandis ſuſcipiendi Diaconatus, & Subdiaconatus Ordines extra tempora, non ſervatis interſtitiis, cum Dimiſſoriaribus Rectoris, ad Titulum prædicti Collegii, & a quocumque Catholico Antiſtite. 160
VIII. Confirmatio Statuti a Cardinale Albano, dum Gubernatoris officio in Provincia Marchiæ fungebatur, editi pro Mercatorum ejuſd. Provinciæ indemnitate in deſcriptione bonorum ſub mulierum dote compræhenſorũ. 161
IX. Erectio Præſidatus Montis Alti, cui Terræ Montis Fortini, & Montis Monachi uniuntur; additis nonnullis Statutis, nonnulliſque conceſſis Privilegiis, & Exemptionibus. 162
X. Confirmatio exemptionis a diverſis Romanis Pontificibus conceſſæ Collectori Generali, & Subcollectoribus Hiſpaniarum a Juriſdictione Ordinariorum. 164
XI. Revocatio licentiarum quibuſvis mulieribus cujuſcumque ſtatus, conditionis, & dignitatis exiſten. a quibuſvis etiam Rom. Pontificibus conceſſarum ingrediendi Monaſteria Monialium in Regnis Hiſpaniarum. 165
XII. Clerici, & Presbyteri ſive Seculares, ſive Regulares, in Regno Neapolitano poſſunt, in Tribunali Eccleſiaſtico deponere contra Exploratores Turcarum, & Infidelium, quin incurrant in irregularitatem, quamvis rei mors ſequatur. 166
XIII. Revocatio Conſtitutionis Gregorii PP. XIII. contra committentes Monopolia in Regno Aragonum, quoad pœnas ſpirituales tantũ. Ib.
XIV. Revocatio literarum Gregorii XIII. contra Bandolerios Regni Aragonum in iis, quæ reſpiciunt pœnas ſpirituales in prælaudatis literis enunciatas. 167
XV. Pœna exilii Laicis Regni Aragonum per Regium edictum inflicta extenditur ad Eccleſiaſticos ejuſdem Regni detinentes Archibuſium ad Rotam breviorem quatuor Palmis: injuncto locorum Ordinariis, ut contra delinquentes procedant, etiam tamquam Delegati Sedis Apoſtolicæ. 169
XVI. Confirmantur Privilegia, & Facultates Præpoſito Generali, & Presbyteris S. J. Miſſiones in Indiis exercentibus a Pio PP. IV., Pio V., & Gregorio XIII. conceſſæ, & ad aliud tempus juxta terminos primæ conceſſionis extenduntur. Ibid.
XVII. Confirmatio, & approbatio Breviarii a Capitulo generali Carthuſien. Ordinis emendati, & a Cardinalibus Caraſa, & Montis Regalis recogniti pro ipſo Ord. Carthuſien. 171
XVIII. Confirmatio Literarum Gregorii XIII., quibus Græcis Catholicis Mercaturam Anconæ exercentibus facultas conceſſa fuit Conſulem ſibi eligendi. 172
XIX. Statutum quod officium Miniſtri Generalis Ordinis FF. Minorum de Obſervantia, quod prius ad octennium durabat, impoſterum ultra ſexennium non protrahatur. 173
XX. Confirmatio Literarum Eugenii IV., & Pii V. ſuper facultate conceſſa Officialibus Civitatis Anconitanæ, privative cognoſcendi cauſas ſuorum Civium in prima, & ſecunda Inſtantia. 173
XXI. Theologos Univerſitatis Sorbonicæ adhortatur, ut Libros hæreſi, erroribuſque conſper-

ſperſos exquirant, in edendo Librorum prohibitorum novo Indice adnotandos. 175

XXII. Revocatis nonnullis ſtatutis ab Epiſcopo, & Capitulo Abulenſi editis circa viſitationem, & correctionem Capitularium, ſuppreſſiſque quibuſcumque controverſiis inde exortis, ſtatuta Concilii Tridentini in hujuſmodi materia ſervari mandat. 176

XXIII. Erectio Officiorum Vacabilium Procuratoris, Advocati Fiſcalis, nec non Commiſſarii Generalis fraudum pro Provincia Marchiæ. 179

XXIV. Miniſtro, & Commiſſario Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, inſtituendi Confraternitates Cordigerorum in omnibus Conventibus, & communicandi Indulgentias Archiconfraternitati Aſſiſii erectæ conceſſas, facultas communicatur. 181

XXV. Confirmatio Diſmembrationis Oppidi de *Teruel* ab Archiepiſcopatu Cæſarauguſtan., illius erectionis in Civitatem, & Diœceſim, nec non ſtatutorum nonnullorum, quæ Nuncius Apoſtolicus ediderat, quibus novæ adduntur declarationes. 183

XXVI. Erectio Officii Secretarii, ſeu Cancellarii Gubernatorum Anconæ ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Officiorum. 192

XXVII. Renovatio Literarum Pii V. ſuper erectione Congregationis Ordinis S. Benedicti, & unione Monaſteriorum ejuſdem Ordinis in Regno Portugalliæ, cum communicatione Gratiarum, & Indultorum, aliis ejuſdem Ordinis Congregationibus conceſſorum. 194

XXVIII. Confirmatio nonnullorum Decretorum editorum in Congregatione Camerali pro regimine Civitatis Caſtelli in Provincia Umbriæ. 198

XXIX. Confirmatio conceſſionis officii Nummulariorum Univerſitatibus Artium Urbis. 200

XXX. Quod de cetero perpetuis futuris temporibus in Eccleſiis Parochialibus a Congregatione Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Portugalliæ Regnorum poſſeſſis, Monachi ad vitam non inſtituantur, ſed ad nutum Generalis, & Abbatum dicti Ordinis amovibiles. 203

XXXI. Alumnis Superioris Germaniæ Collegiorum a Gregorio PP. XIII. inſtitutorum conceditur, ut ſine titulo Beneficii, & ſine Literis Dimiſſorialibus ad Sacros Ordines promoveri valeant a quocumque Epiſcopo, accedente ad id Rectorum licentia, & Teſtimonio. 204

XXXII. Indulgetur Duci, & Gubernatoribus Reipublicæ Genuen., ut Triremium Reipublicæ prædictæ Capitanei, aliique eis præſidentes coram Archiepiſcopo Genuen. tantum, & poſt eorum ad Portum Genuenſem acceſſum conveniri poſſit ſuper captione eorum, qui in adulta ætate fidem Chriſtianam abnegarant. Ibid.

XXXIII. Confirmatio concordiæ, & declaratio nonnullarum Conſtitutionum ſervandarum a Capitulo, & Cappellanis Eccleſiæ Lucanæ. 205

XXXIV. Confirmatio erectionis Collegii CCLX. militum Lauretanorum, privilegiorumque eis conceſſorum, quibus alii XL. milites cum iiſdem Privilegiis, emolumento &c. adjunguntur. 207

XXXV. Indulgetur Militiæ de Monteſia Militibus pro tempore exiſtentibus, ut Matrimonium juxta literas Pauli III. contrahere valeant. 214

XXXVI. Decretum ſuper Clauſura conſervanda in Monaſteriis Monialium Archiepiſcopatus Mediolanen. 216

XXXVII. Diſmembratio Guberniorum Civitatum Oſtienſis, & Veliternenſis ab Eccleſia Oſtienſi, & Veliternenſi, ut diſtinctus ab Epiſcopo, & Camera Apoſtolica ſubjectus Gubernator eiſdem præficiatur. 217

XXXVIII. Confirmatio Pragmaticæ ſuper dote, & immoderato luxu in Civitate, & Comitatu Fulginatenſi. Ibid.

XXXIX. Statuitur, quod in perpetuum in omnibus, & ſingulis Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, & Parrochialibus Eccleſiis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Matutina Officia majoris hebdomadæ, & Reſurrectionis Dominicæ, populo præſente, non amplius intempeſtiva nocte celebrentur. 220.

XL. Directum, Supremumque Dominium ſuper Caſtra a Monaſterio Farſenſi dependentia, quæ tamen in Statu Eccleſiaſtico exiſtunt, Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ aſſerit, reſervato eidem Monaſterio, & Abbatibus Dominio utili. Ibid.

XLI. Diverſa Statuta pro Civitate Beneventana. 223

XLII. Confirmatio Synodi Provincialis Mexicanæ. 224

XLIII. Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Colonien. interdicitur, quominus bonorum ad Menſam Capitularem pertinentium locationes fiant ultra triennium. Ibid.

XLIV. Gubernatori Urbis reſtituitur facultas cognoſcendi cauſas civiles una cum Vice Camerario. 225

XLV. Collegio Societatis Jeſu in Civitate Tornacenſi erecto Prioratus de Englos Ordinis S. Benedicti ejuſdem Tornacen. ſeu Bituntinæ Diœceſis unitur. Ibid.

XLVI. Amotis a Monaſteriis vacantibus Ordinis, & Congregationis S. Benedicti in Principatu Roſilionis Adminiſtratoribus a Laica Poteſtate deputatis Œconomos eorumdem Monaſteriorum deputat Præſides Congregationis ejuſdem Ordinis Provinciarum Tarraconen., & Cæſarauguſtan. 227

XLVII. Indultum Archiepiſcopis, & Epiſcopis Portugalliæ conficiendi Criſma cum Balſamo Orientali deficiente Balſamo Vallis Hieryco. 228

XLVIII. Prætori Rotæ Maceratenſis conceditur facultas moderandi Ferias, præterquam ex præcepto S. R. E. indictas. 229

XLIX. Confirmatio Conſtitutionum Domus, ſub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis Solitudinis in Civitate Neapolitana erectæ pro educatione Virginum filiarum Hiſpanorum, ac præcipue Orphanarum. Ibid.

L. Extinctis Controverſiis, quæ inter Cardinalem de Caſtro Archiepiſcopum Hiſpalenſem, ejuſ-

ejuſdemque Eccleſiæ Capitulum obortæ fuerant. Conſtitutiones a præfato Cardinali editas, & a Sacra Congregatione Concilii emendatas, cunfirmat, perpetuoque præcipit obſervari. 243

URBANUS VII.

I. Deputatio Cardinalis Puelli in Præfectum Congregationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, ſuper conſultationibus negociorum temporalis ditionis Status Eccleſiaſtici, præpoſitorum. 245

GREGORIUS XIV.

I. Confirmatio Conſtitotioois Pii V. de non alienandis, & infeudandis Terris, & locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

II. Coofirmatio Erectionis Rotæ Avenionen. cum reſtitutione facultatom Ordinariorum ad ipſam Civitatem Avenionenſem, ejuſque Territorium, & cum taxa Sportularum Auditoribus pro cauſarum diverſitate perſolvendarum. 247

III. Communicatio Privilegiorum, nnibus fruitur Congregatio Regularium Theatinorum Congregationi Clericorum Regularium Minorum. 250

IV. Congregationis Concilii facultatem elargitur eos in utroque foro abſolvendi, qui ad Sacros Ordines promoti fuerant eum Dimiſſoriis a ſufficientem facultatem non habentibus obtentis, perceptoſque Eccleſiaſticorum Beneficiorum fructus eis condonandi. 251

V. Moderatio duarum Conſtitutionum Sixti V. ſuper receptione Novitiorum illegitimorum ad Ordines Regulares. 252

VI. Damnatio Sponſiooum, ſeu Excommiſſarum, ſuper vita, morte, & futura electione Summi Romani Pontificis, ac promotionibus S. R. E. Cardinalium. 253

VII. Cardinali Epiſcopo Oſtien., & Veliternen. Decano Sacri Collegii reſtitoitur Gubernium, & temporalis juriſdictio Civitatum Oſtien., & Veliternen. pridem per Sixtum PP. V. ab eiſdem Eccleſiis ſeparata. 256

VIII. Validatio electioois Priorum, aliorumque Geſtorum in Monaſterio S. Laurentii el Real ante publicationem literarum Sixti V. quibus illius Monaſterii ſtatuta confirmabantur. 257

IX. Facultates nonnullæ Cappellano Majori Regiæ Cappellæ Regis Hiſpaniarum, circa Sacramentorum adminiſtrationem, munia Parochialia. 258

X. Diverſæ ordinationes eirca Indos Inſularum Philippinarum ad Chriſtianam fidem converſos. 259

XI. Confirmatio exemptionis Fratrum Militum Sancti Joannis Hieroſolymitani, eorumque Familiarium &c. a ſolutione decimarum, & aliorum onerum. Et extenſio facultatis M. Magiſtri, & Conventus, quoad diſpoſitionem beneficiorum. Ac preſervatio Ordinariorum, quoad perſonas curam animarum habentes. 290

XII. Privilegium a Pio Papa V. conceſſum Civibus Veliternenſibus, ut cauſæ omnes tam civiles, quam criminales in prima, & ſecunda inſtantiis cognoſcantur in ipſa Civitate, in tertia vero inſtantia in Curia, confirmatur, & extenditur ad Cives Oſtienſes. 262

XIII. Cardinali Geſualdo Epiſcopo Oſtien. & Veliternen. conceditur facultas exercendi Juriſdictionem Eccleſiarum Oſtien., & Veliternen. in Romana Curia perinde acſi apud eaſdem Eccleſias, perſonaliter reſideret. 264

XIV. Confirmat, innovatque ea, quæ in Conſtitutionibus Societatis Jeſu ſtatuuntur circa Novitiorum admiſſionem, ac Superiorum electiones; & quidquam ſuper his vetat innovari. 265

XV. Diſſolutio Unionis Brunduſinæ, & Uritanæ Eccleſiarum, remanente Brunduſina Metropolitana, & Uritana ſuffraganea Archiepiſcopi Tarentini. 266

XVI. Forma promovendi ex præſcripto Concilii Tridentini, ad regimina Eccleſiarum Cathedraliom, & aliarum dignitatum, de quibus conſiſtorialiter providetur. 268

XVII. De Immunitate Eccleſiarum, quiboſdam exceptis caſibus, inviolabiliter obſervanda. 271

XVIII. Inhibetur Concionatoribus Regularibus Cremonen. ne abſque licentia Epiſcopi populum hortentur ad eleemoſynam. 273

XIX. Conſtitutiones Collegii Germanici de Urbe non obligant Rectorem, & Collegiales ad ipſarum obſervantiam ſub gravi, niſi in his tantũ, quæ ex ſui natura peccatum includunt. 274

XX. Moderatio Conſtitutionis a Sixto V. editæ, contra Abortum quovis modo procurantes, & eorum complices. 275

XXI. Reſtitutio partis Gabellæ ſuper Eſculentis, & Poculentis in Urbe Neapolitana Clero ſeculari, & regulari ejuſdem Civitatis. 276

XXII. Conceſſio uſus bireti rubri Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ex Ordinibus Regularium aſſumptis. Ibid.

XXIII. Conceſſio nonnullorum Privilegiorum, & Indulgentiarum Abbatibus, perſonis, & Cullegio Judicum Cremonenſium. 277

XXIV. Prohibet, quominus in Hoſpitali Annunciatæ Neapolis puellæ non expoſitæ, extraneæque Mulieres recipiantur. 278

XXV. Approbatio quarta inſtituti, & Religionis Clericorum Regularium Soc. Jeſu, cum aliquarum impugnationum rejectione. 279

XXVI. Quod nec Fratres Reformati Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci, neque alii Religioſi, capucium, & habitum Capuccinorum, vel alium ei conſimilem deferre poſſint. 283

XXVII. Confirmatio Privilegiorum Ordinis Fratrum Cruciferorum. & communicatio gratiarum Ordinibus Religioſorum Mendicantium conceſſorum, & concedendorum. 284

XXVIII. Confirmatio, & declaratio Juriſdictionis, & Privilegiorum Rotæ Civitatis Maceratæ, Status Eccleſiaſtici. 285

XXIX. Confirmatio literarum Gregorii XIII., & Sixti V. quibus Mercatoribus Græcis Anconæ commorantibus conceditur facultas ſibi eligendi Conſulem. 287

XXX. Juriſdictio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Protectoris, & Judicis cauſarum, intereſſe Monaſterii Monialium S. Marthæ de Urbe tangentium. 288

XXXI. Capituli Antuerpienſis privilegia infirmat in iis, quæ exemptionem a Juriſdictione Epiſcopi Ordinarii concernunt. 290

XXXII. Confraternitas Sanctiſſimæ Reſurrectionis in Eccleſia S. Jacobi Nationis Hiſpanorum de Urbe erigitur in Archiconfraternitatem, & caput omnium Confraternitatum in Regnis, & Dominiis Regis Catholici exiſtentium cum facultate aggregandi, & communicandi. 292

XXXIII. Statutum, ut in Hoſpitali Regio Borgen. juxta Conſtitutionem Pii V., iis treſdecim ſecularibus, qui Freyles nuncupantur, non per Diaconum, aut Subdiaconum, ſed tantum per Acolythos, Pax in Miſſis Conventualibus defferatur. 293

XXXIV. Revalidatio Actorum per Regem Catholicum Portugalliæ, & Algarbiorum geſtorum contra, vel præter formam ſtatutorum, & ſtabilimentorum Militiarum Jeſu Chriſti, S. Jacobi, & de Avis tanquam earumdem Militiarum Adminiſtratorem. 294

Sequitur facultas eidem Philippo Regi ſtatuta dictarum Militiarum corrigendi, novaque addendi. 295

XXXV. Declarat Conſtitutionem Pii Papæ V. quoad contractus quorumcumque cenſuum inter quaſcumque perſonas trium ſtatuum Regni Navarræ initos ab anno Domini 1580., vigorem in eodem Regno Navarræ haberi incepiſſe, ac ex eodem anno ſolummodo perſonas prædictas comprehendiſſe: quo vero ad contractus cenſuum ante dictum ann. 1580. in eodem Regno impoſitorum factos, juris veteris, & Conſtitutionum aliorum Pontificum diſpoſitionem attendendam eſſe. 296

XXXVI. Diſpenſatio Societatis Jeſu, recipiendi ☞ Novitios, etiam non ſervata forma Conſtitutionis a Sixto V. deſuper editæ. 297

XXXVII. Confirmatio gratiarum, & privilegio- ☞ rum Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, Congregationis S. Bernardi in Italia regularis obſervantiæ. Et communicatio omnium Indultorum aliis Congregationibus dicti Ordinis conceſſiorum, & concedendorum. 298

XXXVIII. Nonnulla ſtatuuntur pro electis Nobilibus, & Popularibus componentibus tertium ſtatum Hominum Comitatus Venaiſſini, & Baronibus, & Feudatariis efformantibus ſecundum ſtatum dicti Comitatus ſuper ſolutione pretiorum capitalium, & aliorum onerum. 301

XXXIX. Definit caſus, quibus Camera Apoſtolica concordare poteſt com Baronibus ſuper Feudis devolutis; ac Pii V. Conſtitutionem ſuper Fiſco applicandis bonis Homicidarum, allodialia tantum comprehendere declarat, & ad deſcendentes hujuſmodi homicidarum extendit. 304

XL. Approbatio Regulæ Congregationis Clerico- ☞ rum Regularium Miniſtrantium Infirmis, cum gratiarum, & privilegiorum conceſſione. 306

XLI. Confirmatio Decreti in Synodo Provinciali Valentin. circa legata in Teſtamento, ſeu alias a Defunctis relicta, & quartam funeralem, 312

XLII. Confirmatio gratiarum, & indultorum Ere- ☞ mi Camaldulenſis, Congregationiſque dicti Eremi, & Sancti Michaelis de Murano Ordinis Camaldulen. ſub Regula Sancti Benedicti: cum privilegiorum quibuſcumque aliorum Religioſorum, etiam Mendicantium Ordinibus conceſſorum, & concedendorum, communicatione, 313

XLIII. Inveſtituram Comitatus de Montaffia favore Franciſci Sfondrati factam ab Archiepiſcopo Taurinenſi confirmat, impoſito partibus perpetuo ſilentio. 316

XLIV. Moderatio Indultorum S. R. E. Cardina- ☞ lium, ſuper collatione Beneficiorum. 317

XLV. Declarat Terras, Prædia, Feuda &c., quæ ☞ prius decimas Univerſitati Salamantinæ ſolvere tenebantur. ab hac ſolutione non eximi. ſi in poſſeſſionem Monaſteriorum, aut Collegiorum tranſeant. 318

LXVI. Privilegia, Indulgentiæ, ac Facultates omnes a Summis Pontificibus Presbyteris Soc. Jeſu in Indiis Occidentalibus, & Orientalibus conceſſa confirmantur, & ad viginti annos prorogantur. 319

INNOCENTIUS IX.

I. Confirmatio, & extenſio Conſtitutionis Pii V. ☞ a Gregorio XIII., Sixto V., & Gregorio XIV. comprobatæ, de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, & aliis locis Sedis Apoſtolicæ. 324

II. Deputatio Cardinalium Salviati, & de Camerino, in ſuperintendentes Tribunalium omnium Urbis pro negociis omnibus, quæ ad Juſtitiæ adminiſtrationem, & Urbis ejuſdem, ejuſque Diſtrictus tranquillitatem pertinent. 326

III. Reos condemnari vigore alicujus reſcripti ☞ contra formam juris, & confiſcari legitimam filiorum viventibus eorum genitoribus, aut arbitrariam compoſitionem recipi in Dataria, pro licentia dandi dotem, ſupra ſummam a Statuto taxatam, prohibet in Urbe. 328

IV. Confirmatis Literis Sixti PP. V. quibus Caſtra Monaſterio Farſenſi dependentia Cameræ Apoſtolicæ applicaverat, revocataque reſtitutione a Gregorio XIV, facta Abbatibus Commendatariis; Caſtra prædicta in Bulla Pii PP. V. *de non alienandis* compræhendi declarat. 329

Sequitur Commiſſio ejuſdem Rev. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario de capienda poſſeſſione eorumdem Caſtrorum. 330

V. Committitur Cardinali Archiduci Auſtriæ, in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis de latere Legato, ut Inſignia, Veſtes, & Vexilla inter Confraternitates ſub Invocatione Beatæ Mariæ de Miſericordia in Civitate Ulixbonen. erectas, diſtinguat, liteſque inter ipſas exortas componat. Ibid.

VI. Prioratus Baruli, ſeu de Barletta Ordinis S. Joannis Hieroſolimitani collationem Sedi Apoſtolicæ reſervat, 332

CLEMENS VIII.

I. Prorogatio ad aliud quinquennium applicationis fructuum Eccleſiæ Chiſſamenſis in Inſula Cretæ Collegio Græcorũ in Urbe erecto. 333

II. Innovatio Conſtitutionis Pii V. ab Innocen- ☞ tio IX. declaratæ, de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, & Locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. 334

Se-

Seqnitur declaratio, & extenſio dictæ Conſtitutionis Pii V. 335

III. ☞ Comprobatio Conſtitutionum a Sixto V. editarum, circa conſervationem pecuniarii præſidii triginta centena millium nummum aureorum, in Arce S. Angeli repoſitorum, ad Sedis Apoſtolicæ ſubventionem, 336

IV. ☞ Confirmatio, & innovatio literarum Pii V., & Conſtitutionis Pauli IV. contra Hæbreos Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayſſini editarum, præſertim ne res novas vendant. 336

V. ☞ Declaratio quoad electionem, & qualitates Judicum Conſervatorum, ad inſtantiam quorumcumque Ordinum, Univerſitatum, Collegiorum, & locorum piorum, a Sede Apoſtolica conceſſorum, & concedendorum, 337

VI. Commiſſio Nuncio apud Hiſpaniæ Regem, ut per ſe, aut per alium interſit Capitulis Generalibus, & Provincialibus Monachorum Ordinis S. Benedicti. 338

VII. Suppreſſio Officio Vacabili Præfecti Carcerum Status Eccleſiaſtici, hujuſmodi Præfecturam, Confraternitatibus Charitatis erectis, vel erigendis committit. Ibid.

VIII. Confirmatio Decretorum Cardinalis Camerarii pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici, 341

IX. Documentum erectæ Eccleſiæ Foſſanæ in Epiſcopatum Taurinenſi Archiepiſcopo Suffraganeum, 343

X. ☞ Confirmatio Conſtitutionum Pii IV., & Sixti V. circa pœnas, & confiſcationes ex maleficiis Status Eccleſiaſtici provenientes, ut in Urbe omnino ſerventur, præſertim circa eas non alibi, quam apud Depoſitarium Cameræ perſolvendas. Ibid.

XI. Patriarchæ Venetiarum ut Generalem ſuæ Diœceſis Viſitationem inſtituat, præcipit. 345

XII. Erectio Montis Vacabilis Charitatis. 346

XIII. Aſſignatio Penſionis a Reverenda Camera Apoſtolica perſolvendæ ſingulis annis Epiſcopis Latinis in Mari Ægæo, Boſna, & Moldavia, 350

XIV. Declarat Civitatem Avenionen., & Comitatum Venayſſinum comprændi Conſtitutione Pii PP. V. de Bonis Rom. Eccleſiæ non alienandis, 351

XV. ☞ Cenſuum a Communitatibus Status Eccleſiaſtici venditorum, reductio ad ſcuta ſeptem pro centenario, 352

XVI. Erectio Montis Annonæ nuncupat. Civitatis, & Comitatus Bononien. cum diverſis ſtatutis. 353

XVII. Vice-Legatus Avenionen., Rector Comitatus Venayſſini, ceterique Officiales Sindicatui coram Archiepiſcopo Avenionen., aliiſque Epiſcopis ſubjiciuntur. 357

XVIII. ☞ Ampliatio prohibitionis editæ a Gregorio XIII. contra Fratres Prædicatores Ordinis S. Dominici, favoribus cujuſcumque perſonæ extra ipſum Ordinem utentes, ad dignitates, & officia obtinenda. 358

XIX. ☞ Indictio Viſitationis omnium Eccleſiarum, & Locorum Piorum Almæ Urbis, 359

XX. Unio Sancti Spiritus Terræ Chiierii, Taurinenſis Diœceſis. Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis Civitatis Taurinenſis. 361

XXI. Erectio Seminarii Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia in Civitate Tornacenſi pro Miſſionibus in Germania, & Belgio exercendis. 362

XXII. Suppreſſio Monaſterii Monialium S. Salvatoris Ordinis S. Benedicti Maſſilien. cum erectione Collegii, & unione trium Prioratuum ab eodem Monaſterio dependentium, cujus Collegii regimen Abbati S. Victoris ejuſdem Ordinis committitur. 363

XXIII. ☞ Hortatio Paſtoralis ad Alumnos Seminariorum Sedis Apoſtolicæ, & alios, ut in ſtudiorum curſu, Catholicæ fidei, omniumque virtutum generis progreſſu, perſeverent, & in dies magis ferventiuſque intendant. 366

XXIV. Confirmatio Decretorum factorum a Congregatione Rituum ſuper aſſociatione Archiepiſcopi Hiſpalen., & ſervitio eidem præſtando a Canonicis, & Capitulo ejuſdem Eccleſiæ. 367

XXV. Seculariẓatio, & extinctio Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Cæritaniæ, 370

XXVI. Indultum Cappellanis, & Miniſtris Cappellæ in Palatio Ducis Bragantiæ Villæ Vicoſæ, ut divina Officia celebrantes in qualibet alia Eccleſia, ubi ipſe Dux præſens fuerit, vel abſens mandaverit, diſtributiones dari ſolitas intereſſentibus in dicta Cappella, tuta conſcientia lucrari poſſint. 373

XXVII. Indultum Theodoſio Bragantiæ Duci, ut pro regimine ſuorum ſubditorum opera Eccleſiaſticorum uti poſſit. 374

XXVIII. Seminarium Puellarum Orphanarum Valliſoleti Palentin. Diœceſis, illiuſque res, & bona quæcumque Juriſdictioni Ordinarii, ac regimini Adminiſtratorum ſubjiciuntur, 375

XXIX. ☞ De bono Regimine, rectaque Adminiſtratione Bonorum, & reddituum cujuſque Communitatis locorum ditionis S. R. E., & Inſtitutione Congregationis Cardinalium ad cognitionem gravaminum, ac litium earumdem Communitatum. 379

Sequitur deputatio Cardinalium ad cognitionem cauſarum ipſarum Communitatum. 385

XXX. ☞ Confirmatio, declaratio, & extenſio Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Concilii Tridentini, contra pugnantes in Duello publice, vel privatim, Mittenteſque, ſcribentes, aut divulgantes chartulas provocatorias, aut ſcripta, quæ dicuntur Manifeſta, eorum complices, & fautores, 386

XXXI. Suppreſſio Monaſterii S. Vincentii Oppidi de Cardona, quod antea erat Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Urgellen. Diœceſis, ac erectio illius in Collegiatam ſecularem, 389

XXXII. Avocatio cauſæ, & commiſſio Nuncio Hiſpaniarum, quatenus deleget tres perſonas Regi Hiſpaniarum gratas, & partibus non ſuſpectas, ad cauſam inter Archiepiſcopum Burgen., & Abbatem de Covarruvias, ac Fiſcum Cameræ Apoſtolicæ ſuper Juriſdictione in Abbatiam, illiuſque cauſis civilibus, & criminalibus, ac Beneficialibus definiendam. 392

XXXIII. Exemptio Congregationis B. Mariæ Fulien-

Digitized by Google

☞ lienſis a Juriſdictione omnium aliorum Prælatorum Ordinis Ciſtercienſis Monachorum S. Benedicti. 392

XXXIV. Controverſia inter Fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, Nationum Gallicæ, Italicæ, atque Hiſpanicæ, ſuper electione Correctoris Conventus in Monte Pincio de Urbe, ad Generale Correctorium Ordinis ejuſdem remittitur. 394

XXXV. Committitur Nuncio Apoſtolico apud Imperatorem, ut confirmet quamdam permutationem a Gulielmo Bavariæ Duce factam cum Abbate Monaſterii S. Mauritii ſuper permutatione quarumdam decimarum, pro Collegio Societatis Jeſu, Civitatis Ingolſtadii. Ibid.

XXXVI. Declaratio præcedentiæ Fratrum Prædi- ☞ catorum Ordinis S. Dominici in omnibus actibus, & Proceſſionibus tam publicis, quam privatis, ante omnes Religioſos, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, poſt Canonicos, & Clericos ſeculares, ac antiquos Ordines Monaſticos. 395

XXXVII. Confirmatio Privilegiorum conceſſorum Scholaribus Nationis Germanicæ Bononiæ literarum ſtudiis operam dantibus. 397

XXXVIII. De reductione Monachorum Ordinis ☞ S. Baſilii in unam Congregationem ſub regimine unius Abbatis, & de forma recipiendi Novitios. 398

XXXIX. Inſtitutio Congregationis S. R. E. Cardi- ☞ nalium ſuper gratiis, & remiſſionibus bannitorum, & criminoſorum hominum Status Eccleſiaſtici, eorumque complicum, & fautorum. 400

XL. Confirmatio Erectionis Collegii Anglicani in Oppido Valliſoleti, Palentinæ Diœceſis. 402

XLI. Confirmatio Sententiarum per Lutium Sanſeverinum, U. S. Referendarium, occaſione Viſitationis Baſilicarum, Monaſteriorum, & Locorum Piorum Urbis, illiuſque Diſtrictus latarum ſuper quibuſcumque Cauſis. 405

XLII. De Sacris Bibliis juxta exemplar Typographiæ Vaticanæ edendis. 406

XLIII. Privilegia pro Conclaviſtis, qui in Con- ☞ clavi, in quo hic Pontifex electus fuit, interfuerunt. 407

XLIV. Approbatio, novaque conceſſio facultatis ☞ Fratribus Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in diebus S. Catherinæ, ac Cinerum, & Cœnæ Domini, generalem faciendi benedictionem, & abſolutionem. 410

XLV. Indultum Adminiſtratori pro tempore Militiarum Jeſu Chriſti, S. Jacobi, & de Avis conferendi bona dictarum Militiarum, quæ annuum redditum 100. ſcutorum non excedunt non Militibus. Ibid.

XLVI. Inſtitutio Orationis Quadragiota hora- ☞ rum, alternatim, & jugiter habendæ, in Eccleſiis, & Piis Locis Almæ Urbis, ad præſcriptam Eccleſiarum, & temporis diſtributionem, cum indulgentiarum conceſſione. 411

XLVII. Echebarem Regem Mogor hortatur ad agnoſcendam, & ſequendam Chriſtianam Fidem, & audiendos Presbyteros Soc. Jeſu. 412

XLVIII. Validatio Suppreſſionis Præpoſituræ Sancti Thomæ Senen., quæ fuerat Ordinis Humiliatorum, ac illius erectionis in Præceptoriam Militiæ S. Stephani unitam, quamvis Apoſtolicæ Gregorii XIV. Literæ expeditæ hac ſuper re non fuerint. 413

XLIX. Validatio Erectionis Officii Præſidis Cancellariæ pro expediendis literis quorumcumque Officiorum Vacabilium &c. 415

L. Nullitates ex defectu juriſdictionis, citationis, ☞ & mandati, & non aliæ, in omnibus Status Eccleſiaſtici Tribunalibus attendendæ. 423

LI. Confirmatio Decreti Congregationis Sacrorum Rituum, quo nonnulla ſtatuuntur ſuper aſſociatione Epiſcopi Oxomen, tam in eundo ad Eccleſiam, quam ab ea redeundo. 524

LII. Approbatio Conſtitu. Pauli IV., & Pii V. ☞ circa leges, & ordinationes a Judæis ubique locorum obſervandas. Et expulſio eorumdem ab omnibus Civitatibus, & Terris Status Eccleſiaſt. Roma, Avenione, & Ancona exceptis. 426

LIII. Contra Hæbreos, tenentes legenteſque, li- ☞ bros Thalmudi, & alios hactenus damnatos, aut blaſphemias, & contumelias in Deum, & Sanctos continentes. 428

LIV. Reformatio Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen., ſeu S. Juſtinæ. 430

LV. Confirmantur quædam Ordinationes pro Univerſitate Studii Generalis Peruſini. 432

LVI. De electione Præpoſiti Generalis, aliorum- ☞ que Prælatorum Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi de Obſervantia: de Capitulorum generalium, & Dietarum celebratione, totiuſque Ordinis regimine. 433

Sequitur Reformatio circa totius Ordinis bonum Regimen. 435

LVII. Confirmatio gratiarum a Pont. Prædeceſ- ☞ ſoribus conceſſarum Congregationi Clericorum Regularium S. Majoli, alias de Somaſcha, cum aliorum privilegiorum conceſſione. 438

LVIII. Confirmatio concordiæ initæ inter Eccleſiaſticos Provinciæ Cathaloniæ, & Philippum II. Hiſpaniæ Regem ſuper ſolutione primæ Decimæ a Romanis Pontificibus eidem Regi conceſſæ. 440

LIX. Ea, quæ a Pio IV., & Sixto V. geſta ſunt pro confectione Indicis Librorum Prohibitorum confirmat. 445

LX. Quod Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte ☞ Carmelo favores extra Religionem non procurent, pro impetrandis dignitatibus, vel officiis ipſius Ordinis. 446

LXI. Prohibitio amovendi Libros, & alia monu- ☞ menta ex Bibliothecis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo. 447

LXII. Facultas Cardinali Giojoſæ Adminiſtratori Eccleſiæ Tholoſanæ, ſupprimendi decem Cappellanias, duas Diaconias, & duas Subdiaconias, & octo Clericatus Cathedralis Eccleſiæ Mirapicen., & eorum fructus applicandi aliis Beneficiatis dictæ Eccleſiæ. Ibid.

Sequitur Mandatum eidem Cardinali Giojoſæ, ut ſtatuta a Jo: PP. XXII. edita circa collationem Dignitatum, & Canonicatuum Eccleſiæ Mirapicen. curet obſervari. 448

Di-

Index Rubricarum.

XLIII. Diverſa Privilegia, Immunitates, & Indulta Hoſpitali Sancti Spiritus Maſſilien. conceduntur. 449
LXIV. Committitur Epiſcopo Tullenſi, ut Eccleſias omnes, & Monaſteria omnia etiam exempta ſuæ Diœceſis auctoritate Apoſtolica viſitet, & obſervantiam Decretorum S. Concilii Tridentini inducat. 451
Sequitur adhortatio ad Capitolum, & Canonicos Tullenſes, ut juxta Concilii Tridentini Decreta Epiſcopo ſuo pareat. 452
LXV. Confirmatis Literis Gregorii XIII. revocatoque quodam Brevi Sixti PP. V. Regis Catholico facultas conceditur cauſas omnes inter Epiſcopos, & Capitula, ac Milites Militiarum de Alcanthara, & de Calatrava, vertentes componendi. Ibid.
LXVI. Oppidum Celſonæ ab Urgellenſi Diœceſi ſejungitur, & in Civitatem erigitur, illiuſque Parochialis Eccleſia Cathedralis efficitur. 454
LXVII. Confirmatio Privilegiorum Collegii Lectorum Univerſitatis Studii generalis Peruſin. 456
LXVIII. Confirmatio concordiæ initæ inter Alexandrum Cardinalem Farneſium, & Eccleſiaſticos Avenionenſes, & Comitatus Venayſſini ſuper exemptione Cleri a lege ſpoliorum, & ratificatio Literarum Julii III., & Pii V. 458
LXIX. Regularibos totius Ducatus Ferrariæ prohibetur acceſſus ad Monaſteria Monialium etiamſi ipſis ſubjecta ſint, exceptis tantum Confeſſario, & Viſitatore, quibus accedere permittitur in caſibus ad eorum munus ſpectantibus. 461
LXX. Declaratur, Confraternitatem S. Joannis Decollati Florentin. non eſſe exemptam a juriſdictione Ordinarii. 462
LXXI. Suppreſſis nonnullis Officiis in Bibliotheca, & Typographia Vaticana quinque Officia Correctorum Librorum, tum Græcorum, tum Latinorum eriguntur in eadem Bibliotheca. Ibid.
LXXII. Revocatio facultatum Patribus Societatis Jeſu conceſſarum abſolvendi ab hereſi in Regnis Hiſpaniarum, in quibus Officium S. Inquiſitionis exiſtit. 464
LXXIII. Mandatur Epiſcopo Pacen. ut exequatur Decretum Sacræ Congregationis Concilii circa Ordinationes novorum Chriſtianorum. Ibid.
LXXIV. Extinctio litium ſuper exemptionibus Monaſterii Sancti Laurentii el Real Ordinis S. Hieronymi. 465
LXXV. Declaratio ſuper cauſis præcedentiarum inter Capitulum, & Magiſtratum Veronen. cum avocatione aliarum cauſarum inter Epiſcopum, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ vertentium. 467
LXXVI. Separatio Congregationis Fratrum Diſcalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, a Fratribus Mitigatis dicti Ordinis. Et declaratio muneris Prælatorum dictæ Congregationis, cum gratiarum communicatione. 468

IN-

INDEX INITIALIS
B U L L A R U M

Quæ in hoc Volumine referuntur.

A

A D ea. Pag. 205. 243
Ad Romanum Pontiſitem. 47. 316. 367
Ad Romanum ſpectat. 328
Ad Romani Pontificis. 91. 334
Ad Nos. 296
Ad regimen. 179. 192
Æquitati conſentaneum. 407
Æquum reputamus. 413. 415
Alias ſiquidem. 319
Apoſtolicæ Sedis. 45

B

B Eati Franciſci. 283

C

C Æca, & obdurata. 426
Charitas Dei. 412
Circumſpecta. 122. 159. 166. 173. 252.
Cæleſtis Patris. 148
Cogit Nos. 253
Commiſſum nobis. 431
Confirmotionis. 456
Congruit. 153
Cum cæleſtis. 19
Cum ex omnibus. 62
Cum dilecti filii. 69
Cum ex debito. 117
Cum ex antiquo. 160
Cum balſamum. 228
Cum dilectus filius. 245
Cum dudum. 258
Cum alias. 271. 333
Circa eurom. 363
Cum Hebræarum. 428
Cum ex injuncto. 464
Cum Nos. 68. 330. 338
Cum pro ſuprema. 95
Cum nullum. 402
Cum per Conſtitutionem. 385
Cum Sacrarum Bibliarum. 406
Cum Socraſanctam. 42
Cum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. 99
Cum ſingularum. 124
Cum per Decreta. 216
Cum in Regno Neapalitano. 166
Cum nuper. 257. 452. 465
Cum ſicut. 39. 156. 164. 169. 287. 301. 329. 353
Cum ſicuti. 88. 259
Cum te nuper. 225
Cum tu. 264. 405
Cum ſæpe. 336

D

D Ecet. 176. 262. 276. 293. 438. 452. 462.
De circumſpecta. 361
Dilectis filiis. 68
Diſponentes. 389
Divinæ charitatis. 181
Dominus Omnipotens. 27
Dudum. 20. 172
Dum ad uberes. 120
Dum quanta. 318
Dum veſtram pietatem. 277.

E

E A ſemper. 366
Eccleſiæ Catholicæ. 279. 304
Effrænatam. 25.
Et ſi Nos. 1.
Etſi dubium. 351
Ex debito miniſterii. 66
Ex debito Paſtoralis. 83. 173. 467
Eximium. 66
Eximiæ devotionis. 204
Exhibita Nobis. 225.
Exigit nobilitas. 374
Ex injuncto. 38. 313
Exponi Nobis. 61. 63. 265. 297. 373. 392. 464
Expoſuit Nobis. 79
Expoſitum Nobis. 161. 394. 410
Exponi ſiquidem. 203
Expedit. 274
Expoſcit. 375
Ex varietate. 76. 217
Ex variis. 198
Ex Ven. Fratris. 447

F

F Ide dignorum. 224

G

G Audemus. 217
Gregem Dominicum. 445
Graves, & diuturnæ. 411

H

H Odie. 343

Il-

I

ILlius, qui. 306
Illius vices. 387
In Apoſtolicæ. 350
In conferendis: 105
In eminenti. 200
Infirma. 410
Injunctum Nobis. 194
In regendis. 400
In ſupremæ. 227
In ſuprema. 58
Inſuper eminenti. 183
Inter cætera. 70. 290. 395
Inter cæteras. 29. 343
Inter graviſſimas. 462
Inter innumeras. 101
Inter multiplices. 175. 338. 394. 432
Inter præcipuas. 62

L

LAudabilis conſtantia. 155
Litium diſpendiis. 423

M

MAjeſtatis tuæ. 294. 295
Magnifica Sedis. 147

N

NOſtri muneris. 93

O

OFficii noſtri. 357
Onus Apoſtolicæ. 268
Ordinis iſtius. 171

P

PAſtoralis eſt curæ. 44
Paſtoralis noſtra. 89
Paſtoralis officii. 346. 468
Paſtoris muneri. 451
Paſtoralis noſtri. 392
Paterna noſtra. 223
Perlatum eſt. 229
Pontificis auctoritas. 424
Poſtquam Nos. 162
Poſtulat ratio. 21
Præclara. 292
Pro noſtri muneris. 37
Pro ſuſcepto munere. 3
Pro faciliori. 326
Pro parte. 330
Pro noſtro. 341. 440
Pro commiſſa. 379
Provida Rom. Pontificis. 167
Proviſionis noſtræ. 204

Q

QUæ ordini Eccleſiaſtico. 77
Quamquam Nos. 46
Quanta Chriſtianæ. 260
Quæ ab hac S. Sede. 324
Quæ ſalubri. 336
Quæ ad ſublevationem. 352
Quæ ad reſtituendos. 398
Quæ ad proſperam. 433
Quæ ad tuenda. 447
Quæ pro indemnitate. 312
Quoniam nemo. 446
Quoties gratiæ. 165

R

REgimini. 158
Regularium perſonarum. 13
Religionis propagationem. 75
Religioſos viros. 358
Reminiſcimur. 273
Rex Regum. 5
Romanus Pontifex. 52. 145. 157. 246. 250. 284. 298. 345. 362. 449.
Romani Pontificis. 220
Romanum Pontificem. 224
Romanum decet. 81. 214. 220. 285.

S

SAcræ Religionis. 4
Salus animarum. 169
Salvator noſter. 229
Salvatoris. 130
Salubrem. 288
Sanctiſſimus. 277. 317. 335. 337
Sanctum, & ſalutare. 40
Sanctimoniales. 461
Sedes Apoſtolica. 275
Si de reſtituendis. 256
Singularis devotionis. 397
Solet. 207
Solicitudo miniſterii. 17. 278
Solicitudo Paſtoralis. 15
Speculatores. 359
Spectata Nobis. 73
Supremi cura. 113
Super univerſas. 455

V

VEhementer in Domino. 80
Ven. Frater. 448
Vigilantis. 247
Vineæ electæ. 370
Univerſi Orbis. 63
Ut de Prioratu. 332
Ut ſecuritati. 251

Digitized by Google

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtro,

F. M. de Rubeis Patriarch. Conſtant. Viceſg.

IMPRIMATUR,

Fr. Joſeph Auguſtinus Orſi Ordinis Prædicatorum Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter.

CON-

Digitized by Google

CONSTITUTIONES SIXTI QUINTI

ANNO QUARTO.

CXXV.

De Tertiis decies centenis millibus nummum aureorum, in Arce Sancti Angeli repoſitis, inde nullo umquam tempore, niſi in præſcriptis caſibus, certaque deſuper ſervata forma, depromendis.

Alia decies centena millia hic Pontifex pro S. R. E. præſidio in primo, & alia decies centena millia in ſecundo ſui Pontificatus Anno collegit, & in eadem Arce repoſuit, indeque promi vetuit in Conſt. XLIII. Ad clavum. *Tom. IV. Par. IV. fol. 206. & in Conſt. CVIII. Ibidem fol. 363. Et has Conſtitutiones Pontifices Succeſſores omnes confirmarunt.*

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Hic Pontifex pro S. R. E. præſidio, in primo ſui Pontificatus anno decies centena millia nummum aureorum, & totidem in ſecundo collegit, & in Arce S. Angeli repoſuit, indeque promi vetuit, *ut ſupra in ejus Conſtit. cit. in rubr.*

ETſi Nos permultis ſuperiorum temporum experimentis edocti, ſatis ſuperque intelleximus, quot quantiſque caſibus humana ſit obnoxia conditio, mens tamen noſtra divina quadam inſpiratione a Patre luminum Deo eſt tandem admonita, ad ea pro viribus paranda præſidia, quibus B. Petri Navis, cujus gubernacula Nobis, licet immeritis, commiſſa ſunt, inter varias miſerabilis hujus vitæ procellas tuta incolumiſque ſervari poſſet. Proinde cum ad res difficiles explicandas, ac maxima pericula, graviſſimaque diſcrimina evitanda, pecuniarum copiam quamplurimum conferre dignoſceremus, primo noſtri Pontificatus Anno decies centena nummum aureorum millia; altero vero, altera itidem decies centena millia in certum ſanctiuſque Ærarium (quod in Pontificia S. Angeli Arce conſtitutum eſt) ſumma diligentia induſtriaque retulimus: ac de utriſque decies centenis millibus nummum perpetuo aſſervandis, nec ullo inde umquam tempore niſi ad præſcriptos, maximeque neceſſarios uſus depromendis, & erogandis binas Conſtitutiones edidimus, quarum tenores tametſi hic pro inſertis, & expreſſis haberi volumus, illas nihilominus etiam de verbo ad verbum, quatenus opus ſit, inſeri mandamus.

Et in hoc tertio anno ex aliis cauſis hic enunciatis habita deſuper cum S. R. E. Card. conſultatione alia decies centena millia nummum aureorum collegit.

§. 1. Veruntamen cum adverſus ejuſdem Apoſtolorum Principis Navem novos quotidie concitari fluctus, ac Turcarum præcipue Tyrannum atrociſſimum Chriſtiani nominis hoſtem, ab immaniſſimis Hæreticis, & Schiſmaticis, (qui jam non amplius de Fide, aut de Religione contendunt, ſed de Catholicorum pernicie, & interitu, dies noctesque cogitant) ſollicitari audiamus, ut ingentem ingruat claſſem, totiſque viribus in Chriſtianorum exitium inſurgat, eoſdemque Eccleſiæ Dei perduelles, nihil in dies enixius moliri, quam ut inconſutilem Chriſti Jeſu Redemptoris Tunicam (hoc eſt Catholicam Eccleſiam) diſcindant, ac Regna, & Populos a Chriſtianis Principibus teterrimo impietatis eorum ſchiſmate alienent. Quocirca ingentes, & luctuoſas turbas in florentiſſimo Galliæ Regno jamdiu excitatas quotidie magis alere atque conflare non deſiſtunt, atque adeo in variis Germaniæ locis, equitum peditumque collecta manu paſſim, ac impune acerbiores injurias, gravioraque damna minitantur. Venerabiles Fratres noſtri S. R. E. Cardinales, quibus cum a Nobis hac de re ſæpius actum eſt, animadvertentes, majoribus malis ingruentibus majori etiam pecuniarum præſidio Apoſtolicæ Sedis opus eſſe, operæ precium duxerunt, ut a Nobis alia decies centena nummum aureorum millia præter bina ſuperiora Pontificio noſtro in Ærario collocaremus.

Et modo in dicta Arce S. Angeli ea repoſuit, Deoque, & ejus Virgini Matri, ac SS. Apoſtolis Petro

§. 2. Nos vero, qui non ignoramus, & Præſidem Civitatis fruſtra vigilare, niſi eam Dominus cuſtodiat, & ipſum Dominum tentari, niſi qui præeſt, vires nervoſque omnes intendat, ut ea faciat, & præſtet,

Digitized by Google

a Paulo dicat, indeque promi (præterquam in caſibus hic exceptis) prohibet.

ſtet, quæ ad Civitatem tuendam, ſervandamque pertineant, eorumdem Fratrum noſtrorum conſilium ſummopere probantes, clementiſſimi Dei benignitate freti, ad hujuſmodi pecuniarum ſummam eogendam, eamque in idem Pontificium Ærarium referendam, mentem omnem animumque adieeimus. Motu proprio igitur, & ex certa noſtra ſeientia, ac habita ſuper hoc eum eiſdem Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus in Conſiſtorio noſtro ſecreto, matura deliberatione, de eorum conſilio, & unanimi eonſenſu, hac præſenti noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, dicta alia tertio loco deeies eentena millia nummum aureorum in eadem Arce noſtra Pontificia S. Angeli, & ſactiori Ærario nune recondimus, reponimus, & collocamus, ac Chriſto Domino noſtro, Beatæ Mariæ ſemper Virgini, & Sanctis Apoſtolis Petro, & Paulo offerimus, & dicamus, iiſdem omnino legibus, & conditionibus, quæ in prioribus noſtris ſuperius deſcriptis Conſtitutionibus, præſcriptæ, & præfinitæ ſunt. Deelarantes noſtræ voluntatis, mentiſque eſſe, ut quod in ipſis prioribus Conſtitutionibus de reeuperatione Terræ Sanctæ, & generali expeditione contra Turcas dictum fuit, idem etiam locum obtineat quoad omnes has Deo dicatas pecuniæ ſummas, in recuperatione Regnorum a quibuſeumque Catholicæ Romanæ Eccleſiæ hoſtibus occupatorum, & in expeditione, quam contra eoſdem decerni ac fieri contigerit.

Formamque depromendi pecunias in prædictis caſibus hic apponit, & ſervari præcipit.

§.3. Ubi vero in præſcriptis caſibus pecuniam aliquid ſumi neceſſitas poſtulaverit, volumus ut de tota ſumma tam ſuperioribus annis quam etiam nunc repoſita, hoc prorſus, & non alio modo peeuniæ ſumantur, & erogentur: nimirum, ut in Conſiſtorio ſeereto præſeriptarum neceſſitatum qualitate, ac rerum, & temporum ratione diligenter perpenſa, atque ita cogente, trium ſaltem ex quatuor partibus Cardinalium, qui Conſiſtorio interfuerint, ſicuti in præinſerta Conſtitutione noſtra ſancitum eſt, conſenſu, deereto, & ſubſcriptione adhibitis, ex ternis deeies centenis millibus aureorum nummum a Nobis repoſitis non ultra quingenta millia nummum promi liceat. Et ea quidem quingentorum millium ſumma, non tota ſimul, ſed paulatim, moderate, & ſucceſſive depromatur per certas portiones, quæ in eodem Conſiſtorio, in quo de tota re deliberabitur a tribus partibus Cardinalium, ut dictum eſt, omnibus diligenter esaminatis, decretæ, & præfinitæ fuerint. Quod ſi ipſis quingentis millibus erogatis, & conſumptis præſeripti caſus, & neceſſitates novam impenſam requiſierint, tunc iterum propoſita, & adhibita in Conſiſtorio conſultatione, ſi conſenſus, decretum, & ſubſcriptio trium ex quatuor partibus Cardinalium, ut ſupra dictum eſt, acceſſerint, aliam ſummam, non tamen quingenta millia aureorum excedentem, illamque pariter non ſtatim totam, ſed moderatione ea ſervata, eoque quem diximus, modo limitatam, & præfinitam, ſumi poſſe permittimus. Ceterum ſtatuimus, prout aliis prioribus noſtris Conſtitutionibus ordinatum eſt, ut partes, & portiones pecuniæ ſupradictæ, quæ in aliquo ex præmiſſis caſibus ſumptæ fuerint, cum ejus impenſæ faciendæ ratio ceſſaverit, omnino in ærarium unde depromptæ fuerunt, integre reſtitui, ac reponi primo quoque tempore debeant.

Prædictaque ſe obſervaturum vovit, & ſicut Cardinales infraſcripti præſentes idem promiſerunt, & ita ab aliis Cardinalibus pro tempore idem promitti jubet, prout in Conſtit. in rubr. cit.

§.4. Has autem Deo dicatas pecunias nullo umquam tempore, niſi aliqua ex iis quas diximus, neceſſitas urgeat, & requirat, neque in totum neque ex aliqua parte amoveri, erogarive quovis modo a Nobis poſſe volumus, eamque amovendi, & erogandi poteſtatem, & facultatem a Nobis ipſis abdieamus. Idque Succeſſores noſtros Romanos Pontifices propoſito ſibi tremendo judieio, in quo ſummo patrifamilias de adminiſtrata villicatione exquiſite reddetur ratio, eodem plane modo facturos eſſe confidimus, & ſperamus. Tandemque Deo per præſentes oblatam pecuniam, una cum illa priori Nos integram, ut dictum eſt, conſervaturos eſſe, ac perinde omnino, ac res, & bona Eccleſiæ immobilia Nos habituros promittimus, juramus, & vovemus; & ſicuti omnes Cardinales præſentes, & infraſeripti voverunt, promiſerunt, ac jurarunt, ita per alios Cardinales nunc, & pro tempore exiſtentes, ac per Succeſſores noſtros, quando, & quoties ſuperius ordinatum fuit, & juxta formam nunc traditam jurari, promitti, ac voveri debere decernimus.

Cetera omnia in d. Conſtit. contenta denuo decernit, & præcipit.

§.5. Denique cetera omnia, & ſingula in eadem Conſtitutione ſupraſcripta, quomodolibet expreſſa, conſtituta, & decreta, etiam in hac pecunia a Nobis, ut præfertur, nunc collocata, & recondita, & quoad præſentes noſtras literas, in omnibus, & per omnia, penitus, omnino, & inviolabiliter obſervari, & locum habere volumus, præcipimus, & mandamus.

Succeſſoribus contravenientibus indicit pœnas.

§.6. Si quis autem fortaſſe noſtrorum Succeſſorum, id quod minime credimus, huic noſtræ Conſtitutioni omnino, aut aliqua ex parte derogare, aut contra ſtatuere voluerit, aut depromptam pecuniam, ut ſupra ſancitum eſt, in idem Ærarium non reſtituerit, admonemus poſt derogantis, aut contra ſtatuentis, contraque facientis obitum, liberum eſſe Succeſſoribus, ea derogatione, & quibuſvis aliis, quæ contra ſtatuta ſunt, non obſtantibus, pro pecunia contra hujus Conſtitutionis præſcriptum, ſumpta ac deprompta recuperanda, tam adverſus Cardinales idem conſentientes, aut quoſcumque eorum hæredes, quibus ab ipſo Pontifice aut Cardinalibus bona, quovis titulo, vel quavis ratione obvenerint, agere, & poſſeſſionem bonorum, quæ ad ipſos poſteros pervenerint, adipiſci, retinerique, donec quicquid pecuniæ depromptum eſt, id omne in Ærarium referatur, & reſtituatur, eaque ipſa bona ſiquo modo, ut ſupra dictum eſt, a forma per Nos conſtituta recedi contigerit,

rit, hujuſmodi obligationi, atque oneri obnoxia, & addicta eſſe volumus, ſingulis quæ his noſtris literts adverſari poſſent, vel quoquomodo obeſſe, penitus remotis, ac non obſtautibus.

Sanctio pœnalis.

§.7. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An.IV. 27. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Iucarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſinio octavo, quiuto Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anuo IV.

PP. ſubſcr. & juramentum.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus promitto, voveo, & juro.

Sequuntur Cardinalium ſubſcriptiones.

CXXVI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Rcvocatio licentiarum per miniſtros generales, aut alios ſuperiores quorumcumque Monaſteriorum Ordinis Heremitarum S. Auguſtini in Regnis Hiſpaniarum, quibuſcumque ſratribus dicti Ordinis poſſidendi reddiius, ac pecunias penes ſe retinendi conceſſarum cum prohibitione, ut in poſterum tales licentiæ concedantur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Prœmium.

PRO ſuſcepto muuere paſtoralis nfficii, illud præter cetera ſtudemus, cura, & diligentia efficere, ut Religioſi in officio, & in debita obſervantia Regularis diſciplinæ contiueantur, ac pravi abuſus, qui ex nimia indulgentia Superiorum ſuorum, aut alias irrepſerunt, de medio tollantur.

Cauſa revocationis, ac reſpective prohibitionis.

§.1. Nuper ſiquidem ad aures noſtras pervcnit, nonnullos ſratres Ordinis Hæremitarum S. Auguſtini in diverſis Provinciis Regnnrum Hiſpaniarum reperiri, qui redditus, pecuniaſque poſſident, ac penes ſe retinere, & in propria commoda convertere, famulos laicos intra clauſtra Domorum Regularium retinerc, illoſque dum equitant ſecum adducere, habitnm regularem extra loca ſui Ordinis ſubtus geſtare, in communi eum aliis fratribus nou vivcre, diverſaque alia committere poſſc. Ac denique ſe in ſoro Conſcientiæ ab obedientia ſuorum Superiorum exemptos eſſe, ac præmiſſa, & oceulta alia, quæ ipſius Ordinis regularibus Inſtitutis adverſantur, eis licere præſumunt, ſub prætextu, quod ſint graduati iu Theologia, vel publici profeſſores, aut ex permiſſione Miniſtri geoeralis, ſeu aliorum dicti Ordinis Superiorum in maximum animarum periculum, & ſcandalum plurimorum.

Revocatio, ac prohibitio, de quibus in rubrica.

§.2. Quibus opportunc providerc, Apoſtolica auctoritate, volentes, omnes, & quaſcumque licentias, permiſſiones, Indulta, indulgentias, exemptiones, & ſacultates, quarom tenores, præſentibus haberi volumus pro cxpreſſis perMiniſtros generalcs, vel Provinciales, aut alios Superiores quorumcumque Monaſteriorum, ſive Regularium Domorum dicti Ordinis in Hiſpaniarum, & aliis Regnis, Inſuliſque illis adiacentibus, & aliis locis Ditioni Philippi Regis ſubiectis, quibuſvis Ordinis Monaſteriorum, & Domorum hujuſmodi ſratribus ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo, aut alias contra dicti Ordinis regularia inſtituta, Conſtitutiones, Ordinationes, & Decreta, ac regularem dicti Ordinis obſervantiam ordinaria, aut alia quavis auctoritate, vel cauſa quomodolibet conceſſas, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus, annullamus, viribuſque, & effectu carere, ac nullius roboris, vel momenti eſſe, neque cuique omnino ſuffragari poſſe, aut dcbere, etiamſi ſuper illis a quocumque Judice, etiam Romanæ Curiæ, quavis Cauſa, vel occaſione aliquod Decretum approbationis, etiam ex cauſa tranſumptandi emanaverit, necnon quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus. Ac diſtrictius inbibcmus in virtute ſanctæ obedientiæ modemis, & pro tempore exiſtentibus Miniſtro geuerali, Provincialibus, ac aliis dicti Ordinis Superioribus quibuſcumque quavis auctoritate ſungen., ne tales licentias, permiſſiones, indulta, indulgentias, exemptiones, prærogativas, & ſaculiates cuiquam quavis occaſione, vel cauſa, aut prætextu concedcre audcant, vel præſumant.

Exequutio ipſis Monaſteriorum Superioribus demandata.

§.3. Et nihilominus univerſis, & ſingulis Monaſteriorum, ac Domorum dicti Ordinis in dictis Regnis, Inſulis, ac locis prædictis, totaque ipſius Philippi Regis Dominio, ut præfertur, conſiſtentibus Provincialibus, & quibuſvis aliis ſuperioribus per præſentes committimus, & mandamus, ut hujuſmodi licentiis, indultis, & aliis prædictis noo obſtan., ſratres prædictos ad obſervantiam regularem omnino cogant, & compellant, perinde ac ſi licentiæ, indulta, & alia hujuſmodi non emanaſſent. Ac propterea eiſdem Provincialibus, & Superioribus, ac eorum onicuique contra quoſcumque fratres talia illicita perpetrantes procedendi, eoſque condignis pęnis juxta regularia inſtituta, & dictas Conſtitutiones Reformatorias corrigendi, & puniendi: coutradictores quoslibet, & rebelles per ceuſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatioue poſtpoſita compeſcend i, auxiliumque brachii ſecularis invocandi plenam, liberam, & omnimodam ſacultatem concedimus, & impartimur.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtan. præmiſſis, ac qnibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 11. Junii 1588. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Junii 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

Digitized by Google

CXXVII.

Approbatio Congregationis Clericorum Regularium Minorum, cum aliquarum gratiarum conceſſione.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

SAcræ Religionis propagationem noſtris potiſſimum temporibus ubique vigere, ejuſque fructus Domino gratiſſimos, & univerſæ Chriſtianæ reipublicæ utiliſſimos, animabuſque fidelium nimium ſalutares, quos ex perſonarum ibi degentium devotis, & continuis precibus, cum vitæ probitate, & ſanctitate conjunctis provenire cognoſcimus, accreſcere ſemper ex animo deſiderantes, quo Eccleſia hæc viſibilis, quæ contra harum tenebrarum Principes, & Rectores perpetuo militari, hujus mundi nequitiis, & hoſtilibus inſidiis facilius reſiſtere, & mortifera tela propulſare queat, fidelium vota in id ipſum tendentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, illiſque favorem Apoſtolicum impartimur, prout ipſa videntur expoſcere, & Nos conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Jo: Auguſtinus Adornus, & alii quamdam Clericorum Congregationem inſtituerunt, regularem vitã in continuis orationibus & aliis piis operibus ducendo.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum Joannis Auguſtini Adorni presbyteri Januen., & ſociorum Nobis exhibita petitio continebat, quod ipſi pluribus abhinc annis, tamquam divino afflatu inſpirati, ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum ſalutem, unam Presbyterorum, & Clericorum Regularium Congregationem inſtituere, ac ut cum majori animi quiete Deo ſervire, & illi magis adhærere poſſint, tria ſubſtantialia religioſæ vitæ, Paupertatis ſcilicet, Caſtitatis, & Obedientiæ vota emittere, ac ſub ſolito, & communi habitu clericali in unum habitantes, & in communi, ac de communi viventes, necnon Deo humiliter, & devote, quantum ipſe dederit, ſervientes, ſub noſtra, & Apoſtolicæ Sedis immediata ſubiectione, & ſpeciali protectione, regularem vitam ducere, ac continuis orationibus, ſpiritualiumque operum exercitio, & aſpera carnis maceratione, ad ſuarum, aliorumque Chriſtifidelium animarum ſalutem, & profectum, vacare decreverunt.

Et Papæ pro approbatione ſupplicarunt.

§.2. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum pio deſiderio hujuſmodi annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Qui d. Congregationem approbat, & ab uno Præpoſito Generali regi jubet.

§.3. Nos igitur Joannem Auguſtinum, & ſocios prædictos, ac eorum quemlibet, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, unam Congregationem regularem Presbyterorum & Clericorum Regularium Minorum nuncupandorum, per unum Præpoſitum generalem, qui presbyter eſſe, & hac prima vice per Joannem Auguſtinum, & ſocios prædictos, vel eorum majorem partem, poſtquam profeſſionem emiſerint, & deinceps futuris temporibus per Capitulum generale dictæ Congregationis per majorem partem ſuffragiorum ad vitam eligi debeat, regendam, & gubernandam, ad noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium permittimus, & indulgemus, illamque ſub Petri, ac noſtra, & dictæ Sedis immediata ſubiectione, & ſpeciali protectione recipimus.

Statuta condendi pro ejus regimine Facultatem concedit.

§.4. Necnon eidem Congregationi, ut pro illius, ac Eccleſiarum, domorum, & perſonarum ſalubri ſtatu, & directione, quæcumque ſtatuta, & ordinationes rationabilia, & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Conc. Trid. decretis non contraria, per Sedem Apoſtolicam approbanda condere, & facere; illaque pro temporum qualitate, ac prout expedire videbitur, mutare, & in totum tollere, aliaque de novo condere.

Triaque vota ſubſtantialia emittendi.

§.5. Eiſdemque Joanni Auguſtino, & ſociis, ac cuilibet ipſorum, ut tria ſubſtantialia religioſæ vitæ, ut præfertur, Paupertatis, Caſtitatis, & Obbedientiæ vota publice in cujuſcumque Archiepiſcopi, Epiſcopi, vel Vicarii in ſpiritualibus generalis manibus, conjunctim, vel diviſim, tam in Urbe, quam alias ubilibet emittere, & ſolemniter profiteri.

Sub humili habitu ac denominatione Clericorũ Regularium in communi, & de communi vivendi.

§.6. Ac ſub communi, & humili habitu pauperum Clericorum, ſubque denominatione, & nuncupatione Clericorum, & Presbyterorum Regularium Minorum, in communi, ac de communi viventes in locis religioſis, aut ſæcularibus, prout ipſis ab illis, quorum loca ipſa erunt, conceſſum fuerit, ſeu expedire videbitur, in unum habitare.

Alios ad Religionem recipiendi.

§.7. Ac alios quoſcumque ſæculares clericos, & etiam laicos, qui Deo aſpirante ad hujuſmodi vitæ frugem, & communem vivendi modum, ſeſe conferre voluerint, recipere, & poſt annum probationis ad talem trium votorum profeſſionem in manibus ipſius Præpoſiti generalis, vel alterius juxta ipſius Congregationis inſtituta, & faciendas ordinationes, ac ſacrorum Canonum, & Concilii hujuſmodi diſpoſitionem emittendam, & ad hujuſmodi communem vivendi modum admittere.

Officia divina ſecundum uſum S. R. E. celebrandi.

§.8. Ac horas canonicas, diurnas pariter, & nocturnas, necnon miſſas, & alia divina officia ſimul, & diviſim, ſecundum uſum, & morem Romanæ Eccleſiæ, & juxta Breviarium Romanum noviter compilatum, etiam in Eccleſia dicere, & recitare.

Confeſſiones prævia Ordinarii approbatione audiendi, & abſolvendi &c.

§.9. Quodq. ipſius Congregationis Presbyteri, ab ipſius Congregationis Præpoſito Generali, vel alio Superiore, ac ab Ordinario loci approbati, & de licentia ipſius generalis, ſeu Præpoſiti domus, in qua pro tempore habitaverint, quorumcumque Chriſtifidelium confeſſiones audire, illoſque a quibuſvis peccatis, exceſſibus, & crimi-

minibus, non tamen Sedi Apoſtolicæ quomodolibet reſervatis abſolvere.

Sacramenta miniſtrandi. §.10. Ac quibuſcumque Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ſanctiſſimum Eucharíſtiæ Sacramentum, ſine tamen ſuorum Parochorum, & jurium parochialium præjudicio, miniſtrare.

Domos Regulares conſtruendi. §.11. Necnon quaſcumque domos regulares dictæ Congregationis pro illorum uſu, & habitatione, cum Eccleſiis, campanili, domibus, hortis, hortalitiis, & aliis officinis neceſſariis conſtruere, & ædificare, ſeu conſtrui, & ædificari facere, vel jam conſtructas, & ædificatas recipere libere, & licite valeant, dictaſque domos ea nunc prout ex tunc, & e contra poſtquam conſtructæ, & ædificatæ, ſeu receptæ, ut præfertur, fuerint, in domos regulares dictæ Congregationis auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

Executores hujus Conſtitutionis deputat. §.12. Quocirca univerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus, aut officialibus generalibus, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Canonicis, & Capitulis, ac aliis, ad quos quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Congregationis Minorum hujuſmodi, illiuſque Præpoſiti, Officialium, Miniſtrorum, & perſonarum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra obſervari, ipſamque Congregationem Minorum, illiuſque ſingulares perſonas præmiſſis omnibus pacifice frui, & gaudere. Non permittentes Congregationem prædictam, illiuſque perſonas, deſuper per quoſcumque quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat. §.13. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dictas aliquis vigore præſentium ad judicium non trahatur, aliiſque Apoſtolicis, ac in provincialibus, & ſynodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die primo Julii 1588., Pontificatus noſtri Anno IV. D. P. An. IV. 1. Julii.

CXXVIII.

Canonizatio S. Didaci Confeſſoris, Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia profeſſoris, ſuæque Feſtivitatis inſtitutio pro die 12. Menſis Novembris quotannis celebrandæ.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

REX Regum ante omnia ſæcula Chriſtus Dominus, qui propter perditi ſalutem hominis, forma ſervi accepta, in plenitudine temporis factus eſt homo, Eccleſiam ſuam unice dilectam, ſuoque pretioſo ſanguine acquiſitam, ſupra Beatiſſimum Apoſtolorum Principem Petrum, cui petræ firmitatem dedit, in ſe ipſo ſummo angulari lapide a Chriſtianæ fidei primordiis ædificavit, & uſque ad ſæculi conſumationem per omnes temporum ætates mirabiliter ſemper ædificat. Divinum vero admirabilis hujus ædificationis artificium, nec inflata mundi ſapientia capit, nec terrena, & carnalis prudentia ullo modo aſſequitur, Diaboli autem aſtutia, & ſuperbia contremiſcit. Nimirum quemadmodum ex pauperibus, & contemptis plerumque hominibus, humili, & obſcuro loco natis, nullis artibus, nulla eloquentia inſtructis, nullo deique humanæ potentiæ præſidio communitis, tamquam ex abiectis, & reprobatis lapidibus, tanta fiat moles, tam pulchra, tam ornata, tam fortis, tam ſtabilis, in tantum demum conſurgat altitudinem, ut ipſæ inferorum portæ, ejus robur, ac firmamentum perhorreſcant. Sed viæ Dei non ſunt viæ hominum, nec cogitationes ejus ſicut cogitationes eorum. Itaque non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt, deſtrueret, ut non glorietur omnis caro in conſpectu ejus. Sic Omnipotens Deus per ſcandalum Crucis, & per ſtultitiam prædicationis ſalvos fecit credentes, ſic ab ipſis naſcentis Eccleſiæ initiis per ſapientem Apoſtolorum inſaniam, & per fortiſſimam Martyrum infirmitatem, Græcorum ſapientiam infatuavit, & & gentium potentiam dejecit atque proſtravit: ſic denique per ſuccedentes ætates brachio fortitudinis ſuæ depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles Sanctos ſuos. Proœmium.

S. Didacus Religionis Fratrum Minorum S. Franciſci profeſſor fuit. §.1. Hinc ſuperiori ſæculo, & patrum noſtrorum memoriæ valde propinquo, ex humili familia Fratrum Minorum S. Patris Franciſci humilem Beatum Didacum, in Hiſpania natum, non doctrina præcellentem,

Digitized by Google

tem, ſed quales primi illi noſtri Magiſtri, & Principes fuerunt, ſine literis humano ſtudio comparatis, ſed idiotam, & in ſancta Religionis profeſſione laicum delegit, In quo oſtenderet abundantes divitias gratiæ ſuæ; cujus admirabili vitæ ſanctitate, & exemplo multos ad vitam ſalutis perduceret, & ſeneſcentem, ac pene decrepitum Mundum magis magiſque coargueret, quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.

In Regno Hiſpaniarum virtutibus, & miraculis claruit, quarum virtutum aliquæ receuſentur.

§.2. Itaque Pater miſericordiarum Deus, qui facit mirabilia magna ſolus, hunc ſervum ſuum parvulum, & demiſſum, cœleſtibus donis ſuis adeo ornavit, tantoque Spiritus Sancti igne incendit, manumque ſuam ad ſanitates, & ſigna, & prodigia, Beati Didaci meritis, cum in ejus vita, tum poſt mortem efficienda, tam mirifice extendit, ut is non ſolum apud ſuos in florentiſſimis Hiſpaniæ Regnis notus. & clarus eſſet, ſed apud exteros etiam ejus nomen magna cum gloria promulgaretur. Juſtus enim, & miſericors Dominus ſervos ſuos fideles, quos ante Mundi conſtitutionem elegit, & prædeſtinavit ad vitam, non ſolum in Cælo ſemper coronat, ſed ſæpe etiam in Terra, ubi fortiter, & legitime certaverunt, multo gloriæ ſplendore cumulat atque illuſtrat. Nimirum, ut præclaras illas ſuas promiſſiones perſolvat. Dabo vos, inquit, nominatos, & in gloriam, & in laudem in cunctis Populis Terræ; ut ſe ipſe in Sanctis ſuis mirabilem demonſtret, & potentiam ſuam ſignis, & virtutibus declaret, ut propoſitis Sanctorum glorioſis laboribus, & meritis, qui homines fuerunt Nobis ſimiles, circumdati infirmitate, ſegnitiem, & tarditatem noſtram in via virtutis excitet, & frigeſcentem charitatem accendat; ut hæreticorum pravitatem coerceat, perverſitatem confundat, dum ad ſacras eorum reliquias, divina virtute ægroti curantur, Dæmones pelluntur: ut mortuos qui in Domino ſunt mortui, beatos eſſe, & multo felicius vivere omnes intelligant. Poſtremo ut amici Dei multo maxime honorentur, & qui Sancti ſunt apud Deum, Sancti etiam ab hominibus habeantur, ad quorum nos opem confugientes, eoſque pie invocantes, eorum ſuffragiis adiuti cœleſtem miſericordiam facilius impetremus. Merito igitur Beatum Didacum laudamus, quem Deus multis, & illuſtribus oſtendit miraculis prædicandum: de cujus beati viri vita, & rebus geſtis, puriſſimæ fidei integritate, morum excellenti ſanctitate, ſignorum admirabilitate pauca quædam libenter pro noſtro Paſtorali officio, Populo Dei proponimus, ut laudetur Deus in Sancto ſuo, & fidelium devotio tamquam ſalutari quodam, & perjucundo cibo nutriatur, omneſque Deo gratias agant, publico noſtro, & hujus Sanctæ Apoſtolicæ Sedis teſtimonio, quæ a Spiritu Sancto gubernatur, & regitur, Beati Didaci ſanctitatem optimo jure declaratam eſſe, & promulgatam.

B. Didacus in Hiſpania natus eſt.

§.3. Natus eſt Beatus Didacus in Hiſpania, in Provincia Bethica, & in Oppido, cui nomen eſt Sanctus Nicolaus de Portu, quod eſt in Diœceſi Hiſpalenſi. Et is quidem ut fœcundus ager Cœleſtis gratiæ imbre irrigatos uberes fructus cito protulit.

Adoleſcens apud quendã pium Sacerdotem vixit.

§.4. Nam adoleſcens ex medio Babylonis fugiens, hoc eſt, ex laqueis, & periculis ſæculi, pœnitentis habitu indutus in propinquam ſolitariam Eccleſiam una cum pio quodam ſacerdote ſpiritualis vitæ duce, & ſocio ſeceſſit: ubi novus Chriſti miles in hujus fallacis Mundi contemptione, & omnium humanarum rerum deſpicientia, in cœleſtium contemplatione, in corpore edomando, & ſpiritui ſubiiciendo ſe aſſidue exercens, magna cum ſuorum oppidanorum ædificatione præclarum tyrocinium poſuit.

Religionemque S. Franciſci profeſſus fuit.

§.5. Poſt aliquot vero annos, ut ſe arctioribus vinculis Chriſto adſtringeret, & a Mundi tempeſtatibus quam longiſſime diſcederet, & ſub ſuavi obedientiæ jugo, Deo ſecurius, & fructuoſius ſerviret, in portum Seraphicæ S. Franciſci Religionis confugit, eamque prope Cordubam in Conventu de Arrixafa, ut vocant, quem Fratres Minores, qui nunc de Obſervantia nominantur, incolunt, verbis expreſſis eſt profeſſus. Hic jam Athleta Chriſti ampliſſimum virtutum ſtadium ingreſſus, tamquam obliviſcens, quæ retro erant, & ad ea, quæ ſunt priora, ſe extendens, cœpit omni contentione corporis, & ſpiritus perſequi, divina gratia ſuffragante bravium ſupernæ vocationis. Summa cura, & diligentia in Regulæ obſervatione verſabatur, quam in omni vita ſancte adeo inviolateque ſervavit, ut ipſe in cunctis Religioſis functionibus, & officiis, vivens quædam, & expreſſa regula eſſe videretur.

Humilis, & obediens admodum fuit.

§.6. In primis vero, quia ſapientiſſimus Architectus Spiritus Sanctus, ſublime regularis perfectionis ædificium in eo extruebat, altiſſimum humilitatis fundamentum jecit, & ut prudens ille ædificator in Evangelio laudatus, fodit in altum, & ædificavit domum ſuper petram: nihil ſibi tribuens, nulli ſe anteponens, quo plura a Deo accipiebat, eo demiſſius ſe gerens. Itaque nullæ tentationum procellæ, nulli ſuperbiæ, & inanis gloriæ venti, nullæ diaboli machinationes domum illam tam egregie fundatam movere, aut labefactare potuerunt. Superiorum, & Prælatorum mandata, & juſſa, tanta obedientia, tantaque alacritate exequebatur, ac ſi Deum in eis loquentem audiviſſet. Sanctam paupertatem Domini ſui ſponſam cariſſimam, quam diligentiſſime cuſtodiebat, omnia arbitratus ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaceret. Cumque Satanæ aſtutias non ignoraret, ſed optime intelligeret infenſiſſimum humani generis adverſarium, tamquam Leonem rabidum, & rugientem, dies noctesque circuire, ut Chriſti oviculas dilaceret, ac devoret, numquam otio, aut torpori ſe dabat, ſed ſtabat ſuccinctus lumbos ſuos in veritate, indutus loricam juſtitiæ, galea ſalutis aſſumpta, & ſcuto fidei arrepto, in

qua

quo omnia poſſet ignita nequiſſimi hoſtis tela extinquere.

Jejuniis & flagellis corpus ſuum caſtigabat.

§.7. Corpus igitur, & carnem ſuam illecebram peccati labore, jejuniis fere continuis, & flagellis caſtigabat, & in ſervitutem redigebat, præcipue vero ad excelſam illam Arcem confugiebat, qua nulla fortior, nulla munitior, hoc eſt ad Sanctæ Orationis præſidium; cujus alis in Cælum frequenter ſublatus, terrenorum oblitus, ſuaviſſimo Dei colloquio fruebatur.

De rebus divinis licet rudis eſſet mirifice loquebatur.

§.8. In ea igitur ſchola divinitus eruditus vir alioquin plane rudis, & literarum minime ſciens, admirandum in modum de rebus divinis loquebatur, ſenſuſque mirificos proferebat, ita ut viri eruditiſſimi, qui in Sacræ Theologiæ ſtudiis ætatem contriverant, ſummopere obſtupeſcerent; illudque memoriæ traditum eſt, & gravi teſtimonio comprobatum, doctos, & pios viros cum abſtruſas, & perdifficiles quæſtiones, ad res divinas, animarumque ſalutem pertinentes cum eo familiariter communicarent, id ab homine literarum experte cumulate didiciſſe, quod in celeberrimis Academiis a magnis Doctoribus addiſcere nequiverant.

Orationi incumbebat.

§.9. Ille præterea Orationis fructus erat uberrimus, quod jam in benedictionibus dulcedinis præventus, & calicem illum præclarum, qui cor inebriat, delibans, ardentis charitatis igne, erga Deum, & proximos toto pectore æſtuabat: quare bonorum omnium auctorem Deum, & Beatiſſimam Dei Genitricem ſemper Virginem humani generis Advocatam, quam ſumma devotione ſemper coluit, non pro ſe ſolo, ſed pro omnibus hominibus, & præſertim pro Peccatorum emendatione continenter, vehementiſſimeque orabat.

Pauperes amabat.

§.10. Pauperes vero Jeſu Chriſti tanto affectu diligebat, tantaque erga eos miſericordia commovebatur, ut omni ſtudio, quantum ei licebat, eorum inopiam, & calamitates ſublevare ſedulo procuraret; quod ſi interdum præſtare non poſſet, vim lacrymarum profundebat, eoſque verbis amantiſſimis conſolabatur.

Ægrotis Fratribus miniſtrabat, & ſerviebat.

§.11. Ægrotos Fratres omnibus charitatis officiis proſequebatur, aſſiſtere ad lectum, cibum miniſtrare, vigilare totas noctes, perferre omnes moleſtias, tanta patientia, tanta humilitate, ut quorumdam purulentas plagas, non ſolum medicamentis curare, ſed lingua quoque eas lambere, & abſtergere non abhorreret; quo in genere eximia ſervi Dei charitas Romæ aliquando in Cœnobio Fratrum ſuorum, quod eſt ad Aram Cœli, inſigniter eluxit. Nam Anno quinquageſimo ſuperioris ſæculi, cum piæ memoriæ Nicolaus Papa V, Prædeceſſor noſter ſacrum Jubilæum de more celebraret, Romam venit Beatus Didacus, ut ſalutarem Indulgentiam conſequeretur, & Beatorum Apoſtolorum Sepulchra, ceterorumque Sanctorum Martyrum illuſtres memorias religioſe veneraretur; magna erat annonæ inopia, gravibus, & periculoſis morbis Urbs laborabat, cum B. Didacus ægrotis curandis, quorum ingens erat numerus, a Guardiano, ſeu Cœnobii Præfecto, qui jam ejus Sanctitatem deguſtaverat, eſt præpoſitus; cujus officii munus, tam fideliter feliciterque adminiſtravit, ut in publicis anguſtiis omnia apud pauperes Chriſti abundarent, omneſque in ſervo Dei, & copioſum charitatis ſpiritum, & ſingularem illius apud Deum gratiam agnoſcerent.

Charitas in eo maxima erat.

§.12. Nec ſane mirandum eſt, Virum Dei membris Chriſti Fratribus ſuis, in quibus Chriſtus ipſe ægrotabat, tanto charitatis ſtudio inſerviſſe, tam impigre miniſtraſſe, qui eo jam perfectionis progreſſus erat, ut charitatem illam, quo nemo majorem habet, ſponſo animæ ſuæ præſtare, & perſolvere concupiſceret, & pro Chriſti nomine, & confeſſione, vitam, & Sanguinem profundere deſideraret. Ea nimirum eſt perfecti amoris vis, & natura, ut non facile conquieſcat, ſed majora ſemper, & maxima appetat, & moliatur, ſemperque actuoſius, & operoſus ſit. Itaque cum aliquando ad Inſulas Canarias miſſus eſſet, ut Guardiani officio in illo Fratrum Minorum Conventu fungeretur, ſervus Chriſti, cui vivere Chriſtus erat, & mori lucrum, cœpit Martyrii deſiderio vehementer flagrare. Erat in eo, non ſolum columbæ ſimplicitas, ſed, & ſerpentis prudentia; quare multa cum vigilantia, & regularis diſciplinæ obſervantia vir Dei in ſua cuſtodia excubabat in omni ſanctitate, & juſtitia forma factus puſilli gregis ſui, & Fidelium Inſulanorum, quibus bonus odor Chriſti erat ad vitam, ita ut frequentes eum adirent, ex ejuſque ſpiritualibus colloquiis miram caperent conſolationem, & voluptatem.

Infideles multos ex Canarienſibus ad fidem perduxit.

§.13. Magnam vero exercendæ charitatis ſegetem in Inſulis illis nactus, ſimulque conſequendi Martyrii ſpe incitatus, multos ex Canarienſibus Infideles, & impuris adhuc Idolorum ſuperſtitionibus addictos, verbo, exemplo, orationibus ad Chriſti fidem perduxit, quo in munere dum ſtrenue verſaretur, multa illi pericula in ea Canaria, quæ magna appellatur, Diaboli invidia conflavit, ſæpe in capitis, & vitæ diſcrimen venit, ut ſeſe jam Martyrii palmam potiturum ſperaret; ſed Deo aliter diſponente, non Martyrio animus, & voluntas, ſed voluntati Martyrium defuit, & certe gloria non defuit, cum præclare a Beato Martyre Cipriano ſcriptum ſit, ad coronam Dei promerendam ipſius teſtimonium ſolum ſufficere, qui judicaturus eſt, qui arcana rerum ſcrutatur, & cordis intuetur occulta. Ergo, & purpuream de paſſione coronam aliquo modo accepit, & multas de bonis operibus candidas reportavit, reſervatus a Deo ut multos Chriſto lucrifaceret.

Miraculis quorum aliqua hic referuntur dum vixit, enituit.

§.14. Jam enim in univerſa Hiſpania clariſſimum erat Beati Didaci nomen, magnamque apud omnes, & venerationem, & admirationem habebat, & tamquam Angelum quemdam in Terris agentem ſic eum homines intuebantur; nihil illo lenius, nihil

hil manſuetius, lac, & mel ſub lingna ejus, & cor ejus mundum, & ſimplex Chriſtiana dulcedine redundabat; omnia in bonam partem accipere, de nemine male judicare, nullum adverſus aliquem verbum acerbius immittere. Si quem vero contra legem Dei, & regularem diſciplinam peccantem animadverteret, zelo Dei incenſus libere obiurgabat, nulla tamen in re gloriam ſuam, ſed Dei honorem, & fraternam utilitatem quærebat. Signis etiam, & Miraculis viventem ſervum ſuum illuſtravit Deus, ejuſque excellentem fidem rebus mirabilibus afficiendis multipliciter patefecit. Elucebat in eo ſingularis gratia curationum, itaut undique ad eum ejus rei cauſa quamplurimi coufluerent; ille vero fide, quæ per Dei dilectionem mirifica operatur, in Domino roboratus, cum digitum in lampadem, quæ ante Sacram Beatiſſimæ Virginis Imaginem collucebat, demiſiſſet, ex ejus oleo ægrotos ſigno Crucis obſignatos perungebat, multorumque varios languores, & morbos ejuſdem Crucis virtute, in qua ſola gloriabatur, mirabiliter ſanabat. Accidit aliquando, ut e cœnobio, in quo erat, ad oppidum S. Lucæ de Barameda proficiſceretur, Fratre uno comite: cumque nullis cibariis acceptis jam ſumendi cibi tempus adveniſſet, & ex itinere defeſſi eſſent, nec in proximo vico quidquam, quo ex aliena miſericordia reficerentur, Deo ita diſponente, reperire potuiſſent, ad comitem ſereno vultu converſus Beatus Didacus. Eja, inquit, Frater in Domino confidamus, ipſe Nos paſcet: cum iter ſtrenue proſequerentur, ecce in perampla planitie candidam mappam inter herbas prope viam poſitam videut, propiuſque accedentes album panem, piſces recentes coctos, & vini vaſculum inveniunt; inſiſtunt ſervi Dei, & in latiſſimo campo unde in omnes partes liber erat proſpectus, omnia oculis perluſtrantes circumſpiciunt, ſiquis forte eo in loco prandium reliquiſſet; denique id quod erat rati, ad menſam ſibi a Deo in deſerto paratam veri Iſraelitæ accumbunt, ac cibo, & potione, ſiti, fameque depulſa, quod ſuperfuit ibidem liquerunt, Deo Patri miſericordiarum gratias agentes, qui Servis ſuis in eo ſperantibus eſcam dederat in tempore opportuno. Quid, illud quod Hiſpali geſtum eſt, quam magnæ Fidei eſt argumentum? Nam cum ſeptennis puer, qui a matre vapulare ſolitus erat, in furno, in quem ejus iracundiam fugiens ſe abdiderat obdormiſſet, & furno ab ignara matre ſuccenſo expergefactus clamaret, vir Dei exanimatam matrem, ejulatu omnia complentem, nec quo ſe verteret ſcientem, ad majorem Eccleſiam ire, ibique matrem miſericordiarum devote orare juſſit, ipſa te, inquit, o mulier adiuvabit; cum illa, quaſi Dei Nuncium audiviſſet, pergeret, ipſe ad furnum accedens puerum ex maximo periculo extractum paulo poſt ad idem templum adduxit, matrique ſuæ ſalvum, & incolumen reddidit. Ceterum cum juſtus Judex Deus Athletam ſuum tot victoriis illuſtrem carne, Mundo, Diabolo per Dei gratiam devicto, corona Juſtitiæ, quæ illi ab omni æternitate repoſita erat, coronare decreviſſet, ſervumque multiplicatis talentis induſtrium, & in pauca fidelem ſupra multa conſtituere, & in gaudium vellet Domini ſui introducere, Beatus Didacus in ſenectute bona, plenus dierum, & operum bonorum in Conventu Complutenſi, in quo annos complures eſt commoratus, in ſupremum morbum incidit, in quo incredibilis patientiæ exemplum præbuit. Quadam autem nocte extra ſe raptus, ſenſu omni, & vitali motu amiſſo, ita ut a Medico, & qui adſtabant Fratribus, mortuus plane crederetur, tandem ſoluta eſtaſi, ter aut quater hæc verba locutus eſt: O quales flores babet Paradiſus. In profundæ vero humilitatis ſtatione, uſque ad extremum vitæ ſpiritum ſervanda, ita firmus manebat, ita nuſquam de ſuo loco decedebat, ut cum Fratres ſinguli ab eo peterent, ut pro ipſis oraret, ipſe contra, ſe eorum orationibus vehementer commendabat, ut ipſis pro eo Deum orantibus, bonorum operum fructus, quem illi in Sanctæ Religionis Obſervantia cumulaverant, ſibi quoque a Deo communicaretur, atque ita miſericordiam impetraret.

S. Didacus in amplexu Crucis, quam maxime diligebat, & in corde, & corpore ſemper geſtaverat, die 12. Novembris 1463. in Domino obdormivit cantato Hymno, *Dulce lignum, &c.*

§.15. Poſtremo cum ſe jam moriturum intelligeret, comitis illius, & adiutricis fideliſſimæ, quæ illum in hujus vitæ peregrinatione numquam deſerverat, hoc eſt ſanctæ paupertatis, ſupremo vitæ die non oblitus, ſed in ejus intimo ſinu, quam maxime fieri poſſet, ſpiritum emittere cupiens, convocatis fratribus, eos obnixe rogavit, ut ſibi veſtem obſoletam, & laceram, habitumque omnium viliſſimum, in quo moreretur, concederent; quo impetrato, multis profuſis lacrymis, ab his qui adſtabant, offenſionum atque erratorum veniam poſtulavit; quibus copioſe collacrymantibus, ipſe Cruce lignea quam ad caput habebat, arrepta, eamque amplexus, & oſculatus, utroque brachio in altum fortiter ſublato (cum tamen alterum gravi apoſtemate tumens, ac debilitatum antea movere non potuiſſet) oculiſque in vitale ſignum defixis, verba illa ex ſacro Hymno magno affectu, magnoque pietatis ſpiritu pronunciavit. Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pondera, quæ ſola fuiſti digna portare Regem Cœlorum, & Dominum; quæ cum dixiſſet, in ipſo ſalutiferæ Crucis complexu, quam unice dilexerat, quam in corde, & corpore ſemper geſtaverat, in qua Chriſto confixus, & mundo crucifixus fuerat, animam efflavit, & in Domino obdormivit, pridie Idus Novembris, Anno Domini 1463.

Miraculis etiam multis, quorum aliqua hic recenſentur, poſt obitum illuſtris fuit.

§.16. Ad ejus corpus (Beati Didaci morte audita) magni undique concurſus facti, illud devote omnes contingere, amictus particulas præſcindere, capillos devotionis cauſa evellere, demum Chriſtiano ritu corpus honorifice humatum eſt. Hic jam ſtatim Deus mortui ſervi ſui, cuj in vita

coopta-

Digitized by Google

cooperatus fuerat, eximiam ſanctitatem ſignis ſequentibus comprobavit. Nam corpus, quod jam quatriduo humi ſepultum fuerat, iterum non abſque miraculi interventu, effoſſum, non ſolum integrum, incorruptumque apparuit, ſed cum per multos menſes, ut pio ſtudio ſatisfieret, & Civium, & aliorum, qui ex diverſis partibus accurrebant, inſepultum jacuiſſet, non computruit, nullum tetrum odorem emiſit. Immo vero corpus illud, quod vivens Spiritus Sancti templum fuerat, odorem ſuaviſſimum afflabat, quo omnes mirifice recreabantur, qui quidem & in hodiernum uſque diem ex ejus ſepulchro ſuaviter & jucunde ſpirans a pleriſque ſæpe ſentitur. Illud quoque in Beati Viri mortuo corpore mirum acceſſit, quod ejus membra & artus, vitali calore deſtituti non obriguerunt, nec duri aut rigidi ſunt effecti, ut cadaverum ſolent, ſed molles erant, & flexibiles quocumque verterentur. Quocirca laudanda eſt pietas, & magnificentia claræ memoriæ Henrici IV. Caſtellæ Regis, qui una cum filia periculoſe ægrotans, & Beati Didaci precibus ſanitate impetrata, nobile ſacellum grati animi ſui monumentum extruxit, ibique in Arca ferreis laminis diligenter communita Beati Didaci corpus decenter recondi juſſit. Ad quod quidem ſacellum, ut conſtat, non ſolum Complutenſes Cives, ſed vicini, & remotiores Populi, atque ex omni fere Hiſpania fideles tanta devotione confluunt, tam multi Beati illius Viri opem apud Deum implorant, tot ibi vigiliæ fiunt, tot ſacrificia in eodem ejus Sacello celebrantur, tam multa, & illuſtria dona voti reddendi gratia offeruntur, ut hæc de Beati Didaci ſanctitate non exigui temporis tamquam rumoris aura, ſed per annos centum viginti, & amplius conſtans, & perpetua fama & opinio, tantuſque illorum fidelium, omnium generum, omnium ordinum conſenſus magni profecto, & illuſtris teſtimonii loco habendus ſit ad Beati Didaci ſanctimoniam comprobandam. Verumtamen multis quoque poſt obitum miraculis Vir commemorabili ſanctitate præditus claruit. Nam in actis tranſmiſſis centum fere, & triginta leguntur, Deo, qui glorificatur in Concilio Sanctorum, ſignis, & prodigiis teſtante, ſervum ſuum non ſolum morum, ſed etiam ſignorum virtute, nec operibus modo pietatis in vita, ſed etiam miraculorum luce poſt mortem, clarum, & venerabilem eſſe. Duron Oppidum eſt in Hiſpania, in Diœceſi Seguntina, ex eo Catherina Martini filia, virgo annos duodecim nata, cum ante aliquot menſes ſubita vi morbi ſurda, & muta evaſiſſet, brachiis item pedibuſque paralyſi diſſolutis incedere nequiret, ad Beati Didaci ſacellum delata, cum ibi pervigilaret, ejus tacta manu, & in crucis formam conſignata, illico & aurium ſenſum, & loquendi facultatem recepit; membrorumque uſu reſtituto, totoque corpore confirmato, libere qua libuit, inceſſit, laudans & benedicens Deum.

Adoleſcens quidam erat annorum fere viginti, Didacus de Lorca appellatus, filius Petri Gonzales viri nobilis, qui Deo permittente, ab immundo ſpiritu annos complures vexabatur miſerandum in modum, ita ut ſæpius interdum in die arreptus, & ad terram alliſus, horribiles corporis geſtus ageret, & veluti mortuus relinqueretur, hic ſe Beato Didaco humiliter commendans, & in ejus Sacello aliquandiu invigilans a miſerabili vexatione omnino eſt liberatus. Cum Catherina Bartholomæi Sanchez uxor, expleto ad pariendum tempore, parere non poſſet, fœtus enim in utero tranſverſus alterum tantummodo pedem eduxerat, materque miſera ab aurora ad veſperam in eo cruciatu permanens in ſummo vitæ diſcrimine verſaretur, & plane morti propinqua eſſet, ſocrus ejus Maria Garzia uxor Jo: Garziæ incolæ Oppidi de Ambroz Beati Viri in maximis anguſtiis recordata, ad ejus opem confugit, itaque fruſtum amictus Beati Didaci, parumque pulveris e ſepulchro ſupra parturientem nurum impoſuit, quæ ſubito mortuum fœtum edidit, ipſa ſalva. Manſit autem mortua puellula aliquot horarum ſpatio, ſed ejuſdem Avia Maria jam ſemel Beati Viri opem in matre experta, eum pro neptis vita tanto fidentius orare non dubitavit, quod cum devote feciſſet, alterum etiam beneficium impetravit, & puella ſacro baptiſmi fonte abluta, & geminæ vitæ munere a Deo donata diu poſtea ſupervixit. Illud autem quod in Maria della Peñuela Petri Hernandez Complutenſis filia, Dei virtute, per merita Beati Didaci mirifice effectum eſt, notum & valde pervulgatum in Hiſpania, multique, qui meminerint, ſuperſunt. Invaſerat virginem horribilis & deformiſſima paralyſis, tanta nervorum diſſolutione, & membrorum laxatione, brachiis, cruribuſque diſtortis, totoque corpore convulſo, ut non jam mulier, ſed monſtrum eſſet, & Medici ſe nihil unquam tale vidiſſe profiterentur, accedebant febres vehementes, & capitis dolores peracres, & aſſidui, quibus miſera graviſſime afflictabatur, ea igitur ad Beati Didaci corpus delata, cum in ejus interceſſione, & Dei miſericordia confideret, & ſuppliciter oraret, voti compos, ab omni illa membrorum diſtortione, & depravatione, omnique corporis infirmitate eſt liberata, quæ tanti accepti beneficii non ingrata Deo virginitatem ſuam vovit, & ſacrarum Virginum Collegio adjuncta, in Monaſterio S. Joannis, quod a pœnitentia nominatur, ſancte, & religioſe vitam duxit. Sed quod in Principe Carolo chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici primogenito filio divinitus actum eſt, magnam apud omnes famæ celebritatem habet. Ægrotabat Compluti adoleſcens Princeps Anno humanæ ſalutis milleſimo quingenteſimo ſexageſimo ſecundo, qui cum e ſcalis decidiſſet, graviſſimum ex eo caſu, & prolapſione in capite vulnus acceperat, omnia re-

remedia, omnes curationes adhibitæ, quæ humana induſtria præſtari poterant, ut in tanto Principe par erat: ſed cum nihil humanum proficeret, morbuſque magis ſemper ingraveſceret, jamque ejus gravitati natura ſuccumberet, Medici, Principis ſalute prorſus deſperata, certam imminentis mortis horam præfiniunt, idque Regi patri, ne tam acerbo ſpectaculo intereſſet, denunciant. Cum igitur omnis humani adiumenti ſpes defeciſſet, ad divinum, quod unum reliquum erat, præſidium confugiunt. Itaque devotionis ardore ſuccenſi a fratribus ſuis Beati Didaci corpus decenter, & religioſe in Principis cubiculum afferri curant, poſt annos fere centum integrum, & incorruptum; quod cum Princeps Beati Viri patrocinio ſe commendans devote tetigiſſet, eo inde amoto, vidit in ſomni quiete Beatum Didacum ante lectum ſtantem, & Crucem arundineam manu gerentem, ſeque admonentem bono animo ut eſſet, & in Deo confideret, fore enim ut ex ea ægrotatione ſanus fieret. Quare eo potiſſimum tempore, quo Medici Principem moriturum prædixerant, non ſolum melius habere cœpit, ſed paulo poſt ex omni illo vitæ diſcrimine divinis, ac ſupra naturam adiumentis tam mirabiliter eſt ereptus, ut digitum Dei per merita Beati Didaci ibi adfuiſſe omnes intelligerent. Sed præter ceteros Princeps ipſe, & Philippus pater, incredibili lætitia tamquam redivivi filii affectus, id agnoſcere, & Deum glorificando palam profiteri.

Rex Hiſpaniarum Philippus una cũ Carolo filio, & tota Hiſpania, apud Piũ IV. inſtetit, pro ipſius B. Didaci in Sãctorum numerum relatione.

§.17. Itaque pius Rex cum cariſſimi, & primogeniti filii vitam, ſumma Dei clementia, per merita, & preces Beati Didaci ferret acceptam, cuperetque quacumque ratione poſſet gratiam aliquam Deo in Sancto ſuo referre, anno inſequenti ad fel. recordat. Pium Quartum Prædeceſſorem noſtrum, una cum Principe filio, & cuncta fere Hiſpania literas dedit, quibus ab eo ſuppliciter petebat, ut pro ſua, & Sanctæ hujus Apoſtolicæ Sedis ſumma auctoritate Beatum Didacum tam excellenti ſanctitate virum, & tanta miraculorum claritate illuſtrem, in Sanctorum numerum referre vellet, atque ab univerſa Eccleſia pro Sancto venerandum eſſe ſtatueret.

Pius IV. huic negocio quinque Card. deputavit, & res agi cœpta fuit.

§.18. Tam devotis, iteratiſque Catholici Regis, aliorumque poſtulationibus permotus idem Pius Prædeceſſor, de iis in conſiſtorio ſuo ſecreto referri juſſit, & quinque Cardinales, conſilio, & doctrina præſtantes delegit, qui ejuſmodi permagni momenti negocio præeſſent: inter quos unus fuit Cardinalis Alexandrinus, cujus memoria in benedictione eſt, qui poſtea Pontifex factus, Pius ejus nominis Quintus eſt appellatus. Res ſuo ordine agi cœpta eſt ſub Pio Quinto literis in Hiſpaniam tranſmiſſis, ad teſtes ex formula examinandos, actaque rite conficienda.

Idem Rex apud Pium V. & Greg. XIII. pro hujus rei expeditione inſtetit, & cũ apud hunc Pontificem, per ejus Oratorem ſupplicari curavit.

§.19. Cumque ipſe Pius Quartus e vita migraſſet, non deſtitit idem Philippus Quintum, & Gregorium Decimumtertium itidem Prædeceſſores noſtros ſedulo inſtare; ſed Deo ita diſponente, quamvis pleraque ſuperioribus annis ſint acta, res tamen ipſa perfici ſub illis Pontificibus, atque abſolvi non potuit. Cum primum igitur humilitas noſtra, non noſtris meritis, ſed divinæ clementiæ abundantia, in excelſa Apoſtolicæ ſolicitudinis ſpecula his difficillimis temporibus eſt conſtituta, ſtatim idem Philippus Rex nulla ex parte reſtincto, aut refrigerato fidei ſuæ zelo, Nobis per dilectum filium nobilem virum Henricum de Guzman Comitem de Olivares, ſuum apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem magnopere ſupplicandum curavit, ut poſteaquam ea fere omnia, quæ ad acta, & proceſſum Beati Didaci pertinebant, ea hujus ſanctæ Sedis præſcripto confecta erant, Nos quibus univerſalis Eccleſiæ cura eſſet credita, & ad quos ſolos ejus rei judicium pertineret, tam pio, & tam ab ejus Majeſtate, totaque Hiſpania exoptato operi, quod eſt de eodem Beato Didaco Sanctorum Catalogo adſeribendo, ſupremam manum imponere vellemus,

Hic igitur Pontifex pro tanti negocii abſolutione, diligentiſſime omnia deſuper agenda, agi voluit, & imprimis proceſſus duobus Auditoribus Palatii Apoſtolici examinan. mandavit, illique relationum, & eorum ſententiam eidẽ ſcripto tradiderunt.

§.20. Et Nos quidem Regis ipſius religioſum ſtudium, & perſeverantem hac in re ſedulitatem commendantes, cupiebamus ejus piæ petitioni, quantum cum Domino liceret, ſatisfacere; tamen pro noſtro paſtoralis muneris officio ſtatuebamus, in re tam gravi nulla præpropera feſtinatione utendum, ſed omnia ex eccleſiaſtica diſciplina, ea majorum noſtrorum ſaluberrimis inſtitutis, ex Apoſtolicæ Sedis circumſpectione, diligentiſſime agenda eſſe: itaque duobus antiquioribus cauſarum Palatii noſtri Auditoribus, doctrina, & rerum uſu præſtantibus, ipſis fere primis Pontificatus noſtri diebus mandavimus, ut acta omnia, totumque proceſſum ſumma cum diligentia perlegerent, & examinarent; quo illi in munere menſes complures ſedulo, accurateque verſati, copioſam relationem omnium, ſuamque ſententiam Nobis ſcripto tradiderunt. Cum autem Cardinales omnes ab eodem Pio Quinto huic negocio olim præpoſiti, viam eſſent univerſæ carnis ingreſſi.

Et poſtea octo Card. deputavit, ad acta de B. Didaci vita, moribus, & miraculis, ac prædictorum Auditorum relatione expendenda.

§.21. Nos primo anni ſuperioris menſe, in Conſiſtorio noſtro ſecreto alios in eorum locum ſuffecimus, pietate, prudentia, eruditione, fide Nobis probatos, adhuc autem, & numero plures prioribus, ut in gravi cauſa prudenti multorum gravium virorum judicio adhibito, cuncta exquiſitius diſcuterentur. Hi vero fuere more majorum, ex tribus Ordinibus delecti venerabiles fratres Epiſcopi Alexander Oſtienſis Farneſius, Marcus Antonius Præneſtinus Columna, & dilecti filii noſtri Frater Michael Sanctæ Mariæ ſuper Minervam Alexandrinus, Julius Antonius Sancti Bartholomæi in Inſula S. Severinæ, Antonius SS. Joannis, & Pauli Caraſa, Frater Coſtantius S. Petri in Monte Aureo titulorum presbyteri Sarnanus. Ferdinandus S. Mariæ in Via lata de Medicis, & Hieronymus S. Mariæ in Coſmedin Diaconi Matthejus nuncupati, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, quibus commiſimus, ut pro rei gravitate, pro-

que

quæ ea, quæ Deo cordium ſcrutatori, & Nobis quoque in ejuſmodi publico munere obeundo a primariis Eccleſiæ membris fidelitas, & diligentia deberetur, acta de fidei integritate, vita, moribus, & miraculis Beati Didaci, & Auditorum noſtrorum relationem, quanta maxime fieri poſſet diligentia, inſpicerent, & expenderent, atque ad Nos opportuno tempore referrent, ut divina Spiritus Sancti gratia illuſtrante, de ipſorum, & certorum fratrum noſtrorum conſilio, quæ Dei gloriæ, qui juſtitia, & veritas eſt, conſentanea forent, deliberare poſſemus.

Præfati Cardinales, quibuſdam peritiſſimis viris in conſilium deſuper adhibitis, ſingula examinarunt, & in Secreto Conſiſtorio, omnibus relatis, votum omnes pro Canonizatione dederunt.

§. 22. Multis igitur elapſis menſibus cum interea Cardinales ipſi frequenter congregarentur, acta, proceſſus, rerum geſtarum ſeriem, teſtes, ſingula denique ad ſacrorum Canonum præſcriptum, mature, & accurate conſiderarent, examinarent, atque inter ſe conferrent, viros etiam ſacræ Theologiæ, & Pontificii juris ſcientia peritiſſimos in conſilium adhibentes, cum jam omnia parata eſſe intelligeremus, ſecretum Conſiſtorium de more convocari juſſimus, in quo venerabilis frater noſter Marcus Antonius Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, ſuo, & Collegarum, qui ibidem aſſidebant, nomine, gravi, & accommodata oratione de omnibus fideliter Nobis retulit, quibus explicatis ad extremum dixit, quandoquidem Beati Didaci fidei integritas, egregiæ virtutes, præclara, & inſignia miracula optime eſſent comprobata, ſe, & Collegas ſuos unanimes in eam ſententiam veniſſe, ſi ita Nobis videretur, ulterius Nos progredi, & Beatum illum virum in Sanctorum numero poſſe adſcribere, quorum cum ſententia etiam ceteri Fratres noſtri Cardinales, cum a ſingulis graves ſententiæ dictæ eſſent, ad unum omnes conſenſerunt.

Publicū Conſiſtorium indixit, in quo Arigonius Advocatus Conſiſtorialis habuit Orationem, de geſtis & Miraculis B. Didaci, & denique Catholici Regis, & totius Hiſpaniæ nomine ſupplicavit eidem Pontif. ut eumdem B. Didacum in SS. numerum referre vellet, & ipſe mandavit Card. & Epiſcopis, ut omnia adhūc cauſam pertinentia, diligentiſſime perpenderent.

§. 23. Quæ cum audiremus gaudens erat cor noſtrum in Domino, quod beati ſervi ſui gloriam quotidie magis pateſaceret, omniaque ipſo benedicente tam feliciter procederent. Quare in tam ſancto pioque opere nihil omnino neceſſariæ diligentiæ prætermittentes, ex more inſtitutoque majorum decrevimus, ut ad ulteriora procederetur, ac diebus aliquot interpoſitis, publicum Conſiſtorium indiximus, in quo præter Cardinales etiam Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & Prælati omnes, ac familiares noſtri de more interfuerunt. In eo vero dilectus filius Pompejus Arigonius Romanæ Aulæ noſtræ Conſiſtorialis Advocatus diſertam orationem habuit de vitæ ſanctitate, rebus geſtis, & miraculis Beati Didaci, & denique Catholici Regis, totiuſque Hiſpaniæ nomine, ut eumdem Beatum Didacum tantis meritis illuſtrem ſanctorum numero aggregaremus, Nobis humiliter ſupplicavit. Gaudemus etiam hoc loco in Domino, in cujus manu cor Regis eſt, & quocumque voluerit inclinat illud. Etenim plane videbamus, non ſine divino inſtinctu fieri, quod Catholicus Rex, cui multorum Regnorum graviſſima adminiſtratio a Deo eſt tradita, quique tot curarum onere premitur, tanto ardore in hoc Beati Didaci negocio abſolvendo verſaretur, ut in magnis temporum difficultatibus, ſe ſuaque Regna apud Deum novi patroni ſuffragiis, & pie, & prudenter communiret. Quare reſpondimus Philippo Regi Catholico de Beato Didaco, noſtra, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate in Sanctis adſcribendo, tam diuturnam, & perſeverantem poſtulationem dignam eſſe ſingulari ejus pietate, dignam perpetuo Catholicæ Religionis propagandæ ſtudio, lætari Nos, & Deo gratias agere, quod Beatos Servos ſuos, quos in cœlis coronat, a noſtra quoque tenuitate in terra honorari velit, eoſque Nobis ad auxilium, & exemplum propunat. Et Nos quidem ad pium ejus deſiderium explendum propenſiores eſſe, facere tamen rei graviſſimæ magnitudinem, ut de Regia petitione adhuc cum fratribus noſtris Cardinalibus, & Epiſcopis, etiam atque etiam deliberandum cenſeremus, quare eoſdem fratres hortati ſumus, ut omnia, quæ ad hanc cauſam pertinerent, diligentiſſime conſiderarent, quodque Nos ipſi jam pridem faciebamus, Deum magnopere orarent, ut corda noſtra ſuo lumine colluſtraret, totamque hanc actionem ad ſui gloriam, & Eccleſiæ utilitatem diſponeret, & dirigeret.

Deinde aliud Conſiſtorium ſecretum indixit, & multaque ad negocium pertinebant prænarravit, & Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſc. & Epiſc. aſtantes dixerunt B. Didacum in SS. numerum adſcribendum eſſe.

§. 24. Hæc cum eſſent acta, alterum item Conſiſtorium ſecretum indiximus, in eoque etiam Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos in Romana Curia præſentes, Notarios quoque, qui ex numero dicuntur, & Rotæ Auditores intereſſe juſſimus, Tum Nos ipſi de ſacroſancte hujus Apoſtolicæ Sedis, in qua Dei providentia ſedemus, auctoritate, & poteſtate, denique Spiritus Sancti ſingulari patrocinio, atque infallibili aſſiſtentia a Deo in omnibus verbis ſuis fideli promiſſa, uſque ad conſumationem ſæculi perpetuo aſſutura, quibus gubernatur, ea diximus, quæ cauſæ, & temporis ratio potiſſimum requirere videbantur. Demum a Fratribus noſtris petivimus, ut quod alias ſtatutum eſſet, ut ad ulteriora in hoc negocio procederetur, nunc præeiſe, & expreſſe dicerent, an ex iis actis, quæ ipſi viderant, & audiverant, Beatus Didacus eſſet canonizandus. Igitur a S. R. E. Cardinalibus primum, deinde a Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, pie, graviter, & erudite ſententiis dictis, omnes unanimes id ipſum ſentientes, dixerunt ſibi videri ex iis, quæ mature ipſi hac de re viderant, & audiverant, Beatum Didacum a Nobis merito inter Sanctos eſſe adſcribendum.

Pontif. igitur diem Canonizationis pro die 2. menſis Julii Conſtituit.

§. 25. Deo autem, qui in domo ſua fratres in unum habitare facit, gratias de tanta fratrum noſtrorum conſenſione, quodque ad ſervum, & amicum ſuum, quantum Nobis licet, honorandum corda noſtra impelleret, & illuſtraret, cum per ejus gratiam hucuſque omnia rite atque ordine jam acta eſſent, quod reliquum erat, diem Canonizationis præſtituimus ad Sextum nonas Julii, quo die memoria Viſitationis Beatæ ſemper Virginis ad ſanctam Eliſabeth pie ab Ec-

Digitized by Google

Eccleſia recolitur, ut ejuſdem humani generis Advocatæ patrocinio, tandem pium hoc opus proſpere, & ſalutariter a Nobis abſolveretur.

Hortaturque Fratres ad divinum deſuper auxilium invocandum.

§.26. Fratres interea noſtros hurtati ſumus, ut intermedio tempore una Nobiſcum precibus, eleemoſynis, quas Nos & libentor & pie erogavimus, quemadmodum & Regis nomine ab ipſius Oratore factum fuit) jejuniis, ſacrificiis Dei auxilium invocare non ceſſarent,

Ea die Pontifex, cum ſolito apparatu ad Baſilicam S. Petri proceſſit, & oravit.

§.27. Is igitur feſtus Viſitationis dies, ideſt hodiernus cum adveniſſet, Nos & fratres noſtri Cardinales, Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi ſacris veſtibus induti, inchoato per Nos ipſos in noſtra Pontificia Capella Hymno, Ave maris ſtella, Cantorumque Choro proſequente, ut ipſa, quæ mater eſt gratiæ, Nobis præiret & præluceret, ceteris etiam Romanæ Curiæ Prælatis, & Officialibus, familiaribuſque noſtris, ac univerſo regulari, & ſæculari Clero, longo, devotoque ordine progredientibus, omnes ſimul accenſos cereos in manibus geſtantes in ejus honorem, qui eſt lux vera, gloria & ſplendor Sanctorum, e Palatio noſtro Apoſtolico ſolemniter proceſſimus ad antiquiſſimam, & religioſiſſimam Baſilicam Principis Apoſtolorum, in cujus medio peramplum ſuggeſtum Regio ſumptu extructum erat, paratumque Altare ad ſacram Pontificalem Miſſam celebrandam, totaque templi ſacies in communi Eccleſiæ lætitia hilaris, & Pontificio apparatu decenter ornata, omniaque ſpiritualibus canticis perſonabant, funalia & faces circumquaque ardebant, & Veſilla appenſa, in quibus Beati Viri Imago expreſſa erat, qui corpore erecto depictus, dextera manu coronam Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſiniſtra Crucem invictiſſimam gerit, & intuetur, cujus nimirum auxilio hoſtes teterrimos Carnem, Mundum, & Diabolum ſuperavit. Hic Nos in maſima fidelis Populi, totiuſque adſtantis Cleri frequentia, cœleſtis illius, & triumphantis Hieruſalem effigiem quamdam Nobis ante oculos proponentes, & quantum in hac lacrymarum valle licet, intuentes, conſcenſis gradibus, in ſuggeſtu ante Altare oravimus, mos in ſublimi Apoſtolico Throno conſidentes, fratres noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Epiſcopos omnes ſacris veſtibus ornatos, & paratos, Nobis obedientiam de more præſtantes excepimus.

Et iterum ad inſtantiſ Regis requiſitus B. Didacum Sanctum pronunciavit, & Canonizavit.

§.28. Tum dilectus filius noſter Petrus tituli S. Hieronymi Illiricorum Presbyter Cardinalis Deza Hiſpanus, Catholici Regis Philippi, totiuſque Hiſpaniæ nomine ſemel, iterum, & tertio ſuppliciter, & inſtantiſſime a Nobis petiit, ut Beatum Didacum in Sanctorum numerum adſcriberemus, Noſque ad ſingulas ejus petitiones, Regis pietate, & Beati Viri meritis collaudatis, ſemper tamen per diſtincta intervalla, noſtras totiuſque Cleri, & Populi orationes, Litanias, & ſacros Hymnos interpoſuimus. Demum cum jam nihil omnino ex his, quæ a majoribus, pie ſancteque ſunt hoc de genere inſtituta, eſſet prætermiſſum, immo potius matura deliberatio, ſummaque diligentia abundantius adhibita, invocato ſancto Creatore Spiritu, cujus conſilio & ſapientia ſancta Eccleſia columna, & firmamentum veritatis regitur, ejuſque Numen ſæpe a Nobis ex intimo corde multis etiam lacrymis imploratum, præſens adeſſe non dubitantes. Ad honorem ſanctæ, & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad eſultationem ſupernæ, & triumphantis Hieruſalem Matris noſtræ, ad eſaltationem Catholicæ Fidei, & Chriſtianæ Religionis augmentum, auctoritate ejuſdem Sanctæ Trinitatis, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, de venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, omniumque Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum in Romana Curia exiſtentium conſilio, & unanimi conſenſu Beatum Fratrem Didacum de Sancto Nicolao Provinciæ Bethicæ Hiſpanum, Ordinem Minorum S. Franciſci expreſſe profeſſum, ſepultumque Compluti in Eccleſia Fratrum ejuſdem Ordinis, de cujus fidei puritate, excellentia vitæ, & miraculurum in vita, & poſt mortem claritate Nobis pleniſſime conſtat, in Sanctorum Confeſſorum numerum, & Catalogum adſcribendum eſſe decrevimus, & adſcripſimus, prout per præſentes decernimus, & adſcribimus, eumque ut Sanctum ab omnibus venerandum eſſe mandamus.

Feſtum ejus die 12. Novembris celebrari juſſit.

§.29. Statuentes, ut ab univerſali Eccleſia anno quolibet die duodecima Novembris feſtum ipſius, & Officium ſicuti pro uno Sancto Confeſſore tantum, ad formam in rubricis Romani Breviarii præſcriptam, devotè celebretur quodque in ejus honorem Eccleſiæ & Altaria, in quibus Deo ſacrificia offerantur, erigi, & fundari poſſint, eademque auctoritate, omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui ſingulis annis eodem die feſto ſupradictam Eccleſiam Oppidi Complutenſis Toletanæ Diœceſis, ubi corpus requieſcit, necnon Altaria, & Eccleſias, quæ in ejus honorem conſtructæ erunt, devote viſitaverint, eaſdem Indulgentias, privilegia, & gratias conceſſimus, & elargiti ſumus quemadmodum concedimus, & elargimur, quæ ceteris dicti Ordinis ſanctorum Eccleſiis conceſſæ ſunt.

Miſſam poſtea Celebravit, & aſſiſtentibus Indulg. conceſſit.

§ 30. Quibus omnibus, quæ ad S. Didaci Canonizationem pertinebant, abſolutis, ac laudis & gratiarum actionis Hymno Deo decantato, ejuſque auxilio per S. Didaci preces peculiari oratione, quam Nos clara voce pronunciavimus, implorato, tandem eodem in loco, & Altari Miſſam ſolemnem de Beatiſſimæ ſemper Virginis Viſitatione cum S. Didaci commemoratione Nos ipſi celebravimus, fidelibuſque, qui tam piæ, & religioſæ actioni, & ſacroſancto ſacrificio devote interfuerant, ad Dei, & Sancti ſui gloriam, & laudem plenariam Indulgentiam conceſſimus.

§.31. Omnes igitur Deum Cœli benedica-

Omnes demum hortatur ad Deo Benedicendū, & pro hic relatis orandū.

dicamus, & coram omnibus viventibus confiteamur ei, quia fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, agnoſcamuſque non ſine magna Dei providentia factum eſſe, ut hiſce afflictis Chriſtianæ Reipublicæ temporibus, quibus maxime multiplici Sanctorum ſuffragio indigemus, novus hic Suffragator, & Patronus fideli Populo tribueretur. Et Nos quoque, qui in hac paſtorali ſtatione, in qua Nos Deus collocavit, de univerſi gregis Domini ſalute anxii dies noctesque pervigilamus, Dei erga Nos ſingularem clementiam agnoſcimus, qui poſt tot Beatiſſimos Pontifices Prædeceſſores noſtros Nobis humilibus hujus magni operis abſolutionem reſervaverit, qui cum Sancto ſuo ejuſdem Seraphicæ Religionis commonione, conſociati ſumus. Quamobrem eumdem Patrem miſericordiarum, qui humiles exaltat, humiliter deprecemur, ut per merita & interceſſionem Sancti Didaci, Eccleſiæ ſuæ pacem & tranquillitatem, Regibus & Principibus Chriſtianis unionem, vitam & felicitatem, miſeris & obcæcatis lucem Catholicæ veritatis largiatur.

Hujuſque Bullæ mandat tranſum ptis dari fidem.

§. 32. Ceterum quia nimis difficile foret præſentes noſtras originales literas ad ſingula loca, ubi opus eſſet, deferri, volumus ut earum tranſumptis &c.

Sanctionem adicit pœnalem.

§. 33. Nulli ergo &c.

D.P. Ann IV. 4. Julii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, ſexto Non. Julii, Pontificatus noſtri Anno quarto.

Papæ ſubſcr.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Sequuntur Cardinalium ſubſcriptiones.

CXXIX.

Ex Regeſt. in Secretar. Brev.

Mandatur omnibus Congregationum Lateranen., Caſſinen., Carthuſianorum, Camaldulen., Montis Oliveti, S. Petri ad Vincula, Cruciferorum, S. Salvatoris in Lauro, & S. Georgii in Alga, Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, ac Abbatiſſis, & Prioriſſis quatenus Inventarium bonorum, reddituum, ac Scripturarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum ſuorum reſpective Ordinum conficere, illaque ad Archivia Monaſteriorum ſuæ Congregationis in Urbe exiſten. deferre curent.

S I X T U S P A P A V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

REgularium perſonarum pro commiſſo Nobis officio quieti conſulere cupientes ad ea removenda, quæ religioſum eorum propoſitum impedire poſſunt curam noſtram libenter impendimus.

Sixtus Offi-

§. Et ſiquidem Nos nuper ex certis, rationalibus cauſis, ad publicam quietem, & commodum univerſi Cleri Sæcularis, & Regularis totius Archivii Generalis Eccleſiaſtici, atque officii Archiviſtæ generalis, erectionem, creationem, inſtitutionem, & deputationem de perſona Ven. Fratris Julii Cæſaris Epiſcopi Triventin. in Archiviſtam Generalem antea per Nos factas, literaſque Apoſtolicas deſuper confectas, & inde ſecuta quæcumque Motu proprio, & ex noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo revocaverimus, officiumque ipſius Archivii, & Archiviſtæ Generalis, ac illius nomen perpetuo ſuppreſſerimus, & extinxerimus: Mandamus univerſis, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque Prælatis, & Præſidentibus, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Univerſitatum, Collegiorum, Præceptoriarum Majorum, ac ſimilium Eccleſiaſticarum dignitatum quocumque nomine cenſerentur Sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularium Nobis, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectorum per Italiam conſtitutis, ut loco Archivii Generalis Eccleſiaſtici hujuſmodi ipſi, & eorum unuſquiſque, qui hactenus Inventaria hujuſmodi non confeciſſent, deberent omnino intra annum a die, quo noſtræ literæ deſuper confectæ ad eorum notitiam perveniſſent, omnium, & quorumcumque bonorum immobilium, canonum, livellorum, proventuum annuorum, jurium, juriſdictionum, privilegiorum, & ſcripturarum, quæ eis, eorumque arbitrio digna annotatione viderentur, ad Eccleſias, Monaſteria, Collegia, Univerſitates, Præceptorias Majores, & dignitates, quibus ipſi præeſſent, pertinentia, & in quorum poſſeſſione exiſterent, inventaria diligenter conficere, & deinde quicumque eorum in regimine, ſeu adminiſtratione Eccleſiarum Monaſteriorum, Collegiorum, Univerſitatum, & Præceptoriarum majorum, ſeu in dignitatibus hujuſmodi Succeſſores forent, ſimiliter intra annum a die habitæ poſſeſſionis, ſimilia inventaria de novo conficere, ſeu renovare tenerentur, curarent:

ctum Archiviſtæ Generalis omnium ordinum ſuppreſſit.

Mandavitque Patriarchis, Epiſcopis, Abbatibus, aliiſque Superioribus Eccleſiaſticis, per Italiam, ut Inventaria ſuarum Eccleſiarum, Monaſteriorum &c. ſibi ſubditorum conficí juberent.

Et ad ſe deferri.

Præterea ſine ulla impenſa, gravamine, exactione, aut ſolutione ſuorum ſubditorum per omnes, & ſingulos, qui, vel eorum juriſdictioni quomodolibet ſubjecti eſſent, vel in eorum Civitatibus, Diœceſibus, & Diſtrictibus exiſterent, etiamſi exempti, ac Nobis, & dictæ Sedi immediate ſubditi eſſe noſcerentur, Abbates, Præpoſitos, Priores, Vicarios, Guardianos, Abbatiſſas, Prioriſſas, & cujuſcumque Eccleſiæ Pii loci Sæculares, vel Regulares, & alios quocumque titulo, & nomine præfectos utriuſque ſexus bona, ſtabilia, cenſus, jura, redditus, & proventus quomodolibet poſſidentes intra dictum tempus inventaria hujuſmodi bonorum, & aliorum ſupradictorum ſimiliter accurate, & diligenter confici, & ad ſe deferri, eoſque ad id per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna juris, & facti remedia ſibi beneviſa cogerent, & compellerent,

Et

Digitized by Google

Et congruo in loco deponi.

Et demum inventaria omnia prædicta in loco congruo ad id deputato, ac tuto, & beneclauſo reponentur, prout in cedula motus proprii manu noſtra ſignata, cujus ſolam ſignaturam ſufficere voluimus, plenius continetur.

Difficultates oppoſitæ in exequutione talis Mandati per Procuratores Generales Ordinum Monaſticorũ.

§.2. Cum autem ſicut, accepimus, dilecti filii Fredianus Cremonen. Congregationis Lateranen., & David Paduanus Caſſinen., necnon Joſephus Neapolitan. Carthuſianorum, ac Petrus de Bagnacavallo Camaldulen., & Barnabas Ricobonus Montis Oliveti, ac Laurentius Urbevetan. S. Petri ad Vincula, & Stephanus Leone Cruciferatorum, ac Marcus Antonius Pozzonaſius Sancti Salvatoris de Lauro, S. Georgii in Alga Venetiarum Congregationum Procuratores Generales, qui ſua peculiaria Archivia rite ordinata, & a ſuis Viſitatoribus ſingulo quoque anno revideri ſolita habent, multas, & magni momenti difficultates in conſignatione ſuorum Inventariorum per eos jam formatorum locorum Ordinariis, & aliorum promiſſorum executione fienda invenerint: imprimis etenim Monaſteria dictarum Congregationum multa bona in terris ditioni Principum Sæcularium ſubjectis poſſident, quorum nonnullorum tituli propter Bella, incendia, ac temporis diuturnitatem, non ſatis eluceſcunt, & verendum eſt, ne dum illorum ſcripturæ divulgantur, graves lites, & controverſiæ ſuſcitentur, itaut bona Eccleſiaſtica fiant laicalia, itemque contingere poteſt in nonnullis eorum bonis, quæ ſeu eorum major pars. induſtria Religioſorum aucta, meliorata, & ad culturam redacta fuerunt, quorum confinia ſimiliter propter temporis diuturnitatem incerta ſunt ad hoc publicatio ſcripturarum hujuſmodi ſuſcitabit antiquas prætenſiones, quæ locum apud Sæculares nulla præſcriptionis ratione habita facile obtinebunt; Præterea hæc ſcripturarum conſignatio libertati Congregationum Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectarum, & propter multas prætenſiones, quas locorum Ordinarii in bonis Religioſarum perſonarum habent, magnum ipſis Regularibus præjudicium eſt allatura, his denique accedit, quod Congregationes prædictæ in Terris Dominio Sæcularium Principum ſubjectis exiſtentes iiſdem legibus vivunt, ac in nonullis locis, ut plurimum poſtpoſitis legibus Pontificiis, & Imperialibus juxta ſtatuta particularia vivietur.

Statuit itaque Sixtus ut in Monaſteriis talium Ordinum Inventaria cõficiantur ad Urbem vero trãſmittenda.

§.3. Nos hujuſmodi incommodis, ac litibus, & expenſis, quæ inde veriſimiliter naſci poſſunt, obviare, ac indemnitati Religioſarum perſonarum conſulere cupientes, ac dictarum literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, motu ſimili non ad dictorum Procuratorum, aut alicujus eorum, aut aliorum pro eis Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera deliberatione, ac ſcientia certa noſtris, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnibus, & ſingulis Congregationibus præfatis, ac earum Abbatibus, Præpoſitis, Prioribus, Vicariis, necnon Abbatiſſis, & Prioriſſis, & quibuſvis aliis perſonis quacumque auctoritate, & dignitate, ac officio fungentibus, ut inventaria omnium, & quorumcumque bonorum immobilium, cenſuum, canonum, livellorum, proventuum annuorum, jurium, juriſdictionum, ac privilegiorum, & ſcripturarum ſuorum Monaſteriorum, Prioratuum, & aliorum locorum Regularium, quatenus nondum confecerint, debeant omnino intra annum a die quo præſentes literæ ad eorum notitiam pervenerint, conficere, illaque etiam confecta ad Archivia Monaſteriorum ſuæ Congregationis in Urbe exiſtentium deferri, & inibi perpetuo cuſtodiri, & conſervari facere, libere, & licite, & abſque ullo cenſurarum, aut pœnarum in dictis literis comminatarum incurſu valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & permittimus, nec eas, aut earum aliquam ad reponenda inventaria prædicta in locis per dictas literas deſignatis teneri, aut obligatas eſſe, ſeu cenſeri, nec ad id cogi, ſeu compelli ſub cenſuris, aut pœnis præfatis poſſe, aut debere volumus.

Prohibet locorum Ordinariis, quominus tales Ordines moleſtent ſuper inobſervantia præcedentis Conſtitutionis.

§.4. Inhibentes omnibus, & ſingulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque majori dignitate fungentibus in quorum videlicet Civitatibus, Diœceſibus, & Diſtrictibus ipſæ Congregationes exiſtunt, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interdicti ingreſſus Eccleſiæ, ac regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum ſuſpenſionis pœna, ne dictas Congregationes, ac earum perſonas, Abbates, Priores, Præpoſitos, Vicarios, Abbatiſſas, & Prioriſſas, & alias quaſcumque perſonas ſuper confectione inventariorum, & illorum delatione, aliiſque promiſſis ratione facultatis, ſibi per dictas literas attributæ, ut alia quacumque ratione ſeu prætextu moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, ſeu præſumant.

Clauſulæ pro firmitate præſentis Mandati, ſeu Conceſſionis.

§.5. Ac decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari non poſſe, nec debere; ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Auditori Cameræ Apoſtolicæ data cõmiſſio præſentes exequendi.

§.6. Quo circa dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes noſtras literas, & in eis contenta quæcumque firmiter obſervari: contradictores quoſlibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras,

Digitized by Google

ras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio Contrariorũ.

§.7. Non obſtantibus literis prædictis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis, quæ quo ad dictas Congregationes omnino revocamus, caſſamus, & annullamus, ac fe. record. Pii PP. IV. Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis gratiis intereſſe dictæ Cameræ concernentibus in libris ejuſdem Cameræ infra certum tunc expreſſum tempus, ac noſtra de non tollendo jure quæſito, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda Tranſumptis.

§.8. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c.

Dat. die 20. Julii 1588. Anno IV.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Julii 1588. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

CXXX.

Inſtitutio Archiviorum ſcripturarum, in quibuſcumque Civitatibus, & locis Status Eccleſiaſtici, Alma Urbe & Bononia exceptis, & erectio officii Regentis dictorum Archiviorum, cum jurisdictionis, & privilegiorum aſſignatione.

In Urbe extat Archivium, de quo habes in Conſt. XIX. Julii II. Sicut. Tom. III. Par. III. fol. 299. Officium autem hujus Regentis eſt hodie ſuppreſſum, & ejus loco quotannis deputatur unus ex Clericis Rever. Cameræ Apoſtolicæ.

SIXTUS EPISCOPUS,

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SOlicitudo paſtoralis officii humeris noſtris licet imparibus divina diſpoſitione injuncti, aſſidue cor noſtrum pulſat, & commovet, ut non ſolum ad ea, quæ univerſi Chriſtiani gregis Nobis ex alto commiſſi animarum ſalutem reſpiciunt, verum etiam quæ ad populorum noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ temporali ditioni ſubditorum utilitatem, pacem, tranquillitatem, perpetuamque ſecuritatem pertinere noſcuntur, vigilantiæ noſtræ aciem dirigamus, & præſertim noxiis illis, quæ ob non adhibitam ſatis exactam diligentiam in conſervandis tam publicis quam privatis ſcripturis, inter ſubditos noſtros gravi cum noſtra eorumque moleſtia fortunarumque ſuarum diſpendio, & jactura, frequenter exoriri, & vigere intelligimus, commoda aliqua ratione provideamus.

Cauſa Conſtitutionis.

§.1. Cum itaque ex diligenti earumdem ſcripturarum cuſtodia, fraudes, & falſitates, quæ litibus, diſcordiis, ac periculis hujuſmodi, ut plurimum viam præbent, arceantur, dominia, poſſeſſiones, & familiæ ipſæ conſeruentur, Juſtitia deoique cum animi certitudine, ac publica, & privata omnium utilitate æqua lance admioiſtretur. Ac proinde publica Archivia, nedum in Europa ſed etiam in pluribus aliis univerſi Orbis etiam Barbarici partibus, qui hac potiſſimum ratione commune bonum ſubditorum ſuorum, atque adeo Societatis humanæ vinculum inter ſe retinuerunt, accurate inſtituta fuerint. Operæprecium vero, & condecens ſit, ut quod omnibus in exemplum ſalubrioris regiminis, & admioiſtrationis rerum publicarum cedere dignoſcitur, id ipſum noſtro Statu Eccleſiaſtico, cui ſuperioribus illis ſæculis ob bellicos tumultus, quibus ille ac univerſa fere Italia tunc exarſit, tantum publicæ quietis beneficium impendi non potuit, nunc tandem noſtræ proviſionis miniſterio ſalubriter introducatur.

Inſtitutio Archiviorum.

§.2. Idcirco Nos more pii patris, & paſtoris, hujuſmodi quietem, & utilitatem univerſalem ſubditis noſtris afferre volentes, ad dictarum ſcripturarum conſervationem, fidem, & ſecuritatem, ad illarum deperditioni, & falſitatibus obviandum, lites quoque, diſcordias, ceteraque pericula omnia tollendum, Motu proprio non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, meraque deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in toto Statu Eccleſiaſtico Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediate, & immediate ſubjecto hac Alma Urbe noſtra, Civitateque, & Comitatu Bononien. dumtaxat exceptis, ſcilicet in quibuſvis ipſius Status Provinciis, Civitatibus, Oppidis, Caſtris, Villis, ac locis aliis, etiam quibuſvis Metropolitanis, Cathedralibus, vel aliis Eccleſiis, etiam Monaſteriis, Abbatiis, & aliis etiam regularibus, ac piis locis ſubjectis, Archivia publica, & generalia in quibus inſtrumenta, necnon apocæ, cedulæ, chirographa, aliæque ſcripturæ tam publicæ quam privatæ, quas quomodolibet occaſione quorumcumque contractuum, ex quibus actio ſeu receptio, etiam ad tempus reſultet, fieri contigerit, etiam a Notariis, & Cancellariis, ſeu Notariis curialibus nuncupatis, ac officialibus quibuſcumque, etiam a Camera noſtra ſeu a Nobis vel Prædeceſſoribus noſtris cauſam, etiam cum titulo oneroſo habentibus, & quibuſvis aliis particularibus perſonis cujuſcumque dignitatis, officii, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis fuerint, etiamſi clericali, vel alio quocumque etiam cum titulo oneroſo, indulto, & privilegio potiantur jam confecta, & deinceps quovis nomine, & titulo pro tempore conficienda, roganda, & ſtipulanda, tam venditiones, emptiones, mutua, debita, credita, & quaſvis alias obligationes, ſocietates, ſucidas, cenſus, locationes, livellos, concordias, compoſitiones, tranſactiones, quaſcumque cujuſvis generis ſententias, compromiſſa, landa, donationes, permutationes, ceſſiones, quietantias, delegationes, ſolutiones, dationes etiam in ſolutum, ac inter vivos, & cauſa mortis donationes, inventaria, revocationes, hypothecationes, pigneratio-

nes

Digitized by Google

nes etiam Judiciales, mandata quæcumque, ratificationes, paces, ſubſtitutiones, diviſiones, confeſſiones debitorum, tam in judicio quam extra, emancipationes, arrogationes, adoptiones, renunciationes, inſinuationes, teſtamenta in ſcriptis, & nuncupativa, codicillos, additiones, & repudiationes hæreditatum, fideicommiſſa, ſubſtitutiones, prohibitiones, poſſeſſiones bonorum continentia, quam quoſcumque alios contractus, nominatos, & innominatos, inter quaſcumque, Eccleſiaſticas, & cujuſvis Ordinis Regulares, & Sæculares Perſonas, quavis Eccleſiaſtica aut ſæculari ſeu temporali vel mundana dignitate etiam ducali præeminentia fungentes, necnon Univerſitates, Eccleſias, Capitula, Collegia, Conventus, Monaſteria, Hoſpitalia, & quæcumque alia pia, & non pia loca, eorumque univerſales, & particulares perſonas, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi, ac quoſcumque alios Prælatos ſeu Priores pro tempore initos, & celebratos, ſub modo, & forma in Capitulis quæ per dilectum filium noſtrum Henricum tituli Sanctæ Pudentianæ Præsbyterum Cardinalem Caetanum, noſtrum, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarium, dictæque Cameræ Theſaurarium, Decanum, & Clericos, Præſidentes, aut eum vel eos qui a Nobis vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ſuper adminiſtratione, & gubernio dictorum Archiviorum pro tempore deputabuntur, ſtatuendis, & declarandis, aſportari, & reſpective recipi, adnotari, & diligenter perpetuo conſervari, & cuſtodiri debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Incorporatio ad iſtud Archivium, aliorum omnium Archiviorũ.

§.3. Et ſi in aliquibus Provinciis, Civitatibus, & aliis locis prædictis, vigore quarumcumque facultatum deſuper, etiam a Nobis vel Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, aut Apoſtolicæ Sedis Legatis, Vicelegatis, Præſidentibus, Gubernatoribus, ſeu Officialibus, vel etiam a Camera Apoſtolica, & pro ea agentibus quibuſvis Provinciarum, Civitatum, & locorum hujuſmodi Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, Capitulis, aut aliis etiam particularibus perſonis, & officialibus, ac Cancellariis, & aliis præfatis, quavis cauſa vel occaſione, ac ex titulo etiam oneroſo conceſſarum aliqua Archivia, vel aliquid ad illorum inſtar ad præſens reperiantur, vel erigi deberent, illa, omnia, & ſingula Archiviis per præſentes erectis, & inſtitutis, ac earumdem præſentium vigore inſtituendis, & ſtabiliendis, etiam perpetuo aggregamus, & incorporamus. Cum modificationibus tamen, & limitationibus, ac declarationibus in dictis Capitulis juxta mentem noſtram eiſdem Henrico Camerario, & Cameræ præfatæ Clericis declaratam, aliiſque declarationibus, etiam futuris temporibus, tam per Nos quam alium vel alios ad id a Nobis vel Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſi eis videbitur, atque eorum arbitrio, toties quoties eis placuerit, faciendis, & ſtatuendis, & reformandis.

Revocatio facultatis erigendi Archivia, alteri cõceſſæ.

§.4. Facultates vero erigendi, & inſtituendi Archivia, vel aliquid ad illorum inſtar aliis forſan, ut præmittitur, conceſſas, necnon privilegia, indulta, immunitates, ſeu exemptiones quaſcumque, etiam ex titulo oneroſo, ac ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, conceſſa fuerint, quorum omnium tenores, acſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, ſimiliter perpetuo caſſamus, & annullamus.

Juſſio deputandi Præfectum Archiviorum.

§.5. Necnon ut pro felici regimine, & gubernio Archiviorum præfatorum aliqua perſona ad hoc munus apta, & idonea, in eorumdem Archiviorum totius præfati Status Eccleſiaſtici Præfectum, vel ſub quovis alio titulo Nobis bene viſo, ac per Nos declarando, ſubque certa forma &c. habeatque plenam, liberam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem hujuſmodi Archivia, in omnibus, & ſingulis provinciis, Civitatibus, Terris, Oppidis, & aliis locis antedictis ejuſdem Status, in quibus illa ex forma dictorum Capitulorum conſtitui debere dixerit, toties quoties ſibi videbitur, per ſe vel alium ſeu alios ad id ab eo deputandos conſtituendi, & ſtabiliendi, eaque amovendi, transferendi, ſeparandi, aggregandi, & incorporandi, ceteraque omnia, & ſingula, in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, exercendi, & exequendi &c. Ac pro ſalubriori eorumdem Archiviorum directione, ſucceſſu, gubernio, & adminiſtratione illa, omnia, & ſingula per unum ex dictæ Cameræ Clericis, in Præſidentem, ſeu Præfectum annalem juxta ejuſdem Cameræ inſtituta per ipſam Cameram ſorte extrahendum, ſeu alias eligendum &c. deputandum.

Iuriſdictio d. Præfecti.

Vide latius hic inf.

§.6. Qui ſumma auctoritate, & manu Regia, Notarios, Cancellarios, ac alios prædictos, & quaſcumque alias perſonas, tam Eccleſiaſticas, quam Sæculares, necnon Communitates, Univerſitates, Eccleſias, Capitula, Collegia, Conventus, Monaſteria, Hoſpitalia, ceteraque alia etiam pia loca, eorumque univerſales, & particulares perſonas, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum hujuſmodi, ac quoſcumque alios Prælatos, & Superiores, quacumque Eccleſiaſtica Dignitate, aut mundana, ac temporali, etiam Ducali, aut Marchionali honore, & præeminentia fungentes, ut ad Archivia ſic erecta, & Inſtituta, Inſtrumenta, & alias ſcripturas prædictas juxta dictorum Capitulorum formam deferant, & aſportent, Communitates vero ac Univerſitates, Civitates, & locorum hujuſmodi, illorumque Priores, & noſtri, & Cameræ prædictæ officiales, ut commodas ac idoneas manſiones pro ſcripturarum, & Inſtrumentorum prædictorum conſervatione aſſignent, ceteraque in dictis Capitulis, ſtatuenda, declaranda obſervare, & adimplere debeant, cogat, & compellat, cauſaſque, tam Civiles, quam Criminales, meraſque

Digitized by Google

raſque, & mixtas, etiamſi in eis obligationes quarumvis ſtrictæ intervenerint, occaſione Archiviorum hujuſmodi, & ab ipſis quomodolibet dependentes, emergentes, annexas, & connexas, etiam ratione terminorum, ſeu pagarum ſolutionum occaſione, ſubappaltus, ſeu affictus contra quaſcumque perſonas, & inter quaſcumque particulares Archiviſtas, ac inter eum ſeu eos, & quaſcumque Communitates, Collegia, Univerſitates, & alias perſonas procedendo, ac etiam alias cauſas, & differentias ſuper præſentium intelligentia, declaratione, ac ampliatione, & ſuper omnibus privative quoad omnes alios Judices ordinarios, & extraordinarios, tam in Urbe quam extra, & in toto Eccleſiaſtico Statu, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & abſque ſtrepitu, & figura judicii &c. cognoſcat, audiat, decidat, ſineque debito terminet, regi, gubernari, & adminiſtrari poſſe, ac debere, ſtatuimus, & ordinamus: necnon Archiviis præfatis, ac perſonarum illorum manutentione, ac ſtabilimento, necnon regimini, gubernio, & adminiſtrationi pro tempore incumbentium laboribus, & ſalariis, omnia, & ſingula jura, obventiones, emolumenta, & alia regalia in dictis Capitulis ſpecificanda pariter perpetuo applicamus, & appropriamus &c.

Clauſulæ præſervativæ.

§.7. Decernentes quoque, eoſdem præſentes nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, aut in jus vel controverſiam revocari poſſe, ſed illas ſemper perpetuo validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, atque ita per quoſcumque Judices etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac dictæ Cameræ Clericos, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, ſublata illis quavis aliter judicandi, vel interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorũ derogatio.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de non tollendo jus quæſitum, & fel. record. Pii Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri, ſub datum videlicet octavo Idus Auguſti, Pontificatus ſui Anno Sexto edita, inter alia diſponentis, quod forſan ſimiles gratiæ infra certum tunc expreſſum tempus præſentari, & regiſtrari debeant, dummodo ſaltem intra biennium a data præſentium omnino regiſtrentur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Provinciarum Status Eccleſiaſtici hujuſmodi, ac quarumvis illius Civitatum, locorum, diſtrictuum, necnon Monaſteriorum, Eccleſiarum, & aliorum Piorum, ac non Piorum Locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, exemptionibus, immunitatibus, etiam cum titulo oneroſo, tam a Camera, quam a Nobis, ſeu Prædeceſſoribus noſtris quomodolibet, etiam illis, eorumque Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Judicibus, Notariis, Cancellariis, & aliis præfatis quibuſcumque Communitatibus, Univerſitatibus, Cameræque noſtræ, & illius Auditori Generali, ac Fiſco, aliiſque etiam perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis Clauſulis, & Decretis, etiam Motu ſimili, etiam conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet facientibus, & concedendis ac in futurum concedendis, quibus omnibus etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.9. Volumus autem quod præſentium exemplis &c.

Sanctio pœnalis. D. P. An.IV. 1. Auguſti.

§.10. Nulli ergo omnino hominum &c. Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ 1588. Kal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequitur erectio Officii Regentis ſupradicti Archivii, cum Juriſdictionis, & Privilegiorum conceſſione.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SOllicitudo miniſterii paſtoralis Nos admonet, & inducit, ut pro felici progreſſu eorum, quæ ad communem Reipublicæ, & ſubditorum noſtrorum utilitatem, & commodum per Nos ordinata fuerunt, illorum curam egregiorum Virorum prudentiæ demandemus, quorum opera, & ſtudio feliciter regantur, & gubernentur, lites quoque, & diſcordiæ quæcumque facilius decidantur, & terminentur, prout tam pro juſtitiæ complemento, quam ſubditorum eorumdem quieti conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Hic Pontifex inſtituit Archivia publica ſcripturarum Status Eccleſiaſtici, ut in præmiſſa Conſt.

§.1. Cum itaque Nos ſuper ad publicarum ſcripturarum conſervationem, & illarum deperditioni, ac falſitatibus, quæ niſi diligens cura, & ſollicitudo adhibeatur circa eas, in fraudem juſtitiæ, ac ſubditorum noſtrorum grave præjudicium evenire poſſunt, obviandum, lites quoque, diſcordias, & alia pericula, quæ dictarum ſcripturarum occaſione inter eoſdem ſubditos noſtros in dies magna cum eorum jactura, & læſione hactenus motæ fuerunt extirpandum certiſque aliis rationabilibus animum noſtrum moventibus, & tunc expreſſis cauſis in toto Statu Eccleſiaſtico Nobis, & Sedi Apoſtolicæ mediate, & immediate ſubjecto (Alma Urbe noſtra, ac Civitate, & Comitatu Bononien. dumtaxat exceptis) Archivia publica, in quibus dictæ ſcripturæ, ac inſtrumenta publica, aſportari, & diligenter cuſtodiri debeant, erexerimus, & inſtituerimus &c.

Digitized by Google

Nunc autem expedire videns, officium Regentis Archiviorũ prædictorum erigere.

§.2. Operæ pretiumque duxerimus, ut pro ſalubri directione, providoque gubernio dictorum Archiviorum, aliquis ſupremus Judex, qui ſumma auctoritate, omnes, & quaſcumque differentias, lites, querelas, & controverſias, tam inter particulares perſonas, & Archiviſtas &c. quam de, & ſuper taxis, & mercedibus, nullitatibus, & falſitatibus, ac quibuſvis aliis rebus, ad præſata Archivia, illorumque adminiſtrationem, gubernium, ac directionem quomodolibet, & ex quavis cauſa pertinentibus, oriri, & ſuſcitari contigerit, audiat, cognoſcat decidat, fineque debito terminet, conſtituatur, & deputetur. Unde rei hujuſmodi Virum morum gravitate, litterarumque ſcientia conſpicuum præficere, & in præmiſſis providere ſummopere cupientes, ac erectionis, & inſtitutionis Archiviorum, &c. necnon Privilegiorum, indultorum, facultatum, exemptionum, & aliarum gratiarum, necnon quarumcumque litterarum deſuper confectarum, ac edictorum circa præmiſſa emanatorum, ceterorumque præmiſſorum, ac inde ſecutorum tenores, etiam veriores, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes,

Illud erigit cum facultate quaſcumque cauſas movendas occaſione Archiviorum dicti Status, ſummarie &c. ac appellatione remota cognoſcendi.

§.3. Motu proprio &c. novum officium Regentis Archivii generalis Status noſtri temporalis Eccleſiaſtici nuncupandum, pro uno Prælato, aut utriuſque ſeu alterius jurium Doctore, vel Licentiato, aut alia perſona ad hoc munus habili, & idonea, Regente Archivii generalis Status noſtri præfati nuncupando, qui præfatas, & quaſcumque alias differentias, lites, querelas, & controverſias occaſione dictorum Archiviorum, etiam ex obligatione in forma Cameræ Apoſtolicæ provenientes, etiam alias, ac inter alios quam ut præmittitur ſuſcitandas, & judiciariam indaginem, aut quamvis aliam cognitionem, deciſionem, probationem, declarationem, interpretationem, & executionem, qualitercumque, & quomodocumque requirentes, pro tempore movendas, civiles, criminales, meras, & mixtas, una cum inciden. emergen. annexis, & connexis, ſuprema auctoritate, & manu regia, tela judiciaria penitus omiſſa, ſolaque facti veritate inſpecta, ac omni, & quacumque appellatione, recurſu, & remiſſione remotis, etiam privative quoad omnes alios Judices ordinarios, & extraordinarios, tam in Urbe, quam extra eam, totoque Statu præfato, jus dicendi, audire, cognoſcere, terminare, decidere, ac debitæ executioni demandare.

Delinquentes etiam in præmiſſis, ejus arbitrio puniendi.

§.4. Delinquentes quoque, & quos falſi, & cujuſvis alterius generis crimen, vel errorem, aut delictum, in ſcripturarum, & inſtrumentorum præfatorum in Archivium regiſtratione, & ex eo tranſumptione, recollectione, cuſtodia, & conſervatione, ſive taxarum illicita alteratione, & exactione, præſentatione, & ſubſignatione, ac alias in exercitio, & adminiſtratione dictorum Archiviorum quomodolibet commiſiſſe accuſati aut ſuſpecti fuerint, eorumque complices condigna punitione, & exemplari coerctione, ac debitis pœnis in locis commiſſorum, ac ſi videbitur etiam in Urbe, & alias ubilibet plecti, & arbitrio ſuo puniri, & caſtigari facere, ſententiare, judicare, condemnare, bonaque conſeribere, & confiſcare, omniaque, & ſingula alia, in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna gerere, exercere, & exequi, per ſe, vel alium, ſeu alios, omni, & quacumque appellatione remota perpetuum ſilentium deſuper imponere.

Edicta pro regimine dictorum Archiviorum proponendi. *Necnon pono hic infra, quia ſunt præ manibus jam impreſſa.*

§.5. Necnon edicta ac proclamationes, & banna pro regimine, gubernio, & adminiſtratione Archiviorum, Archiviſtarum, & Rectorum, aliorumque præfatorum ſuo ſub nomine, pœniſque eius arbitrio exprimen. &c. quoties ſibi expedire videbitur, proponere, & publicari facere. Illaque ac jam emanata declarare, interpretari, reformare, ampliare, & innovare, ac tam per eum edenda, quam alia deſuper de mandato noſtro quomodolibet &c. ſub eiſdem pœnis obſervari facere.

Notarios tanquam cauſarum hujus officii actuarios eligendi.

§.6. Cum facultate deputandi, & conſtituendi proprium Notarium, ſeu Notarios, unum vel plures, tam in dicta Urbe quam extra eam, tamquam actuarios cauſarum ad officium Regentis hujuſmodi quomodolibet ſpectantium, eoſque ſingulos toties quoties eidem Regenti viſum fuerit amovendi, & ponendi, ac alios eorum loco ſubſtituendi.

Commiſſarios ad viſitan. dicta Archivia, & cogendum Notarios, ac alios ad portandum ſcripturas in Archiviis deputandi.

§.7. Commiſſarios quoque ad Archivia præſata viſitandum, cum ſimili, aut limitata facultate, necnon poteſtate, & auctoritate, tam Archiviſtas, & ab eis deputatos præfatos, quam Notarios viventes, ac eorum hæredes, qui vita functi fuerint, ceteroſque eorumdem defunctorum quovis titulo Succeſſores, ac earumdem ſcripturarum detentores, ſeu poſſeſſores. Necnon in quantum ad ipſa Archivia ſpectat, quoſcumque contrahentes cujuſcumque ſtatus, ſexus, gradus, ordinis, & conditionis, etiamſi Collegium, Communitas, Univerſitas, Capitulum, etiam Collegiatarum, & Cathedralium, ac Metropolitanarum Eccleſiarum, earumque Præſules, Monaſteriorum Abbates, Conventus, & Pia Loca, eorumque Gubernatores, & Officiales, ac Præſidentes, necnon Duces, Marchiones, Comites, aut aliæ perſonæ quantumvis Privilegiatæ, ac Eccleſiaſtica, vel temporali, & mundana Dignitate, excellentia, & honore præfulgentes fuerint, ad ſcripturas, & inſtrumenta pro tempore celebrata in eiſdem Archiviis deportandum cogendi, aliaque quo ad hæc neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi &c. toties quoties ſibi videbitur deputare.

Patentes litteras pro quibuſcumque ſuis Miniſtris, ſuo ſub nomine, & ſigillo expediendi.

§.8. Ac de præmiſſis omnibus, & ſingulis, pro quibuſcumque aliis ſuis in officio Regentis Archivii hujuſmodi Miniſtris, ceteriſque omnibus, & quibuſcumque ad præfatum officium, illiuſque juriſdictionem, tam in Urbe, quam extra eam quomodolibet ſpectan., & pertinen. patentes, & quaſcumque alias litteras, ſub eodem nomi-

nomine ; & ſigillo ſuo , per unum , vel duos Secretarios ab eo ſimul , vel ſucceſſive nominandos (qui ad eorum vitam , ejus , & in dicto officio Succeſſorum obſequiis , hac in parte inſiſtere debeant , ac pro generali ex patentibus , hujuſmodi a ſubſtitutis Commiſſariis , & Miniſtris ſuis hujuſmodi , ſine alicujus gravaminis nova impoſitione &c. aliqua regalia exigere , & levare queat) confici , & expediri facere , aliaque , & ſingula officium , illiuſque liberum exercitium quomodolibet concernentia , adimplere , libere , & licite poſſit , & valcat .

In Archiviſtas , Notarios , & alios circa ea , quæ hujuſmodi officium concernunt omnimodam juriſdictionem exercendi .

§.9. Ita etiam quod illud pro tempore obtinens , in Archiviſtas , Notarios , & alios præfatos in præmiſſis , & quo ad ea quæ officium hujuſmodi concernunt tantum , ſupremam , & omnimodam juriſdictionem , & auctoritatem habeat , gerat , & exerceat . Illique ad eum dumtaxat pro juſtitiæ complemento recurrere , ac ad ipſum reclamare debeant , eaque in parte Curiæ ſuæ ſuppoſiti cenſeantur . Nec cuipiam Tribunali , aut moderno , & pro tempore exiſtenti Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario , nec Cameræ Apoſtolicæ , minuſque Curiæ cauſarum dictæ Cameræ generali Auditori , aut cuivis alteri Judici , ſed Nobis , & dictis Succeſſoribus noſtris immediate ſubſit , & cet. cujus conceſſio, & omnimoda diſpoſitio , quoties illud quovis modo vacare contigerit , ad Nos , & eoſdem Succeſſores noſtros in perpetuum ſpectet , & pertineat , Apoſtolica auctoritate tenore præſentium &c. perpetuo erigimus , & Inſtituimus . Decernentes &c. ſicque , & non aliter & cet. Quocirca &c.

Derogatio contrariorum

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. record. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una , & Concilii generalis de duabus dietis , dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur , necnon quatenus opus ſit regula de non tollendo jure quæſito , aliiſque Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , necnon Provinciarum Status Eccleſiaſtici hujuſmodi , ac quarumvis illarum civitatum , locorum , terrarum , diſtrictuum , & aliorum locorum , dictæque Urbis , & quarumcumque Curiarum , & Tribunalium ſuorum , etiam juramento , confirmatione Apoſtolica , vel quavis firmitate alia roboratis , ſtatutis , & conſuetudinibus , reformationibus , uſibus , ſtabilimentis , & naturis , privilegiis quoque , indultis , & literis Apoſtolicis , etiam illis , earumque Legatis , Vicelegatis , Gubernatoribus , Poteſtatibus , Judicibus , Notariis , Communitatibus , Univerſitatibus , aliiſque Superioribus , & perſonis , ſub quibuſcumque tenoribus , & formis , ac cum quibulvis clauſulis , & decretis , etiam Motu pari , etiam conſiſtorialiter , ac alias in contrarium quomodolibet facientibus conceſſis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione , de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis , ſpecifica , expreſſa , & individua , non autem per clauſulas generales idem importantes , mentio , ſeu quævis alia expreſſio habenda , aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret , illorum omnium , & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis , ac de verbo ad verbum inſertis habentes , illis alias in ſuo robore permanſuris , hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter , & expreſſe , Motu ſimili derogamus , ceteriſque contrariis quibuſcumque . Aut ſi aliquibus communiter vel diviſim , ab Apoſtolica ſit Sede indultum , quod interdici , ſuſpendi , vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam , & expreſſam , ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem .

Fides tranſumptorum.

§.11. Volumus autem , quod earumdem præſentium tranſumptis &c.

Nulli ergo &c.

D P. An.IV. 31. Octobris.

Datum Romæ apud S. Petrum , anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo , Prid. Kal. Novembris Pontificatus noſtri anno IV.

CXXXI.

Prohibitio conferendi Canonicatus , & Præbendas , ac Dignitates Eccleſiæ Valentinæ , ſpuriis , aut illigitime natis , quamvis legitimatis , & natalibus reſtitutis .

Aliam prohibitionem admittendi ad Beneficia Regni Valentiæ alienigenas Regnorum Hiſpaniæ edidit hic idem Pontifex in Conſt. XCIX. in Sacroſancto . *Tom. IV. Par. IV. fol.339. Et antea de Studii generalis Valentin. regimine diſpoſitionem fecerat in Conſtit. XVII.* Copioſus . *ibidem fol.153.*

SIXTUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam .

Cauſæ hujus Conſtit.

CUm Cœleſtis ille Agricola vineam ſuam , & agrum Nobis cuſtodiendum commiſerit , ut ex illis tempore ſuo fructum afferamus , profecto Nos ne in ea palmites fatui , & infructuoſi luxurientur , neve in illo herbæ inutiles , & ſpinæ quæ ſementem ſuffocant patrisfamilias internaſcantur , omni ſtudio curare debemus . Quod plane peragemus , divino favente auxilio , ſi in Eccleſiis quibuſdam Metropolitanis inſignibus , tamquam in agro frugifero bene culto , ne inimicus homo noxium interſeminet lolium , ſpurios ſcilicet , & ex illegitimo , ac damnato coitu natos (ſecundum legem Moyſis ingredi Eccleſiam Domini , uſque ad decimam generationem prohibitos) a Canonicatibus , & Præbendis , ac Dignitatibus arcentes invigilabimus . Idque præſertim in Eccleſia Valentina , quam Nos novo Lectorum ſcientiæ , & divinæ , & humanæ numero , ac aliis gratiis abunde locupletavimus , & decoravimus . Nam inibi , ſicut accepimus , ex quo ad Canonicatus , & Præbendas , ac Dignitates hujuſmodi ſemel ſic minus digne aſſumpti

ſumpti ſunt, poſtmodum ſucceſſu temporis ad publica Eccleſiæ, Civitatis, & Regni Valentiæ gerenda munia electi, ut plurimum paternæ incontinentiæ imitatores, quietem publicam, & ſtatum cœterorum Deo famulantium perturbare conſueverunt.

Prohibitio cōſerendi Canonicatus, & Præbendas, ac dignitates Eccleſiæ Valentinæ, ſpuriis, aut illegitime natis, etiam legitimatis, aut natalibus reſtitutis.

§. 1. Nos igitur hujuſmodi incommodis pro noſtro Paſtoralis officii debito occurrere, & ut homines illarum partium (qui hac ſpe ad filios ſpurios in peccato gignendos ſunt propenſiores) eo magis abſtineant a carnis flagitiis quo ſuæ proli hoc refugium præcluſum eſſe videant, providere volentes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties Canonicatus, & Præbendas, ſeu Dignitates dictæ Eccleſiæ Valentinæ, per ceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, etiam ex cauſa permutationis, vel amiſſionem, aut obitum, etiam apud Sedem Apoſtolicam, ſeu in aliquo ex menſibus, in quibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio, Nobis, & dictæ Sedi, per Conſtitutiones noſtras deſuper editas, aut alias quomodolibet reſervata exiſtit, aut Ordinariis collatoribus, per Conſtitutiones Apoſtolicas, aut Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, vel literas alternativarum, vel quæcumque privilegia, & indulta Apoſtolica hactenus, aut pro tempore conceſſa fuerit, vacare contigerit, etiamſi actu nunc forſan quovis modo aliqui, vel aliquæ ex eis vacent, ipſi Canonicatus, & Præbendæ, ac Dignitates dictæ Eccleſiæ Valentinæ, alicui, vel aliquibus, qui ex legitimo, & vero Matrimonio procreati non ſint, ſpuriis, aut illegitime genitis (etiam Apoſtolica, Imperiali, Regia, vel quavis alia auctoritate legitimatis, aut natalibus, & primævis juribus naturæ reſtitutis, per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ſeu de latere Legatos, vel nunc, & pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Valentin., aut alios ad quos id de jure, vel alias quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum) conferri nullo modo debeant. Decernentes ex tunc, omnes, & ſingulas collationes, proviſiones, & quaſvis alias diſpoſitiones de ipſis Canonicatibus, & Præbendis, ac Dignitatibus, pro ipſis ſpuriis, & illegitime genitis, etiam per Nos, ſeu Succeſſores noſtros, aut de latere Legatos, ſeu Archiepiſcopum Valentin., aut alios prædictos, etiam cum quibuſvis clauſulis, & decretis faciendas, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti exiſtere, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, aut etiam coloratum titulum poſſidendi tribui.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 2. Ac præſentes literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per quaſcumque literas, aut Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu dictæ Cancellariæ regulas, per Nos, & Succeſſores noſtros, ac ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, necnon conſiſtorialiter, etiam cum earumdem præſentium ſpeciali, ſpecifica, & expreſſa mentione, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, ac conſiſtorialiter, & alias in contrarium forſan quomodolibet pro tempore factis, & conceſſis, minime compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas fore, & eſſe, ac quoties eas revocari, vel limitari contigerit, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§. 3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpraetandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere, necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 4. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Valentinæ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore manſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. IV. 22. Auguſti.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub annulo Piſcatoris, die vigeſimaſecunda Auguſti, milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

CXXXII.

Exemptio Congregationis Monacorum, Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti, a juriſdictione Sacriſtæ Hoſpitalis B. Mariæ Virginis Annunciatæ Neapolitan. cui Leo X. dudum univerat.

Approbavit iſtam Congregationem Cæleſt. III. ut in ejus Conſt. XXIV. Religioſam *To. III. Part. I. fol. 61.*

SIXTUS PAPA V.

Dilectis filiis Monacis Congregationis Montis Virginis, Ordinis S. Benedicti.

Leo X. Congregationem univit Hoſpi-

Dudum fel. record. Leo X. certis tunc expreſſis cauſis adductus, Congregatio-

Digitized by Google

tali Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis Neapolitan.

tionem veſtram Hoſpitali Annunciationis B. Mariæ Virginis Neapolitan. Apoſtolica auctoritate perpetuo univit, annexit, & incorporavit, ac quod pro tempore exiſtens Sacriſta dicti Hoſpitalis eſſet, & eſſe deberet ſuperintendens, & Judex ordinarius veſter, & pro tempore exiſtentium dictæ Congregationis Monacorum.

Pius V. unionem ſubſtulit, Sacriſtæ tamen d.Hoſpitalis ſuperioritatem præſervavit.

§.1. Et deinde piæ mem. Pius Papa V. Prædeceſſores noſtri de conſilio nonnullorum S.R.E. Cardinalium tunc viventium, hanc unionem, annexionem, & incorporationem diſſolvens, nonnullas Conſtitutiones novas, juxta quas vos vitam, moreſque veſtros conformare deberetis fieri mandavit, ita tamen, quod dictus Sacriſta Epiſcopus, & Regularis exiſtens, ſuperintendens, & Judex uti prius eſſet, haſque Conſtitutiones poſtmodum factas, & editas idem Pius Prædeceſſor dicta auctoritate approbavit, & confirmavit, prout in ſingulis literis dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis plenius continetur.

Hic modo Pontifex eam tollit.

§.2. Cum autem non conveniat, nec decens ſit, ut Sacriſta dicti Hoſpitalis, quamvis eſſet Epiſcopus, & Regularis ut præfertur, quod tamen nunc non eſt, immiſceat ſe rebus, & negociis veſtræ Congregationis, & vos ſub melioribus, & arctioribus ejuſdem regulæ inſtitutis jamdiu vitam agere cœpiſtis, adeo ut majores in mandatorum Dei obſervantia progreſſus in dies ſperari poſſint. Nos qui memoriam tenemus, eumdem Pium V. Prædeceſſorem noſtrum expreſſis verbis nobis ſæpius aſſeveraſſe, hujuſmodi facultatem prædicto Sacriſtæ conceſſam ſe omnino eſſe revocaturum, pium & religioſum vivendi propoſitum veſtrum, & quietem regularem deſiderantes, ac tenores dictarum literarum præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ea certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vos, Congregationemque veſtram, & Capitulum ab omni juriſdictione, auctoritate, & judicio ipſius Sacriſtæ dicta auctoritate, tenore præſentium in perpetuum eximimus, & liberamus, omnem ab eodem Hoſpitali licentiam, & facultatem mittendi Sacriſtam tamquam ſuperintendentem, & Judicem ad Capitulum veſtrum, aut in gubernio, & correctione veſtra ſe quoquomodo ingerendi, adimimus.

Et Sacriſtæ inhibet.

§.3. Inhibentes dicto Sacriſtæ in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna per contrafacientem eo ipſo incurrenda, ne præmiſſorum, ſeu quovis alio prætextu, ſeu occaſione, vel cauſa, in dicto Capitulo, aut alibi intervenire audeat, ſeu præſumat.

Huic ſanctioni hujus clauſulas præſervativas apponit.

§.4. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu, etiam ex eo, quod dictum Hoſpitale ad præmiſſa vocatum non fuerit, notari, impugnari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores ejus deputat.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Capuano, & Epiſcopo Avellinen., ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties ſuper hoc pro parte veſtra, vel alicujus veſtrum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, vobiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra ab omnibus ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari, non permittentes vos, & Congregationem veſtram per dictum Hoſpitale, aut quoslibet alios contra præſentium continentiam, ac tenorem quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.IV. 27. Auguſti.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 27. Auguſti 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXXIII.

Juriſdictio Iudicis cauſarum, & litium Hoſpitalis, pro recipiendis pieque alendis Mendicis per Urbem vagantibus. Et ampliatio exemptionis ei conceſſæ, auctoritatiſque Adminiſtratorum ejus.

Inſtituit d. Hoſpitale hic idem Pont., ut in Conſt. LXXXV. Quamvis *To.IV. Par.IV. fol.*304.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

POſtulat ratio paſtoralis officii, Nobis licet imparibus meritis divina providentia commiſſi, ut Hoſpitalibus, & Piis Locis, quæ ad Chriſti pauperum neceſſitates ſublevandas, noſtra primum cura, & paſtorali vigilantia erecta, & inſtituta fuerunt, quo majora in dies ad Dei gloriam, & animarum ſalutem, in ſpiritualibus, & temporalibus ſuſcipiant incrementa, uberiora etiam ſubſidia, & ampliora privilegia concedamus.

Hic Pontifex inſtituit Hoſpitale Mendicorum.

§.1. Cum itaque nuper ingenti noſtra pia tamen impenſa, in hac Alma Urbe, ne ulterius Mendici per vias, & plateas ejuſdem Urbis &c. *Omittitur reſiduum, quia totam Conſt. habes in Tom.IV. Par.IV. fol.*304.

§.6. Quoniam vero ea eſt perditorum quo-

Et modo dat auctoritatem ejus Administratoribus, carcerandi Mendicantes, per ſegnitiem.

quorumdam hominum impudentia, ut quamvis validi, & robuſti ſint, tamen interdum ficta, aut ſimulata infirmitate, aut alio prætextu, per ſegnitiem, & ſecordiam, malint incertis ſedibus huc illuc vagando ex mendicitate, quam ex honeſtis laboribus, & induſtria victum ſibi comparare, eiſdem Hoſpitalis præfati Adminiſtratoribus contra eos omnes, qui mendicare per Urbem præſument Edicta, & Banna proponendi, & publicandi, & inobedientes pœnis tam pecuniariis, quam etiam corporis afflictivis, & triremium, vel aliis eorum arbitrio (non tamen ultimi ſupplicii) puniendi, plenam, & liberam tribuimus poteſtatem.

Peregrinorumque refectiones judicandi.

§.3. Tres autem refectiones Peregrinis per alias noſtras literas aſſignatas, iis dumtaxat dari volumus, quos Congregatio Adminiſtratorum ipſius Hoſpitalis vere pauperes judicaverit.

Judicem quoque cauſarum Hoſpitalis deputandi.

§.4. Ceterum cum idem Hoſpitale, ejuſque Adminiſtratores ob varias quæſtiones, lites, & controverſias quæ circa illius jura excitari in dies contingit, etiam coram diverſis Judicibus, & Tribunalibus magno cum diſpendio vexentur, Nos in hoc quoque ejuſdem Hoſpitalis indemnitati conſulere volentes, motu, & ſcientia ſimilibus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, moderni, & pro tempore exiſtentes dicti Hoſpitalis Adminiſtratores, unum utriuſque juris Doctorem Clericum, etiam ſi ita videbitur, in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutum in Judicem cauſarum Hoſpitalis dicti eligere, ſeu deputare poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Cui ampliſſimæ facultates hic conceduntur, & præſertim.

§.5. Ac eidem Doctori ſic pro tempore electo, & deputato, ex nunc prout ex tunc, & e contra poſt electionem, & deputationem hujuſmodi, omnes, & ſingulas caoſas, lites, quæſtinnes, & controverſias, inter dictum Hoſpitale ſive illius Adminiſtratores, Officiales, & Miniſtros, nunc, & pro tempore exiſtentes, ac quaſcumque alias, tam laicas, quam Eccleſiaſticas perſonas, cujuſcumque gradus, ſtatus, ordinis, dignitatis, conditionis, vel præeminentiæ exiſtentes, etiam Cardinalatos honore præfulgentes, Univerſitates, Societates, Congregationes, Collegia, ac tam virorum, quam mulierum, Monaſteria, Hoſpitalia, aut alia Loca Pia, etiam coram nunc, & pro tempore exiſteotibus S. R. E. Camerario, Clericis, & Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, & ejuſdem Cameræ cauſarum Auditore generali, necnon Vicario, Gubernatore, & Senatore dictæ Urbis, illorumque Locatenentibus, Collateralibus, Judicibus, ac appellationum Curiæ cauſarum Capitolii ejuſdem Urbis Capitanen, necnon cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus, ac ejuſdem S. R. E. Cardinalibus, & aliis quibuſcumque Judicibus Ordinariis, a Nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibns ſpecialiter quomodocumque Commiſſariis deputatis, & delegatis, ac deputandis, & delegandis, nunc, & pro tempore motas, & pendentes, ac quomodolibet movendas, & pendeodas, & deſuper quibuſcumq; locationibus, venditionibus, donationibus, legatis, fideicommiſſis, teſtamentis, hæreditatibus, & illarum diſcuſſionibus, ac quibuſcumque aliis diſpoſitionibus ad favorem ejuſdem Hoſpitalis, & quorumcumque jurium, & actionum ceſſionibos, aliiſque qoibuſcumque inter vivos, & cauſa mortis, & quaſi contractibus, etiam vigore obligationis in forma Cameræ executionibus, revocationibus, bonis, rebus, joribus, & actionibus Hoſpitalis, ejuſque Adminiſtratorum, Officialium, Miniſtrorum præfatorum, eorumque litis conſortium, tam conjunctim quam diviſim, ac tam active quam paſſive, ac tam ſecundario quam principaliter intereſſe concernentes, & ad ipſum Hoſpitale, etiam per viam neceſſariæ defenſionis, & alias quomodolibet ſpectantes, & pertinentes in qoacumque inſtantia, quorum omnium ſtatus, & merita ac judicium, & collitigantium nomina, cognomina, & qualitates, ceteraque, etiam de neceſſitate exprimenda, præſentibus pro expreſſis habemus in ſtatu, & terminis io quibus ad præſens reperiuntur, & quandocumque reperientur, harum ſerie ad Nos, & Sedem Apoſtolicam advocantes, illaſque omnes, & ſingulas alias ſimiles, vel diſſimiles cauſas, quomodolibet nunc, & pro tempore motas, & pendentes, ac quas dictum Hoſpitale, illiuſque Adminiſtratores, Officiales, & Miniſtri, habere, & movere volent contra eaſdem perſonas Univerſitates, Societates, Coogregationes, Collegia, Monaſteria, Hoſpitalia, aot alia æque, aut magis privilegiata Pia Loca, etiam quomodolibet, & qualitercumque privilegiata, & exempta, pro ipſios Hoſpitalis rebus, bonis, hæreditatibus, legatis, juribus, & actionibus hujuſmodi, tam agendo pro ipſo Hoſpitali, & quacumque perſona ab eo cauſam habente, quam etiam ſi contra ipſum Hoſpitale ad inſtantiam qoarumcumque perſonarum qualitercumque qualificatarum, & privilegiatarum quomodolibet agatur, eidem Doctori, ut præfertur, electo, & deputato, una cum omnibus, & ſingulis earum incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & ſola facti veritate inſpecta, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, & abſque tela jodiciaria, ac aliqoorum terminorum etiam ſubſtautialium obſervatione, aut alicujus regeſtri, vel extractus confectione, per ſeipſum, vel in ejus a dicta Urbe abſentia, aut alias ex quavis cauſa per alium ab eiſdem Adminiſtratoribos durante abſentia, aut alias quomodolibet eligendum, uſque ad finalem ſententiarum executionem incluſive audiendas, cognoſcendas, fineque debito termioandas, aut etiam alibi pro tempore introductas, ſeu commiſſas reaſſumendas, auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo committimus, & mandamus. Ipſumque Doctorem, ut præfertur, electum, & deputatum in di-

ctis

ctis cauſis, tam pro ipſo Hoſpitali, quam contra illum motis, & pendentibus, & in futurum movendis, in Judicem ordinarium, & Apoſtolica auctoritate deputatum, cum facultate caſdem cauſas uſque ad finem, abſque tamen alicujus propinæ receptione cognoſcendi, decidendi atque terminandi, ac etiam cum poteſtate citandi, & inhibendi, quos, quibus, & quoties opus fuerit, etiam per ſe, vel alium, ſeu alios quoſcumque, tam in Romana Curia, quam extra eam, etiam per edictum publicum, conſtito ſibi etiam ſummarie de non tuto acceſſu, eiſdemque, & prædictis, ac quibuſcumque aliis ejuſdem Urbis Curiarum, ſeu Tribunalium Judicibus, & perſonis, tam Eccleſiaſticis, quam etiam pecuniariis pœnis, prout ſibi videbitur inhibendi, & in eventum non paritionis contra inobedientes, contumaces, & rebelles, ad declarationem incurſus cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi, illarumque aggravationes, & alias prout ſibi melius expedire videbitur, ſeu placuerit ſervata forma Concilii Trid. procedendi, ſententiaſque, ſeu mandata per eum pro tempore latas, ſeu relaxata debitæ executioni demandandi, ſive demandari faciendi. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis quovis prætextu non parentes, per cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, auxiliumque brachii ſæcularis ad hoc, ſi opus fuerit, invocandi, aliaque, omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exequendi, ac cum aliis facultatibus ad id quomodolibet neceſſariis, auctoritate, & tenore prædictis ſimiliter perpetuo facimus, conſtituimus, & deputamus, ſibique plenam, liberam facultatem, atque auctoritatem etiam concedimus, & impartimur,

A cujus ſententia ſemel tantum, & devolutive ad Gubernatorē Urbis appellari poſſe decernit.

§.6. Decernentes, quod a pro tempore exiſtentis Doctoris, ut præfertur electi, & deputati ſententiis, mandatis, ordinationibus, & decretis, nullatenus ſuſpenſive appellari, reclamari, de nullitate dici, ſive quomodolibet adverſus illa ad effectum impediendi, ſeu ſuſpendendi executionem aliquod remedium attentari poſſit devolutive, aut ſemel tantum pro qualibet parte liceat appellare, & alia remedia intentare coram pro tempore exiſtenti Urbis Gubernatore, ſeu alio Judice ab ipſo Gubernatore nominando, ei vero parti, quæ ſemel appellavit, ſecundo, vel ulterius ſublata ſit, omnis, & quæcumque appellatio, ſed duæ ſententiæ conformes, plenariam executionem obtineant, ac firmæ, & illibatæ permaneant, ac ſi eſſent tres conformes,

Nullitates tres ſubſtantiales allegari permiſit.

§.7. Ac nullitas aliqua exceptis tribus ſubſtantialibus opponi nullo modo poſſit.

In cauſis diſcuſſionum data cautione de reſtituendo &c. Judex Hoſpitalis debitores cogat ad ſolvendum

§.8. Et licet ad inſtantiam quorumcumque hæredum, ſeu quorumlibet aliorum committatur in futurum, vel etiam modo pendeat commiſſa cauſa diſcuſſionis alicujus hæreditatis, & dicto Hoſpitali, ſeu illius Adminiſtratoribus, vel Officialibus, & Miniſtris, etiam virtute commiſſionis fuerit inhibitum, tamen ne exactio creditorum in præjudicium Hoſpitalis hujuſmodi protrahatur, data idonea cautione per dictos Adminiſtratores, Officiales, ſeu Miniſtros, de reſtituendo ſummam debitam in eventum ſuccumbentiæ, prioribus, & potioribus creditoribus, pro tempore exiſtens Doctor prædictus eoſdem hæredes, ſive alios quoſcumque debitores, ſeu ipſorum quemlibet, & ex quocumque titulo cauſam habentes ad ſatisfaciendum integraliter dicto Hoſpitali de ejus credito juris, & facti remediis cogat, & compellat.

Singulis diebus non feriatis in honorem Dei procedi mandat.

§.9. Ac in omnibus, & ſingulis cauſis prædictis ad dictum Hoſpitale, ut præfertur, quomodolibet ſpectantibus ſingulis diebus, & horis feriatis, & non feriatis, præterquam in honorem Dei procedat.

Notarium actuarium ab Adminiſtratoribus deputari, & ab eo cavesi de reſtituen. ſumptibus abſque pretio jubet.

§.10. Et Notarium actuarium per eoſdem Adminiſtratores eligendum, ac ab eis, & eorum arbitrio, ac ad eorum nutum ponendum, & amovendum quem eis placuerit habeat, qui teneatur dare idoneam cautionem eiſdem Adminiſtratoribus in ejus deputatione, de reſtituendo abſque aliqua pecuniarum ſolutione, & fraude, & omni mora, & dilatione atque exceptione, ſeu excuſatione poſtpoſitis, quoties ab eiſdem Adminiſtratoribus ab hujuſmodi Notariatus officio amotus fuerit, omnes, & ſingulas ſcripturas ad dictum Hoſpitale, ut præfertur, quomodolibet ſpectantes, per eoſdem Adminiſtratores facto de illis inventario, Notario ſucceſſori ab eiſdem Adminiſtratoribus deputato conſignando, quodque citationes in cauſis prædictis, etiam per Curiæ Capitolii, ſeu alios quoſcumque etiam dicti Hoſpitalis Mandatarios fieri poſſint,

Executores omnes mandata hujus Judicis exequantur.

§.11. Ac quod quicumque executores Curiarum, ſeu Tribunalium dictæ Urbis poſſint, & debeant exequi, & effectualiter executioni demandare, omnes, & ſingulas ſententias, decreta, & mandata pro tempore exiſtentis Doctoris hujuſmodi, ſive in ejus abſentia, aut alias ipſo impedito, ab eiſdem Adminiſtratoribus eligendi, quæ non obſtante regula Cancellariæ, ſub ejus parvo ſigillo expediri poſſint,

Perſonæ Hoſpitalis &c. alibi conveniri non poſſint etiam vigore commiſſionis Signaturæ Juſtitiæ.

§.12. Ac inſuper Hoſpitale prædictum, ejuſque Adminiſtratores, Officiales, & Miniſtros, Affictuarios, & alios ab eis cauſam habentes, ex nunc deinceps occaſione præmiſſorum principaliter, ſeu ſecundario alibi quam coram pro tempore exiſtente Doctore, ut præfertur electo, & deputato conveniri, aut ad alios conveniendum conſtringi non poſſe, & proceſſus, ſententias, mandata, & decreta, per alium, ſeu alios, tam ordinarios, quam etiam ſpecialiter deputatos, & delegatos Judices, quavis auctoritate fungentes, in cauſis prædictis quomodolibet pro tempore formatos in quacumque inſtantia latas, & facta, cum inde ſecutis quibuſcumque, nulla, irrita, & inania, nulliuſque roboris, & momenti fore,

Digitized by Google

ſore, inhibeotes expreſſe moderno, & pro tempore exiſteoti Signaturæ Juſtitiæ Præfecto, aut alias pro tempore Joſtitiæ Signaturam habenti, necnon Regenti Cancellariæ qui pro tempore erit, omnibuſque, & ſingulis Referendariis, ne de cetero ad inſtantiam, & requiſitionem cujuſcumque ſupplicationem aliquam recipere, referendariare, ſeu proponere Præfecto Signaturæ Juſtitiæ audeat, vel præſumat, & ſimiliter Signaturam facienti, non ſignet ſive avocatoriam, ſive ſimplicis juſtitiæ, ſive appellatoriam, & ſimilem, neque in initio neque in medio litis, & quod ſignatæ nullius ſint roboris, & momenti, nullamque tribuant juriſdictionem, neque ipſe Judex cui fuerint commiſſæ audeat illarnm virtute citare, iohibere, vel quomodolibet procedere, irritumque, & inane quidquid ſcienter vel ignoranter ſecus factum fuerit, ipſo jure decernimus, ſalva ſemper noſtra ac pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manu propria ſignatura, ſtoe qua omne reſcriptum ceuſeatur, & ſit invalidum, & a noſtra voluntate alienum. Et nihilominus Doctor ſic, ut præfertur, depntatus a prædicto Hoſpitali, abſque vitio attentatorum procedere poſſit, & valeat.

Ampliatio exemptionis a ſolutione gabellarum, & aliorum onerum, & gratiarum.

§.13 Exemptioucm vero, & immunitatem alias eidem Hoſpitali conceſſam extendentes, & ampliantes, volumus nt tam ipſum Hoſpitale, quam ejus perſonæ, necnon agri, poſſeſſiones, prædia urbana, & ruſtica, ac quæcumque res, & bona, immobilia, mobilia, & ſe moventia, ubilibet gentium, & locorum conſtituta, eorumque affictuarii, & conductores, ratione quorumcumque fructuum, frugum, mercium, ac rerum ad victum, & veſtitum, aut alias ad uſus bumanos pertiueotium, qui in ipſius Hoſpitalis agris, aut prædiis colliguntur, aut extrahuntur, aut ad uſum Hoſpitalis aliunde importantnr, tam in emendo, quam in vendeudo, aut de loco ad locum extraheodo, aut transferendo, etiam quo ad tria pro centenario Dohaneriis Ripæ Urbis noſtræ ſolvi ſolitis, & quo ad Sal pro uſu Hoſpitalis, quod gratis prout aliis Locis Piis dari ſolet, etiam prædicto Hoſpitali dari debeat, & a quibuſcumque datiis, portoriis, gabellis, dohanis, oneribus, & actiouibus, ſubſidiis, talliis, collectis, angariis, ordinariis, & extraordinariis qunmodolibet nuncupatis, ex quacumque etiam urgentiſſima cauſa nunc, & pro tempore impoſitis, & impoueudis, tam in dicta Urbe, quam estra eam in quocumque loco ditioni noſtræ temporali Eccleſiaſticæ, mediate, & immediate ſubjecto, prorſus libera, exempta, & immunia ſint, ac cenſeantur, nec ad aliquam ſolutionem quoque modo cogi, aut compelli poſſint.

Prohibitio moleſtandi Hoſpitale ſuper prædictis.

§.14. Diſtricte autem interdicimus, qnibuſcumque perſonis ad quas exactio hujuſmodi onerum, gabellarum, collectarum, talliarum ſubſidii Dohanæ quomodolibet ſpectabit, ne quicquam quovis prætextu contra noſtram hujuſmodi cooceſſionem petere, aut exigere, ipſumque Hoſpitale, vel ejus Miniſtros, aut alios ab eo cauſam habentes moleſtare quoquo modo audeant vel præſumant. Quinimo dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, necnon Cameræ Apoſtolicæ Clericis præſideotibus per præſentes mandamus, qnatenus ipſi, vel eorum aliquis quoties pro parte Hoſpitalis prædicti fuerit requiſitus, præſentes litteras, & in eis contenta quæcnmque ſolemniter publicantes, eiſque efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, Hoſpitale prædictum, ejuſqne Miniſtros, Affictuarios, & alios quoſcumque pro eo agentes, faciant exemptione, immuuitate, illiuſque extenſione, & ampliatione prædictis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes illos qnovis modo indebite moleſtari, contradictores per opportuna juris, & facti remedia compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, aoxilio brachii ſæcularis. Ceterum omnes mulctas, & pœnas ab iis perſonis, quæ circa datia, & gabellas, ut præfertur d. Hoſpitali tam per præſentes, quam per alias noſtras literas conceſſa, aſſignata, & applicata fraudem aliquam committent pro tempore exigendas, integre ipſi Hoſpitali, ut Adminiſtratores præfati de illis ſuo arbitrio libere diſponant perpetuo concedimus, donamus, & applicamus, & quatenus in ipſo contractu appaltus, ſeu cooductionis datiorum, & gabellarum hujuſmodi, ſeu in eorum impoſitione aliter de iis caveat, quaſeumque de hujuſmodi mulctis, ſeu pœnis cootrarias diſponet, ad cujuſcumqne, & Cameræ Apoſtolicæ favorem factas, revocamus, & annullamus.

Capellani, qui nunc ſunt ab Adminiſtratoribus non amoveantur. Et eorum quilibet habeat ſcut. 90. ſingulis annis.

§.15. Poſtremo ſtatuimus, & ordinamus, quod ii quatuor Clerici ſæculares, qui nunc ſunt pro Cappellanis ad Miſſas celebrandas, Sacrameotaque Eccleſiaſtica adminiſtranda in eodem Hoſpitali deputati, inde quoad vixcrint, per moderuos aut pro tempore exiſtentes Adminiſtratores amoveri nullo modo poſſint, nec debeant; quinimo eorum cuilibet nonaginta ſcuta monetæ Romanæ ex fructibus, redditibus, & proventibus dictarum Eccleſiarum Cappellaniarum, & Beneficiorum uoitorum, per modernos, & pro tempore exiſtentes ipſius Hoſpitalis Adminiſtratores annuatim perſolvantur, ac præſentes literæ validæ, & efficacis collationis, & proviſionis eorum cuilibet factæ vim, & robur obtineant. Atque ex nunc in Cappella ejuſdem Hoſpitalis quattuor perpetuas ſine cura, perſonalem tamen reſidentiam requirentes Cappellanias, necnon duo alia etiam ſine cura perſonalem tamen reſidentiam requirentia beneficia Eccleſiaſtica Clericatus nncupanda, per præſentes perpetuo erigimus, & inſtituimus, eiſque ſic erectis, & inſtitutis pro congrua dote, ac dictorum etiam pro tempore exiſtentium Cappellaoorum, & Clericorum congrua ſuſtentatioue, qui videlicet Cappellani in ipſa Cappella Miſſas celebrare, ac perſonis Hoſpitalis prædicti, juxta forntam priorum noſtrarum literarum

rum ſuper ipſius Hoſpitalis erectione editarum, Sacramenta Eccleſiaſtica miniſtrare, Clerici vero eis in Altaris miniſterio, & Sacramentorum adminiſtratione inſervire debeant, ſingulis quidem Cappellaniis nonaginta, ſingulis vero Beneficiis prædictis pro quolibet Clerico viginti ſcuta hujuſmodi annuatim eorum cuilibet per ipſos Adminiſtratores, ut præfertur, ex dictis fructibus Beneficiorum hujuſmudi perſolvenda. Siquid vero ex eiſdem fructibus ſuperſuerit, id omne Sacriſtiæ ejuſdem Cappellæ perpetuo applicamus, & appropriamus.

Cappellaniæ ad præſentationem Adminiſtratorū de cetero conferantur.

§.16. In poſterum vero quoties perpetuis futuris temporibus aliquam ex hujuſmodi Cappellaniis, vel Beneficiis, Clericatibus nuncupatis, ex Cappellanorum eaſdem Cappellanias ad præſens obtinentium, vel eorum Succeſſorum quorumcumque perſonis quando, & ubilibet vacare contigerit, tunc non ad nutum Adminiſtratorum, ſed in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici perſonalem reſidentiam requirentis ad præſentationem Adminiſtratorum prædictorum, nec alias per Sedem Apoſtolicam dumtaxat conferantur.

Clauſulæ præſervativæ hujus conceſſionis.

§.17. Decernentes præſentes literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium conceſſionum, & gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, & derogationibus minime compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties emanabunt toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ R. E. Card. ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ contrariorum derogatoriæ.

§.18. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis præfatæque Cameræ juramento, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus Privilegiis, eidem Cameræ necnon quibuſvis Judicibus, & Tribunalibus etiam Auditori cauſarum ejuſdem Cameræ quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio facienda, ſeu quævis expreſſio ad hoc ſervanda foret, illorum tenores acſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.19. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c.

Nulli ergo &c.

D. P. An.IV. 5.Septembris.

Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, viii. Idus Septembris Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXXIV.

Contra abortum quovis modo procurantes, aut ſterilitatis potiones dantes, vel ſumentes, eiſque auxilium, conſilium, ſive conſenſum præſtantes.

SIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Deteſtatio criminis abortus.

Effrænatam perditiſſimorum hominum contra divinæ legis præceptum de non occidendo, peccandi audaciam atque licentiam, ſanctiſſimis legibus, variiſque Conſtitutionibus ſæpius repreſſam animadvertentes: cogimur Nos quoque in ſupremo juſtitiæ throno a Domino conſtituti, juſtiſſima ratione ſuadente, vetera jura partim innovando, partim ampliando, eorum etiam immanitatem pari pœna propoſita coercere, qui immaturos fœtus intra materna viſcera adhuc latentes crudeliſſime necare non verentur. Quis enim non deteſtetur, tam execrandum facinus, per quod nedum corporum, ſed quod gravius eſt, etiam animarum certa jactura ſequitur? Quis non graviſſimis ſuppliciis damnet illius impietatem, qui animam Dei immagine inſignitam, pro qua redimenda Chriſtus Dominus noſter precioſum Sanguinem fudit, æternæ capacem Beatitudinis, & ad conſortium Angelorum deſtinatam, a beata Dei viſione excluſit, reparationem cœleſtium ſedium quantum in ipſo impedivit, Deo ſervitium ſuæ creaturæ ademit? qui liberos prius vita privavit, quam illi a natura propriam lucem accipere, aut ſe materni cuſtodia corporis ab efferata ſævitia tegere potuerint? Quis non abhorreat libidinoſam impiorum hominum crudelitatem, vel crudelem libidinem, quæ eo uſque proceſſit, ut etiam venena procuret ad conceptos fœtus intra viſcera extinguendos, & fundendos, etiam ſuam prolem prius interire quam vivere, aut ſi jam vivebat, occidi antequam naſci nefario ſcelere moliendo? Quis denique non damnet graviſſimis ſuppliciis illorum ſcelera, qui venenis, potionibus, ac maleficiis, mulieribus ſterilitatem inducunt, aut ne concipiant, nec pariant, maleficis medicamentis impediunt? Maleficos, inquit Dominus ad Moyſen, non patieris vivere: nimis enim impudenter contra Dei voluntatem ſe opponunt, qui, ut S. Hieronymus ait, dum natura recipit ſemen, receptum confovet, confotum corporatum in membra diſtinguit, dum inter ventris anguſtias Dei manus ſemper operatur, idemque corporis Creator, & animæ eſt, impie deſpicit bonitatem Figuli, ideſt Dei, qui hominem plaſmavit, fecit, & voluit, ſiquidem ut Sanctus teſtatur Ambroſius, non mediocre munus eſt Dei dare liberos propagatores generis. Divinum donum eſt fœcunditas parientis, eodemque tempore diro hoc flagitio privantur liberis parentes, qui gene-

Digitized by Google

raverant; vita filii, qui generati ſunt, matres conjugii præmiis, terra quæ ab his coleretur, mundus qui ab eiſdem cognoſceretur, Eccleſia quæ devotæ numero plebis aucta gauderet. Unde non immerito ſexta Synodo Conſtantinopolitana ſancitum eſt, ut perſonæ quæ dant abortionem cientia medicamenta, & quæ fœtus necantia venena accipiunt, homicidæ pœnis ſubiiciantur, ſed, & veteri Concilio Ilerdenſi cautum eſt, ut qui conceptos ex adulterio fœtus necare ſtuduerint, vel in ventribus matrum potionibus aliquibus colliſerint, ſi poſtea pœnitentes ad Eccleſiæ manſuetudinem recurrant, omni tempore vitæ ſuæ fletibus, & humilitati inſiſtant, ſi vero Clerici fuerint, officium miniſtrandi eis recuperare non liceat, omneſque tam Eccleſiaſticæ, quam prophanæ leges gravibus pœnis afficiunt eos, qui in utero matris puerperium interimi, aut ne mulieres concipiant, ſive ut conceptos fœtus eiiciant, nefarie machinantur.

Pœna homicidii abortum procurantibus imponitur.

§.1. Nos igitur poſt repreſſam eorum temeritatem, qui matrimonii jura violare, & quantum ipſis eſt vinculum indiſſolubile diſſolvere præſumunt, quive turpioribus quibuſdam inceſtis ſe inquinare non erubeſcunt, hoc quoque malum, quantum viribus Nobis a Domino traditis contendere poſſumus, noſtris potiſſimum temporibus exterminare volentes: Omnes, & quoſcumque, tam viros, quam mulieres, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, ac conditionis, etiam Clericos, ſæculares, vel cujuſvis Ordinis regulares, quavis dignitate, & præeminentia Eccleſiaſtica, vel mundana fulgentes, qui de cetero per ſe, aut interpoſitas perſonas abortus, ſeu fœtus immaturi, tam animati, quam etiam inanimati, formati, vel informis ejectionem procuraverint percuſſionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque mulieri prægnanti impoſitis, ac aliis etiam incognitis, vel maxime exquiſitis rationibus, ita ut re ipſa abortus inde ſecutus fuerit, ac etiam prægnantes ipſas mulieres, quæ ſcienter præmiſſa fecerint, pœnas, tam divino, quam humano jure, ac tam per Canonicas Sanctiones, & Apoſtolicas Conſtitutiones, quam civilia jura adverſus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & re ipſa patraverint, propoſitas, & inflictas (quorum omnium tenores his noſtris literis pro expreſſis, & ad verbum inſertis habemus) eo ipſo incorrere, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ipſaſque pœnas, leges, & Conſtitutiones ad caſus præfatos extendimus.

Clericiſque additur pœna privationis Beneficiorum, & inhabilitatis.

§.2. Eos vero qui Clerici fuerint, omni Privilegio Clericali, Officiis, Dignitatibus, & Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ ſic vacatura noſtræ, & Sedis Apoſtolicis diſpoſitioni perpetuo reſervamus, ipſo facto privamus, & in futurum inhabiles ad ea ſuſcipienda decernimus, adeo ut illi, qui hoc delictum commiſerint, non ſecus atque ii qui ſua voluntate homicidium perpetraverint juxta Concilii Tridentini Decreta, etiamſi crimen id, nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit, ad Sacros Ordines promoveri, aut in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare nullo modo poſſint, nec illis aliqua Eccleſiaſtica Beneficia, etiamſi curam non habeant animarum, conferri liceat, ſed omni Ordine, ac Beneficio, & Officio perpetuo careant.

Laicis additur de pœna inhabilitatis.

§.3. Necnon, & illos qui Clerici non fuerint, & talia perpetraverint, non ſolum pœnas incurrere ſupra narratas, ſed etiam inhabiles ad Ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus.

Et qui foro Eccleſiaſtico ſubjecti ſunt Curiæ ſæculari tradantur.

§.4. Volentes quod hi qui foro Eccleſiaſtico ſubjecti, ut præfertur deliquiſſe comperti fuerint, per Judicem Eccleſiaſticum depoſiti, & degradati, Curiæ, & poteſtati ſæculari tradantur, quæ de eis illud capiat ſupplicium, quod contra laicos vere homicidas per divinas leges, ac civilia jura eſt diſpoſitum.

Sterilitatis potiones dantes, vel ſumentes, eorumq. conſultores, iiſdem pœnis ſubiiciuntur.

§.5. Præterea eiſdem pœnis teneri omnino ſtatuimus eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinaverint, & quo minus fœtum concipiant impedimentum præſtiterint, ac ea facienda, & exequenda curaverint, ſive quocumque modo in his conſuluerint, ac mulieres ipſas quæ eadem pocula ſponte, ac ſcienter ſumpſerint.

Præventio inter Judices, & eorum facultas in procedendo.

§.6. Quocirca mandamus univerſis, & ſingulis Judicibus ordinariis, & delegatis, tam Eccleſiaſticis, quam Sæcularibus, quibus contra criminum reos etiam quo ad cauſas hujuſmodi, de jure, vel ratione delicti, aut perſonarum legitime competet juriſdictio, ita tamen ut inter eos præventioni locus eſt, ut in his delictis, quæ ut plurimum in occulto perpetrantur, contra quoſcumque, non ſolum per accuſationem, & delationem, verum etiam per inquiſitionem, ac ſimplicem denunciationem procedant, ac ad illa probanda teſtes alias de jure inhabiles, eorumdem tamen Judicum arbitrio, habita ratione perſonarum, cauſarum, & qualitatum illarum, ac circumſtantiarum quarumcumque, admittant, ac in eos qui culpabiles fuerint, pront per Nos ſancitum eſt, demum animadvertant.

Excommunicatio in prædictos, & eorum complices.

§.7. Inſuper ut immaniſſimi hujus delicti gravitati, non ſolum temporalibus, verumetiam ſpiritualibus pœnis proſpiciamus ac provideamus, omnes, & ſingulos cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, vel conditionis exiſtentes, tam laicos, quam Clericos, Sæculares, & cujuſcumque Ordinis regulares, necnon mulieres ſæculares, vel quemcumque Ordinem profeſſas, qui vel quæ, vel uti principales, vel ut ſociæ conſciæve ad tale facinus committendum opem, conſilium, favorem, potionem, vel alia cujuſcumque generis medicamenta ſcienter dederint, ac etiam ſcribendo literas privatas, vel apocas, vel alias verbis, aut ſignis juverint, aut conſuluerint, ultra ſupradictas pœnas, ipſo

facto

facto, nunc prout ex tunc excommunicamus, & pro excommunicatis declaramus.

Reſervatio abſolutionis.

§.8. Decernentes ac declarantes, quod per quæcumque Jubilæa, & Indulgentias, per Nos, & Succeſſores noſtros, etiam Anno Jubilæi, aut alio quovis tempore, etiam Cruciatæ ſanctæ, Jubilæi, vel quovis alio titulo conceſſas, & concedendas, necnon per quaſcumque literas Apoſtolicas quibuſvis Principibus, ſeu ad eorum inſtantiam per Nos, & Succeſſores noſtros pariter conceſſas, & concedendas, ac etiam vigore Privilegiorum mare magnum vel alias quomodolibet nuncupatorum, quibuſvis Congregationibus Regularium, aut Epiſcopis vigore Concilii Tridentini, vel alias, per Nos, & Prædeceſſores noſtros quomodocumque conceſſorum, vel in futurum concedendorum, nec perſonæ ſic ut præfertur delinquentes, & excommunicatæ, præterquam in mortis articulo abſolvi valeant, nec cum iis Clericis, qui hujuſmodi delicta perpetraverint etiamſi eorum crimen occultum fuerit, ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione contracta, nec per locorum Ordinarios, nec per alios quavis auctoritate fungentes, quam per Nos, & Rom. Pontif. noſtros Succeſſores, & tunc non niſi urgentiſſimis de cauſis diſpenſari poſſit. Ac tam abſolvendi, quam diſpenſandi facultatem hujuſmodi etiam quoad forum conſcientiæ in caſibus ſuperius expreſſis, Nobis, & Succeſſoribus noſtris dumtaxat reſervamus.

Decretum irritans.

§.9. Statuentes ſic in præmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interprætandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aut aliis legibus aliter forſan circa præmiſſa diſponentibus, aut in caſibus præfatis diſtinguentibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma, & effectus public. hujus conſt.

§.11. Volumus autem, ut præſentium literarum exemplis &c.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ Conſtitutionis, Statutorum, Ordinationis, extenſionis, Decretorum &c. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit &c.

D. P. An.IV. 19. Octobris.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, quarto Kalen. Novembris, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXXV.

Inſtitutio Feſtivitatis SS. Placidi, & Sociorum Martyrum Profeſſorum Ordinis Monacorum S. Benedicti, ubique ſimplici, & in Meſſanen. Civitate duplici officio die 5. menſis Octobris celebrandæ, ac etiam die 4. menſis Auguſti in Eccleſia Meſſanen. ubi eorum corpora nuper reperta fuerunt.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Martyrum præclara aut merita.

DOminus Omnipotens, qui ſuaviter cuncta diſponit, miſericordiarum Pater, & Deus totius conſolationis, Sacroſanctam ejus Eccleſiam pretioſo unigeniti Filii ſui Sanguine acquiſitam, & in Apoſtolicæ confeſſionis petra ſolidatam, voluit nedum inter mundi adverſa, & turbines, Sanctis Martyribus, quaſi fortiſſimis propugnatoribus tueri, verum eorumdem glorioſis trophæis, ita in dies illuſtrari, ut non modo illi feliciſſimas de impiis perſecutoribus, & Chriſtianæ fidei hoſtibus in hoc ſeculo victorias reportando, eamdem propagarent, ſed mox ad æternam ipſi cæleſtis patriæ Beatitudinem evecti, pie apud Deum intercedendo, illam, vel maxime juvarent, ac perpetuo juvent. Unde non immerito Sacræ eorum Reliquiæ, & eorumdem paſſionum monumenta, in terris relicta, Chriſtianum populum ad laudandum in eis divinam majeſtatem, ad illorum ſalutaria exempla imitanda, ad rerum humanarum, & prætereuntis hujus ſeculi deſpicientiam, ad eorum denique opem, & patrocinium in tribulationibus, & neceſſitatibus invocandum mirum in modum excitant.

S. Placidus, & ejus Socii ſub regula S. Benedicti ſe Deo dicarunt & in Monaſterio apud Meſſanam civitatem per ipſum Placidum in paterno fundo extructo famulatum Deo exhibuerunt.

§.1. Inter hos vero ipſos quos Martyrii corona donatos Catholica invocat, & veneratur Eccleſia, merito inſigni honore celebranda eſt memoria Sanctorum Placidi, & Sociorum Martyrum, qui Juſtiniani Magni Imper. temporibus, cum S. Benedicti tunc adhuc viventis, Religionis zelum, & vitæ Sanctitatem admirati, ſub illius regula, ſe Dei obſequiis dicaviſſent, & in Monaſterio, cum Eccleſia S. Joannis Baptiſtæ, prope muros Meſſanæ Civitatis, tunc recenter ab ipſomet Placido in paterno fundo extructo, & inſtituto, cui idem Placidus a Sancto Benedicto eo miſſus, tanto Magiſtro dignus diſcipulus præerat, gratum Altiſſimo exhiberent famulatum; ad eam perfectionem brevi pervenerunt, ut cum eorum Sanctimoniæ fama longe lateque diffuſa, etiam in Urbem Romanam pervaſiſſet, impulerit pios Placidi fratres germanos Eutychium, & Victorinum, & Virginem Flaviam eorumdem ſororem, ad iter ſuſcipiendum Placidi fratris viſendi cauſa, ſed divina providentia factum eſt, ut cum Meſſanam veniſſent, & apud eum

Digitized by Google

vix per paucos dies morati eſſent, crudeliſſimi Saracenorum Regis, vel potius Tyranni Abdalæ claſſis, Chriſtiano nomini nefarium bellum, Inſulæ vero Siciliæ vaſtitatem, incendia, rapinas inferens, ad eamdem Civitatem ex improviſo appulerit. Ubi ejus claſſis Dux Mammucha, cum in Monaſterium irrupiſſet, cœpit mira feritate contra eos omnes in vincula conjectos ſævire, & acerbiſſimis quibuſdam cruciatibus, exquiſitiſque tormentorum generibus conari, ſi qua ratione poſſet eos a Chriſtiana Religione dimovere.

Martyriique coronam adepti fuerunt, & eorum corpora in Eccleſia S. Joannis Meſſanen. ſepulta, multis claruerunt, & nuper aliquæ eorum reliquiæ, in reparatione d. Eccleſiæ ſunt repertæ.

§. 2. Verum tamen ipſi adjuvante Spiritus Sancti gratia, & non modo in Religioſis viris, ſed in aliis quoque Placidi fratribus, atque adeo in ſexu fragili, & virgineo pectore, ſuam divinam virtutem mirabiliter oſtendente, cuncti in Chriſtianæ fidei præclara confeſſione fortiter perſeverantes, agonem ſuum glorioſo Martyrio conſummarunt, Cumque eorum quidem animæ triumphalem palmam adeptæ in cœlum evolaſſent, corpora vero multis, ut antiquæ teſtantur hiſtoriæ, magniſque miraculis illuſtria, in Eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ Meſſanenſis, quæ poſtmodum ſucceſſu temporis in Prioratum Hoſpitalis ejuſdem Sancti Joannis Hieroſolymitan. fuit erecta, pie ſepulta, & recondita, temporum injuria per multa ſecula, ita inibi occulta latuiſſent, ut jam noſtra ætate licet ex pluribus, antiquitatis monumentis conſtaret, ea in præfata Eccleſia Sancti Joannis Baptiſtæ ſepulta fuiſſe, tamen certus ejus Eccleſiæ locus, ubi ſita forent, penitus ignoraretur, placuit tandem divinæ miſericordiæ Sacra nonnullorum ex eis monumenta, & Reliquias, dum pro fundamentis in reparatione ipſius Eccleſiæ jaciendis humus effoderetur, poſt longum temporis intervallum nuper in lucem proferre.

Archiepiſcopus deſuper proceſſum formavit, quē Summus Pontif. Cardinalibus revidendum commiſit, & de aliquorum ex dictis Sāctis corporib. inventione ſatis conſtitit.

§. 3. Quare cum primum ex relatione Venerabilis fratris Antonii Archiepiſcopi Meſſanen. compluribus deſuper examinatis teſtibus ac proceſſo formato, & ad Nos tranſmiſſo id Nobis ſignificatum fuit. Nos attendentes juxta antiquiſſimum Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ uſum, a primævis Chriſtianæ Religionis temporibus receptum, Sanctorumque Patrum unanimem conſenſionem, & Sacrorum Conciliorum, ac noviſſime œcumenici Tridentini Decreta, Beatorum Martyrum, & aliorum cum Chriſto in Cœlis regnantium Sancta Corpora, per quæ multa beneficia a Deo mortalibus præſtantur, congruo quidem honore veneranda eſſe, ſed eam adhibendam cautionem in Sacrarum Reliquiarum veneratione, ut omnis ſuperſtitio tollatur, nec novas Reliquias recipiendas eſſe, niſi prius ab Epiſcopo recognitæ, & approbatæ fuerint: recognitionem proceſſus hujuſmodi, venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper interpretatione, & executione dicti Concilii Tridentini deputatis duximus committendam, qui ipſo proceſſu diligenter, prout rei gravitas poſtulabat, conſiderato, & recognito, necnon vocato, & audito eodem Antonio Archiepiſcopo, qui, & Sacras Reliquias, & alia complura antiquitatis monumenta in ea Eccleſia inſpexit, & deinde ad Nos, & Beatorum Apoſtolorum limina viſitanda in Urbem venit, cum Nobis retuliſſent ſatis conſtare de aliquorum ex dictis ſanctis corporibus inventione.

§. 4. Nos primum quidem ingentes Deo omnipotenti gratias egimus, quod inter cetera, quæ his calamitoſis, & turbulentis temporibus Chriſtiano populo in dies largitur plurima, & maxima beneficia, hoc quoque inſigni munere quaſi pretioſiſſimo theſauro detecto, dignatus ſit dictorum Placidi, & ſociorum Martyrum memoriam renovare,

Summus itaque Pontifex gratias propterea ingentes Deo reddidit, & eorū Martyrij feſtum die 5. Octobris ubique ſingulis annis, & feſtum eorum inventionis in d. Eccleſia Meſſanen. die 4. Auguſti celebrari, & in Kalendario apponi mandat.

§. 5. Nunc autem, ut pro noſtro paſtorali officio, quantum in Nobis eſt, curemus ne invictorum Martyrum corpora, divinæ erga Nos charitatis pignora, quæ viva membra fuerunt Chriſti, & templa Spiritus Sancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda, & glorificanda, diutius inobſcuret vetuſtas, aut ex animis Chriſtifidelium deleat oblivio, ſed ut potius eis omnium gentium, & ſeculorum prædicatione digniſſimus honor debitus, ſi non pro ipſorum dignitate ac meritis, ſaltem pro noſtra tenuitate tribuatur; ſimulque excitentur iidem fideles ad eorum veſtigia pro cujuſque captu proſequenda, & ad invocandam opem illorum, quos, & ipſius Eccleſiæ amantiſſimos, & propter religioſæ vitæ profeſſionem, & obſervationem, caſtimoniam, ſanctitatem, & conſtantem Chriſtianæ fidei confeſſionem Martyrio conſummatam Deo acceptiſſimos eſſe intelligimus; ac denique, ut in eorumdem veneratione, Dei qui ſe per os David in Sanctis ſuis laudari præcipit, immenſa bonitas glorificetur, & piæ Chriſtifidelium mentes ad eorum memoriam recolendam anniverſaria commemoratione, & celebritate admoneantur: habita prædictorum Cardinalium relatione, de eorum conſilio, & aſſenſo, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, ut eorumdem Sanctorum Martyrum Placidi, & ſociorum dies feſtus, quo ipſi bono, & legitimo certami[illegible] Chriſti gloria abſoluto, curſu conſummato, fide ſervata, nobiliſſima martyrii corona decorati, ad cœleſtem patriam migraverunt, nimirum tertio Non. Octobris in omnibus Chriſtiani Orbis partibus, ſub officio ſimplici, in Meſſanenſi vero Civitate, Diœceſi, & Provincia, duplici, & præterea alter dies feſtus Inventionis eorumdem Prid. Non. Auguſti, in Eccleſia præfata S. Joannis Baptiſtæ Meſſanenſis dumtaxat ſub duplici pariter officio a cunctis perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus, ac quorumvis Ordinum regularibus, de communi plurimorum Martyrum, ubi proprium deerit, perpetuo celebretur. Volumuſque ut in Kalendario, quo nunc utimur, ſicut in Romano Martyrologio, & antea in quibuſdam Kalendariis habebatur, ad eum diem

co-

eorumdem Sanctorum nomina aſcribantur, etiamſi in nouiſſima Miſſalis, & Breviarii Romani editione ea fuerint prætermiſſa. Hortantes otriuſque ſexus Chriſtifideles Civitatis Meſſanenſis incolas, ut eorumdem Martyrii diem feſtum pie ac religioſe colant, & obſervent, & ſicuti in reliquis diebus feſtis de præcepto ſanctæ matris Eccleſiæ moris eſt, a ſervilibus operibus abſtineant.

Indulgentiam d. Eccleſiam viſitantibus concedit.

§.6. Ac demum ad augendam Chriſtiani populi erga eoſdem inclytos Martyres devotionem, utque eo frequentius, & ardentiori pietatis ſtudio confluant ad Sacra eorum Sepulchra, quo uberius cognoverint ſe per hoc cœleſtis gratiæ donis eſſe refectos, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi, eiſdem Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, qui peccata ſua Sacerdotibus idoneis ab Ordinariis locorum approbatis confeſſi fuerint, ac Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſuſceperint, & prædictæ Inventionis die feſto dictam Eccleſiam, ubi eadem Sancta Corpora requieſcunt, devote viſitaverint, atque inibi pias ad Deum preces fuderint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem perpetuo concedimus, & elargimur.

Epiſcopis, & aliis mandat, ut hanc cõſtitutionem publicari, & obſervari faciant.

§.7. Quocirca mandamus univerſis, & ſingulis venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ceteriſque Eccleſiarum Prælatis, ut præſentes literas in ſuis quilibet Provinciis, Civitatibus, & locis ſolemniter publicari, & ab omnibus perſonis, Eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, ubique gentium, & locorum inviolate obſervari curent.

Tranſumptis fidem præſtari mandat.

§.8. Volumus autem, ut earumdem præſentium exempla &c.

Sanctionem pœnalem ſubiicit.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

D. P. An.IV. 3 Id. Novemb.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo Id. Novembris, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXXXVI.

Collegii Montis Alti pro quinquaginta ea Provincia Marchiæ Scholaribus, in Civitate Bononiæ erectio, cum beneficiorum, & annuorum redditnum, privilegiorumque, & exemptionum elargitione, Judiciſque, & Protectoris deputatione, facultatibuſque, & juriſdictione.

Hunc Montem Altum, olim Oppidum, in Civitatem ſublimavit, & ejus Collegiatam Eccleſiam in Epiſcopalem hic idem Pont. erexit, ut in Conſt. LXXII. Super *Tom.IV. Par.IV. fol.*274.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

INter ceteras ſollicitudines, quæ nobis ea officio creditæ ſervitutis incumbunt, illam libenter amplectimur, per quam literarum ſtudia, & adoleſcentium illis vacare volentium Collegia ad fructuoſam agri Dominici culturam, ac doctrinæ, & ſapientiæ incrementa ubique præſertim in locis temporali noſtræ ditioni ſubiectis propagentur, ipſaque Collegia pro illorum ſtabilimento congruis facultatibus communiantur, ut ex eis optimarum diſciplinarum proventus, ad communem utilitatem, & profectum valeant provenire.

Hic Pontifex dũ erat Cardinalis, in Civitate Mõtis Alti publicum Gymnaſium, pro juventutis in bonis artibus inſtructione, & educatione, conſtruxit.

§.1. Dudum ſiquidem dum Cardinalatus honore fungeremur, pio erga dilectos filios Communitatem Civitatis Montis Alti unde originem duximus, necnon Univerſitates, & homines Porculæ, ac Patrignoni, & Montis novem Oppidorum Provinciæ noſtræ Anconitanæ, affectu, paciſque inter eos conſervandæ, & ſtabiliendæ zelo ducti, in dicta Civitate tunc Oppido, & quibuſdam domibus ad id per Nos emptis, publicum Gymnaſium in quo illius, & aliorum Oppidorum prædictorum juventus religioſe educaretur, ac primis literarum rudimentis, aliarumque bonarum artium diſciplinis inſtrueretur, aſſignatis etiam redditibus annuis ad mercedem ipſius juventutis Præceptori, & uni Phyſico perſolvendam, noſtris ſumptibus magnifice conſtrui curavimus, ac in his ſummam octo millium ſcutorum, vel circa erogavimus.

Et ad ſummũ Apoſtolatum aſſumptus, Collegiũ pro Scholaribus, ex civitate Montis Alti, indigenis, in Civitate Bononien. inſtituit.

§.2. Et deinde immenſa Redemptoris Noſtri benignitate ad Apoſtolicæ dignitatis faſtigium evecti, ne juventus ipſa ob rei familiaris anguſtiam, & inopiam, ad altiora literarum ſtudia progrediendi commoditate deſtitueretur, in Civitate Bononien. quæ omnium liberalium artium doctrinarumque ſtudiis, ſemper floruit, & quibuſdam ædibus de Zambeccariis nuncupatis per fel. rec. Gregorium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum, Cameræ Apoſtolicæ impenſa pro Collegio ibidem inſtituendo, acquiſitis, unum Collegium Scholarium ex Civitatis Montis Alti, & Oppidorum prædictorum indigenis, uſque ad certum tunc præſcriptum numerum eligendorum, duximus erigendum, & inſtituendum, Poſtmodum vero erectionis, & inſtitutionis hujuſmodi negocio maturius perpenſo, ædes prædictas ad uſum ipſius Collegii nondum reductas, ex certis cauſis venundari mandavimus, animo, & intentione dictum Collegium in alio commodiori loco ejuſdem Civitatis Bononien. ſtabiliendi, Cum autem Prioratus S. Antonii Bononien. Ordinis S. Auguſtini, ex eo quod dilectus filius Antonius Giaverinus, ſeu Glaverinus illius Prior, eumdem Prioratum quem tunc, ſeu nuper obtinebat, aut in quo, vel ad quem jus ſibi competere aſſerebat reſignavit, & ſeu juri ſibi competenti hujuſmodi ceſſit in manibus noſtris ſponte ad effectum infraſcriptum, & alias libere, noſque reſignationem, & ſeu ceſſionem hujuſmodi duximus admittendam, per reſignationem eamdem apud Sedem Apoſtolicam, vel alias certo modo, & ſicut, accepimus unum S. Mariæ de Strata, alias, della Strada,

quod

Digitized by Google

quod bon. me. Philippus S. Euſtachii Diaeonus Cardiualis Vaſtavillanus nuncupatus, & aliud S. Michaelis de Caſtro Britonum, quod ſimilis mem. Alexander Epiſcopus Viglevanen. ac reliquum Monaſteria Abbatiæ nuncupata Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani Vallis de Lavino S. Benedicti, vel alterius Ordinis Bonon. Diœc., quod quondam Vincentius Beccatellus, necnon Prioratus S. Mariæ de Angelis prope, & extra muros Bononien. Camaldulen. Ordinis, quem quondam Achilles Torſaninus, Clerici, ex coucesſione, & ſeu diſpenſatione Apoſtolica in commendam dum viverent, obtinebant, commendis hujuſmodi per Philippi Cardinalis apud Sedem prædictam, & Alexandri Epiſcopi, ac Vincentii, necnon Achillis prædictorum extra Romanam Curiam defunctorum reſpective obitus ceſſantibus, adhuc eo duo ante eommendas ipſas vacabant modo, & una Oratorium nuncupata ejuſdem S. Antonii de Diola, ſeu Diolo, quam etiam bon. mem. Leonardus Epiſcopus Haulen. ex ſimili diſpenſatione, & altera Plebania etiam noncupata ſine cura, Eccleſiæ, ſeu Cappellæ S. Joannis Evangeliſtæ de Paſtino, alias de Paſto dictæ Diœc. quam qnondam Auguſtinus Bondiolus ipſius Eccleſiæ, ſeu Cappellæ S. Joannis Rector, plebanus nuncupatus, necnon perpetua etiam ſine Cappellania ſub S. Lazari in S. Petri prope, & eatra muros Terræ Guaſtallæ, nullius Diœc. Provinciæ Mediolanen. quam quondam Anguſtinus Reſte ibidem perpetuus Cappellanus, ac unum ſub S. Agathæ intus, & alterum perpetua ſimplicia Beneficia Eccleſiaſtica ſub Sanctorum Petri, & Pauli invocationibus in Præpoſitura ſimiliter nuncupata ejuſdem S. Petri prupe, & extra muros Oppidi Vitellianæ, ſeu Viadaitæ Cremonen. Diœc. Parochialibus, vel aliis Eccleſiis, quæ quondam Herrennius Perottus, Clericus in ultimo dictis duabus Eccleſiis perpetuus Beneficiatus dum viverent obtinebant, pro Leonardi Epiſcopi, qui extra dictam Curiam, & Auguſtini Reſte, qni in loco a dicta Curia ultra duas dietas legales non diſtaute, ubi proprium ejus domicilium non exiſtebat, ac Auguſtini Bondinli, & Herennii prædictorum. qui apod Sedem eamdem diem vitæ clauſerunt extremum, vacaverint, & vacent ad præſens. Nulluſque de Prioratu S. Antonii, quatenus per dictam reſignationem vacet, ac Eccleſia, ſeu Cappella S.JoannisEvangeliſtæ,necnonCappellania, & beneficiis præſatis, pro eo quod Nos dudum omnes Prioratus, ac ſimplicia, ceteraque Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſecularia, & quorumvis Ordinum Regularia apud Sedem prædictam tunc vacantia, & in antea vacatura. Ac etiam quorumque ad dictam Curiam pro quibuſvis negociis venientium, ſeu ab ea recedentium, ac etiam Curialium recreationis, ſeu alia quacumque cauſa ad quævis loca ſecedentium, ſi eos in locis ultra duas dietas ab eadem Curia, ut præfertur, non remotis, dummodo eorum proprium domicilium ibidem non eaiſteret, decederi contingeret, per eorum obitum hujuſmodi etiam vacatura, collationi, & diſpoſitioni reſervavimus, & ea tunc irritum, & inane decrevimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari, hac vice diſponere potuerit ſive poſſit, reſervatione, & decreto hujuſmodi obſiſtentibus. Ipſiuſque Prioratus S. Antonii in Meditullio dictæ Civitatis Bononien. conſiſtentis ædes, & ædificia jampridem juſſu noſtro a fundamentis eleganti, ac ſumptuoſo opere pro dicto Cullegio Montis Alti ibidem ſtabiliendo, ſeu transferendo, ac illius Scholarium perpetuis uſu, & habitatione reſtanrata, & accommodata eaiſtant. Nos pium, & fructooſum opus hujuſmodi, quod dudum animo revolvimus tandem ad debitum effectum perducere, congruiſque redditibus, ac ſpecialibus favoribus, & privilegiis communire, neque hanc Nobis oblatam ſubditorum noſtrorum commoditates, & profectus procurandi, & augendi occaſionem prætermittere volentes, ac Rectorem, Scholares, & ſingulares perſooas ſi qui ſint Collegii hujuſmodi ac quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati esiſtunt, ad effectum præſentiom dumtaaat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes. Necnon emptionis, & acquiſitionis ædium de Zambeccariis, & illarum retroventitionis, ac quarumcumque erectionum, & inſtitutionum ipſius Collegii Montis Alti, ſive in ædibus de Zambeccariis, aot Prioratu S. Antonii hujuſmodi, necnon unionum, annexionum, incorporationum, applicationum appropriationum, & conceſſionum eidem Collegio Montis Alti de prædictis, & quibuſvis aliis Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, & Beneficiis, aliiſque rebus, & bonis quibuſcumque hactenus quomodolibet factarum. Necnon literarum Apoſtolicarum tam ſub plumbo qnam in forma brevis, etiam in favorem Cameræ, ſeu Collegii hujuſmodi, & alias deſuper quomodolibet confectarum, ac poſſeſſionum ſubſecutarum, & quorumcumque inſtrumeutorum deſuper quomodolibet celebratorum tenores, fructuumqoe inde perceptorum quantitates, & valores, verumque, & ultimum Monaſteriorum, Prioratuum, Eccleſiarum ſine cura, ſeu Cappellarum Cappellaniæ, & Beneficiorum prædictorum vacationis modum etiamſi ea illo quævis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa, etiam per obitum apud Sedem prædictam reſultet. Necnon quacumque penſionum annuarum ſuper illorum, ſeu alicujus eorum fructibus, redditibus, & proventibus, ſen ipſorum fructunm, reddituum, & proventuum, etiam cum facoltate illos, & illas transferendi, ae regreſſu, acceſſu, & ingreſſu ad Monaſteria, Prioratus, Eccleſias,

ſine,

ſine cura, ſeu Capellas, Capellaniam, & Beneficia hujuſmodi, etiam per ceſſum, vel deceſſum, ac in quoſcumque alios eventus reſervationum quæ ſint, ac facultatum, tenores, & penſionum hujuſmodi quantitates, nominaque, & cognomina, ac qualitates eorum, quibus penſiones, fructus, regreſſus, acceſſus, & ingreſſus hujuſmodi reſervati forſan exiſtunt, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes.

Et beneficia hic expreſſa, quorum annui redditus ſunt ſexcentũ trium millũ in circa, ſupprimit, dicto. qua Collegio unit, & aſſignat.

§.3. Motu proprio non ad Rectoris, & Scholarium prædictorum, vel quorumcumque aliorum ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtra ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſive Monaſteria, & Prioratus Eccleſiæ ſine cura, ſeu Capellæ, Capellania, & Beneficia prædicta, quorum inſimul, & illis forſan annexorum, fructus, redditus, & proventus trium millium, & ſexcentorum ducatorum auri de Camera ſecundum communem valorem annuum, ut etiam accepimus non excedunt, præmiſſis ſive aliis quibuſvis modis, & ex aliorum quorumcumque perſonis, ſeu per ſimilem Antonii, vel liberas Leonardi Epiſcopi, & Achillis, ac Auguſtini Reſte, necnon Auguſtini Bondioli, & Herennii prædictorum, vel quorumvis aliorum de Prioratibus, Eccleſiis ſine cura, ſeu Capellis Capellania, & Beneficiis prædictis, aut ceſſiones quorumvis, de regimine, adminiſtratione Monaſteriorum hujuſmodi, in dicta Curia, vel extra eam, etiam coram Notario, & Teſtibus ſponte factas, aut Prioratus, Capellania, & Beneficia prædicta per aſſecutionem aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quavis auctoritate collatorum vacent, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod illorum reſpective collatio, & proviſio, juxta Lateranen. Statuta Concilii, aut alias Canonicas ſanctiones, ad Sedem præfatam legitime devoluta. Necnon Prioratus Eccleſiæ ſine cura, ſeu Capellæ, Capellania, & Beneficia prædicta diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtant, & proviſio Monaſteriorum hujuſmodi ea quavis cauſa ad Sedem eamdem ſpecialiter, vel generaliter pertineat, & ad dictos Prioratus conſueverint, qui per electionem aſſumi, eiſque cura etiam juriſdictionalis immineat animarum, ac de ipſis Monaſteriis, conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, ac ſuper eorum regimine, & adminiſtratione, necnon Prioratibus, Eccleſiis ſine cura, ſeu Capellis, Capellania, & Beneficiis prædictis inter aliquos lis, ſeu eorum poſſeſſorio moleſtia, cujus litis ſtatum, & merita cauſæ, ac nomina, & cognomina Judicum, & collitigantium, eorumque, necnon Antonii, & defunctorum prædictorum, ac quorumcumque aliorum proviſiones, commendas, conceſſiones, aliaque jura, & titulos, etiam nullos, & infectivos, cauſaſque illorum annullativas, & infectivas, etiam præſentibus haberi volumus pro expreſſis pendeat indeciſa, Prioratum videlicet S. Antonii prædictum, illiuſque nomen, titulum, & denominationem, ac quodcumque onus Hoſpitalitatis ibidem forſan exercendæ, ac tam in eo, quam Monaſteriis, & Prioratu S. Mariæ hujuſmodi, illorumque Eccleſiis, clauſtris, domibus, membris, ædificiis, & pertinentiis prædictos S. Auguſtini, & S. Benedicti, ac Camaldulen, & ſiqui ſint alios Ordines, omnemque ſtatum, eſſentiam, & dependentiam regulares, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, & extinguimus.

Et pro quinquaginta Scholaribus, quorum octo Protector d. Collegii undecũque voluerit aliosq. octo Civitas Montis Alti, & alios aliæ Univerſitates hic nominatæ aligere poſſint.

§.4. Dictumque Collegium Montis Alti ex ædibus de Zambeccariis, prædictis, quatenus ibidem erectum, ſeu inſtitutum dici, vel cenſeri poſſit, cum omnibus, & ſingulis illius privilegiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, conceſſionibus, indultis, favoribus, & gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, necnon juribus, actionibus, proprietatibus, cenſibus, montibus, ſeu illorum locis, & portionibus, ac fructibus, aliiſque rebus, & bonis illi conceſſis, & ſeu ad ejus uſum, & commodum acquiſitis, unitis, applicatis, & appropriatis, ad dictum Prioratum S. Antonii ſic ſuppreſſum, auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo transferimus, & ſeu illud de novo in ſuppreſſo Prioratu S. Antonii, illiuſque ædibus, & ædificiis prædictis pro quinquaginta Scholaribus, quorum octo per ipſius Collegii Protectorem pro tempore exiſtentem undecumque ſibi placuerit, & alii octo per Montis Alti, & tres per Firman., & alii tres per Aſculan. necnon alii tres per Camerinen. & duo per Ripan. Communitates, aliique duo per Offidæ, & alii duo per Montis Elpari, necnon alii duo per Montis Floræ, & alii duo per Sanctæ Victoriæ, & alii duo per Porchiæ ſeu Porculæ, necnon alii duo per Montis novem, & alii duo per Patrignoni, aliique duo per Grottarum ad Mare, ac alii duo per Caſtignani, & ſimiliter duo per Forchiæ, alias Furcis, & alii duo per Montis Monaci, & reliquus per Cuſignani Terrarum, ſeu Oppidorum dictæ Provinciæ Univerſitates, & homines ex ſuis Civitatibus, & Terris, ſeu Oppidis hujuſmodi, vel ſi tot ibidem idonei, & apti non reperiantur, aliunde eorum reſpective arbitrio noſtro, non tamen extra dictam Provinciam eligi, & nominari.

Studentibuſque alimenta, ac etiam Eccleſiam, ſigillum, menſam communem, ac alia inſignia Collegialia aſſignat.

§.5. Sicque electi, & nominati in eodem Collegio recipi, ac ibidem ſub unius Rectoris cura, & gubernio ad ſeptennium, & non ultra ali, atque confoveri, ac in Univerſitate ſtudii generalis ejuſdem Civitatis Bononien. artium, & Theologiæ, nec non utriuſque juris, & aliis ſtudiis, eis pro cujuſque capacitate præſcribendis, operam navare debeant, cum Cappella, ſeu Eccleſia, Oratorio, Refectorio, menſa communi, ſigillo, bibliotheca, archivio, ceteriſque inſignibus Collegialibus, ac membris, & officiis neceſſariis, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac militantis Eccleſiæ exaltationem, ſubditorumque noſtrorum prædictorum in literarum ſtudiis

dii; felicem progreſſum eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Et huic Collegio gratias, indulta, & privilegia, ac bona concedit.

§.6. Idemque Collegium ſic translatum, & ſeu de novo erectum, in locum, jus, & actionem dicti Prioris Collegii quo ad privilegia, exemptiones, libertates, immunitates, conceſſiones, indulta, favores, gratias, proprietates, cenſus, montes, loca, portiones, res, bona, & alia prædicta, in omnibos, & per omnia, perinde, ac ſi Collegio per præſentes erecto, ſpecialiter, & expreſſe ab initio conceſſa, unita, applicata, & appropriata fuiſſent, ponimus, ſubſtituimus, & ſubrogamus, ac erectionem, & fundationem ſuppreſſi Prioratus, hujuſmodi, necnon Hoſpitalitatis in eo forſan ſervandæ, ceteraque onera illi quomodolibet incumbentia, in dicti Collegii functiones, miniſteria, & exercitia ſalvis tamen anniverſariorum, Miſſarum, & divinorum Officiorum, obligatio nibus, & commiſſionibus, ac piis Defunctorum ſuffragiis conſuetis ſiquæ ſint, ita, ut illa per ipſius Collegii Cappellaoos, aut alias congrue adimpleri debeant, convertimus, & commutamus, eidemque Collegio Montis Alti, Eccleſiam ſuppreſſi Prioratus S. Antonii hujuſmodi, cum Sacriſtia, cœmeterio, campanis, crucibus, calicibus, patenis aureis, & argenteis, ac orna nentis, paramentis, aliaque ſacra, & non ſacra ſuppellectile in ea exiſtentibus, necnon ambitu, circuitu, clauſtro, domibus, ſtructuris, ædificiis, membris, adhærentiis, annexis, & pertineotiis ſuis univerſis, auctoritate, & tenore ſimilibus pariter perpetno concedimus, & aſſignamus. Monaſteria vero,& Prioratnm S. Mariæ de Angelis, ac vacantes Eccleſias, ſeu Cappellas, necnon Cappellaniam, & Beneficia prædicta, omuiaque, & ſingula illorum, ac dicti ſuppreſſi Prioratus S. Antonii, & eis reſpective annexorum fructus, redditus, proventus, proprietates, dnmos, villas, terras, agros, poſſeſſiones, fundos, cenſus, decimas, prata, paſcua, hortos, & alia bona quæcumque cum juribus, juriſdictionibus, rebus, & pertioentiis ſuis quibuſcumque etiamſi alias Monaſteria, Prioratus Eccleſiæ, ſeu Cappellæ vacantes, ac Cappellania, & Beneficia prædicla, vel eorum aliqua, ipſi Collegio in Priori illius erectione, & inſtitutione hujuſmodi, vel poſtea quandocumque unita, & annexa forſan reperiantur, ſine onionum, & annexionum bujuſmodi, ac juris illarum vigore quæſiti præjudicio, ſed jus juri addendo, & accumulando, atque antiquum conſervando, dictis auctoritate, & tenore itidem perpetuo unimus, annectimus, iucnrporamus, applicamus, & appropriamus. Ita quod liceat ipſius Collegii Montis Alti Rectori, & Scholaribus pro tempore exiſtentibus, illorum omnium corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, per ſe, vel alium, ſeu alios, eorum, & dicti Collegii nomioibus propria auctoritate, etiam abſque alicujus Judicis mandato, decreto, aut miniſterio. ac ſpolii, & attentatornm vitio, necnon alicujus cenſuræ, vel pœnæ incurſu libere appræhendere, aut jam etiam Cameræ, & ſeu Collegii hujuſmodi nomioibus, etiam literis Apoſtolicis deſuper non expeditis appræhenſam continuare, & perpetuo retinere, eaque regere, & adminiſtrare, ac fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolomenta quæcumque inde provenientia percipere, exigere, & levare, ac in ſuos dictique Collegii, & illius Eccleſiæ, ſeu Cappellæ uſus, utilitatem, & neceſſitates convertere, oecnon Monaſteriis, Prioratibus, Eccleſiis, Cappellis, Cappellaniæ, & Beneficiis unitis prædictis per Presbyteros ſeculares, vel de Superiorum ſuorum licentia cujuſvis Ordinis regulares, idoneos inibi juxta ſtatuta deſuper edenda pouendos, & amovendos, in Divinis deſerviri facere, Diœceſanorum locorum, vel qoorumvis aliorum licentia deſuper minime requiſita.

Collegium prædictum, ejuſque bona, & perſonas, ab Archiepiſcopi, & LegatiBononien aliorumque Judicum juriſdictione eximit.

§.7. Inſuper Collegium Montis Alti hujuſmodi, illiuſque pro tempore exiſtentes Rectorem, Scholares, Cappellanos, Œconomos, Officiales, Miniſtros, & perſonas, ac bona mobilia, & immobilia, præſentia, & futura, cujuſcumque qualitatis, & quantitatis exiſtentia, ac ubilibet conſiſtentia, ab omni juriſdictione, dominio, ſuperioritate, & poteſtate pro tempore exiſtentium, noſtri, & dictæ Sedis in prædicta Civitate Bnnonien. Legati de latere, & Archiepiſcopi Bononien. necnon Gubernatoris, Auditoris Turoni, Antianorum, Vexilliferi, Poteſtatis, quadraginta virorum reformatnrum, ac Regiminis, & Seoatus ipſius Civitatis Bononien. necnon Rectoris Univerſitatis ſtudii generalis ejuſdem, aliorumque Legatorum, Archiepiſcoporum, Ordinariorum locorum, Gubernatorum, & Poteſtatum, eorumque Vicelegatorum, Locatenentium, Officialium, Judicum, & quarumcumque aliarum perſonarum ubilibet conſtitutarum, ac quavis auctoritate, & dignitate, tam Eccleſiaſtica, quam mundana, etiam Cardinalatus honore fulgentium, ac etiam aquis, fontibus, & fluminibus Præſidentium, ac eorum Curiarum, & Tribunalium.

Exemptionem quoq. ab Annatarũ, Communium, & aliorum quorumcumque onerum ſolutione concedit.

§.8. Idemque Collegium ab Aunatarum, quindenniorum, commonium, minutorum, ac aliorum jurium, & ſervitiorum dictæ Cameræ, & quibuſvis etiam S. R. E. Cardinalibus, & dictæ Curiæ Officialibus, etiam in annatis, quindenniis, communibus, minutis, & aliis juribus prædictis participantibus, eorumque Collegiis, ratione prædictarum, & qoarumcumque aliarum unionum, applicationnm, & conceſſionum, eidem Collegio de prædictis, & quibuſcumque aliis Monaſteriis, Prioratibus, Beneficiis, rebus, & bonis Eccleſiaſticis hactenus, & deinceps quomodolibet pro tempore factarum, aut alias quomodolibet debitorum.

IdemqueCollegiũ in propriis bonis, illiuſq. Recto-

§.9. Et tam ipſum Collegium in propriis ſuis bonis,& rebus, præſentibus,& futuris, quam illius ratione Rectorem, Scholares,

rcs, Scholares, & Officiales omnes, & cum eis contrahentes, a pedagiorum, & impoſitionum ac ſubſidiorum ſolutione eximit.

lares, Cappellanos, Œconomos, Officiales, & Miniſtros, ac cum eis contrahentes, & etiam pro parte atque portione colonica, quam ex proprietatibus, & bonis ipſius Collegii pro tempore percipient, illius colonus, arrendatarios, cenſuarios, & emphiteutas, non tamen proprietates, & bona hujuſmodi in emphiteuſim perpetuam; aut ultra tertiam nominationem ſeu generationem, vel centum annos poſſidentes, a quorumcumque pedagiorum, datiorum, vectigalium, gabellarum, angariarum, bullettinorum, tallearum, cuſtodiarum, taxarum, Equorum tam vivorum quam mortuorum, quatreni carnis, portus Anconitan, tertiariarum unjus ſcuti, & medii reſpective pro centenario, quartarum, collectarum, præbendarum, ponderum, molendinorum, focularium, paſcuorum, herbaticorum, pecudum, & aliorum animalium, fictuum, & ſubſidiorum, etiam triennalium, caritativorum, ac quorumcumque aliorum ſimilium, vel diſſimilium onerum, & gravaminum, tam ordinariorum quam extraordinariorum, ac realium, perſonalium, & mixtorum, quibuſcumque nominibus, & vocabulis nuncupatorum, etiam hic de neceſſitate exprimendorum, per Nos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores, & Succeſſores noſtros, ac Sedem, & Cameram prædictas, ipſiuſque Sedis Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Commiſſarios, & quoſcumque alios, quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, etiam pro orthoduxæ fidei defenſione, ac Status Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſervatione, Divinique Cultus augumento, necnon Baſilicæ Principis Apoſtolorum Fabrica, Cruciata ſancta, ac expeditione contra Infideles, & rebelles, necnon Eccleſiarum, murorum, pontium, viarum, & ſtratarum conſtructione, & reſtauratione, ac aquarum, fontium, & fluminum deductione, pauperumque ſubventione, necnon Sedis, & Cameræ prædictarum neceſſitatibus, ac ex quibuſcumque aliis cogitatis, inexcogitatis, etiam quantumvis maximis, urgentiſſimis, & privilegiatis cauſis, etiam Sedis, & Cameræ earumdem, ac quaruncumque Provinciarum, Civitatum, & Terrarum, publicam utilitatem, & commoditatem concernentibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, nunc, & pro tempore quomodolibet impoſitorum, & imponendorum, etiam a quibuſcumque aliis ſimilibus Collegiis, ac Hoſpitalibus, & Piis Locis, quovis exemptionis privilegio gaudentibus, exigi, & præſtari ſolitorum, etiam ratione carnium, vinorum, granorum, frumentorum, hordeorum, leguminum, frugum, lignorum, pannorum, librorum, cartharum, farinæ, & quarumcumque aliarum rerum ad dicti Collegii Montis Alti, & illius Eccleſiæ ſeu Cappellæ, ac Rectoris, Scholarium, Cappellanorum, Œconomorum, Officialium, Miniſtrorum, & perſonarum pro tempore exiſtentium uſum, in quantumvis magna ſumma, & quantitate emendorum, ac etiam ex toto Statu Eccleſiaſtico, & quibuſvis Provinciis, Civitatibus, Terris, & Locis, tam intus, quam extra dictum Statum conſiſtentibus, ſive per terram, ſive per mare, & aquam dulcem, & alias quomodolibet conducendorum, cujuſcumque generis, quantitatis, qualitatis, valoris, & ſpeciei fuerunt, exactione, ſolutione, præſtatione, & contributione, necnon quorumcumque aliorum, etiam juxta Concilii Tridentini decreta, ubilibet inſtitutorum, & inſtituendorum Collegiorum, vel Seminariorum, puerorum Eccleſiaſticorum, & alias quomodolibet nuncupatorum, & qualificatorum, ac Hoſpitalium, & Piorum Locorum ſubventione, auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo eximimus, & liberamus, ac ſub B. Petri, & dictæ Sedis, atque noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis protectione ſuſcipimus, Nobiſque, & eidem Sedi immediate ſubiicimus. Ac exemptionem, liberationem, ſuſceptionem, & ſubiectionem hujuſmodi in quocumque foro, & Tribunali, ac dicta Camera, etiam reſpectu cujuſcumque ſolutionis illi faciendæ, ſemper favorabiles cenſeri debere, & de illis in quacumque cauſa, lite, & controverſia eam interpretationem extenſivam habendam eſſe, quæ pro alia quantumvis Pia, & privilegiata, ac ad Pios uſus deſtinata, & applicata cauſa fieri poſſe declaramus.

Privilegia Studii, & piorum locorum Bononiæ Collegio elargitur.

§.10. Ipſi quoque Collegio Montis Alti, ac illius Rectori, Scholaribus, Cappellanis, Œconomis, Officialibus, Miniſtris, & perſonis ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, favoribus, ceteriſque gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus Univerſitas Studii generalis Bononien. hujuſmodi, necnon alia Collegia, & Pia Loca in dicta Civitate Bononien. inſtituta, illorumque Rectores, Scholares, Cappellani, Œconomi, Officiales Miniſtri, & perſonæ, de jure, vel conſuetudine, aut ex privilegio, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum non ſolum ad eorum inſtar, ſed æque principaliter, ac pariformiter, in omnibus, & per omnia uti, potiri, & gaudere.

Ipſis etiam & eorum colonis & conductoribus, & emphyteutis frumenta & fruges, ex poſſeſſionibus d. Collegii, & de omnibus locis Status Eccleſiaſtici abſque licentia & ſolutione extrahendi, ubique in dicto Statu vendendi auctoritatē concedit.

§.11. Necnon tam ipſi quam eorum coloni, arrendatarii, livellarii, conductores, & emphiteutæ præfati, vinum, triticum, hordeum, legumina, blada, frumenta, & cujuſvis generis fruges, ac grana ex quibuſcumque proprietatibus, poſſeſſionibus, & bonis dicti Collegii, illiuſque membrorum, & annexorum quorumcumque provenientia, de quibuſcumque Provinciis Terris, & Locis nobis, & Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis, cujuſvis licentia deſuper minime requiſita, & abſque alicujus pecuniæ, vel alterius rei ſolutione, & præſtatione propterea facienda, aut cenſuræ, vel pœnæ in curſu extrahere, & extrahi facere, ac ad dictum Collegium pro illius uſu conducere, & etiam

illa in dicta Civitate Bononien. illiuſque comitatu, necnon univerſo Statu Eccleſiaſtico vendere, diſtrahere, & de illis ad eorum libitum diſponere libere, & licite valeant, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo indulgemus. Diſtrictius quoque in virtute ſanctæ obedientiæ inhibemus Legatis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis, necnon Gubernatoribus, Auditoribus, Antianis, Vexillifero, Poteſtati, Quadraginta Viris, Reformatoribus, Regimini, Senatui, Vicelegatis, Locatenentibus, Vicariis, Officialibus, Judicibus, & aliis præfatis, ejuſdemque S. Romanæ Eccleſiæ Camerario, ac dictæ Cameræ Theſaurario, Clericis, Præſidentibus, & Commiſſario, necnon Annonæ Præfectis, ac Pedagiorum, Datiorum, Vectigalium, gabellarum, angariarum, bollettinorum, decimarum, tallearum, taxarum, & aliorum onerum, ac ſubſidiorum prædictorum Appaltatoribus, dohaneriis, exactoribus, datiariis, ac quibuſvis aliis perſonis cujuſcumque ſtatus gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, ac quacumque auctoritate, & poteſtate fungentibus, ne quorumcumque privilegiorum, indultorum, & literarum, eis ſub quibuſvis tenoribus, & formis conceſſorum, & concedendorum, ſeu etiam Annonæ, vel abundantiæ, aut cujuſvis neceſſitatis, vel quovis alio prætextu, Collegium Montis Alti, illiuſque Rectorem, Scholares, Cappellanos, Œconomoa, Officiales, Miniſtros, & perſonas hujuſmodi, ſeu eorum aliquem, ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, ſeu præſumant.

Protectorem & Judicem d. Collegii Cardin. de Monte Alto, & poſt eum, alium de ipſius parentela, ſin autem antiquiorem Card. ex Provincia Marchiæ, vel ſi nullus fuerit alium Card. a Collegio, nominandum ex nunc conſtituit,

§. 12. Ut autem ipſius Collegii Montis Alti bono regimini, gubernio, & conſervationi opportune conſulatur, dilectum filium noſtrum Alexandrum S. Euſtachii Diaconum Cardinalem de Monte Alto nuncupatum, ex ſurore germana ſecundum carnem Pronepotem noſtrum, & eo vita functo, alium ejuſdem S. R. E. Cardinalem ex noſtra familia, & parentela, vel in ejus defectum ex dicta Provincia Marchiæ Anconitanæ oriundum antiquiorem Cardinalem, ſeu ſi nullus fuerit, alium ex ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, quem Rector, & Scholares præfati, ſeu eorum major pars duxerint eligendum, ejuſdem Collegii Montis Alti, illiuſque perſonarum, rerum, bonorum, jurium, & privilegiorum Protectorem, defenſorem, & conſervatorem, ac Judicem Ordinarium cujus conſilio, & ope omnia ſupradicta, & quacumque alia in iis, & circa ea neceſſaria, & opportuna, ſtatuantur, & ordinentur, conſtituimus, & deputamus.

Protectoris facultas, Officiales deputandi.

§. 13. Necnon Alexandro Cardinali, ac pro tempore exiſtenti Protectori Collegii Montis Alti hujuſmodi, illius Rectorem, Cappellanos, Œconomos, Officiales, Advocatos Procuratores, ceteroſque Miniſtros deputandi, & amovendi, ac loco amovendorum alios ſufficiendi.

Statuta condendi.

§. 14. Necnon quæcumque ſtatuta, & ordinationes, Capitula, & decreta ad ejuſdem Collegii Montis Alti, illiuſque perſonarum, rerum, & bonorum ſpiritualium, & temporalium curam, regimen, gubernium directionem, & adminiſtrationem, ac Scholarium prædictorum receptionem, admiſſionem, ætatem, qualitates, victum, amictum, inſtructionem, diſciplinam, & ſtudii curſum pertinentia, licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & dicti Concilii decretis non contraria, quæ eo ipſo Apoſtolica auctoritate prædicta confirmata & approbata ſint, & eſſe cenſeantur, & ab omnibus ad quos pro tempore ſpectabit, etiam ſub pœnis incontravenientes ſtatuendis, obſervari debeant, faciendi, & edendi, ac illa quoties pro eorum, & temporum qualitate, ſeu alias expediens videbitur immutandi, corrigendi, moderandi, reformandi, & etiam alia ex intregro condendi.

Lites d. Collegium, ejuſque perſonas, & bona concernentes, tam active, quam paſſive, etiam contra alia Collegia, & pia loca magis privilegiata &c. cognoſcendi.

§. 15. Omneſque, & ſingulas lites, cauſas, & differentias, tam civiles, quam criminales, ac mixtas dictum Collegium Montis Alti, illiuſque res, bona, & perſonas quomodolibet concernentes, tam active, quam paſſive, etiam contra alia Collegia, & Pia loca etiam æque, vel magis privilegiata, eorumque res, bona, & perſonas, vel e converſo, ac ultro citroque ad invicem, vel alias quomodolibet motas, & movendas, ac etiam per appellationem, & in quacumque inſtantia coram quibuſvis Judicibus introductas, & indeciſas pendentes, etiam illas ab ipſis Judicibus avocando, per ſe, vel ejus Viceprotectorem, aut alium, ſeu alios quos ad hoc duxerit deputandos, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepito, & figura Judicii, ſed ſola facti veritate inſpecta, ac etiam manu Regia cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, ac toto negotio principali, etiam privative quoad omnes, & ſingulos alios Judices ordinarios, & delegatos, eorumque curias, & tribunalia Eccleſiaſtica, vel ſæcularia, audiendi, cognoſcendi, & fine debito terminandi.

Judicibus, & aliis inhibendi, & inobedientes coercendi.

§. 16. Necnon quoſcumque intereſſe habentes, tam in dicta Curia, quam extra eam, etiam per edictum publicum, conſtito ſibi ſummarie, de non tuto acceſſu citandi, & quibuſvis etiam ejuſdem curiæ Judicibus, & perſonis quibus, & quoties opus fuerit, ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac etiam pecuniariis, de quibus ei videbitur inhibendi, & in eventum non paritionis ad declarationem incurſus ſententiarum, cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi procedendi, ac ſententias deſuper ferendas debitæ executioni demandandi, ſeu demandari faciendi, contradictores quoslibet, & rebelles per ſimiles ſententias, cenſuras, & pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia compeſcendi, ac etiam auxilium brachii ſæcularis ad hoc invocandi.

Dubium præmiſſorum occaſione futura declarandi.

§. 17. Necnon quæcumque dubia, & difficultates, ſiquæ præmiſſorum occaſione quomodolibet oriri contigerit, declarandi, & inter-

Omniaque alia deſuper neceſſaria &c. faciendi.

& interpretandi, omniaque, & ſingula in eiſdem præmiſſis, & circa eas quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, etiam omni, & quacumque appellatione remota, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem pariter perpetuo tribuimus, & elargimur.

Clauſulas præſervativas huic conceſſioni apponit.

§.18. Decernentes, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque nullo umquam tempore, etiam pro eo quod cauſæ propter quas hæc omnia facta fuerint coram locorum Ordinariis, etiam tamquam a Sede prædicta delegatis, vel alibi examinatæ, verificatæ, & approbatæ, ac ipſorum Monaſteriorum, Prioratuum, & Ordinum Superiores, & quicumque alii intereſſe habentes ad id vocati non fuerint, nec eiſdem præmiſſis conſenſerint, ſive alias ex quibuſcumque cauſis quantumvis legitimis, & juridicis, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, in jus, vel controverſiam revocari, ad terminos juris reduci vel adverſos illa, quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, etiam ſuppreſſionum, unionum, & applicationum, effectum ſuum plenarium nondum ſortitarum, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per Nos, vel alios Romanos Pontifices Succeſſores Noſtros, etiam in craſtinum aſſumptionis ipſorum Succeſſorum, ad Summi Apoſtolatus apicem, ſub quibuſcumque verborum expreſſionibus, & formis, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus pro tempore factis comprehendi, ſed tamquam pro fundatione, ſeu dotatione dicti Collegii Montis Alti ad bonarum artium cultum inſtituti conceſſa minime comprehendi, ac ſemper ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum, & eum in quo antea quomodolibet erant ſtatum reſtituta, repoſita, & plenarie reintegrata, ac de novo etiam ſub dat. per Protectorem, Rectorem, & Scholares pro tempore exiſtentes præfatos quandocumque eligenda de novo conceſſa fore, & eſſe, ſuumque plenarium effectum ſortiri debere, nec quemquam ad eaſdem præſentes literas in Camera præfata juxta Conſtitutionem Piæ Memoriæ Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris Noſtri deſuper editam, aut alias quandocumque præſentandum, inſinuandum, & regiſtrari faciendum teneri, neque illas propterea irritas eſſe, ſed omnino valere, & ſuffragari, perinde, ac ſi Conſtitutio prædicta, vel alia contraria minime emanaſſet.

Decretum irritans addit.

§.19. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Sanctæ R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, ac definiri debere, necnon quoad ſuppreſſum Prioratum S. Antonii quatenus per reſignationem prædictam vacaverit, & Eccleſiam, ſeu Cappellam S. Joannis Baptiſtæ, ac Cappellaniam, & beneficia hujuſmodi prout eſt ſibi attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum. Quo vero ad Monaſteria, ac Prioratum B. Mariæ, & Eccleſiam, ſeu Cappellam S. Antonii de Diola, ſeu Diolo, omniaque alia præmiſſa, etſi alias quam per dictam reſignationem vacet ſuppreſſum Prioratum hujuſmodi, ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores hujus Conſtitutionis deputat, & facultates concedit.

§.20. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Bononien., & Epiſcopo Montis Alti, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cam. Apoſtolicæ Generali Auditori, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel per alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore exiſtentium Protectoris, Rectoris, Scholarium, Cappellanorum, Œconomorum, & Perſonarum Collegii, ac aliorum intereſſe habentium prædictorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ac pro tempore exiſtentes Protectorem, Rectorem, Scholares, Cappellanos, Œconomos, & perſonas Collegii hujuſmodi, ac alios intereſſe habentes illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes ipſos, vel eorum quempiam per quoſcumque deſuper quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato, etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulas derogatorias ſubnectit.

§.21. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordat. Bonifacii Papæ Octavi, Prædeceſſoris Noſtri, etiam qua cavetur expreſſe ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis exceptis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad Judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati, extra Civitatem, vel Diœceſim in quibus deputati fuerint contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, ſeu præſumant, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad Judicium non trahatur, ac noſtris, de non tollendo jure quæſito, & unionibus ad partes committendis vocatis quorum intereſt, & exprimendo valore etiam beneficii cui aliud uniri petitur, ac Lateranenſis, & aliorum,

etiam generalium, & vltimo celebratorum Conciliorum, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri, ac etiam beneficia unius Diœceſis cum aliis beneficiis, Eccleſiis, Collegiis, vel Locis alterius Diœceſis uniri prohibentium, ac rec. mem. Pauli Secundi, & Pauli Quarti, aliorumque Romanorum Pontificum ſimiliter Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & alienatis recuperandis. Necnon prædicti Pii de gratiis intereſſe dictæ Cameræ concernentibus infra certum tunc expreſſum tempus in ea regiſtrandis, ac Sanctæ mem. Julii Secundi, ac Julii Tertii pariter Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum contra apprehendentes poſſeſſionem bonorum prætextu quarumcumque gratiarum, ſuper quibus literæ Apoſtolicæ integraliter expeditæ non fuerint. Aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, ſynodalibus, & univerſalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon Cameræ Urbis Civitatum, Provinciarum, Locorum, Monaſteriorum, etiam S. Antonii de Sancto Antonio a quo primo dictus Prioratus dependet, Prioratuum, & Ordinum præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Dilecto Filio Noſtro Grabrieli tit. S. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali Paleotto nuncupato, ſuper Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, dignitatibus, ceteriſque beneficiis Eccleſiaſt. in Civitate, & Diœceſi Bononien. conſiſtentibus, ad ejus collationem, proviſionem, vel quamvis aliam diſpoſitionem ratione Eccleſiæ Bononien. cui ex diſpenſatione Apoſtolica præſidet, vel alias quomodolibet pertinentibus, non niſi per eum, vel Vicarium ab eo deputatum, ſeu de ipſius Gabrielis Cardinalis conſenſu conferendos, ſeu quando de illis provideri, vel diſponialiter non poſſit. Necnon Legatis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ordinariis, Gubernatoribus, Auditoribus, Antianis, Vexillifero, Poteſtatibus, Quadraginta Viris reformatoribus, Regimini Statui, Senatui, Vicelegatis, Locatenentibus, Vicariis, Officialibus, Judicibus, Camerario, Præſidentibus, Clericis, Theſaurariis, Commiſſariis, Appaltatoribus, Dobaneriis, Datiariis, Præfectis, Exactoribus, & aliis perſonis prædictis, necnon ipſius Bononien. aliarumque Civitatum, & Locorum, Communitatibus, Vniverſitatibus, & hominibus, necnon Cameræ, Urbi, Civitatibus, Provinciis, Oppidis, Locis, Monaſteriis, Prioratibus, & ordinibus prædictis, ipſorumque Monaſteriorum, Prioratuum, & Ordinum Abbatibus, Superioribus, Conventibus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, per quoſcumque Rom. Pontifices Prædeceſſores Noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ac etiam conſiſtorialiter, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, vel aliorum Principum inſtantiam, vel eorum contemplatione, & intuitu, ac alias quomodolibet, etiam iteratis, & multiplicatis vicibus, etiam contra exemptos conceſſis, approbatis, & innovatis, etiamſi in eis caveatur expreſſe; quod illis etiam vigore clauſulæ implicitæ derogationis latiſſime extendendæ, vltra quam in ſupplicatione deſuper ſignata expreſſum fuerit, etiam per quaſcumque literas Apoſtolicas, etiam quaſvis clauſulas generales, vel ſpeciales, etiam derogatoriarum, derogatorias, efficaciores, & inſolitas, ac etiam irritantia, & alia decreta, ſub quacumque verborum expreſſione in ſe continentes, nullatenus derogari, neque derogatum cenſeri poſſit, niſi illorum tenores de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerti, ac hujuſmodi derogationes conſiſtorialiter, & de Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, ac cum expreſſionibus cauſarum in hujuſmodi privilegiis, & indultis, ac deſuper confectis literis expreſſarum factæ, & per trinas literas eumdem tenorem in ſe continentes, tribus diſtinctis vicibus iis quorum intereſt legitime intimatæ, & inſinuatæ fuerint, ac tunc demum ipſorum intereſſe habentium ad id expreſſus acceſſerit aſſenſus, & aliter factæ derogationes nemini ſuffragentur. Quibus omnibus, etiamſi alias de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores, & formas, ac cauſas propter quas conceſſa fuerunt, necnon decreta in illis appoſita præſentibus, acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata inſerti forent pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac ſufficienter derogatum eſſe, & cenſeri decernimus, ita ut contraria, quæcumque nullatenus obſtent, contrariis quibuſcumque: aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis de Prioratibus, ac hujuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas, ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque, ad Monaſteria, Prioratus, Eccleſias ſine cura, ſeu Cappellas, Cappellaniam, & beneficia hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem Prioratuum, ſeu beneficiorum aliorum præjudicium generari; ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo

Hanc Pauli IV. Conſt. & alias ſimiles indicavi in ipſius Conſt.

ad

Digitized by Google

ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem. Et quibuslibet aliis privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis, generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorem exiſtat, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo quod propter poſteriores unionem, annexionem incorporationem noſtras prædictas, Monaſteria in ſpiritualibus non lædantur, & in temporalibus detrimenta non ſuſtineant, ac Prioratus S. Mariæ Ecclesiæ ſine cura, ſeu Cappellæ, Cappellania, & beneficia hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis, ſiqua illis immineat nullatenus negligatur, ſed illorum, ac Monaſteriorum prædictorum congrue ſupportentur onera conſueta. Nulli ergo &c.

D. P. An.IV. 17. Septemb.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octávo, decimaquinta Kal. Decembris, Pont. noſtri anno IV.

CXXXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Congregatio Portugalliæ Ord. Fratrum Eremitarum S. Hieronymi unitur Congregationi S. Bartholomæi de Lupiano d. Ordinis Regni Hiſpaniarum, & deinceps ſub eadem regulari diſciplina, & uno Generali triennali, qui alterius vicibus ex ambabos Congregationibus eligatur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PRo noſtri muneris debito, & paterna charitate, qua omnes Religioſorum Ordines proſequimur, quæ ad illorum ſtatum, & tranquillitatem pertinere arbitramur, ea providere, & adjuvante Domino recte conſtituere conamur.

Congregatio Portugalliæ a primævo inſtituto deſciverat.

§. 1. Inter eos autem Ordinem Fratrum Eremitarum S. Hieronymi Congregationis Portugalen. animadvertimus, cujus Profeſſores ſicuti ex piorum, & proborum Virorum fideli relatione nuper Nobis facta intelleximus a nonnullis annis citra a primævo illo dicti Ordinis inſtituto, & Regularis diſciplinæ candore receſſerunt tum ob privatas animarum perturbationes Regni Portugalliæ alterationes, tum etiam ob paucitatem Domorum dicti Ordinis, & Congregationis in ipſo Regno vero videlicet numero exiſtentium, quorum major pars propter earum paupertatem Fratrum dicti Ordinis copiam manutenere nequit, unde ſi hæc Congregatio, cujus alias plures Domus a Congregatione Sancti Bartholomæi de Lupiano dicti Ordinis aliorum Regnorum Hiſpaniarum diſmembratæ, & ſeparatæ ſive exemptæ fuerunt dictæ Congregationi Regnorum Hiſpaniarum, cujus Fratrum in aliis Hiſpaniarum Regnis, & Dominiis gratiſſimus bonæ famæ, & Regularis obſervantiæ odor ad ædificationem Chriſtifidelium longe, lateque jam dudum ſparſus, & diffuſus eſt conjungeretur, ac utraque Congregatio hujuſmodi in unam, eamdemque familiam ſub eadem diſciplina, regularique obſervantia, & uno dumtaxat capite viventem redigeretur prædictis incommodis obviam iri poſſet, ipſaque Congregatio Portugalliæ cum pace, & tranquillitate fælicius gubernaretur, & illius commoditati, & Divini Cultus incremento conſultum, necnon chariſſimo in Chriſto filio noſtro Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico, qui ſingularem erga dictum Ordinem gerit devotionis affectum gratum eſſet.

Qua de cauſa eam Sixtus unit Congregationi Hiſpanicæ ejuſdem Ordinis.

§. 2. Quamobrem, ut omnes, & ſinguli hujus Congregationis Portugalliæ Profeſſores ad regularem obſervantiam revocentur, commodiuſque inſuper gubernentur, ut quæ qui unum Religionis induunt habitum, hi ſub una, eademque Regula, uniuſque profeſſionis voto viventes in obſervantiam Canonicæ Religionis uniformes reperiantur. Noſque ab uno tantum Generali non autem a duobus de morum reformatione rationem facilius exigere valeamus, quæ omnia commodius fieri poſſe arbitrati ſumus, ſi eos in unum idemque corpus conjungentes in una cum eamdemque familiam ſub eadem diſciplina, regularique obſervantia, & uno dumtaxat capite degentem redigeremus diſmembrationum, & ſeparationum hujuſmodi, ac literarum, & quarumcumque ſcripturarum forſan deſuper confectarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes Motu proprio non ad alicujus inſtantiam, ſed de mera noſtra deliberatione, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dictam Congregationem Portugalliæ, omnes, & ſingulas illius Domos, ſeu Monaſteria, Conventus, & Fratres cum Congregatione Sancti Bartholomæi de Lupiano hujuſmodi ita ut iſtæ duæ Congregationes unum corpus efficiant, ac uni Generali dicti Ordinis, veluti ſupremo ipſius Religionis capiti ſupremamque in eodem Ordine poteſtatem, & auctoritatem habenti perpetuo ſubſint auctoritate, ac tenore præmiſſis perpetuo conjungimus, ſeu invicem unimus, annectimus, & incorporamus.

Utramque Congregationem eidē Capiti, ſeu Generali triennali ſubjicit, ſervatis in ſingulis Monaſteriis particularibus ſtatutis.

§. 3. Volumus quoque, ac perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus dictæ duæ Congregationes, ac earum Conventus, & Religioſi, ac Fratres debeant regi, & gubernari ab uno dumtaxat, veluti ſupremo capite Generali triennali cum eiſdem ſtatutis, & Conſtitutionibus circa electionem dicti Generalis, firmis tamen remanentibus, in ceteris particularibus Monaſteriorum cujuſcumque Congregationis ſtatutis, & Conſtitutionibus.

Generalem ex utraque Congregatione alternis vicibus eligendum ſtatuit.

§. 4. Ita tamen, quod Priores Conventus Portugalliæ, & unus ex Viſitatoribus electis in Capitulo generali ſemper naturales dicti Regni Portugalliæ ſint, ac Generalis

ſis utriuſque Congregationis hujuſmodi alterius vicibus videlicet pro una Luſitanus, & altera vicibus ex natione Hiſpana eligatur, pro hac tamen prima vice electio fiat ex natione Hiſpana.

Omnes vocales Congregationis Portugallen. in proximo Capitulo Generali admitti jubet.

§.5. Præcipientes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna Capitulo Generali dicti Ordinis, quod poſt dat. harum noſtrarum literarum in Congregatione de Lupiano hujuſmodi celebrabitur, quatenus cum omniaque decet charitate, & benevolentia hanc Congregationem Portugalliæ, illiuſque omnes, & ſingulos Conventus, Domos, & Monaſteria, ac illorum Priores, Procuratores, Diffinitores, & quaſcumque alias perſonas Capitulis Generalibus intervenire ſolitas in ſe recipiant, & admittant.

Eos autem Generali, Viſitatoribus, aliiſque Superioribus eligendis præcipit obedire.

§.6. Necnon modernis Provinciali, & Prioribus dictorum Conventuum Congregationis Portugalliæ quatenus huic unioni, & incorporationi voluntarie concurrant, ac Generali tanquam membra capiti obſequentes, & Viſitatoribus, qui pro tempore in eodem Capitulo Generali eligentur humiliter, & reverenter intendant, illorumque monitis, & mandatis ſalubribus obediant.

Clauſulæ ad præſentis Conſtitutionis validitatem.

§.7. Decernentes præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos Juris, ſeu in Jus, vel controverſiam revocari poſſe, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & definiri debere necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Commiſſarium pro ejuſdem exequutione deſignat.

§.8. Quo circa dilecto filio noſtro Alberto titulo Sanctæ Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinali Archiduci Auſtriæ nuncupat. noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis de latere Legato, necnon Toletan., & Ulixbonen. Archiepiſcopis per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum ubi, & quando opus fuerit præſentes literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta in Capitulo Generali, & in Domibus, ſeu Monaſteriis, & Conventibus prædictis publicari, & obſervari curent: Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ipſaſque etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.9. Non obſtantibus noſtra quatenus opus ſit de unionibus committendis ad partes vocatis quorum intereſt, & exprimen. vero valore, ac fe. re. Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generali de duabus dietis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis; privilegiis quoque, indultis, gratiis, & literis Apoſtolicis, tam per piæ mem. Leonem PP. X. quam alios quoſcumque Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum omnium tenores perinde ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque.

§.10. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam de indulto hujuſmodi mentionem.

§.11. Ceterum quia difficile foret &c.

Fidem tranſumptis addit.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3. Decem. 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 3. Decem. 1588. An. IV.

CXXXVIII.

Quod Eccleſiæ Parochiales, ſive Vicariæ perpetuo unitis Monaſteriis Canonicorum Regularium Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis exiſten. non per Ordinarios locorum, ſed per Superiores ejuſdem Congregationis providenda ſint juxta Conſtitutionem Pii V.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio ad ea, quæ pro Eccleſiaſticarum, præſertim Regularium perſonarum quiete, & tranquillitate ſtatuta, & declarata ſunt fovenda, & quantum in Nobis eſt conſervanda libenter intendimus, ut omnium quærelarum, & litium occaſionibus imputatis liberius Creatori noſtro, juxta laudabilia eorum inſtituta famulentur.

Decreto Congregat. Concilii ſtatutum eſt Regulares ad Parochias ſui Ordinis promotos, & Presbyteros Sæculares ad Vicarias per Superiores Regulares nominatos ab Ordinariis locorum eſſe examinandos, & approbandos.

§.1. Nuper ſiquidem pro parte dilectorum filiorum Generalis, ſeu Præpoſiti, ac Patrum Congregationis S. Joannis Evangeliſtæ ad inſtar Canonicorum S. Georgii in Alga Venetiarum vulgo dictorum *Lojos* in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Apoſtolica auctoritate inſtitutæ Nobis expoſitum fuit, quod licet alias per dilectos filios Noſtros S. R. E. Cardinales ſuper declaratione, & interpretatione Decretorum Concilii Tridentini deputatos in eorum Congregatione fuerit declaratum Parochialium Eccleſiarum, ac regularium Beneficiorum, quibus animarum cura incombit, necnon Vicariarum, etiam perpetuarum Monaſteriis, & aliis regularibus locis etiam perpetuo unitarum, quæ regularibus perſonis conferri, ſive per ſæculares Presbyteros, & perpetuos Vicarios regi, & gubernari conſueverunt vacatione pro tempore occurrente minime licere locorum Ordinariis edicta proponere, & examen,

per

per concurſum: juxta Concilii prædicti decretum *Seſſ.24. Cap.*18. facere, ſed ſatis tunc eſſe, ut regulares quidem perſonæ Eccleſiis prædictis præficiendæ a dictis locorum Ordinariis examinentur, & approbentur. Sæculares vero, in Vicariis, & aliis Beneficiis prædictis inſtituendæ a Superioribus Regularibus prædictis nominentur: Examen autem, & approbationem tantum ad dictos Ordinarios juxta fe. re. Pii PP. V. Prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem pertinere.

Huic tamen Decreto Epiſcopi Portugalliæ quoad Congregationem S. Joannis Evangeliſtæ non parebant.

§.2. Nihilominus nonnulli, ex dictorum locorum Ordinariis prædictorum Regnorum declarationi hujuſmodi minime, ut par eſſet, acquieſcentes, & Decretorum dicti Concilii verba ad eorum ſenſum, & voluntatem trahentes, dictæ Congregationis Superiores in præmiſſis inquietare, & deſuper moleſtare, ac eorum juribus privare non verentur.

Talibus itaque Parochiis vel Vicariis vacātibus concurſum per Epiſcopum indici vetat Pōtifex.

§.3. Quare Nos honeſtis, & juſtis hujuſmodi precibus inclinati opportunum præmiſſis remedium adhibere volentes, declarationi prædictæ inhærentes, eamque harum ſerie approbantes, & confirmantes omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis locorum Ordinariis in Regnis prædictis conſiſtentibus præcipimus, & mandamus, ut Parochialibus, & aliis Eccleſiis, in quibus per dictæ Congregationis fratres animarum cura exercetur, & Vicariis, etiam perpetuis Parochialium Eccleſiarum, in quibus pro earum cura Sæculares Clerici deputari conſueverunt Monaſteriis, & aliis locis Congregationis ejuſdem perpetuo unitis pro tempore vacantibus edicta proponere, & concurſum, juxta dicti Concilii Decretum, quod de ſæcularibus Eccleſiis tantum intelligendum eſt, minime de cetero facere præſumant.

Nominatos autem de more a Superioribus hujuſce Congregationis, quatenus idonei ſint, admitti jubet.

§.4. Sed Regulares ordinis, & Congregationis prædictæ, ac ſæculares Clericos, ab ejuſdem Congregationis, & aliis dictorum Monaſteriorum Superioribus juxta dictam Conſtitutionem Pii V. debito tempore nominandos, ſi ab ipſis idonei reperti fuerint abſque edictis, & aliorum concurſu in Parochialibus Eccleſiis, & Vicariis prædictis admittant, & inſtituant, prout Nos admittendos, & inſtituendos eſſe decernimus, & mandamus, quod in Parochialium Eccleſiarum, & Beneficiorum, curam animarum habentium, quæ de ejuſdem ordinis, & Congregationis Jurepatronatus Eccleſiaſtico extiterint, & ſæcularibus Clericis conferri conſueverint, earum vacatione quandocumque occurrente quamvis per dictos Epiſcopos ad concurſum, & examen admitti poſſint, alii ultra eos, qui per ejuſdem Congregationis Superiores Patronos erunt nominati, nequeant tamen per eoſdem Epiſcopos, ſi ad eos inſtitutio, & non ad alium pertineat inſtitui, & ordinari, niſi illi tantum, qui inter approbatos, & ab Examinatoribus idoneos repertos, ab ejuſdem Ordinis, & Congregationis Prælatis, Patronis, digniores, & magis idonei judicati, & pro inſtitutione recipienda eiſdem Epiſcopis præſentati fuerint.

§.5. Quod ſi Inſtitutio non ab ipſis Epiſcopis, ſed ab aliis erit facienda, tunc quidem ſoli Epiſcopi, ex dignis digniorem, eligere debeant, ſed non antea ab eo, ad quem ſpectat inſtitui poſſint, quam abeiſdem Patronis ei fuerint præſentati.

Et ſic etiam in ſimilibus ſervari mandat.

§.6. Sicque in præmiſſis per eoſdem, & alios quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sublata cuicumque ſecus agendi, vel judicandi facultate ſub pœna nullitatis actus.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, Statutis quoque, & conſuetudinibus Eccleſiarum, & Monaſteriorum prædictorum Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, ſpecialis, & expreſſe mentio habenda eſſet, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis, quibuſcumque.

Derogat obſtantibus.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 3.Decembris 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 3. Decem. 1588. An. IV.

CXXXIX.

Fructus beneficiorum Regni Neapolis, tempore obitus Beneficiatorum, qui cum Camera Apoſtolica ſuper ſpoliis tranſegerunt, pendentes, vel non exacti, non ad eorum hæredes, vel Capitulum, & Clerum, ſed ad ipſam Cameram ſpectant.

Ad materiam Spoliorum vide Conſt.VII. Julii III. Cum ſicut. *Tom.IV.Par.I.fol.*268. *cum aliis ibi indicatis.*

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum ſicut accepimus variæ dubitationes, ac etiam contentiones inter modernum, & pro tempore exiſtentem noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ Nuncium in Regno Neapolitano, ex uno, & Clerum ſingularum civitatum, & diœceſum ejuſdem Regni, qui ſuper ſpoliis Clericorum, & Presbyterorum beneficiatorum, ac aliorum dicti Regni ab humanis pro tempore decedentium, cum Nobis, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ tranſegerunt, & concordarunt, eorumque hæredes, prætendentes fructus Beneficiorum Eccleſiaſticorum,

Dubium exortum circa ſpolia in Regno Neapolis, an ſcilicet fructus beneficiorum pendentes, vel non exacti ſpectēt ad Cameram Apoſtolicam.

Cle-

Digitized by Google

Clericorum, & Presbyterorum d. Regni ab humanis pro tempore decedentium tempore eorum obitus pendentes, & maturatos, ac etiam a ſolo minime ſeparatos, ſeu a quibus id contingit, nondum exactos, ad Clerum, ſeu Capitulum, vel hæredes Beneficiatorum hujuſmodi, non autem Cameram prædictam ſpectare, quamvis in cedulis tranſactionum ſuper ſpoliis hujuſmodi, mentis, intentioniſque noſtræ fuerit eoſdem fructus pendentes quorumcumque Benef. Eccleſiaſt. in quovis menſe, pro tempore vacantium, etiam juxta fel. record. Julii Papæ III. Prædeceſſoris noſtri Conſtitutionem deſuper editam, eidem Cameræ noſtræ reſervare, eoſque a die obitus beneficiatorum, uſque ad diem captæ poſſeſſionis, per illorum Succeſſores in dictis beneficiis decurrendos, eidem Cameræ applicare, in dies oriri ſoleant.

Declaratio & deciſio ſupradicti dubii, ad favorem Cameræ.

§.1. Nos igitur pro noſtri Paſtoralis officii munere, dubitationes, & contentiones, ſeu controverſias hujuſmodi è medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, omnes, & ſingulos fructus, redditus, & proventus quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſecularium, & etiam quorumvis Ordinum regularium in dicto Regno conſiſtentium, etiam in quocumque menſe pro tempore vacantium, tam ante obitum illorum poſſeſſorum pendentes, & maturatos, ac etiam a ſolo minime ſeparatos, ſeu nondum exactos, quam etiam poſt eorum obitum uſque ad diem captæ poſſeſſionis dictorum Beneficiorum per Succeſſores in eis maturandos, & ſeu decurrendos, pro rata temporis a die adeptæ poſſeſſionis eorumdem Beneficiorum, ad ipſam Cameram noſtram ſpectare, illoſque eidem Cameræ applicandos eſſe, & illos per venerabilem fratrem Marcum Antonium Epiſcopum Fulginatenſem, modernum, & pro tempore exiſtentem Nuncium Apoſtolicum in Regno prædicto, pro eadem Camera, & ejus nomine percipi, exigi, & levari, ac etiam pro faciliori illorum exactione, ſi videbitur in fine anni, cum Succeſſoribus in dictis Beneficiis computandi, dividendi, & illorum ſic diviſorum, quemlibet eorumdem Nuncii, ſeu ab eo deputatorum commiſſariorum in dictis Beneficiis Succeſſorum ratas partes, ex modo, & forma præmiſſis in dictis Beneficiis reſpective tangentes, etiam percipere, exigere, & levare poſſe, & debere declaramus. Ac de cetero perpetuis futuris temporibus, ita, & non aliter in præmiſſis obſervari volumus, ac etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Litium extinctio.

§.2. Omneſque, & ſingulas lites, cauſas, quæſtiones, & controverſias ſuper præmiſſis fructibus, & illorum perceptione inter ipſum Nuncium ex una, & quoſvis Cleros, ſive hæredes, & Succeſſores dictorum Beneficiatorum defunctorum, coram quibuſvis Judicibus, etiam ordinariis, & delegatis hactenus quomodolibet introductas, & adhuc indeciſas pendentes partibus, ex altera, in eiſdem ſtatu, & terminis in quibus reperiuntur, ab eiſdem Judicibus ad Nos advocamus, illaſque penitus extinguimus, & annullamus, ſicque per quoſcumque Judices &c.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.3. Non obſtantibus litis pendentia, & aliis præmiſſis, ac quatenus opus ſit noſtra de non tollendo jure quæſito, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem &c.

D. P. An. IV. 1. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die prima Januarii 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXL.

Contra Clericos male, aut ſimoniace promotos, & Epiſcopos, & alios in ordinum collatione peccantes.

Contra hos male promotos habet etiam in Conſt.IX.Pii II. Cum ex. *Tom.III.Par.III. fol.*109.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Sanctum, & ſalutare Sacri Ordinis Sacramentum ab ipſo Domino, & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto Inſtitutum, Beatiſque Apoſtolis, & eorum legitimis Succeſſoribus ſingulari divinæ bonitatis munere traditum, ita ad Dei omnipotentis gloriam, ſalutemque animarum ſancte, ac religioſe adminiſtrari decet, ut quæ, vel ex typo, & figura veteris legis, vel alias, ex multa SS. Patrum providentia, circa ordinandorum natales, ætatem, vitæ, ac morum probitatem, ſanctitatem, ſcientiam, & alias qualitates in Sacris Ordinationibus requiſitas, per Sacros Canones, vel Apoſtolicas Conſtitutiones, aut generalium Conciliorum decreta ſalubriter ſtatuta fuerunt, ea inviolate obſerventur. Nam ſi in veteri teſtamento, tam multa de integritate, & munditia Sacerdotum, & Miniſtrorum Altaris, deque eorum præſtantia, & dignitate legimus, de quibus dixit Dominus, per Malachiam Prophetam, Labia Sacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent, ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum eſt, certe multo major ratio, & diligentia adhibenda erit in promovendis, tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam Presbyteris, qui ad conſummationem Sanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti conſtituuntur, prout de his ipſis, & divino verbo, & Beatorum Apoſtolorum præceptis, ac ſimul Sanctorum Patruum ſtatutis ſæpiſſime traditum eſt.

Cauſa hujus Conſtitut.

§.1. Quare Nos pro ea, quæ Nobis a Domino injuncta eſt, cunctarum Eccleſiarum cura, & ſollicitudine, ipſos Paſtores, & Præſules Eccleſiarum, quorum proprium munus eſt, perſonas idoneas Clericali militiæ adſcribere, & ad minores, ma-

joreſ-

joreſque ordines rite promovere, anctoritate noſtra duximus admonendos, ut in exequendo hae in parte ſuo paſtorali officio attentins poſt hac invigilent, Canonicas Sanctiones, ut par eſt, obſervent, ae nt nemini detur offenſionis occaſio, neve eorum miniſterium vituperetur, ſtudeant vitare ea omnia ſcandala, & abſurda, quæ ex vitioſa, & minux Canonica Clericornm ordinatione cernimus, cum magno animi noſtri dolore frequentins exoriri. Cum enim multi etiam interdum inhabiles, & indigni, oon vocati Sancta Dei vocatione, ſed potius Satanæ dolis decepti, prætextu devotionis, & pietatis, rem qnidem Sacram, & divinum munns, intempeſtive tamen, & inordinate affectantes, ſeu temporale aliquod commodnm, aut lucrum ſibi proponentes, vel nimia ſimplicitate, & imperitia, malitiave, aut fraude ad ſuſcipiendnm Clericalem caracterem, alioſque ordines ante ætatem legitimam, vel a non ſuo Epiſcopo, aut non prævio debito examine, & approbatione, ſive alias minus rite, vel etiam temere ſe ingerant. Debent ſane Epiſcopi paterna charitate, & prudentia eorum ſaluti, qui ſæpe neſciunt, quid petant, melius etiam, quam ipſimet poſtulant, & ſalubrius conſulere, nec tam quid flagitent, quam quid expediat conſiderare; ſumma vero diligentia providere, tum in alienæ Diœceſis ſubditis ordinandis, ne qnemquam promoveaot, ſine eorum Ordinarii literis dimiſſoriix, tum io recognoſcendis ipſis literis, ne ſalſo, aut ab aliquo, qui auctoritatem illas concedendi non habeat, confectæ ſint, tum denique in examinandis natalibus, ætate, vita, moribus, ſeientia, idoneitate, titulo, & reliquis qualitatibus, ne quid in ſuæ. vel alienæ Diœceſix perſonis, ad Clericalem honorem, & Eccleſiaſticos ordines promovendis deſideretur eorum; quæ ex præſcripto Sacrorum Canonum requiruntur.

Pœnæ Epiſcopi, vel alterius male aliquos promoventis.

§.2. Ut igitur Præſules Eccleſiarum intelligant, ſi in re tam gravi, & tanti momenti, culpa aut negligentia peccaverint, ſe non modo in tremendo Dei judicio, verum in hoc quoque ſeculo Rom. Poutifiei ſuæ villicationis rationem fore reddituros, præſenti Conſtitutione perpetuo ſtatuimux, & ordinamus, nt ſi in poſterum Antiſtes aliquis, Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primatiali, vel etiam Patriarchali dignitate præfulgens, ant Abbas ad primam tonſuram, minoreſque ordines ſuis ſubditix conferendos a Sede Apoſtolica auctoritatem habens, quemcumque ſecularem, vel cujuſvis Ordinis, aut militiæ regularem, ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, ſeu alias inhabilem, vel irregularem exiſtentem, vel extra tempora a jure ſtatuta, vel abſque verix dimiſſoriis ſui Ordinarii literis, aut per ſaltum, vel furtive, aut qnoad ſeculares, ſine titulo ſnfficientis Beneficii, vel patrimonii, aut ante ætatem per Sacri generalis Trid. Concilii decreta, primæ tonſuræ, ac cuique ordini præſcriptam, aut non ſervatis temporum interſtitiis, ita nt aliquis unico die, ſeu eontinuatis diebus ad plures ordinex Sacros, vel poſt nnnm ordinem ſuſceptnm, ſine cauſa rationabili antequam tempus ab eodem Concilio Tridentino præfixum elabatur ad alium ordinem promoveatur, ſine diſpenſatione, aut indulto Apoſtolico, Clericali caractere uon legitime inſigniverit, aut ad ordines minores, vel Sacros, ut præfertur, vel alias male promoverit, ſive id ſcienter, ſive ignoranter feccrit, niſi debita diligentia adbibita juſtus error, & probabilis facti ignorantia eum excuſet, nt in quo deliquit in eo puniatur, accollatione quorumcumque ordinum, atque adeo ipſius tonſuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium, eo ipſo ſuſpenſus, & ab ingreſſu Eccleſiæ interdictus exiſtat, aliiſque gravioribus pœnis noſtro, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis arbitrio puniatur. Quod ſi ſpreta hujuſmodi ſuſpenſione, & interdicto, in præmiſſis ſe temere ingreſſerit, etiam a regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ſeu Monaſterii, & a perceptione fructuum menſæ ejuſdem, ac quorumcumque beneficiorum per eum, in titnlum, vel eommendam, ſeu aliax obtentorum ſuſpenſionem, eo ipſo incurrat; ejuſque interdicti, aut ſnſpenſionis relaxationem, aut pœnarum remiſſionem ab alio, quam a Rom. Pnntifice, pro tempore exiſtente nequeat obtinere.

Pœnæ male promotorum

§.3. Et oihilominus ſel. record. Pii II., & aliorum Romanorum Pontificum noſtrorum Prædeceſſorum, qui per ſuas Conſtitutiones, aut in Cancellaria Apoſtolica publicatas regulas, contra hujuſmodi Clericos male promotos, diverſas pœnas inflixerunt, veſtigiis inbærentes, eoſdem Clericos, poſthac male promotos, ab execntione, miniſterio, & exercitio ordinum ſuſceptorum, & ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ſuperiores perpetuo ſuſpenſos, declaramus, & ſi in eis miniſtrare præſumpſerint, illos ſic irregularex effectos, omnibus, & quibuſcumque, per eos, in titnlum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officiis, & Beneficiis Eccleſiaſticis, eum cura, & ſine eura, quomodocumqne qualificatis, ſecularibus, vel cujuſ vix Ordinis, aut Militiæ regularibus, ac etiam ſi ipſi Clerici Regulares fuerint, activa, & paſſiva voce, ipſo facto privamus, & iis privatos, atque ad illa, & alia ſimilia, vel diſſimilia in poſterum obtinenda in perpetuum inhabiles, & incapaces eſſe decernimus, & declaramus: dignitatum, officiorum, & beneficiorum hujuſmodi, ſic pro tempore vacantium diſpoſitionem Nobix, & Apoſtolicæ Sedi perpetuo reſervantes.

Reſervatio pro Summo Pontifice facultatis abſolvendi contravenientes, præterquā in mortis articulo, & etiam ſuper irregularitate diſpenſandi.

§.4. Ut autem homines, qui nimia indulgeotia, & ſpe impunitatis, ae veniæ facilitate hactenus fuerunt ad hujuſmndi facinora procliviores, ea ſublata, & præcluſa, ab his abſtineant, & caveant in futurum, tam abſolvendi, quam diſpeoſandi facultatem in eaſibus ſuperius expreſſis, etiam in foto conſcientiæ, Nobis, & Succeſſo-

ceſſoribus noſtris dumtaxat auctoritate, & tenore præmiſſis perpetuo reſervamus. Inhibentes ne a quoquam ſeculari, vel cujuſvis Ordinis regulari Presbytero, vel Prælato, quavis auctoritate fungente, nec per quæcumque Jubilæa, & Indulgentias, etiam pleniſſimas, & extraordinarias per noſtros Prædeceſſores, aut noſmetipſos, vel Succeſſores noſtros, anno Jubilæi, aut alio quovis tempore, & Cruciatæ Sanctæ, vel quocumque alio titulo, modo, & forma, Motu proprio, & conſiſtorialiter, ſeu ad quorumcumque Principum, Regum, aut Imperatoris inſtantiam, eorumve contemplatione, & intuitu, cum quibuſvis ampliſſimis, in genere, vel in ſpecie derogatoriis clauſulis conceſſa, vel in poſterum concedenda, nec vigore, aut prætextu facultatum, aut privilegiorum, Mare magnum, aut alias quomodolibet nuncupatorum quibuſvis Ordinibus, Congregationibus, aut perſonis regularibus, aut Epiſcopis, per Decreta Concilii Tridentini, aut officio Sacræ Pœnitentiariæ Apoſtolicæ, vel minoribus, aut etiam majoribus Pœnitentiariis noſtris, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, vel aliis quomodolibet pro tempore conceſſorum perſonæ, ſic ut præfertur delinquentes, tam ſcilicet Antiſtites, ſeu Abbates promoventes, quam Clerici male inſigniti, ſeu ordinati, a reatibus, & exceſſibus præfatis abſolvi, præterquam in mortis articulo poſſint, aut debeant. Nec cum iis ſuper irregularitate propter præmiſſa contracta, etiamſi crimen penitus occultum fuerit, quovis modo valeant diſpenſari.

Forma petendi abſolutionem, & diſpenſationem a Rom. Pont. & prohibitio eas petendi per officium ſacræ Pœnitentiariæ.

§.5. Verumenimvero, quia gravioribus morbis fortiora ſunt adhibenda remedia, & juxta perſonarum, locorum, ac temporum qualitates leges ſunt immutandæ, pœnæque aggravandæ, & emolliendæ; cum hujuſmodi peccatum Satana ſuggerente, hominumque fragilitate aſſentiente, videatur jam ad culmen vitiorum aſcendiſſe, & in præcipiti eſſe. Ideo ut homines ſaltem pœnæ timore, & proprii honoris confuſione a peccato deterreantur, novum huic veneno antidotum cogimus præparare. Ac propterea volumus, ut qui abſolutionem, & diſpenſationem hujuſmodi petent, ſemper, quamvis dilictum, adhuc occultum extiterit, non per officium Sacræ Pœnitentiariæ, ſed a Nobis, & pro tempore exiſtente Romano Pontifice in utroque foro abſolutionem petere teneantur; alioquin ipſæ conceſſiones, & abſolutiones, etiam cum clauſula, quod præſentis Conſtitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expreſſis, prorſus nullæ, irritæ, & invalidæ exiſtant, ac nemini penitus ſuffragentur.

Pœnæ contra ſimoniace promoventes, & promotos.

§.6. Ceterum ſi quis Antiſtes, vel Abbas ſervatis quidem cunctis præmiſſis, & ceteris omnibus, quæ in ipſius tonſuræ, & ordinum collatione obſervari debent, perſonas habiles, & idoneas, ſed tamen recepta ab iis, quibus tonſuram, aut ordines conferet, pecunia, pretio, vel præmio, ſimoniace in futurum inſigniverit, vel promoverit, volumus, ut præter alias cenſuras, & pœnas contra ſimoniace ordinantes, & ordinatos a Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis alias inflictas, & irrogatas, quibus nequiquam derogare intendimus, etiam omnia, & ſingula ſupradicta in ſic promoventibus, & promotis locum habeant.

Clauſulæ præſervativæ.

§.7. Decernentes præſentes literas, ſub quibuſvis conceſſionibus, facultatibus, & gratiis, etiam in caſibus quibuſcumque Sedi Apoſtolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ Domini reſervatis, etiam ſub nomine Jubilæi plenarii, vel Cruciatæ Sanctæ abſolvendi facultatem quibuſvis perſonis generaliter, vel ſpecialiter tribuentibus minime comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.8. Sicque in præmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis; ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma & effectus publicandi hujus Conſtitutionis.

§.10. Ut autem præſentes literæ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valvas S. Jo. Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ affigi, & publicari, & poſt quindecim dies, qui in Urbe ſunt, qui vero extra eam, & citra Montes intra quatuor menſes, qui demum ultra Montes erunt intra octo menſes a die publicationis hujuſmodi computan. perinde afficere, & arctare, ac ſi eorum cuique perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Fides exemplorum.

§.11. Ac earumdem præſentium literarum exemplis etiam impreſſis &c.

Sanctio penalis.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

D. P. An. IV. 5. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo, Nonis Januarii, Pontificatus noſtri Anno IV.

CXLI.

De habitu, & tonſura Clericorum, & Militum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium.

Ad hoc habes etiam Concil. Trid. in ſeſſ. 14. cap. 6. & ſeſſ. 23. cap. 6. & 17.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Cum Sacroſanctam Dei Eccleſiam, quam Salvator noſter ſuo pretioſiſſimo

Digitized by Google

mo ſanguine acquiſivit, ſponſam ſibi elegerit, & Nobis licet indignis cuſtodiendam tradiderit, eidem ſine ruga, ſine macula, atque in omnibus ſuis membris placentem conſervare debemus, ut in ea, omnia ordinata, ſingula diſtincta, cuncta interius exteriuſque pietatem, & devotionem redolentia inveniantur, & ut ineffabilibus circumamicta varietatibus, ſpecioſa in oculis ſuis appareat, quantum ſaveote Deo valemus, id ipſum munus exequi decrevimus,

Cauſa hujus Conſtitutionis.

§.1. Quare animadvertentes, quod qui in ſortem Domini ad ejuſdem Eccleſiæ decus, & ornamentum ſunt vocati, & ex eo Clerici nomen conſecuti, quique cenſu Eccleſiaſtico vivunt, ſingulari aliquo ſigno a reliquo Populo diſtingui debent, ne cui eorum jure dici poſſit. Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? & ad hoc ipſum ſollicitudiuis noſtræ obtutus dirigentes, ne ſanguis eorum de manu noſtra requiratur, cum ingenti cordis noſtri dolore invenimus complures ſupradicta Domini ſententia juſte redarguendos. Nam eorum plerique Clericali honore neglecto, in veſtibus laicalibus incedentes, eo ſe mirifico indignos privilegio reddiderunt. Quapropter licet Sacris Canonibus, Conciliis Generalibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus, certus circa eorum, qui Clericali caractere inſigniendi ſunt, habitum, ætatem, & alias qualitates ſit præſcriptus modus, & contra Clericos in habitu Clericali, & tonſura non incedentes impoſita pœna, nempe ut gratiis, immunitatibus, & aliis privilegiis Clericalibus minime gaudeant: tamen cum injuria temporum, & forſan dormientibus paſtoribus, inimicus homo lethifera tranſgreſſionis zizania ſuperſeminaverit.

Præfinitio habitus, & tonſuræ per Clericos, ſeu Milites beneficia, vel penſiones obtinentes de cetero deferen.

§.2. Nos propterea his, & aliis rationabilibus de cauſis adducti, ne quis nimia, ſive Paſtorum, ſive temporum indulgentia, & impunitate, ſeu oſcitantia, cum Religionis dedecore, nominis Dei contemptu, & propriæ ſalutis diſpendio de cetero abutatur, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione præcipimus, & mandamus, omnibus, & quibuſcumque Clericis, non ſolum in ſacris, ſed etiam in aliis minoribus Ordinibus conſtitutis, & Clericali tantum tonſura inſignitis, & nedum Beneficia Eccleſiaſtica qualiacumque etiam ſimplicia, nunc, & pro tempore obtinentibus, & in illis, vel ad ea jus habentibus, verum etiam penſiones ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, aut proventibus quarumvis Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Cathedralium, & aliarum quarumcumque Eccleſiarum, ſeu Abbatialium, Capitularium, & Conventualium menſarum, necnon Monaſteriorum, Præpoſiturarum, Præpoſitatuum, Prioratuum, Præceptoriarum, Hoſpitalium, Canonicatuum, præbendarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, Officiorum, & Beneficiorum quorumcumque Eccleſiaſticorum, Sæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, ſeu illorum diſtributionibus quotidianis, ac juribus, emolumentis, & obventionibus univerſis, ſibi reſervatas, aut fructus ipſos, prædiave, aut bona Eccleſiaſtica loco penſionum ſibi aſſignatos, vel aſſignata ex quacumque conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica percipientibus, etiam conjugatis, præſertim, ſi iidem Clerici conjugati juxta Conſtitutionem Piæ mem. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris Noſtri in Concilio Trid. innovatam, privilegiis Clericalibus uti velint, tam in Romana Curia degentibus, quam extra eam ubilibet gentium, locorum conſtitutis, ut ipſi, & eorum quilibet quantumvis exempti exiſtant, & quovis privilegio, vel immunitate gaudeant, quacumque dilatione, aut tergiverſatione poſtpoſita, debeant omnino qui in Urbe præſentes fuerint, intra quindecim dies, qui vero citra Montes intra quatuor menſes, qui denique ultra Montes conſtituti ſunt, intra octo menſes a die publicationis præſentium literarum in Romana Curia faciendæ, tonſuram, & habitum Clericalem, veſtes ſcilicet talares, aut Milites inſradicendi, quibus penſiones, aut fructus, aliave bona Eccleſiaſtica reſervata ſunt, ſuæ Militiæ convenientem, quacumque remota eacuſatione aſſumere, & jugiter deferre. In futurum autem nonniſi actu Clericis in habitu Clericali, & tonſura, & Militibus infra dicendis in militari incedentibus, ſuæ militiæ propria, aut alia quacumque Eccleſiaſtica, etiam ſimplicia Beneficia reſpective conferantur, aut commendentur, aut penſiones, fructuſve, aut bona Eccleſiaſtica reſerventur.

Impoſitio pœnarum contra inobedientes.

§.3. Alioquin ipſos, & ipſorum quemlibet, qui quoad geſtandum habitum Clericalem, & Militarem ſupradictum, lapſo hujuſmodi tempore eorum unicuique, ut ſupra dictum eſt, præfixo, noſtris hujuſmodi præcepto, & mandato, nunc, & in poſterum perpetuis futuris temporibus cum effectu non obediverint, præter alias pœnas contra eos inflictas, etiam quibuſcumque dignitatibus, adminiſtrationibus, Officiis, Canonicatibus, & præbendis, ac Beneficiis, etiam ſimplicibus, & præſtimoniis per eorum quemlibet in titulum, commendam, vel alias pro tempore obtentis, necnon penſionibus, & fructibus, prædiis, boniſque Eccleſiaſticis hujuſmodi quocumque modo eis reſervatis, vel reſervandis, omnique jure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti, harum ſerie ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine privamus, ac ſine ulla alia monitione, citatione, Judicis decreto, aut miniſterio ipſo facto privatos declaramus, ac tam Beneficia ipſa per privationem hujuſmodi vacare, & libere aliis conferri poſſe, quam etiam penſiones caſſatas, extinctas eſſe, & fore, ac fructuum, vel aliarum rerum reſervationes ceſſare, & quemquam ulterius ad illorum ſolutionem minime teneri, & ob non ſolutionem, cenſuras, & pœnas aliquas incurrere non poſſe, nec debere decernimus, ipſaſque dignitates, perſonatus, admi-

adminiſtrationes, officia, necnon Canonicatus, & præbendas, & Beneficia ſic pro tempore vacantia, collationi, proviſioni, & diſpoſitioni noſtræ, & Rom. Pont. pro tempore exiſtentis perpetuo reſervamus.

Decretum irritans.

§.4. Statuentes ſic in præmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Declaratio circa eos Milites, & alios Romanæ Curiæ Officiales, qui Conſtitutione illa non ligantur.

§.5. Ceterum Milites quarumvis militiarum ſub regula aliqua approbata Canonice inſtitutarum, vel alios Ro. Cur. Officiales, qui non uti Clerici, ſed potius tamquam Milites juxta privilegia, & diſpenſationes Apoſtolicas, eis in genere, vel in ſpecie, per Nos, aut per Prædeceſſores Noſtros nominatim conceſſa, & ſub fel. re. Pii Papæ V. Prædeceſſoris Noſtri Conſtitutione, quæ incipit Sacroſanctum &c. hujuſmodi privilegiorum forſan revocatoria minime comprehenſa, Beneficia militiæ, quam profeſſi ſunt regularia obtinent, ſeu penſiones ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, etiam prædictarum Eccleſiarum, & Beneficiorum Sæcularium, aut fructus ipſos ſibi reſervatos percipiunt, aut obtinebont, vel percipient in futurum, ſive Clericali charactere inſigniti ſint, ſive non ſint, qui vero Clerici ſunt, etiamſi ab initio tempore reſervationis penſionum, ſeu fructuum hujuſmodi, regularem habitum nondum ſuſceperint, nec militiis Officiorum Rom. Cur. adſcripti fuerint, ſed poſt factas eorum cuique reſervationes, ante vel poſt publicationem præſentis Conſtitutionis Milites effecti extiterint, ſub præcepto, & mandato præfatis, de habitu, & tonſura Clericali deferendis, nolumus comprehendi, ſed iis permittimus, ut regulari habitu militiæ, quam profeſſi ſunt convenienti, vel ſi ipſi Milites Ro. Cur. Officiales fuerint, qui penſiones, aut fructus, aliave prædia, aut bona Eccleſiaſtica ex diſpenſatione, ſeu privilegio Apoſtolico percipiant, habitu Militari ſupraſcripto abſque alicujus cenſuræ, vel pœnæ Eccleſiaſticæ incurſu licite uti valeant, & nihilominus, tam Beneficia ſuæ Militiæ regularia retineant, quam etiam penſiones ſuper Eccleſiarum, & Beneficiorum prædictorum, etiam ſæcularium fructibus, ſeu bona, vel fructus præfatos ſibi pro tempore reſervatos percipiant.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon conſuetudinibus, etiam longiſſimo, & immemorabili tempore obſervatis, quæ abuſus, & corruptelæ potius cenſendæ ſunt, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtant, quæ omnia nolumus cuiquam adverſus præmiſſa in aliquo ſuffragari.

Publicatio, & obſervantia ab Epiſcopis &c. curari debet.

§.7. Mandamus vero univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus noſtris Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis Prælatis, ac locorum Ordinariis, ut in ſuis quiſque Eccleſiis, Civitatibus, & Diœceſibus curent præſentes literas, earumque exempla publicari, & inviolate obſervari.

Forma, & effectus publicationis hujus Conſtitutionis.

§.8. Et ne quis preſentium literarum ignorantia ſe valeat excuſare, jubemus illas ad valuas Baſilicarum S. Joannis Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, & in Cancellaria Apoſtolica affigi, & publicari, earumque exempla inibi affixa relinqui, & deinde in eadem Cancellaria Apoſtolica in libro Quinterno appellato, inter ceteras Conſtitutiones perpetuas deſcribi, & regiſtrari. Decernentes publicationem in Baſilicis præfatis & in acie Campi Floræ faciendam, poſt lapſum temporis ſuperius præfixi unumquemque arctare, & afficere perinde ac ſi ipſæ præſentes literæ ſingulis perſonis præfatis perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Tranſumptorum fides, & ſanctio pœnalis.

§.9. Volumus quoque earumdem præſentium tranſumptis &c.

D. P. An.IV. 9. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, quinto Idus Januarii Pontificatus noſtri anno IV.

Sequitur declaratio quoad aliquos Papæ Familiares, Militeſque, & Officiales Romanæ Curiæ, & penſiones non ultra 60. ducatos obtinentes.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Compendium Conſtitutionis præcedentis.

PAſtoralis eſt curæ noſtræ, & ita æquum arbitramur, ut quanto poſſumus ſtudio indemnitati, & utilitati, tum pauperum Clericorum, tum etiam perſonarum, quæ noſtris obſequiis inſiſtendo, labores, & incommoda aſſidue ſubire non ceſſant, conſulere procuremus, ac earum neceſſitati proſpiciamus, ne, dum prompte, & expedite miniſteria eis injuncta obire conantur, non ſolum congrua præmia non recipiant, verum aliquid detrimenti patiantur. Cum itaque noſtra nuper edita Conſtitutione de habitu, & tonſura, per Clericos, ſeu Milites Beneficia, vel penſiones obtinentes deferendis, quæ incipit: Cum Sacroſanctam, &c. præceperimus univerſis Clericis, nedum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, ſed etiam penſiones ſuper fructibus Eccleſiaſticis, aut fructus ipſos ſibi reſervatos percipientibus, ut habitum, & tonſuram Clericalem, veſtes ſcilicet talares, Militibus vero ipſas penſiones, aut Beneficia ſuæ Militiæ propria obtinentibus, ut habitum ſuæ Militiæ convenientem jugiter deferant, pœna privationis Beneficiorum, penſionum, ac fructuum hujuſmodi cuilibet inobedienti impoſita, prout in eadem Conſtitutione latius continentur.

Cauſa hujus moderationis.

§.1. Nonnulli vero ex Clericis præfatis Pen-

Penſiones, aut fructus hujuſmodi admodum tenues percipientes, alii quoque noſtri familiares actu Nobis inſervientes, variis obſequiis, & miniſteriis addicti, qui ultro citroque, ubi opus eſt commeare, & accurrere coguntur, idcirco vix poſſint ſine maximo incommodo, impedimento, & diſpendio, habitum Clericalem ſupraſcriptum geſtare.

Moderatio dictæ Conſtitutionis pro Clericis, penſiones, fructus, aut bona Eccleſiaſtica 60. duc. auri de Camera non excedẽtia obtinentibus.

§.2. Nos eorum commodis opportune providere, eoſque ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes omnibus, & quibuſcumq; Clericis, tam in Romana Curia, quam extra eam ubilibet gentium, & locorum conſtitutis, qui penſiones, fructus, aut prædia, vel bona Eccleſiaſtica, ſibi in una, vel pluribus vicibus reſervata, & conceſſa ſummam, ſeu valorem annuũ ſexaginta ducatorum auri de Camera inſimul non excedentes, ſeu excedentia, percipiunt, aut percipient in futurum.

Ac pro nonnullis familiaribus Pontificis.

§.3. Ac præterea noſtris Familiaribus, nobis in quibuſdam inferioribus miniſteriis, quales ſunt qui a pedibus, ſeu Paraſrenarii, menſæ diſpoſitores, aut Credentiarii, aut Diſpenſatores vulgo dicuntur, & aliis his ſimilibus ſervitiis, actu miniſtrantibus, quive in futurum inſervient, necnon quibuſvis noſtrorum intimorum familiarium actu Nobis in Palatio noſtro Apoſtolico inſervientium familiaribus, continuis commenſalibus, præſentibus, & futuris, qui penſiones, aut fructus, bonave Eccleſiaſtica loco penſionum uſque ad quamcumque ſummam, & valorem, nunc percipiunt, aut in poſterum pro tempore percipient, ut ipſi & eorum quilibet in habitu, & tonſura Clericali incedere minime teneantur, ſed laicali habitu impune, & licite uti poſſint, quo ſua munia promptus expeditiuſque obire valeant, nec pœnis in eadem Conſtitutione inflictis ſubjaceant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia concedimus, & indulgemus.

Prorogatio termini in dicta Conſtitutione perſonis in Urbe degẽtibus præfixi, ad alios 15. dies.

§.4. Reliquis autem noſtris, aut perſonarum Nobis inſervientium familiaribus, continuis commenſalibus, omnibuſque, & ſingulis aliis, tam Clericis, quam Militibus Beneficia, fructuum, vel bonorum Eccleſiaſticorum reſervationes, ac penſiones obtinentibus, aut in ipſis Beneficiis, vel ad ea jus habentibus in Urbe præſentibus tempus quindecim dierum in dicta Conſtitutione præfixum, nec dum elapſum, ad alios quindecim dies a fine primodicti termini computandos extendimus, & prorogamus.

Et pro Militibus, & aliis in militari habitu incedere obligatis.

§.5. Ac demum Militibus, tam Militiarum Canonice inſtitutarum, quam Rom. Cur. Officialibus, qui juxta præfatam noſtram Conſtitutionem in militari habitu incedere tenentur, ut veſtibus communibus, cum inſignibus tamen Crucis, aut Numiſmatis ſuæ Militiæ propriis uti valeant, atque hac ratione ipſius Conſtitutionis præcepto plene ſatisfacere cenſeantur pariter indulgemus.

Declaratio circa tempus, quo Clerici, vel Milites habitum gerere teneãtur.

§.6. Eos vero Clericos aut Milites, quibus penſiones aut fructus, bonave, aut prædia Eccleſiaſtica ad quamcumque ſummam reſervata, aut reſervari conceſſa ſunt, vel poſt hac reſervabuntur, non aliter ad gerendum hujuſmodi habitum teneri volumus, niſi poſtquam penſiones, fructus, aut alia præfata cum effectu exigere, aut percipere cœperint, vel per eos ſteterit quo minus exigant, vel percipiant.

Decretum irritans.

§.7. Decernentes ſic in præmiſſis judicari debere, necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Præfata Conſtitutione noſtra, quoad reliqua omnia præſentibus literis non excepta, nihilominus in ſuo robore perpetuo permanſura.

Tranſumptorum fides.

§.8. Volumus autem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem fidem ubique, tam in dicta Curia, & in judicio, quam extra, adhiberi, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel extenſæ. Nulli ergo omnino hominum &c.

D. P. An. IV. 31. Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Pridie Kal. Febr. Pontificatus noſtri anno IV.

CXLII.

Triennale Capitulum Generale Congregationi Lombardiæ Ord. Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini ſtatutum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Apoſtolicæ Sedis providentia circumſpecta ad ea diligenter intendit, per quæ Regularium Congregationum proſperæ directioni provideatur, ac Religioſarum perſonarum in eis Altiſſimo famulantium indemnitati, & commoditati conſulatur, ut, quæ illa cognoſcit per ſuæ proviſionis Miniſterium obſervanda proponere non immoratur.

In hac Congregatione ſingulis annis Capitula cogi ſolebant, unde plura eidem incommoda parabantur.

§.1. Cum itaque ſicut referente dilecto filio noſtro Dominico tituli S. Laurentii in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupat. Nobis innotuit, Congregatio Lombardiæ Ordinis Fratrum Eremitarum S. Auguſtini, cujus Ordinis ipſe Dominicus Cardinalis apud Nos, & dictam Sedem Viceprotector exiſtit, Congregationem præfatam eſſe ſolitam a pluribus annis citra Capitulum Generale quolibet anno celebrare, & ex hoc, ut experientia docuit Fratres, qui ad Capitulum hujuſmodi accedere debent magnos labores, & incommoda pati, ac loca, & Domus dictæ Congregationis tam pro tranſmittendis iis Fratribus quam pro hoſpitandis tranſeuntibus, & proficiſcentibus ad Capitulum prædictum magnas pecuniarum ſummas ſubminiſtrare, ac graves expenſas ſuſtinere neceſſario coguntur, propter quod dicta Congregatio multa debita ſuſtinet maximo cum incommodo

modo Monaſteriorum ; Eccleſiarum , & cultus Divini. Necnon quia Vicarius Generalis, & alii Officiales, qui in dicto Capitulo eliguntur, cum primum rerum dictæ Congregationis cognitionem habere incipiunt, ſtatim, officium, quod deinceps utiliter exercere poſſent, per eos deponendum ſit, ut alii, qui ſimiter, quod futuri ſint tantum addiſcant, ſine facultate ob temporis brevitatem faciendi, deputentur, res, & negocia dictæ Congregationis recte gubernari, & adminiſtrari vix queunt.

Pontifex itaque Capitula, & Officiales in iis electi triennales eſſe jubet.

§.2. Nos ex iis cauſis, ac pluribus aliis mature a præfato dilecto filio noſtro Dominico, & prudenter conſideratis, & aliis animum noſtrum digne moventibus inducti, ac dictæ Congregationis utilitati proſpicere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, ot poſt hæc perpetuis futuris temporibus dicta Congregatio ſuum Generale Capitulum de triennio in triennium tantum facere, & celebrare debeat, & imposterum non amplius annales, ſed triennales, & per triennium duraturi in dicto Capitulo eligi; & creare debeant.

Præſens decretum exequi mandat ſub pœnis nullitatis actus.

§.3. Mandantes, & diſtrictius inhibentes in virtute ſanctæ obedientiæ tam fratribus vocalibus, & aliis dictæ Congregationis, quibus cura indicendi, & convocandi Capitulum incumbit, quam aliis quibuſcumque quavis dignitate ſulgentibus, ut ſtatutum, & ordinationem noſtram hujuſmodi obſervent, nec quominus obſerventor aliquod impedimentum, & moleſtiam quovis quæſito colore etiam indirecte præſtare præſumant; irritum quoque, & inane decernentes quidquid ſecus per quoſcumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum inter eos initis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes in hac parte, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 4. Martii 1589. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 4. Martii 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXLIII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Statuitur, quod decretum factum in Capitolo generali totius Ord. Fratrum Minorum de Obſervantia in Urbe celebrato, videlicet, quod Abbatiſſæ Monaſteriorum d. Ordinis in earum officiis permaneant ad triennium tantum, in omnibus Monaſteriis S. Claræ quarumvis Provinciarum ad unguem obſervetur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ hujuſce faciendi Decreti.

QUamquam Nos nuper id, quod in Capitulo Generali totius Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia nuncupatorum in Urbe noviſſime celebrato decretum fuerat obſervari debere quoad Moniales Sanctæ Claræ, & illarum electionem in Abbatiſſas jam antea in altero præcedenti Capitulo Generali in Civitate Pariſien. habito ſancitum, & alia dicti Capituli noviſſime celebrati decreta, Apoſtolica auctoritate confirmaverimus, & approbaverimus hoc videlicet modo, quod Abbatiſſæ, vel aliæ Præfectæ quorumcumque Monaſteriorum Monialium Fratrum Minorum de Obſervantia curæ commiſſarum ad ſummum ſint triennales, & ſuis officiis elapſo triennio perfunctæ in quibuſvis Provinciis tam citra, quam ultramontanis non per biennium tantum, juxta decretum in dicto Capitulo Generali Pariſiis celebrato, ſed ſaltem per triennium integrum a die functi officii ſui, & adminiſtrationis numerandum nullum Abbatiſſatus, ſeu Præfecturæ Monaſteriorum, aut aliud officium, neque aliquam poteſtatem, ſeu auctoritatem in eis obtinere, vel exercere poſſint, & debeant. Nihilominus expoſuit Nobis dilectus filius Procurator Generalis dicti Ordinis, quod aliquæ præcipue Sanctæ Claræ Avenionen., & nonnullorum aliorum Monaſteriorum Monialium Sanctæ Claræ Abbatiſſæ cum aliquibus ſuis ſequacibus ſub variis prætextibus huic decreto acquieſcere recuſant in animarum ſuarum periculum, perniciosum quoque exemplum, & ſcandalum plurimorum, eo quia in dictis Monaſteriis ortæ fuerunt.

Decretum, de quo in Rubrica.

§.2. Nos præſentes hujuſmodi uti vanos reiicientes, ac præmiſſa debitæ executioni demandari cupientes, volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod decretum prædictum ſuper triennalitate Abbatiſſarum factum, ſuum, ut par eſt effectum habeat in omnibus Monaſteriis Monialium S. Claræ, & ad unguem obſervetur, ita tamen ad pacandum jurgia, quæ in dicto Monaſterio Avinionen. orta ſunt, ex ſpeciali gratia concedimus, quod moderna Abbatiſſa dicti Monaſterii poſſit permanere in officio ſuo Abbatiſſatus ad triennium a die ultimæ ſuæ electionis capitulariter factæ computandum.

Ejuſdem obſervantia omnibus injuncta.

§.3. Ac mandamus omnibus Miniſtris Generali, & Provincialibus, ac Viſitatoribus dictorum Monaſteriorum quatenus

hoc

hoc decretum ſuper triennalitate Abbatiſſarum bujuſmodi editum in omnibus, & ſingulis Monaſteriis Sanctæ Claræ quarumvis Provinciarum ad unguem obſervari faciant, & curent, contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione remota compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Finito Triennio Abbatiſſæ de omnibus rationem reddere debens.

§.4. Præterea volumus, quod ipſæ Abbatiſſæ, finito earum triennali officio, teneantur reddere computum, & rationem eorum omnium, tam reddituum, quam penſionum, & eleemoſynarum, quæ interim perceperint in dictis Monaſteriis, & ſi quid ſupererit, illud totum novis intrantibus Abbatiſſis conſignare debeant, præcipientes eis in virtute ſanctæ obedientiæ quatenus in omnibus iis pareant, & obediant ſuis Superioribus ſupradictis, necnon ad ea omnia, quæ promiſerunt Deo obſervare, tam in earum votis, quam ſuis regulis, & Conſtitutionibus: Quod ſi ſecus actum fuerit, id omne nullius roboris, vel momenti esiſtere ex nunc decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obſtantibus quibuſvis prætextibus, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium factis, conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c.

Dat. die 24. Martii 1589. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 24. Martii 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXLIV.

Pœnæ, & confiſcationes maleficiorum, cujuſque Civitatis, & Terræ Status Eccleſiaſtici, locorumque ei ſubjectorum, applicantur Rev. Cameræ Apoſtolicæ, cum nonnullis ſtatutis, & ordinationibus, circa earum exactionem, atque diſtributionem obſervandis.

SIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

AD Romanum Pontificem pertinet, non modo uti communem Patrem, ac Paſtorem, totius Chriſtianæ Reipublicæ generalem curam ſuſcipere, ſed privatim quoque Populorum ipſius S. R. E. ditioni, etiam in temporalibus ſubditorum proſpero ſtatui, ac bono regimini, ſimul etiam Cameræ Apoſtolicæ indemnitati, propria quadam, & peculiari ſollicitudine providere. Quod ita demum (Deo favente) feliciter eventurum ſperamus, ſi ii, qui in Civitatibus, & locis dicti Status temporalis Eccleſiaſtici jus dicunt, in officio contineantur, & quicumque eorum publica legum, & Magiſtratuum poteſtate abutendo, a recto Juſtitiæ tramite declinare, vel turpis lucri cauſa, Cameræ Apoſtolicæ jura improbe fraudare præſumpſerint, ſe tandem in judicio graviſſimas pœnas daturos intelligant. Ideoque nemini mirum videri debet, ſi cum quotidie inſtigante humani generis hoſte, hominumque malitia in dies ſuccreſcente, novæ fraudes, & corruptelæ detegantur, Nos quoque Prædeceſſorum noſtrorum exemplo, nova cogimur ſubſidia præparare.

Paulus II. Officialibus prohibuit, remiſſionem pœnarum ultra ſex florenos.

§.1. Bene ſiquidem, & prudenter fel. record. Paulus Papa II. Prædeceſſor noſter, prohibuit inter alia, ne Gobernatores, & quicumque Officiales Provinciarum, Civitatum, & locorum S. R. E. ditioni in temporalibus ſubiectorum, mulctas, & pœnas pecuniarias remittere, donare, aut gratiam de illis facere poſſent, ultra ſummam ſex florenorum auri de Camera.

Sixtus IV. approbavit, & proceſſus circumdari prohibuit, librumque condemnationibus, & gratiis teneri juſſit.

§.2. Quam prohibitionem piæ mem. Sixtus Papa Quartus, etiam Prædeceſſor noſter non modo approbavit, ſed vetuit etiam ne in cauſis criminalibus, ante ſententiarum prolationem proceſſus circumdari facerent, ſed cauſas ipſas, prout Juſtitia ſuaderet, terminarent; ac mandavit, ut omnes ſupplicationes in quibus perſona delinquens, delictum ipſum, & pœna ei de jure irroganda, ac demum gratia ei per Officiales facta, exprimi deberet, in libro ſpeciali regiſtrari facerent, librumque ipſum in fine Officii per fidelem Nuncium Cameræ Apoſtolicæ mitterent. Ac pro refectione murorum, fontium, viarum, aliarumque rerum ſimilium, ſeu illarum conſervatione, non aliter Theſaurarios Cameræ ad illarum ſolutionem teneri voluit, niſi vere actualiter in hoc eroretur.

Et pœnas ad alias quam Theſaurarii manus pervenire prohibuit.

§.3. Per aliam vero ſuam Conſtitutionem mandavit, ut ſi vere in tales cauſas expendendi facultas, & licentia a Sede Apoſtolica tributa foret, id tamen per manus Theſaurarii erogaretur; inhibendo ne eædem pœnæ, ac mulctæ ad alterius, quam Theſaurii manus, etiam ſub colore depoſiti, donec in prædictos uſus erogarentur, ullo modo pervenirent.

Pius IV. applicavit Cameræ Apoſtolicæ omnes pœnas, & per ejus Officiales exigi juſſit.

§.4. Ac demum recol. mem. Pius Papa Quartus noſter itidem Prædeceſſor ſtatuit, quod omnes pœnæ, & mulctæ pecuniariæ, ſeu cujuſvis qualitatis bona, quarumcumque perſonarum in prædictis Civitatibus, & locis degentium, Cameræ Apoſt. privative quoad omnes alios, etiam Communitates (exceptis tantum iis pœnis, quæ pro damnis, agris, & prœdiis ruſticis illatis ſunt inflictæ) perpetuo integre applicatæ exiſterent, nec per alios, quam a Camera Apoſtolica, ad id ſpecialiter deputatos Officiales esigerentur; de quorum manibus eas reciperent, ſi qui titulo oneroſo, aut

ob

ob aliquos pios, vel ſupradictos, aut alios ejuſmodi uſus, illas ſibi debere prætenderent.

Et declaravit id ſervari etiam in locis Sedis Apoſtolicæ immediate ſubjectis.

§.5. Id autem declaravit poſtea habere locum etiam in iis Terris, Caſtris, & locis, quæ non ipſi Romanæ Eccleſiæ immediate, ſed alicui Communitati Civitatum præfatarum ſubditæ forent.

Poſtea decimam pœnarum partem Gubernatori, quartam vero accuſatori aſſignavit.

§.6. Noviſſime vero ordinavit, & præcepit, ut Officiales prædicti, decima tantum hujuſmodi pœnarum, accuſator autem quarta partibus contenti forent, ſed illorum nemo alias, quam de manu Depoſitariorum dictæ Cameræ ullo modo exigerent, prout in præfatis, & aliis forſan Prædeceſſorum noſtrorum deſuper editis Conſtitutionibus latius continentur.

Hic modo Pontifex iterato quaſcumque pœnas maleficiorum Cameræ applicat.

§.7. Sed quia poſtmodum ſucceſſu temporis nonnulli ex illis, qui in Statu temporali Eccleſiaſtico jus dicunt, varias artes, vel potius fraudes excogitarunt, quibus ſalubria hujuſmodi ſtatuta eluderent, & ſub diverſis prætextibus interdum per ſordes, pretio, aut gratia corrupti, criminoſos manifeſtos, aut impune dimitterent, aut mulctas Cameræ Apoſtolicæ debitas interverterent. Interdum vero illos plus æquo opprimentes, non tamen pœnas ab eis exactas prædictæ Cameræ reſervarunt, ſed turpi lucro inhiantes ſibi contra fas retinuerunt. Nos huic malo mederi, & malitiis quantum cum Domino poſſumus obviare cupientes, ac dictorum Prædeceſſorum exempla imitati auctoritate Apoſtolica decernimus, & declaramus, omnes, & quaſcumque poenas pecuniarias, molctas, & confiſcationes omnium, ſeu cujuſvis partis bonorum, inflictas, & infligendas occaſione cujuſvis criminis, exceſſus, maleficii, delicti, vel quaſi, per quoſcumque Præſides, Rectores, Gubernatores, quavis dignitate, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel alia majori fulgentes, etiam S. R. E. Cardinales, & Sedis prædictæ de Latere Legatos, eorumque Vicelegatos, Locatenen. Commiſſarios, Poteſtates, & Officiales, qui in quibuſvis Provinciis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Villis, & locis noſtræ, & S. R. E. ditioni temporali ſubjectis quomodolibet, juriſdictionem exercent, tum per ſententias, decreta, proceſſus, tum etiam per viam ſupplicationum, remiſſionum, abſolutionum, liberationum, condonationum, compoſitionum, gratiarum, abolitionum, ſeu caſſationum proceſſuum ab ipſis pro tempore conceſſarum, tam ex juris communis diſpoſitione, quam juxta tenorem quarumcumque Apoſtolicarum, aut etiam Ægidianarum Conſtitutionum, & ordinationum, vel ſtatutorum, & conſuetudinum cujuſvis Provinciæ, Civitatis, aut loci particularium, aut in vim ædictorum, decretorum, bannimentorum, ab iiſdem Officialibus, ſeu eorum Anteceſſoribus promulgatorum Cameræ Apoſtolicæ realiter, & cum effectu perpetuo applicatas eſſe, & fore, ipſique Cameræ non autem quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, aut perſonis integre deberi; pœnis dumtaxat ratione damnorum in agris, vineis, poſſeſſionibus, nemoribus, ſilvis, pratis, aut quibuſvis prædiis illatorum exceptis, quæ ſi cui Communitati, aut Univerſitati applicatæ ſunt, quicquam circa eas innovare nequaquam intendimus. Præmiſſa vero omnia locum habere volumus, etiam in iis Terris, Oppidis, Borgis, Caſtris, Villis, & locis, quæ alicujus alterius Civitatis, aut Terræ, Communitati, vel Univerſitati, non autem immediate Romano Pontifici ſubſunt.

Communitatibuſque, & aliis dictas pœnas prætendentibus terminum, ad id proban., & deſuper ſententiam in Camera Apoſtolica obtinen. præfigit, quo elapſo, omnes conceſſiones dictarum pœnarum etiã ex oneroſis titulis eis factas revocat.

§.8. Ceterum volumus, ut quæcumque Communitates, Univerſitates, Collegia, aut perſonæ, etiam Eccleſiaſticæ quavis dignitate fulgentes, aut eorum Magiſtratus, pœnas, compoſitiones, aut mulctas prædictas, ſeu illarum portionem aliquam quovis titulo, etiam oneroſo, occaſione, vel cauſa, etiam juſtiſſima, & pro reparatione, ac refectione, & fabrica, vel conſervatione murorum, pontium, viarum, fontium, aut cujuslibet publici boni, vel Pii loci, Eccleſiæ, aut Hoſpitalis intuitu, aut alias quomodolibet, ſibi deberi, vel applicatas eſſe prætendunt, debeant omnino intra duos menſes a die publicationis præſentium literarum in Romana Curia faciendæ computandos, conceſſiones, & applicationes prædictas, ſuaque jura, & privilegia quæcumque habent in Camera Apoſtolica exhibere, deducere, & allegare; quæ quidem Camera ſi ipſas conceſſiones validas ex oneroſo titulo, vel ex urgentiſſima cauſa factas eſſe cognoverit, & judicaverit, poſſit eas ad tempus quod ipſi Cameræ neceſſarium videbitur, confirmare, ſeu de novo concedere, & ſucceſſive Depoſitario ejuſdem Cameræ in Provincia, ſeu Civitate in qua conceſſio hujuſmodi facta, & approbata fuerit, reſidenti ſpecialiter, & in ſcriptis committere, & mandare, ac ſpeciale mandatum deſuper opportunum relaxare, ut pœnæ ipſæ, mulctæ, & compoſitiones hujuſmodi, earumque pars ipſi Cameræ bene viſa, dictis Communitatibus, & Univerſitatibus, ſeu Collegiis, & perſonis ſolvantur; quas nimirum de manibus Depoſitarii prædicti, & præcedente ſpeciali mandato, nec alias exigere poſſint aut debeant. Revocantes, & annullantes omnes, & quaſcumque conceſſiones, applicationes, & aſſignationes dictarum mulctarum, pœnarum, & compoſitionum, quibuſvis Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, perſonis etiam Eccleſiaſticis, ex titulis etiam oneroſis, aut cauſis prædictis, vel aliis etiam juſtiſſimis factas, quæ intra tempus ſupradictum, ut præfertur in Camera Apoſtolica exhibitæ, & productæ, aut deinde ab eadem Camera approbatæ, & innovatæ non fuerint, etiam ſi ſæpius per literas Apoſtolicas a quibuſcumque Prædeceſſoribus noſtris approbatæ, & innovatæ ſint, ipſæque Communitates, Univerſitates, & Collegia in pacifica quaſi poſſeſſione illas exigendi ab immemorabili tempore exiſtant, & Camera Apoſtolica eas numquam exegerit.

§.9. Di-

Digitized by Google

Officialibus etiam prohibet ne pœnas in eorum ſententiis, edictis, gratiis, & abſolutionibus contentas alteri, quam Cameræ Apoſtolicæ applicent.

§.9. Diſtricte vero interdicimus & prohibemus ne in poſterum quicumque Præſes, Rector, aut Gubernator, quavis etiam Cardinalatus auctoritate, & dignitate præfulgens, aut Sedis prædictæ Legatus, Vice-Legatus, Locumtenens, aut Officialis ex ſupradictis, quovis prætextu, occaſione, vel cauſa, etiam maxime ratinnabili, legitima, juſtiſſima, & urgentiſſima, tam in ſententiis, proceſſibus, decretis, bannis, proclamationibus, edictis, quam in ſupplicationibus, gratiis, remiſſionibus, abſolutionibus, abolitionibus, aut caſſationibus proceſſuum, ab ipſorum quolibet editis, vel edendis, pœnas, mulctas, aut compoſitiones occaſione maleficiorum, vel quaſi, ab ipſis reis perſolvendas in pecunia numerata, vel in bonis mobilibus, immobilibus, aut ſe moventibus, cujuſvis generis, qualitatis, quantitatis etiam minimæ exiſten., in totum, vel in parte etiam minima, alias, quam Cam. Apoſt. prædictæ concedere, aut applicare, vel aſſignare quoquomodo audeant, vel præſumant.

Nec aliis perſonis, quam Depoſitariis ſolvi, neque aliquam eorum partem per Officiales retineri poſſe decernit.

§.10. Quam ob cauſam univerſæ, & ſingulæ pœnæ, mulctæ, & compoſitiones prædictæ non poſſint, nec debeant ullo modo ſolvi, exburſari, tradi, aut conſignari facere in manibus cujuſvis alterius perſonæ, quam Theſaurarii, ſeu Depoſitarii Cameræ prædictæ in qualibet Provincia reſidentis, ſeu ad majorem partium commoditatem in manibus Vicedepoſitarii, ſeu Vicetheſaurarii in qualibet Civitate, & loco deputandi, ſed neque etiam valeant Gubernatores, & Officiales prædicti, etiam S. R. E. Cardinales, aut Fiſci Procuratores, vel accuſatores, propria auctoritate retinere, aut a partibus exigere portionem, aut ratam ex hujuſmodi mulctis ſibi debitam, verum integre, & ſine aliqua diminutione exburſari, tradi, ſolvi, & conſignari debeant in manibus Theſaurarii, Depoſitarii, aut Subſtituti prædicti, ex quorum manibus nec alias, Gubernatores, Officiales, Fiſci Procuratores, & accuſatores eas recipiant.

Contravenientibuſque pœnas imponit.

§.11. Quod ſi, vel pœnas ipſas alias, quam Cam. Apoſt. applicaverint, vel propria auctoritate, & non de manibus prædictis exegerint, tam Gubernatores, Officiales, & alii prædicti etiam S. R. E. Cardinales, quam Procuratores Fiſci, & accuſatores, & ipſorum quilibet contravenientes, officiis per eos obtentis ipſo facto, abſque alia declaratione, aut miniſterio Judicis privati, & ad illa, & alia de cetero obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces exiſtant, & inſuper pœnam trecentorum ſcutorum pro qualibet vice Cam. Apoſt. ſolvendorum, eo ipſo incurrant.

Delinquentibus prohibet, ne aliis quam Depoſitariis pœnas ſolvant, etiam ſi aliter in ſententiis, vel ſupplicationibus eſſet reſcriptum.

§.12. Verum hujuſmodi prohibitionem, & interdictum ita extendimus, ut neque etiam ipſi delinquentes, aut rei, vel alii quicumque contra quos per viam Inquiſitionis, accuſationis, denunciationis, aut querelæ procedi cœptum fuerit, tam ſi condemnati, quam ſi abſoluti extiterint, pœnas, aut mulctas pecuniarias, vel alias res, ad quas ſolvendas in quibuſvis condemnationibus, abſolutionibus, decretis, proceſſuum caſſationibus, ſeu abolitionibus, vel ſupplicationibus, ipſos, aut alios pro eis mulctari contigerit, in alterius, quam Theſaurarii, ſeu Depoſitarii, aut Subſtitutorum prædictorum manibus ſolvere, aut tradere poſſint, vel debeant, etiam ſi in ipſis ſententiis, abſolutionibus, abolitionibus, decretis, aut ſupplicationibus aliter reſcriptum exiſtat. Alioquin ſi in aliorum manibus eas ſolverint, prædictæ ſententiæ, & gratiæ, quoad ea, quæ illorum favorem, & commodum concernent, eo ipſo nullæ, inanes, & irritæ, nulliuſque roboris, vel momenti ſint, & tam ipſi rei, quam qui pro eis ſolverit, qualibet vice pœnam vigintiquinque aureorum incurrant. Contra vero ſi maluerint prædictis Theſaurariis, Depoſitariis, aut eorum Subſtitutis ſolvere, quam eis perſonis, quibus forſan ſolvere juſſi fuerint, bene, & recte ſolviſſe, eorumque gratiæ, abſolutiones, & ſupplicationes integrum, & plenarium effectum ſortitæ cenſeantur, iiſque plene ſuffragentur.

Officiales ſupplicationes ab eis ſignandas Theſaurariis conſignent, & ſupplicantes infra decem dies pœnas ſolvant.

§.13. Mandamus præterea omnibus, & ſingulis Legatis, Gubernatoribus, & aliis Officialibus ſupradictis, ſub pœnis prædictis per inobedientes eo ipſo incurrendis, ut quilibet eorum, cum primum ſupplicationes ſignaverit, & taxaverit, illas in manibus Theſaurarii, vel Depoſitarii, aut Subſtituti hujuſmodi conſignet; a quibus ſupplicantes intra decem dies a die datæ ipſarum ſupplicationum numerandos, ſoluta integre ſumma, & taxa in eis deſcripta, illas exigere omnino teneantur. Alioquin lapſis decem diebus prædictis, gratiæ nullæ, irritæ ipſo facto exiſtant.

Officiales Notariique ſupplicationes in actis referant, & proceſſus ante pœnas ſolutas non caſſent.

§.14. Legati vero, Gubernatores, & alii Officiales prædicti, eorumque Cancellarii, aut Notarii, ſupplicationes ipſas regiſtrare, & in acta referre, proceſſuſve caſſare, vel abolere non præſumant, niſi prius in calce ſupplicationis fidem ſolutionis jam factæ manu dictorum Theſaurarii, Depoſitarii, aut Subſtituti ſubſcriptam viderint; ſecus ſi fecerint, vigintiquinque aureorum, & aliis arbitrio Superiorum imponendis pœnis plectantur.

Officiales, & Barigelli bona, quæ carcerati tempore carcerationis deferebant iiſdem Theſaurariis conſignent, ad effectum hic expreſſum.

§.15. Omnia autem, & ſingula bona mobilia, gemmas, pecunias, & alias res cujuſvis generis, aut qualitatis, quæ perſonæ ex quavis cauſa criminali in carcerem ductæ, tempore carcerationis penes ſe geſtaverint, ac item ea, quæ banniti, condemnati, homicidæ, & latrones tempore quo apprehenduntur penes ſe ſimiliter habuerint (archibuſiis, & aliis offenſivis armis tantum exceptis) ac denique ea, quæ contra prohibitiones, & banna in fraudem deprehenduntur, & capiuntur, ſtatim prædicti Gubernatores, & alii Officiales, eorumque Locatenentes, Barigelli, Executores, Cuſtodes Carcerum, & Cancellarii in manibus eorumdem Theſaurarii, Depoſitarii, aut Subſtituti tradere, & conſignare debeant; alias ipſi Gubernatores, & Officia-

les ducentorum, Barigelli vero executores Cancellarii, & alii prædicti quinquaginta aureorum pœnas qualibet vice incurrant. Quæ quidem bona, pecunias, & res, dicti Theſaurarii, Depoſitarii, aut Subſtituti, depoſiti nomine tamdiu apud ſe conſervent, donec ipſi carcerati abſolvantur, aut veri eorum Domini inveniantur. Quod ſi carceratos condemnari, & veros Dominos intra unius menſis ſpatium a die condemnationis non reperiri contingat, ſint cuncta, & ſingula eo ipſo Cameræ prædictæ appropriata, & applicata, eaque ipſius Cameræ nomine Theſaurarii, Depoſitarii, aut Subſtituti prædicti illa præſcribere, haſtæ ſubiicere, & plus offerenti vendere, & precium eidem Cameræ acceptum ferre teneantur. Mandantes Notariis actuariis Judicum illorum locorum, in quibus Theſaurarii, aut alii Miniſtri ad rationes ejuſdem Cameræ retinendas, pecuniaſque exigendas deputati fuerint, ad hoc, ut de his omnibus emolumentis certa ratio in Camera prædicta reddi, & haberi poſſit, ut librum rationum, & computorum ejuſdem Cameræ proventuum, diſtinctum, & ſeparatum teneant, illumque in Camera annis ſingulis quando eorum computorum quietantia, & ſolidatio, ut moris eſt, fiet, præſentent ad hoc, ut certa de omnibus prædictis haberi ratio poſſit; quod ſi librum prædictum non tenuerint, vel non verum, & integrum, illum ad omnia Cameræ prædictæ damna, & intereſſe, quæ ex præmiſſis pati contigerit, teneri volumus, & mandamus.

In cauſis criminalibus Officiales non poſſint reos abſolvere, aut gratiam eis facere, aut pœnã cõdonare niſi per ſententias aut ſupplicationes, cum adnotatione ſummæ a reis ſolvendæ.

§.16. In omnibus vero cauſis criminalibus, aut civilibus in quibus criminaliter agitur, gravibus, aut levibus, in quibus pœna ordinaria, aut extraordinaria, vel arbitraria, ſeu pecuniaria imponenda veniat, Legati, Gubernatores, Rectores, aut alius quicumque ex ſupradictis Officialibus reos abſolvere, rehabilitare, reſtituere, vel eis gratiam facere, aut pœnam, ejuſve partem aliquam remittere, aut condonare in quantum ipſius jus dicentis auctoritas ſe extendet, non alio modo poſſit, aut debeat, niſi per ſententiam abſolutoriam in cauſis gravioribus, aut per decretum vim abſolutoriæ ſententiæ habens in levioribus, aut per ſupplicationem ab ipſo jus dicente ſignatam. In quibus ſententiis, decretis, & ſupplicationibus teneantur iidem Gubernatores, & alii Officiales adnotare integre totam ſummam pecuniæ, quam a reis ſolvi debere taxaverint, declaraverint, aut damnaverint. Eaque condemnatio, & taxa in pecunia numerata, ut præfertur, in manibus Depoſitarii, Theſaurarii, aut Subſtituti ſolvenda, nec alias, aut in alia re, vel ſpecie fieri debeat. Omnes autem abſolutiones, rehabilitationes, reſtitutiones, remiſſiones, gratiæ, quæ per ſimplicem proceſſus caſſationem, vel abolitionem, aut alio modo, ſive ſententia, ſive decreto, aut ſupplicatione fient, eo ipſo nullæ, invalidæ, ac nullius roboris, vel momenti ſint, & cenſeantur, & quilibet Gubernator, aut Officialis contraveniens, qualibet vice ducentorum aureorum pœnam incurrat.

Fiſcus vel ſaltem Theſaurarius loci citetur in dictis cauſis.

§.17. Quoad ipſas vero ſententias, & decreta, tam mere abſolutorias, & gratioſas, quam mixtas, ſemper antequam ferentur, Procurator Fiſci, aut ejus Subſtitutus, ſi in eo loco reſideat, alias ſaltem Theſaurarius, aut Depoſitarius, vel Subſtitutus prædicti perſonaliter citari debeant; quorum unuſquiſque, ſi eaſdem abſolutiones injuſtas putaverit, debeat in actis proteſtari, & abſque citatione prædicta, ſententiæ, & decreta hujuſmodi ipſo jure nulla, invalida, nulliuſque roboris exiſtant.

Conſuetudines, & ſtatuta quoad pœnas, & cauſas criminales a Paulo IV. & Succeſſoribus ſimpliciter nõ firmata, vel cum clauſulis hic expreſſis, irrita ſint.

§.18. Inſuper omnia, & quæcumque ſtatuta, decreta, conſuetudines, etiam inveterata, & a longiſſimo, atque immemorabili tempore obſervata, cujuſvis Provinciæ, Civitatis, Terræ, aut loci Status noſtri prædicti, de cauſis criminalibus, aut civilibus, in quibus criminaliter agitur, deque pœnis ratione delictorum, aut maleficiorum quorumcumque (damnis in agris illatis tantum exceptis) quomodolibet diſponentia, quæ a fel. record. Paulo Papa Quarto, aliiſque poſt eum uſque ad noſtra tempora, noſtris Prædeceſſoribus, aut a nobiſmet ipſis in ſpecie expreſſe, & nominatim, ac ſimpliciter, pure, abſolute, & abſque aliqua conditione, reſervatione, aut reſtrictiva, confirmata non fuerint, ipſo jure, & in vim præſentis Conſtitutionis antiquata, abrogata, ac irrita, & nulla effecta ſint, & cenſeantur. Ac pariter ea, quæ ab ipſomet Paulo Quarto, & aliis uſque ad noſtri Pontificatus tempora Succeſſoribus, cum aliqua conditione, videlicet, dummodo juſta ſint, & rationabilia, vel juri communi, & rationi non repugnent, vel quatenus ſint in uſu, & Sacris Conciliis, & Canonibus non ſint contraria, vel cum aliis ſimilibus, vel diſſimilibus Clauſulis, & limitationibus, comprobata extiterint, ſimiliter, quoad dictas cauſas, & pœnas, nulla, & irrita decernimus, & declaramus, Ita, ut neque Gubernatores, & ceteri Officiales ſupradicti ea obſervare, aut juxta illa judicare, aut decernere debeant; ipſiſque Officialibus quæcumque juramenta de illis obſervandis præſtita, vel forſan præſtanda, ex nunc eo ipſo relaxamus, eoſque in poſterum ad juramenta hujuſmodi præſtanda adſtringi volumus.

Officiales in cauſis criminalibus primo ſervent Conſtitutiones Apoſt. ſtatuta locorum valide confirmata & Conſtitutiones Marchiæ, & in reliquis banna, & edicta.

§.19. Declarantes, quod in futurum in omnibus Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis Status noſtri prædicti, quicumque Gubernatores, etiam Cardinales, & Legati prædicti, aut alii Officiales, teneantur in primis, & ante omnia, quoad cauſas criminales prædictas, Conſtitutionibus, ordinationibus, & literis Romanorum Pontificum noſtrorum Prædeceſſorum, atque noſtris, & in caſibus in quibus ea nihil diſponunt, Statutis Locorum, ſi, ut præfertur valide, & efficaciter confirmata fuerint, inviolabiliter inhærere, & parere; quod ſi ea valida non extiterint, debeant judicare, procedere, abſolvere, condemnare, & ſententias ferre juxta tenorem Conſtitutionum

Digitized by Google

num Provinciæ Marchiæ a bon. mem. Paulo Papa Tertio ſimiliter Prædeceſſore noſtro, per ejus, ſub data die 10. Menſis Septembris Pontificatus ſui Anno X., expeditas literas confirmatarum, quas Pauli Tertii Prædeceſſoris noſtri literas, per præſentes approbamus, & innovamus. In reliquis vero banna, & edicta in ipſis Provinciis, Civitatibus, & locis pro tempore publicata obſerventur.

Decemque pro centenario ex dictis pœnis, ac de manu Theſaurarii percipere valeant, ubi minor portio non ſit aſſignata.

§.20. Legati autem, Vicelegati, Gubernatores, Locatenen., & alii ſupradicti Officiales, non ultra decem pro centenario ex compoſitionibus, condemnationibus, pœniſque, & mulctis prædictis occaſione maleficiorum, ſeu bannimentorum provenientibus, exigere valeant. Revocantes, & annullantes quæcumque ſuper hoc in contrarium edita, ordinationes, privilegia, indulta, niſi forſan in illis portio minor, quam decem prædictorum aſſignaretur. Nam iis in hac parte nequaquam derogare intendimus, ſed illa potius harum ſerie confirmamus, & innovamus. Ultra vero taxam eorumdem decem pro centenario, a partibus, vel aliis perſonis quicquam emolumenti, aut pecuniæ, quovis prætextu, quæſito colore, vel ingenio, directe, vel indirecte recipere, etiam ſponte oblatum nullo modo præſumant.

Fiſcus etiam vigeſimam, & accuſator quartam partem de manu Theſaurarii percipere poſſint juxta Bullam Pii IV.

§.21. Sed, & Procurator Fiſci, ſi aderit, vigeſima, & Accuſator, ſi intervenerit, quarta parte prædicta, juxta Pii Quarti Prædeceſſoris Conſtitutiones ſuperius expreſſas contenti eſſe debeant, & nihil præterea, vel minimum petant, exigant, aut accipiant; eæque omnes portiones Judicis, Procuratoris, & Accuſatoris ſemper de manu Theſaurarii, aut Depoſitarii, vel Subſtituti, ut præfertur, exburſentur; ipſeque Theſaurarius, Depoſitarius, aut Subſtitutus portiones Procuratorem Fiſci, aut Accuſatorem tangentes, non aliter ſolvant, niſi de expreſſo mandato Gubernatoris, aut Officialis in ſcriptis obtento, quod una cum Chirographo recepti penes ſe retineant.

Theſaurarii nec aliter portiones prædictas ſolvere, nec dictas pœnas in alios uſos exigere poſſint.

§.22. Poſtremo dicti Theſaurarii, Depoſitarii, aut Subſtituti, quamlibet, vel minimam pecuniarum ſummam, ex dictis confiſcationibus, & maleficiis provenientem, etiam de mandato, & juſſione expreſſa dictorum Legatorum, & Gubernatorum, & Officialium, cuiquam perſonæ ſolvere, aut tradere, aut in quoſcumque uſus erogare ullo modo nequeant, præter ſupradictam portionem, & præter impenſas ſolitas [illegible] exercitium, & uſum juſtitiæ neceſſarias, pro quibus ſolvendis qualibet vice mandatum ſpeciale ab ipſis Gubernatoribus, ſeu Officialibus ſubſcribendum, expectent. Quinimmo extra caſus prædictos, nullam pecuniarum ſummam expendere queant, niſi de mandato expreſſo Congregationis Conſultæ negociorum dicti Status, aut S. R. E. Camerarii, vel Generalis Theſaurarii, aut Commiſſarii prædictæ Cameræ; ſi ſecus ſolverint, de ſuo erogaſſe cenſeantur, & in reddendis rationibus, id eis computari nequaquam debeat.

Decretum irritans.

§.23. Decernentes ſic in præmiſſis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.24. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, etiam antiquiſſimis, necnon privilegiis, & indultis, & literis Apoſtolicis quorumcumque tenorum exiſtant, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, & conceſſione, ſpeciali, vel generali, per quam earumdem præſentium effectus impugnari, aut impediri quocumque modo valeat, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris literis mentio ſpecialis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplis hujus Conſtitutionis plena fides adhibeatur.

§.25. Ut autem præſens Conſtitutio perpetuis futuris temporibus obſervetur, neve aliquis ejus ignorantiam prætendere, ſeque excuſare poſſit, volumus, ut ejus exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus adhibeatur fides in judicio, & extra, quæ adhiberetur ipſis originalibus literis, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptū vero, vel ejus compendium in qualibet Civitate publicetur, & in Cancellariis affixum retineatur, & Officiales in ingreſſu ſervare jurent, & in eorum diſceſſu contra eos pro tranſgreſſionibus procedatur.

§.26. Ipſumque tranſumptum in qualibet Civitate, Terra, Oppido, Caſtro, Villa, aut Burgo Status noſtri prædicti, & ut melius intelligatur, ejus compendium ſeu ſummarium vulgari lingua conſcriptum, affigatur, & publicetur. Ac tam ipſius Conſtitutionis, quam ſummarii tranſumptum in Cancellariis criminalibus, & in locis reſidentiæ Gubernatorum, & Officialium affixa perpetuo conſerventur, & in ingreſſu novi Legati, Vicelegati, Gubernatoris, aut cujuslibet Officialis ejus loci Magiſtratus teneatur, ab eo intra biduum de ea obſervanda jusjurandum exigere. In diſceſſu autem, ſeu Syndicatu eorumdem, Legati, Vicelegati, Gubernatoris, & Officialium, non ſolum debeant Procuratores Fiſci, & Theſaurarii, ſeu Depoſitarii, aut Subſtituti nomine Cameræ querelam exhibere, & denunciare contraventiones, & tranſgreſſiones hujus Conſtitutionis, ab iiſdem Gubernatoribus, & Officialibus factas, ſed liceat cuilibet de populo id efficere. Quod ſi ipſis Syndicis, ex rei inſpectione, aut alia legitima probatione conſtiterit de ipſa contraventione, aut tranſgreſſione, teneantur ſub pœna quingentorum aureorum per quemlibet Syndicum inobedientem eo ipſo incurrenda, ad executionem pœnarum in eadem noſtra Conſtitutione contentarum ſine ulla mora, aut dilatione procedere.

Nulli ergo &c.

D. P. An.IV. 15. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quin-

Digitized by Google

gentefimo octuagefimo nono, Idibus Martii, Pontificatus noſtri Auno IV.

CXLV.

Inſtitntio Rotæ in Civitate Maceratenſi, Provinciæ Marchiæ Status Eccleſiaſtici, ad cognoſcendas lites dictæ Provinciæ.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus inſtitutionis.

Romanus Pontifex ſupremi Indicis in Terris Vicarius, inter innnmeras ſibi immi.entes curas, illam propenſori animo amplectitur, per quam omnibus in locis, ſed præſertim in Provinciix ſibi, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjectis, pro Juſtitia unicuique æqua lance adminiſtranda Judices deputantur, & ad id neceſſaria tribunalia eriguntur, & inſtituuntur. Sane, etſi ſemper pro cunctarum Civitatum temporalis noſtro Dominio ſubditarum ſtatu pacifico, tranquillo, ac proſpero, feliciquc regimine cogitaverimus, ad Provinciam tamen noſtram Marchiæ tanto accuratius aciem noſtræ conſiderationis direximus, quanto illam (ex qua originem duximus) propenſiori patriæ amore proſequimur. Et cum in ea etiam pro commoditate illins populorum, unum Tribunal Judicum, Rotam nuncupandum, inſtituere decreviſſemus, nulla alia Nobis commodior occurit Civitas, iu qua id fieri poſſit, quam Civitas Maceraten. quæ alias inſignix exiſtit, & fere in medio dictæ Provinciæ, ac in Territorio fœcundo, & ameno ſita reperitur, ſolitaque Sedes Legatorum exiſtit, celebrique Gymnaſio, duplici Collegio clara, inſignium inſuper Doctorum copioſa, qui experientia, ſcientia, & ordine dicendi, interpretandi, advocandi, patrocinandi eorum particulari ſtudio præcellent.

Erectio Tribunalis Rotæ in Civitate Maceraten. ad deciden. cauſas Provinciæ Marchiæ.

§.1. Hanc igitur cogitationem noſtram ad effectum perducere ſtatuentes, Motu proprio non ad alicujus nobix ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtrix, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in dicta Civitate Maceraten. unum Tribunal Audientiæ cauſarum Rotam nuncupandum, perpetuis futuris temporibus duraturum, quod conſtare debeat quinque Judicibus, Auditoribux nuncupandis. Quatuor videlicet per Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, & alio per Communitatem, & homines dictæ Civitatis Maceraten. eligendis, & deputandis, qui omnes, & ſingulas Anconitan. Firman. Camerinen. Aſculan. Fanen. Æſin. Maceraten., & Montis Alti, earumque juriſdictionum, ceterarumque aliarum dictæ Provinciæ Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, Villarum, & Locorum quorumcumque dictæ Provinciæ immediate ſubjectorum, cauſas, lites, & controverſias civiles, tam profanas, quam Eccleſiaſticas, ac meras, & mixtas, quomodolibet actitandas, necnon etiam criminales (in quibus appellationi locus fuerit) inter Cives, Incolas, Diſtrictuales, Habitatores, Clericos, & Sacerdotes, ac Collegia tam Regularium, quam non Regularium, ac Monaſteria virorum, agricolas quoque, & alios ſubditos ſub dicta Provincia, cognoſcere, decidere, fineque debito terminare, ac judicare poſſint, & debeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Auditores ſint quinque Clerici J. U. D. ab aliquo Collegio laureati, & per quinquenniũ in aliquo publico Gymnaſio legerint.

§.2. Ut autem Tribunal hujuſmodi Conſtitutionibus, & Ordinationibus firmiter obſervandis fulciatur, per quas feliciter regi, & gubernari debeat, ſtatuimus, mandamus, & ordinamus, quod dicti Auditores debeant eſſe Juris utriuſque Doctores excellentes, ac inſignes, uſu, & peritia judicandi præſtantes, Clerici, & non uxorati, & qui in eadem Civitate Maceraten. ſaltem per integri anni ſpatium, cum eorum familiis non habitaverint, necnon ab alio Collegio Doctorum rite, prævio examine ſevero, ad Docturatux lauream promoti fuerint, & per quinquennium, aut in aliquo publico Gymnaſio legerint, aut in locis inſignibus judicandi officio functi fuerint, ac laudabiliter, & cum honore ſe geſſerint.

Officium duret quinquennio.

§.3. Duret eorum officium ad quinquennium, quo elapſo non poſſint iterum eligi, niſi poſt quinquennium a die finiti officii. Præterea volumus, quod dicti Auditores ipſorum officio durante, in eadem Civitate Maceraten., ſeu tota hnjuſmodi Provincia, aliquod aliud officium, ſive publicum, ſive particulare nequeant exercere.

Jurent iſta, & alia Provinciæ ſtatuta ſervare, & juſtitiam omnibus miniſtrare.

§.4. Et poſtquam electi fuerint, in principio, ſeu ante ingreſſum eorum officii, in manibus pro tempore exiſtentium Legati, ſive Vicelegati dicti Provinciæ, vel Gubernatoris ejuſdem Civitatis Maceraten., aſſiſtentibus in hoc Prioribus ipſius Civitatis, jurejurando promittant ſeſe non contraventuros præſentibus ſtatutis, ac Civitatum, Terrarum, & aliorum locorum, necnon proviſionibus, & Conſtitutionibus dictæ Provinciæ Marchiæ, ſed illa (quatenus dicta Apoſtolica auctoritate comprobata licita, honeſta, & in uſu exiſtant, ac Sacris Canonibux, & præſertim Concilii Tridentini decretis, atque Apoſtolicis Conſtitutionibus contraria non ſint) inviolabiliter obſervaturos: Juſtitiamque partibus adminiſtraturos, ſub pœnis in ſtatutis, & proviſionibus dictæ Provinciæ expreſſis, ac in Syndicatu infligendis.

Poteſtas unus ex quinque Auditoribus anno quolibet & ad annum ſorte extrahatur, qui cauſas aliis Auditoribus diſtribuat, &c.

§.5. Inſuper ex eiſdem quinque Auditoribus, quolibet anno, & in principio anni, ſorte extrahatur unus, qui ſit Poteſtas ejuſdem Civitatix Maceraten., & Rotæ Prætor, cum juriſdictione, & terminationibus, ac oneribus, & honoribus, ſalariis, & emolumentis, de quibus infra. Duret autem hujuſmodi Poteſtatis, & Prætoris officium per annum, & eo elapſo, alius ex reliquis Auditoribus ſorte extrahendus in ejus locum ſuccedat. Et nihilominus dicto anno ela-

Digitized by Google

elapſo Auditor remaneat. Idemque Prætor teneatur quandocumque coram Notario Rotali, & duobus teſtibus ad inſtantiam petentis etiam parte non citata, ſorte extrahere ſingulos Auditores ad ſingulas cauſas ſorte educendas, & cauſæ prius extrahantur, & deinde Auditores, dictaque extractio intelligatur facta ſalvis exceptionibus partis, & citra illarum præjudicium. Solus vero Prætor ſit Judex in cauſis pupillorum, viduarum, carceratorum, & miſerabilium perſonarum, etiamſi qualitates ipſorum non eſſent intentatæ, vel ſi non eſſet petitum ſecundum illa procedi, dummodo dictæ cauſæ ſint valoris, vel æſtimationis a centum ſcutis infra, & ſi dictum valorem excedant, adhibeatur in deciſione illarum votum illorum Auditorum, & in cauſa appellationis alius ſorte extrahatur, ſitque dictus Prætor Judex vectigalium, & damnorum datorum, & adaptationis ſtratarum dictæ Provinciæ.

Auditores cauſas Civitatis, & Territorii Maceraten. in ſecunda, & aliis inſtantiis, Provinciæ autem cauſas non executivas, & ſummam ſcutorum centum non excedentes, in prima, & ſecunda inſtantia niſi obſtent locorum privilegia, ac etiã in aliis inſtantiis non obſtantibus dictis privilegiis cognoſcant.

§.6. Statuimus etiam, quod Auditores prædicti cognoſcere debeant omnes, & quaſcumque cauſas cujuſcumque qualitatis, & ſummæ fuerint, Civitatis, ac Territorii, ſeu juriſdictionis Maceraten. in ſecunda, & aliis inſtantiis non autem in prima, quæ coram ſuis Judicibus remaneat, prout hactenus obſervatum fuit, nec quoad cauſas Eccleſiaſticas, ac ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet ſpectantes, quæ in prima inſtantia ad Epiſcopum Maceraten. juxta dicti Concilii decreta pertineant, in ſecunda vero, & aliis inſtantiis ad ipſos Auditores ſpectent. Totius vero Provinciæ cauſæ omnes etiam Eccleſiaſticæ, & ad forum Eccleſiaſticum quomodolibet pertinentes, (dummodo non executive agatur in præjudicium facultatum Auditoris Cameræ Apoſtolicæ) ſummam, & æſtimationem rei, vel facti ſcutorum centum excedentes, poſt primam inſtantiam, quæ apud ſuos Judices pariter remaneat, in ſecunda, & aliis inſtantiis cognoſci debeant a ſupradictis Auditoribus. Cum expreſſa tamen declaratione, quod propterea non ſit, nec cenſeatur eſſe derogatum, ſeu præjudicatum privilegiis, ſeu Indultis Apoſtolicis illarum Civitatum, & locorum, quibus conceſſum eſt, quod cauſæ in ſecunda inſtantia cognoſcantur, & decidantur ab illorum Judicibus, ſeu Præſidibus, nec ad alia loca trahi poſſint. Volumus enim, quod tunc quo ad ſecundam inſtantiam ſit in poteſtate, & voluntate appellantium proſequi dictas cauſas appellationum juxta dicta indulta coram dictis Judicibus, vel coram dicta Rota. In ulterioribus vero inſtantiis coram dicta Rota privative quoad alios Judices, cognoſci debeant, non obſtantibus quoad prædicta debitis privilegiis, & indultis Apoſtolicis, quavis occaſione competentibus Univerſitatibus, & juriſdictionibus dictæ Provinciæ Marchiæ, hactenus conceſſis, & a nobis confirmatis de primis, & ſecundis inſtantiis, quibus per præſentem Rotæ erectionem cenſeatur quoad prædicta derogatum, ac ſi de verbo ad verbum de illis particularis mentio facta fuiſſet ad effectum devolvendi tantum cauſas appellationis ad ipſam Rotam, & non aliunde.

Vota in cauſis danda.

§.7. Habeant dicti Auditores juriſdictionem, & poteſtatem procedendi, cognoſcendi, & decidendi dictas cauſas, ac in illis vota, prout juris eſſe videbitur præſtandi, excepto eo, coram quo pendebit cauſa, qui in cauſis per ipſum proponendis votum non habeat niſi vota eſſent æqualiter diviſa, quo caſu debeat uni parti accedere, & ſic ſemper obtinet illud, quod major pars judicaverit.

Sententiæ proferendæ.

§.8. Sententiæ autem proferri debeant ab illo Auditore, coram quo proceſſus formatus fuerit, in quibus proferendis illud obſervetur, quod illæ ſententiæ, quæ de conſilio, & aſſenſu Coauditorum latæ fuerint, legantur, & alta, & intelligibili voce proferri, & mox Notario cauſæ ſubſcriptæ ab illo, qui eas protulerit tradi debeant, alias ſint ipſo jure nullæ, ita tamen, quod Judices Rotales prædicti in quavis cauſa, etiam a Sede Apoſtolica delegata aliquam definitivam ſententiam non proferant abſque ejus lectura, & publicatione, & ſententia aliter lata etiam de conſenſu partium non valeat, nec jure ſubſiſtat, aut aliquo modo executioni demandari poſſit.

Appellationes, &c. interponendæ a judicibus Provinciæ, & ab ipſis Auditoribus ad Rotam ſalvis locorum privilegiis devolvantur.

§.9. Appellationes quoque, querelæ, & recurſus, nullitates, in integrum reſtitutiones in prædictis cauſis etiam tempore publicationis præſentium noſtrarum literarum quomodolibet pendentes, ab ipſis Auditoribus, ſeu ab aliis quibuſcumque Judicibus dictæ Provinciæ Marchiæ, necnon etiam a prædictarum Civitatum Epiſcopis, eorumque Vicariis, ſeu Locatenentibus, ac etiam ab arbitris, ſeu arbitratoribus conjunctim, vel diviſim interponendæ, porrigendæ, petendæ, ac reſpective quomodolibet proponendæ, (privilegiis tamen, ſeu indultis prædictis, ut præfertur ſemper ſalvis) ad quemcumque interponendæ, ad eoſdem Auditores omnes devolvantur, ac ipſo jure devolutæ eſſe intelligantur, cognoſcantur, ac etiam ſi ad Nos, & Succeſſores noſtros Rom. Pontifices interpoſitæ fuerint, nihilominus per eoſdem Auditores Rotæ cognoſci, & decidi debeant per Judicem extrahendum ſecundum ordinem præſentium, nec aliter, aut alio modo, & ſiant proceſſus coram uno ex eis ſorte extrahendo, excepto eo, coram quo fuit formatus in prima inſtantia, qui licet votum habere debeat in ſecunda, & ulteriori inſtantiis, tamen coram eo proceſſus formari non poſſint.

Auditor cauſæ appellationis, quando det votum.

§.10. Et ſimiliter Judex extractus in ſecunda, & ulteriori inſtantiis, votum non habeat in cauſa, niſi in caſu de quo ſupra.

In cauſis infra ſummam ſcutorum centũ, Auditor ſolus judicat, & ſemel appellatur.

§.11. In cauſis vero ſummam, vel valorem ſcutorum centum non excedentibus, quilibet Auditor ſolus poſſit cauſam cognoſcere, & judicare, cum diſtributione cauſarum per dictum Prætorem pro tempore exiſtentem ſorte facienda. Et in prædictis cauſis liceat ſemel tantum appellare, & cauſam appellationis, etiam quoad Nos, &

Ro-

Google

Romanos Pontifices devolvatur, tamen cognoſci, & decidi poſſit per ipſam Rotam, & per alterum ex prædictis Auditoribus ſimiliter ſorte extrahendum.

Duæ ſententiæ faciant rem judicatã.

§.12. Quæ duæ ſententiæ ſi erunt conformes tranſeant illico ut præfertur, in rem judicatam, & rei judicatæ vim habeant, & ulterius appellare, etiam ad ſummum Pontificem, non liceat. Si vero prædictæ duæ ſententiæ erunt difformes, & contingat appellare, etiam ad ſummum Pontificem, appellatio nihilominus cognoſci, & terminari queat per aliquem ex tribus aliis Auditoribus, qui non judicarunt, ordine tamen de quo ſupra, nec liceat ulterius ad Summum Pontificem appellare.

In cauſis a centum infra ſummarie, & a 50 infra ſummariſſime procedatur, & bis appellari non liceat.

§.13. A ſumma vero, aut valore ſcutorum centum infra, uſque ad ſummam ſcutorum quinquaginta, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta quotidie (meſſibus, & vindemiis, ac aliis temporibus feriatis, & Deo dicatis tamen exceptis) per Auditores prædictos, etiam in eorum domibus ſine extractione, & Coauditorum interventu procedatur, terminatione illarum in Palatio ad eorum Tribunalia reſpective ſine Coauditorum votis facienda, & ſemel tantum appellatio, recurſus, aut querela admittatur. Cauſas inſuper civiles quaslibet quantitatis, ſive valoris ſcutorum quinquaginta infra, ſummariiſſime, brevi manu ſingolis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis, & ſine terminorum obſervatione, & per breves dilationes ad ſummum duas, & etiam, ſi negocium patietur, ſine ſcriptis, quilibet ex Auditoribus Rotæ, etiam ſine extractione aditus audiat, cognoſcat, & terminet, ac ab eorum terminationibus ſemel tantum ad Prætorem dumtaxat appelletur, in caſibus alias non prohibitis appellari ex forma ſtatutorum, ſive Conſtitutionum dictæ Provinciæ.

Cauſæ non appellabiles quomodo cognoſcantur.

§.14. Attamen omnes cauſæ. in quibus de jure appellatio non debet admitti, per omnes Judices ſupradictos conjunctim cognoſcantur, & terminentur; ita tamen, quod coram uno eorumdem ſorte extrahendo procedi poſſit, qui votum, ut ſupra dictum eſt, nullatenus habeat, & ſi inter partes fuerit diſcordia ſuper natura, & qualitate ipſius cauſæ, videlicet utrum appellatio de jure veniat admittenda, necne, prædicti Judices ante omnia ſuper hoc pronuncient, & ab illorum pronunciatione tunc non detur appellatio.

Exceptiones omnes in fine litis reſervatæ cenſeantur.

§.15. Omnes exceptiones juxta formam Conſtitutionis Provinciæ Marchiæ, reſerventur in fine litis, & pro reſervatis habeantur, etiam præſentis Conſtitutionis vigore abſque aliqua Judicis pronunciatione.

Nullitates ſtent cum appellatione.

§.16. Nullitates etiam quæcumque proceſſuum ſive principaliter, ſive incidenter proponendæ, una cum appellatione proponantur. Et nihilominus etiam ſi propoſitæ non fuerint, pro propoſitis intelligantur, & de illis æqualiter cognoſci debeat juxta Conſtitutiones dictæ Provinciæ.

§.17. In cauſis mercedum quarumcumque, ac cibi, & potus, ſinguli Auditores procedendi poteſtatem habeant, & illas manu Regia, prout poſſet Legatus Apoſtolicus a Latere, terminent, & decidant, ac executioni demandent.

In quibus cauſis manu Regia procedatur.

Cauſæ examinentur juxta ſtylum Rom. Curiæ.

§.18. Cauſa ad puncta reducantur, & juxta ſtilum, & morem Rom. Curiæ examinentur, ac decidantur.

Vota rogentur a Notario Rotæ.

§.19. Ut autem vota præſtanda per ſupradictos Auditores facilius præſerventur, & omnibus pateant, Notarius ipſæ Rotæ de eis rogari debeat.

Deciſiones publicentur per Notarium cauſæ.

§.20. Deciſiones autem Rotales non publicentur niſi per manus Notarii cauſæ, a quo diligentiſſime cuſtodiri debeant, ut perpetuis futuris temporibus pro faciliori litium expeditione inveniantur.

Prætor & Auditores rationes in deciſionibus deſcribant.

§.21. Tam autem Prætor, quam alii Auditores, teneantur in cauſis coram eis vertentibus, præſertim ſummam, & valorem ſcutorum centum excedentibus, aut in quibus aliquid fieri petitur ſine certa expreſſione quantitatis, aut ubi probabiles difficultates adeſſe apparebit, rationes, & cauſas, ac motiva, ſeu jura, & allegationes in deciſionibus deſcribere, ac partibus ad effectum ut ſuper eis ab Advocatis conſultari poſſit, tradere teneantur, ſub pœnis arbitrio Syndicorum imponendis ipſis.

Auditoribus adjunctus extra Rotam dari non poſſit.

§.22. Auditoribus in cauſis coram ipſis vertentibus, non poſſit dari adjunctus, qui non ſit de Rota, & ſic aliquo caſu non poſſint Auditores prædicti cum aliquo adjuncto extra Rotam, & qualibet ratione, vel cauſa judicare, alias ſententia quoad impetrantem adjunctum, vel utentem tali reſcripto ſit ipſo jure nulla, ac de tali nullitate ſemper, & quandocumque opponi poſſit, non obſtante quocumque etiam longiſſimi temporis intervallo, & nihilominus Auditores in ſyndicatu teneantur.

Sequeſtra, aſſociationes, &c. quæ decerni poſſit.

§.23. Præterea quilibet ex Auditoribus, proteſtationes quaſcumque, & ſequeſtra, (de jure tamen, aut ex forma Conſtitutionum, ſeu ſtatutorum permiſſa) cum clauſula aſſociationis, quaslibet etiam immiſſiones abſque alia extractione de eis facienda committere poſſit, dummodo prædicta a cauſis coram aliquo extracto indeciſis pendentibus non dependeant, & in talibus cauſis a proteſtationibus, ſequeſtrationibus, & aſſociationibus inchoandis, ſi ulteriori proceſſu egeant, fieri debeat extractio Judicis, & coram eo tunc extrahendo procedatur.

Judicium ſuper abſolutione a juramentis non impediat proceſſus in Rota data cautione, de qua hic.

§.24. Decernimus etiam, quod pendentia judicii ſuper abſolutionibus a juramento, in obligationibus appoſitis uſuraria pravitate, fictione, & ſimulatione, ac dolo coram Judice Eccleſiaſtico, non impediat proceſſum inchoatum, vel inchoandum in Rota ſuper executione inſtrumenti, nec executionem ipſam, præſtita tamen per exequi volentem cautione idonea juxta formam literarum Apoſt. fel. rec. Julii Papæ II. Prædeceſſoris noſtri, quarum literarum vis, & effectus ad alios caſus præmiſſos, & ſimiles extendatur.

Auditor ultimo pronuncians, expen-

§.25. Auditor etiam qui ultimam ſententiam tulerit, expenſas non taxatas taxare,

Digitized by Google

ſas taxet, & tem judicatã in Rota & extra exequi poſſit.

re, & ſententias definitivas, & interlocutorias vim rei judicatæ ſortitas, in Rota, vel extra ipſam per quemcumque etiam ſuperiorem Judicem latas, exequi poſſit, & debeat. Et iſtud etiam ſervetur in eventum, quod aliquis ex Auditoribus prædictis, propter aliquod impedimentum, aut finitum officium deficeret, per Succeſſorem in locum prædictum, ut ſupra vacantem.

Decreta voluntariæ juriſdictionis Auditor ſicut Prætor interponat.

§.26. Decreta voluntariæ juriſdictionis interponendi in Palatio, & extra Palatium, ſi dictis Auditoribus videbitur, & prout fuerint requiſiti, ac dandi, & decernendi Tutores, & Curatores minoribus, ſinguli Auditores, ſicut Prætor, poteſtatem habeant.

Auditores quando inſimul convenire, ſedere, & jus reddere debeant.

§.27. Auditores etiam prædicti, ſingulis diebus convenire debeant, etiam ſi non ſedeatur, ſemel in die pro commoditate litigantium, iis vero diebus, quibus ſedere debent, & jus reddere, ſtatim poſt pulſum Campanæ Rotæ audiant Principales, & Patronos cauſarum, & hora poſt pulſum dictæ Campanæ ſtatim dicti Auditores ſedere debeant per horam cum dimidia ad minus. Ad hæc iidem Auditores jus reddant in aula aſſignanda alternis diebus, videlicet Lunæ, & Mercurii, & Veneris, & ſi non potuerint prædictis diebus jam ordinatis, & ſedeant reliquis diebus, & ſi eſſent duo, vel tres ſucceſſive continui ſeſſorii dies, aut in principio, aut in fine hebdomadæ, exceptis diebus feriatis, & die Sabbati.

Auditores, & Prætor poſt litem motam, & in cauſis coram eis penden. arbitri nomine eligi non poſſint.

§.28. Præterea non poſſit quoquomodo in Prætorem, ſeu Auditores prædictos, vel aliquem ex eis ſub eorum nomine proprio compromitti, vel remitti in cauſis coram eis pendentibus, vel lite mota, quod tamen liceat quando lis non eſt adhuc judicialiter cœpta, & ſi acciderit, quod cauſæ hujuſmodi, ſic ut ſupra compromiſſæ, per laudum, ſive ſententiam a prædictis Auditoribus terminari non poſſint, tunc ille, ſeu illi Auditores qui fuerint arbitri in tali cauſa electi aliquo modo intervenire, ſeu conſenſum, aut votum præſtare non valeant, ſed ſolum alii, qui non fuerunt arbitri cauſam prædictam cognoſcere poſſunt, & judicare, excepto ſemper voto illius, coram quo formatur proceſſus.

Advocare etiam, & conſulere nequeant.

§.29. Et ut fraudibus occurratur, non poſſint Auditores prædicti advocare in Civitate Maceraten., aut conſulere, aut conſiliis aliorum ſe ſubſcribere in aliqua cauſa civili, Eccleſiaſtica, vel criminali, aut cujuſcumque generis, quæ directe, vel indirecte concernat, vel concernere poſſit intereſſe alicujus diſtrictualis, & Provincialis, ſeu Univerſitatis, vel Collegii dictæ Provinciæ Marchiæ, alias ſi mutatis nominibus, vel quomodocumque fuerit huic capitulo contraventum, contraveniens ſtatim amittat officium, & teneatur ad alias pœnas arbitrio Syndicatorum.

Sententias nõ confecto regiſtro ferre non valeant.

§.30. In cauſis etiam in dicta Rota vertentibus, nulla ſententia fieri poſſit, niſi prius confecto regiſtro.

Inhibitiones etiam a Rom. Curia emanatas poſt concluſum in cauſa rejicere poſſint.

§.31. Iidem autem Auditores, cauſas coram eis introductas expedire debeant pro ut de jure, & quaſcumque inhibitiones poſt concluſum in cauſa eis præſentatas a quocumque, etiam a Romana Curia emanatas, reiicere poſſint, & admittere non teneantur.

In caſu impedimenti Auditorum, coram Auditoribus ſurrogatis, procedatur.

§.32. Et ſi contigerit obitus, vel abſentia, aut infirmitas, vel aliud juſtum impedimentum Prætoris, aut alicujus ex Auditoribus per octo dies continuos, vel pauciores, cauſæ coram impedito, vel abſente vertentes, ſtent in ſuſpenſo toto tempore octo dierum, & illis elapſis ulterius procedatur coram ſubrogatis, dummodo acta ſcribantur per Notarios deputatos dicti Judicis infirmi, vel abſentis, aut alias impediti. Et ſi unus ex Collegio abſens, vel impeditus fuerit ut ſupra, coram aliis præſentibus cauſæ agitari poſſint, & Rota ipſa a tribus repræſentetur.

Cauſæ Auditoribus juxta gradum doctoratus ſubrogandis, cõmiſſæ cenſeantur.

§.33. Cauſæ omnes, tam ordinariæ, quam Commiſſariæ, etiam a Sede Apoſtolica ad referendum delegatæ, quæ tempore renovationis Rotæ pendebant indeciſæ, intelligantur novis Auditoribus commiſſæ, qui in Tribunal, & ſeſſionem juxta ordinem, & prioritatem Doctoratus ſucceſſerint.

Auditores, & Prætor ſine licentia Legati, aut Gubernatore abeſſe nequeãt.

§.34. Non liceat autem ipſis Prætori, & Auditoribus abeſſe extra Civitatem Maceraten., & diſtrictum dictæ Provinciæ Marchiæ, niſi cum licentia Legati, Vicelegati, ſeu Gubernatoris legitime obtenta, excepto tempore feriarum propter neceſſitates hominum introductarum, quo tempore abeſſe poſſint per menſem, obtenta tamen prius ſaltem verbo licentia a prædicto Gubernatore, ſeu Vicelegato. Ita tamen, quod ipſorum Auditorum tempore prædictarum feriarum, tres computato Prætore in Civitate Maceraten. continue reſideant, quæ tamen licentia detur juſta præcedente cauſa.

Syndicarique anno quolibet, & in fine officii debeãt.

§.35. Præterea Prætor, & alii quatuor Auditores ſtare debeant in Syndicatu quolibet anno, cum retentione ſalarii infra dicendi, vel debeant præſtare cautiones de Judicio ſiſti, & judicatum ſolvendo in forma depoſiti in cauſa Syndicatus, qui Syndicatus fieri debeat Kalendis Julii cujuslibet anni, & ſucceſſive proſequi, nec aliquo modo, vel cauſa prætermittatur. Et quoniam multi forſan non auderent querelare, cognoſcentes finitum non eſſe eorum officium, ideo nè præcludatur via læſis, in fine quinquennii debeant ſtare Syndicatui de omnibus cauſis, tam ordinariis, & commiſſariis, quam a Sede Apoſtolica delegatis, ac de omnibus geſtis per eos, & eorum quemlibet reſpective, toto tempore eorum officii, exceptis iis de quibus querelatum, & judicatum fuiſſet in aliis Syndicatibus annorum præcedentium eorum officii.

Syndicatoreſque eligantur ut ſic.

§.36. Syndici autem eligantur per Conſilium Credentiæ, & Gubernatorem, ſeu Vicelegatum dictæ Civitatis Maceraten. qui in numero ſint duo Doctores de Conſilio Credentiæ, duo Cauſidici, & addantur duo Mercatores pro majori, & faciliori deciſione cauſarum mercantilium, ſi quæ erunt.

Et

Et contra tales Syndicos ſic electos nulla exceptio, neque etiam incompetentia opponi poſſit.

Condemnati in Syndicatu pœnas hic expreſſas incurrant.

§.37. Et ſiquis de Auditorum numero fuerit condemnatus doli, & fraudis, vel circumventionis, aut impoſturæ, ſeu barattariæ, ſit privatus officio ſuo, teneaturque de damno partis læſæ, & puniatur ſecundum formam Conſtitutionum dictæ Provinciæ.

Syndicandi contra Syndicos ſuſpicionis cauſas proponere, & juſtificare debeant.

§.38. Et ad tollendam omnem dubitationem, Auditores prædicti infra proximum diem a die extractionis, ſive electionis Syndicorum, & intimationis nominum eorumdem, debeant proponere, allegare, & docere coram Prioribus, & Legato, ſive illius Gubernatore prædictis omnes cauſas ſuſpicionis, quas ſingulariter, vel conjunctim habuerint contra aliquem ex prædictis Syndicis, ut ſupra eligendis, quas ipſi juſtificare debeant infra ſex dies tunc proxime futuros, & prædicti Priores una cum Legato, ſive Gubernatore d. Civitatis Maceraten. eas admittere, vel rejicere, aut alias ſuper illis providere, prout juri, æquitati, & honeſtati magis convenire videbitur. quibus ſex diebus durantibus, omnia dicti Syndicatus ſtent in ſuſpenſo, in reliquis autem in Syndicatu prædicto termini, & alia ſubſtantialia, juxta Conſtitutiones dictæ Provinciæ obſerventur.

Prætor ſalarium hic præfinitum percipiat.

§.39. Ut autem habeant dicti Auditores, ac Prætor unde ſuſtentari poſſint, ordinamus, quod ipſe Prætor, qui pro tempore fuerit, pro ſuo ſalario habeat ſcuta triginta monetæ Marchiæ quolibet menſe, & inſuper omnes redditus, proventus, emolumenta, regalia, & proviſiones, quæ juxta ſtatuta dictæ Civitatis, vel ex approbata conſuetudine Prætoribus dictæ Civitatis hactenus præſtari conſueverunt, necnon quartam partem pœnarum maleficiorum, ſeu proventuum ex maleficiis, vel quaſi provenientium Cameræ dictæ Civitatis Maceraten realiter, & cum effectu incorporandorum juxta ſtatuta, & reformationes dictæ Civitatis Maceraten., ac conceſſionem ſuper eiſdem maleficiis, per Piæ me. Pium Papam Quintum etiam Prædeceſſorem noſtrum emanatam, prout hactenus obſervatum fuit.

Auditores ſalarium hic deſignatum habeant.

§.40. Alii vero ſinguli Auditores habeant pro eorum ſalario quolibet menſe pariter ſcuta triginta dictæ monetæ, & in cauſis commiſſariis Apoſtolicis habeant ſportulas juxta formam Conſtitutionum Provinciæ prædictæ. In aliis vero cauſis, pro ſportulis ſolvi debeat unum ſcutum auri pro quolibet centenario æſtimationis cauſæ tractandæ in ſorte principali, uſque ad ſummam mille ſcutorum, quod ſi æſtimatio exceſſerit dictam ſummam in quacumque quantitate, nihilominus non amplius decem ſcutis, juxta modum infraſcriptum diſtribuendis, perſolvi debeat pro minori litigantium diſpendio. Et ſi contingat aliquem, ex Auditoribus, pro inſpectione, & viſione loci, ut facilius, & celerius poſſit cauſas decidere, illuc ſe conferre, ſi in Territorio Civitatis Maceraten. fuerit, habeat equum pro ſe, & famulo, & dimidium ſcuti auri, ſi vero extra, ita quod eadem die redire non poſſit, habeat expenſas victus pro ſe, & famulis, ac equis, ac ſcutum unum auri pro qualibet die.

Salaria prædicta pro tempore ſolum, quo quis officium exercuerit petere poſſit.

§.41. Et ad tollendum omne dubium, ſalarium, ſive publicum ſtipendium prædictum, ipſi Auditores percipere debeant pro eo dumtaxat tempore, quo officium ſuum hujuſmodi exercuerint, ita quod adveniente caſu vel mortis, vel ceſſionis, aut diſceſſus alicujus ipſorum Auditorum, nec ipſe, nec ejus hæredes prætendere, nec petere poſſint hujuſmodi ſalarium, niſi pro tempore, quo officium exercuerint, niſi aliquid forte deberetur pro reſiduo.

Pauperum Advocati, & Procuratores quolibet ſemeſtri a Prætore eligantur, & gratis pro pauperibus ſerviant, & officiū recuſantes, aut negligenter exercentes puniantur.

§.42. Quo vero ad ea, quæ Notarii, & Bajulorum, ſive Curſorum, ſive ſigilli mercedem, laborem, incommodum, & maximas expenſas, & detrimentum reſpiciunt, obſervetur taxa jam conceſſa S. R. E. Camerario. Ulterius Prætor, qui pro tempore erit, facere debeat imburſationem omnium nominum Cauſidicorum, & Advocatorum publice exercentium in Civitate Maceraten. officium Procuratoris, & Advocati, & duas burſas retinere, in quibus erunt brevia nominum predictorum, ſtareque debeant pœnes dictum Prætorem, qui quolibet ſemeſtre, & in principio ſemeſtris, coram duobus teſtibus, & ſuo Notario ſorte extrahat duo ex nominibus imburſatis, quorum nomina ſorte extrahantur pro ſemeſtre immediate tunc ſequuturo, qui ſint, & appellari debeant Advocatus, & Procurator pauperum reſpective, & teneantur ſingulis diebus requiſiti, coram quibuſcumque Judicibus gratis, & amore Dei pro pauperibus, & miſerabilibus intercedere, & poſtulare, nec poſſint aliquid percipere, vel acceptare per ſe, vel alium, ſeu alios etiam a ſponte dare volentibus, niſi fuerint eſculeota, & poculeota, quæ triduo conſumi poſſint, & ſi quis extractus pauperum patrocinium abſque cauſa legitima recuſaverit, vel ſe negligenter geſſerit, impietatis nota afficiatur, & extraordioarie arbitrio pro tempore exiſtentis Legati, ſive Gubernatoris, aut Prætoris Rotæ puniatur.

Cauſæ ſolum per reſcripta propria manu Papæ ſignata, aut de conſenſu partium avocari poſſint.

§.43. Poſtremo mandamus, quod cauſæ ſemel in dicta Rota introductæ, quovis modo, niſi per Nos, & Succeſſores noſtros Rom. Pont. pro tempore exiſtentes, ac in vim commiſſionis per Nos, & eoſdem Succeſſores noſtros, noſtra, vel eorum propria manu, ſeu de mandato, vel in præſentia noſtris ſignatæ, niſi de utriuſque partis conſenſu avocari nequeant. Nec Prætor, vel Auditores prædicti inhibitionibus, ſeu mandatis, eis vigore commiſſionum aliter, quam ut præfertur ſignatarum, præſentatis, etiam vigore cujuſcumque ſententiæ, ac ſub cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis parere teneatur, & ob non paritionem inhibitionibus, & aliis prædictis aliquam pœnam minime incurrant.

§.44. Eiſdem quoque, pro tempore exi-

Digitized by Google

Privilegia Auditorum Rotæ Bonon. Auditoribus hujus Rotæ conceduntur.

exiſtentibus Rotæ hujuſmodi Auditoribus, ac Prætori, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, conceſſionibus, & gratiis, etiam circa auctoritatem judicandi, votandi, ſententiandi, ſequeſtrandi, & mandata decernendi, reponendi, reſtituendi, Apoſtolos concedendi, relaxandi, inhibendi, citandi, etiam ſub cenſuris declarandi, aggravandi, reaggravandi, auxiliumque brachii ſecularis invocandi, omnibuſque aliis, & ſingulis facultatibus, & auctoritatibus, quibus ſimiles Rotæ Bononien. Auditores utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent (præterquam in his, quæ præſentibus, aut aliis noſtris literis aliter diſpoſita reperiuntur) pariſormiter uti, frui potiri, & gaudere omni tempore valeant concedimus, & indulgemus.

Exemptioque ab omnibus datiis &c.

§.45. Et ulterius, ut pro tempore exiſtentes Prætor, & Auditores, eorum officio durante a quibuſvis gabellis, & datiis tam impoſitis, quam noviter, & in futurum quavis de cauſa imponendis, liberi, immunes, & exempti eſſe debeant pariter concedimus, & indulgemus.

Ordinationes iſtæ corrigi, & mutari poſſint, ut hic.

§.46. Præterea Congregationi Collegiorum Doctorum Curialium d. Provinciæ, & ipſius Civitatis Maceraten., & cum interventu moderni, ac pro tempore exiſtentis ejuſdem Civitatis Maceraten. Gubernatoris, ſeu Provinciæ prædictæ Legati, ſeu Vicelegati, necnon Priorum dictæ Civitatis Maceraten. quandocumque, pro perſonarum, temporum, & locorum qualitate expedire melius videbitur, ſupradicta ſtatuta, Conſtitutiones, & ordinationes mutare, revocare, & alterare, ac alia de novo (licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, necnon dicti Concilii decretis minime contraria, per Nos tamen, & Succeſſores noſtros confirmanda) illorum loco facere, ſtatuere, & ordinare poſſint, & valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Locum poſt Locumtenentes Legati, aut Gubernatoris, eiſdem Auditoribus conceditur.

§.47. Ac, ut omnis dubitationis, & diſſenſionis occaſio inter dictos Auditores, & alios quoad præcedentias, & publicæ ſeſſionis, vel incedendi loca adimatur, habeant dicti Auditores tam incedendo, quam ſedendo, immediatum locum poſt Locatenentes Legati, ſeu Vicelegati, aut Gubernatoris dictæ Provinciæ, & Civitatis Maceraten.

Sportularum maſſa modo hic expreſſo fieri debeat.

§.48. Demum, pro commodiori exactionis ſportularum cauſatum ordinariarum hujuſmodi commoditate, unum Depoſitarium in eadem Civitate Maceraten. ad arbitrium dicti Gubernatoris, ſeu Legati, vel Vicelegati eligendum, qui ſportulas, prout ſupra exigere, & conſervare debeat, ad hoc, ut ex illis una maſſa communis Conſtituatur, cujus medietas in ſolutionem ſtipendiorum Prætoris, & Auditorum convertatur, ultra ſupradictum ſtipendium deſuper conſtitutum ſcutorum triginta pro quolibet Auditore, & altera medietas Communitati, & hominibus d. Civitatis Macer. cedat, videlicet pro expenſis domus Rotalis, & eorum Auditorum conſtituimus, & deputamus.

Protector Rotæ deputatio.

§.49. Ceterum dilectum filium noſtrum Henricum tt. S. Pudentianæ Presbyterum Cardinalem Caetanum nuncupatum modernum, & pro tempore exiſtentem S.R.E. Camerarium in dictæ Rotæ, & ejus Auditorum, eorumque jurium, & privilegiorum, ac indultorum quorumcumque Protectorem, cum omnimoda facultate, & auctoritate omnia, & ſingula, quæ ad Prætoris officium quomodolibet de jure, vel conſuetudine ſpectant, & pertinent, & quæ alii ſimiles S. R. E. Cardinales protectores facere, & exercere poſſunt, & conſueverunt, faciendi, dicendi, & exercendi dicta auctoritate perpetuo, etiam conſtituimus, & deputamus.

Clauſulæ præſervativæ hujus erectionis Rotæ.

§.50. Decernentes præſentes literas, ex quacumque cauſa nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, ſive eas infringi, invalidari, ſeu revocari poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, necnon inviolabiliter perpetuo obſervare.

Decretum irritans.

§.51. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam ejuſdem Palatii noſtri Apoſtolici cauſarum Auditores, & ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſeu Vicelegatos, aut Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, & Clericos, vel quoſvis alios, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique locorum judicari, definiri, & interpretari debere, irritum quoque, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Officiales Status Eccleſiaſtici mandata dictæ Rotæ exequi faciant.

§.52. Ac mandantes omnibus, & ſingulis totius Status noſtri Eccleſiaſtici prædicti Gubernatoribus, Poteſtatibus, & eorum Locatenentibus, Legatis, Vicelegatis, necnon venerabilibus fratribus noſtris, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, & quoties ſuper hoc fuerint requiſiti, ſententias, decreta, ſtatuta, ſequeſtra, mandata, exequutoriales literas, remiſſoriales, citationes, & alia a dicta Rota, & ejus Auditoribus emananda pro tempore, omnibus opportunis remediis exequutioni demandari faciant realiter, & cum effectu prout opus fuerit, & eis commiſſum extiterit.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.53. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam dictæ Provinciæ, & hujuſmodi Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, Villarum, & locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate, alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, legibus, etiam municipalibus, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam eiſdem Provinciæ Civitatibus, Oppidis, Terris, Ca-

Caſtris, Villis, & locis, eorumque Communitatibus, Univerſitatibus, juriſdictionibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Officialibus, & incolis, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, acſi de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præſentibus, pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus derogamus, & derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo &c.

D.P. An.IV. 15. Martii. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Idibus Martii, Pontificatus noſtri Anno IV.

Sequitur tenor Conſtitutionis circa erectionem, & conceſſionem Notariatuum, & Curſoratuum Rotæ.

SIXTUS EPISCOPUS.

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. IN ſuprema Iuſtitiæ Sede, & poteſtatis plenitudine a Domino conſtituti, ad ea libenter intendimus, per quæ acta cauſarum quarumlibet a perſonis idoneis in omnibus Tribunalibus, & præſertim a Nobis erectis, & inſtitutis, fideliter, & diligenter, cum litigantium commodo adnotentur.

Compendium præcedentis Conſtitutionis. §.1. Cum itaque Nos nuper ex certis rationabilibus cauſis in Civitate noſtra Maceraten. unum Tribunal Audientiæ cauſarum Rotam nuncupatum, perpetuis futuris temporibus duraturum, quinque Iudicum Iuris utriuſque Doctorum excellentium, uſuque, & peritia judicandi præſtantium, qui omnes, & ſingulas totius Provinciæ Marchiæ, ac ſub illa comprehenſorum, illique immediate ſubiectorum Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & locorum, illorumque habitatorum, & incolarum cauſas, & lites, ac controverſias civiles, tam prophanas, quam Eccleſiaſticas, ac meras, & mixtas quomodolibet actitandas, necnon etiam criminales in quibus appellationi locus foret, inter cives, incolas, diſtrictuales, Clericos, & Sacerdotes, ac Collegia, tam ſecularium, quam regularium, necnon Monaſteria virorum, agricolas quoque, & alios ſubditos, ſub dicta Provincia, tam in prima in diœceſi, & juriſdictione Maceraten., quam in ſecunda, & ulterioribus inſtantiis, in cauſis appellationum totius Provinciæ hujuſmodi, cognoſcere, decidere, fineque debito terminare, ac judicare poſſent, & deberent, Apoſtolica auctoritate, Motu proprio perpetuo erexerimus, & inſtituerimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur.

Erectio Officiorum quinque Notariorum, unius ſcilicet pro quolibet Auditore d. Rotæ. §.2. Nos erectionem, & inſtitutionem hujuſmodi ad effectum perducere ſtatuentes, ac operæ precium eſſe reputantes, quo dictum Tribunal magis proſpere dirigatur, ac æquitati, & publicæ commoditati, utilitatique ſalubrius conſulatur, providere volentes, Motu ſimili, non ad alicujus Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtris, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, unum prædictum Tribunalis Notariatus Officium a quinq. æque idoneis Notariis exercendum, uno ſcilicet pro quolibet Auditore, & Prætore, quod pro tempore obtinens omnium, & ſingularum cauſarum, litium, & controverſiarum civilium, tam prophanarum, quam Eccleſiaſticarum, ac merarum, & mixtarum, coram ipſis Auditoribus pro tempore actitandarum, ac ab ipſis decidendarum, etiam omnium ſententiarum, tam definitivarum, quam interlocutoriarum, ac decretorum, etiam vim definitivarum ſententiarum habentium, ac denique quorumcumque actorum, inſtrumentorum, ſcripturarum, conceſſionum, gratiarum, privilegiorum, facultatum, & executionum, in præmiſſorum executionem, aut alias deſuper faciendorum, & quorumvis aliorum ab eiſdem Auditoribus tractandorum, definiendorum, decidendorum, & agendorum, ſigillo tamen ſolius Prætoris, ſeu poteſtatis ipſius Tribunalis ſigillandorum, verus, & ſolus Notarius exiſtat.

Erectio officiorum octo Curſorum ad citandum &c. in cauſis dictæ Rotæ. §.3. Necnon octo Curſoriatus officia ejuſdem Tribunalis, qui omnes, & ſingulas perſonas, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, & excellentiæ exiſtentes, prout opportunum fuerit, citare, eiſque intimare, & inhibere, ac quoſcumque alios actus, ac Curſores, & Mandatarios Civitatis noſtræ Bonon. de jure, uſu, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet ſpectantes, & pertinentes facere, gerere, & exercere libere, ac licite valeant, Apoſt. auctoritate prædicta tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Conceſſio dictorum omnium Officiorum, Communitati Maceraten. §.4. Illaque ſic erecta, & inſtituta, dilectis filiis Communitatibus, & hominibus prædictæ Civitatis Maceraten. qui propter urgentes, quibus hoc tempore premimur neceſſitates, ſummam quatuor millium ſcutorum monetæ ad rationem decem juliorum pro quolibet hujuſmodi ſcuto realiter perſolverunt, & cuilibet ex Auditoribus prædictis ſalarium menſtruum triginta ſcutorum perſolvere promiſerunt, cum omnibus, & ſingulis illorum ſcripturis, honoribus, oneribus, ſalariis, privilegiis, prærogativis, & emolumentis conſuetis, Apoſtolica auctoritate prædicta, etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Ita

Ita quod liceat Communitati, & hominibus prædictis, Officia prædicta per ſubſtitutos idoneos, ad eorum nutum ponendos, & amovendos, exerceri facere, aut illa perſonis ſibi beneviſis vendere, & alienare, ſeu ad vitam, vel ad tempus locare, diſlocare, arrendare, ad firmam dare, necnon de illis tamquam de re ſua propria diſponere, & ordinare, illorumque jura, pertinentias, obventiones, & emolumenta per dilectum filium noſtrum Henricum tit. Sanctæ Pudentianæ Presbyterum Card. Caetanum nuncupatum S. R. E. Camerarium taxanda, & moderanda, percipere, exigere, & levare, ac in ſolutionem dicti ſalarii menſtrui omnino convertere.

Cõceſſio omnium privilegiorum conceſſorum Notariis, & Curſoribus Rotæ Bononien.

§.5. Decernentes, quod Communitas & homines prædicti, dictaque Officia pro tempore obtinentes, & exercentes omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, facultatibus, prærogativis, honoribus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus Notarii cauſarum Rotæ Bononien. Auditorum, & prædicti illius Curſores de jure, conſuetudine, vel privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uſi fuerunt, utique frui, potiri, & gaudere poſſint, & poterunt, quomodolibet in futurum pariformiter, & æque principaliter, ac ſine ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere, illiſque (quod nullus alius Notarius ſententias, acta ſive ſcripturas aliquas, coram dictis Prætore, & Auditoribus in cauſis prædictis, & alia quomodolibet actitandis) rogare ſcribere, & ſubſcribere valeat ſub pœna nullitatis ſententiarum, & ſcripturarum hujuſmodi.

Conceſſio facultatis per ſe, vel alium dicta officia exercendi.

§.6. Inſuper, quod Officia prædicta obtinentes, illa per ſe, vel idoneos ſubſtitutos ab eis ponendos, & amovendos, exercere poſſint, & valeant, eiſdem auctoritate, & tenore indulgemus.

Obligatio bonorum Cameræ Apoſtolicæ pro obſervatione præmiſſorum.

§.7. Præterea pro Communitatis, & hominum prædictorum ſecuritate, & cautela, ac præmiſſorum omnium obſervatione, & exequutione, nomine, & loco damnorum, & intereſſe, quæ prædictam Civitatem pati, aut ſentire poſſe contigerit, omnia, & ſingula ejuſdem Cameræ jura, res, & bona, tam præſentia, quam futura, nedum generaliter, verum etiam ſpecialiter, & expreſſe, ac ampliſſime obligamus, & hypothecamus. Decernentes Cameram prædictam omnino teneri, & obligatam eſſe Communitatem, & homines, ac pro tempore officia hujuſmodi obtinentes, in quieta, & pacifica illorum poſſeſſione defendere, & manutenere, præſenteſque ad probandum plene quod eadem ſumma in noſtram, & Sedis Apoſtolicæ, ac Ipſius Cameræ ſubventionem converſa fuerit, aliaque præmiſſa ubique, tam in judicio, quam extra illud ſufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri.

Clauſulæ præſervativæ.

§.8. Necnon eaſdem præſentes nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, vel impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retractari poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, per quaſcumque literas, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſt. Regulas, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Rom. Pont. etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, necnon ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis pro tempore factis, & conceſſis comprehendi, ſed ſemper ab illis excepta necnon quoties illas revocari, vel limitari, aut ſuſpendi, ſeu eis in aliquo derogari contigerit, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum, etiam ſub poſteriori data reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & cenſeri.

Decretum irritans.

§.9. Irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§.10. Quocirca dicto Henrico Cardinali, & pro tempore exiſtenti Camerario, ac Venerabili fratri noſtro Petro Epiſcopo Spoletan. Officiorum Rom. Curiæ, & Status Eccl. Præſidenti, ac dilecto filio noſtro cauſarum Cur. Cam. Apoſtolicæ generali Auditori, motu pari, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, ac eiſdem Communitati, & hominibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi debitæ exequutioni demandent, ac demandari, necnon ab omnibus, quos illæ concernunt inviolabiliter perpetuo obſervari faciant, mandent, atque procurent. Nos permittentes Communitatem, & homines prædictos, atque officia hujuſmodi pro tempore obtinentes, ſeu exercentes, deſuper per quoſcumque contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, & alias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatis Maceraten., & Provinciæ prædictarum juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Civitati Maceraten. & Provinciæ hujuſmodi, ac quibuſvis aliis ſuperio-

ribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac conſiſtorialiter, necnon de fratrum noſtrorum conſilio, & unanimi aſſenſu, ac alias quomodolibet, & quandocumque etiam pluries in contrarium forſan conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe motu ſimili derogamus, & ſufficienter derogatum eſſe volumus, decernimus, & declaramus: contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſt. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo &c. Si quis &c.

D. P. An. IV. 22. Martii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo octavo 11. Kalen. Aprilis Pont. noſtri Anno IV.

CXLVI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Erectio Monaſterii S. Adriani de Urbe pro Ordine Fratrum Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum cum conceſſione omnium gratiarum, & Indultorum quibus alii Fratres aliorum Monaſteriorum dicti Ordinis gaudent.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Redemptionis opus Fidei Chriſtianæ utiliſſimum.

CUM ex omnibus Chriſtianæ charitatis officiis quibus æterna ſalus gratiam Dei comparatur, illa Redemptori Noſtro Jeſu Chriſto vel maxime placere credamus, per quæ infelices captivi a tetra impiorum ſervitute revocantur, primum, & ſalutiferum propoſitum dilectorum filiorum fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede redemptionis Captivorum, qui huic operi ex eorum primævo Inſtituto jugiter intendunt promovere cupientes ea illis loca in Urbe noſtra libenter concedimus, & aſſignamus, in quibus ipſi Altiſſimo famulari divinamque opem ad eam rem perficien. aſſidue implorare poſſint.

Eccleſia S. Adriani Fratribus de Mercede conceſſa ſalvis juribus Cardinalis Titularis.

§. 1. Motu itaque proprio non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera liberalitate, ac certa ſcientia noſtris, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, uſum Eccleſiæ S. Adriani de Urbe prædicta, quæ denominatio Diaconi Cardinalis exiſtit, cui dilectus filius noſter Auguſtinus ejuſdem S. Adriani Diaconus Cardinalis Cuſanus nuncupatus præeſt, & in qua nunquam fere Divinum Officium celebratur, cum Domo illi adhærente, ac ſitu ad ipſam Eccleſiam pertinente de ipſius Auguſtini Cardinalis expreſſo conſenſu, & ſalvis eidem Auguſtino Cardinali, & pro tempore exiſtenti Diacono Cardinali ipſius Sancti Adriani titulo, ac omnibus, & ſingulis ejuſdem Eccleſiæ S. Adriani bonis, proprietatibus, Juribus, actionibus, fructibus, redditibus, & proventibus, quos dictus Auguſtinus Cardinalis, ſuique ſucceſſores S. Adriani Diaconi Cardinales cum integritate, & abſque aliquo onere, ſeu contributione percipere poſſint, & debeant, necnon collatione, & quavis alia diſpoſitione, ſeu jure conferendi dictæ Eccleſiæ Canonicatus, & Præbendas, ac alia Beneficia ad pro tempore exiſtentem Diaconum Cardinalem Sancti Adriani ſpectantia, & pertinentia pro tempore vacantia, eidem Ordini pro una Domo, ſeu Monaſterio Ordinis prædicti inibi cum conſenſu Clauſtro, Dormitorio, Refectorio. Cellulis, hortis, hortalitiis, aliiſque officinis, & fabricis neceſſariis pro competenti habitatione Fratrum dicti Ordinis, qui eidem Eccleſiæ in divinis deſervire, & omnia onera illi incumbentia perferre, etiam abſque eo, quod aliquid pro eorum alimentis, aut aliis neceſſariis ab ipſo Auguſtino Cardinale, aut pro tempore exiſtente Diacono Cardinali S. Adriani hujuſmodi petere, aut habere poſſint, & ſtatu ſeculari ejuſdem Diaconiæ tam quoad ipſum Auguſtinum, & qui pro tempore fuerit Diaconus Cardinalis, quam quoad Canonicos prædictos, quorum jura, & prærogativæ nunc, & pro tempore ſemper illæſa remaneant in aliquo non mutato, ſed illo quoad præmiſſa ſemper firmo, & ſalvo remanente Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, perpetuo concedimus, & aſſignamus, ipſumque Monaſterium ſic conſtruendum, & ædificandum ex nunc, prout ex tunc, & e contra poſtquam conſtructum, & ædificatum fuerit in Monaſterium dicti Ordinis ſine alicujus præjudicio erigimus, & inſtituimus, ita, quod liceat dilectis filiis Magiſtro Generali Franciſco de Salazar, ac ejus Vicario, ſeu Procuratori Generali Franciſco de Torres Fratri dicti Ordinis uſus dictæ Eccleſiæ corporalem poſſeſſionem propria auctoritate libere apprehendere, & perpetuo retinere, nullius adhuc requiſita licentia, ipſique fratres a Monaſterio Eccleſiæ, ambitu, & ſitu prædictis per Titularem pro tempore exiſtentem, ſeu Canonicos dictæ Eccleſiæ, aut quoſvis alios quovis prætextu, ſeu cauſa, vel occaſione moveri nunquam poſſint.

Fratres hujuſce erigendi Conventus facti participes

§. 2. Ipſiſque Fratribus, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, ante-

Privilegiorũ alíis ejuſdem Ordinis Conventibus cõpetentium.

antelationibus, gratiis, indultis, Indulgentiis etiam plenariis, peccatorum remiſſionibus, aliiſque gratiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, & alias quomodolibet nuncupat., quibus alii Fratres aliorum Monaſteriorum dicti Ordinis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, pariformiter, uti, potiri, & gaudere valeant indulgemus.

Clauſulæ pro hujus Conſtitutionis firmitate, & obſervantia.

§.3. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu etiam ex eo, quod intereſſe habentes vocati non ſuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari poſſe; ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis aucturitate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deſignatur ejuſdem Exequtor.

§.4. Quocirca dilectis filiis noſtro in alma Urbe, & ejus diſtrictu in ſpiritualibus Vicario, & Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicę Auditori generalibus motu ſimili per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Magiſtri fuerint requiſiti, ſolemniter publicent, & faciant eoſdem fratres præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium tenorem pacifice frui, & gaudere, nec permittant eos deſuper a quoquam quomodolibet moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcen., invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus noſtra de unionibus committendis vocatis, quorum intereſt, ac exprimendo vero valore, ac Lateranen. Concilii noviſſimæ celebrati uniones perpetuas niſi in caſibus a jure præmiſſis fieri prohibentis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Eccleſiæ, ac Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Aprilis 1589. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die octava Aprilis 5589. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXLVI.

Ut electio Provincialis, & aliorum Officialium Ordinis Fratrum Prædicatorum in Provincia *del Perù* Indiarum fiat juxta Concilii Tridentini Decreta.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ edendæ Conſtitutionis.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus *della Lerna* Ordinis Fratrum Prædicatorum Provinciæ Sancti Joannis Baptiſtæ *del Perù* Indiarum Occidentalium Procurator Generalis, quod hæc juxta formam Decretorum Concilii Tridentini electiones Superiorum cum libertate fieri debeant; Nihilominus dilectus filius Generalis dicti Ordinis miſit quaſdam literas ad dictam Provinciam, ad effectum ut electio futuri Provincialis fiat ſignanter in favorem unius Religioſi a qua excludentur ceteri, & tollitur Electoribus Capituli Provincialis dictæ Provinciæ facultas eligendi perſonam ad id idoneam, & benemeritam in maximum dictæ Provinciæ detrimentum, & notorium gravamen.

Decretum, de quo in rubrica.

§.2. Nos itaque hujuſmodi incommodis pro debito Paſtoralis Officii occurrere cupientes, decernimus in ſupradicta Provincia Sancti Joannis Baptiſtæ *del Perù* in electionibus Priorum tam Conventualium, quam Provincialium, & aliorum Prælatorum, & Superiorum dicti Ordinis, Decreta Concilii Tridentini inviolabiliter obſervari debere, ac propterea quæcumque ſecus facta a quovis Superiore, etiam Generali, ſeu Vicario, Viſitatore, aut dicti Ordinis Vicario in favorem Provincialis nominati, vel nominandi, vel impoſterum facienda, ſint irrita, & inania, & qui ad hunc effectum contra tenorem Decretorum ejuſdem Concilii ſe in Provincialem creari permiſerit, tanquam non legitime electum declaramus, ac electiones tam Provincialis, quam aliorum Prælatorum pro tempore faciendas liberas eſſe debere juxta dicti Concilii Decreta, volumus, & ſtatuimus.

Clauſula derogatoria.

§.3. Non obſtantibus dictis literis, ac aliis quibuſcumque in contrarium facien.

Fides tranſumptis danda.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c. etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Aprilis 1589. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Aprilis 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

Con-

Digitized by Google

CXLVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatin Statoıorum, & Privilegiorum Ordiuis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INter præcipuas noſtræ ſollicitndinis partes, illud unum ſemper eoixe providere coramus, ut Regulares perſonæ non ſolum juxta laudabilia earum Inſtituta ita Deo Salvatori noſtro famulentur, ut aliis exemplo eſſe poſſint, ſed etiam, ut taliter muunitæ, & ſuffultæ privilegiis, & externis adjumentis exiſtant, ut in earum fervore propter temporalia minime tepeſcere cogantur, aut alias perturbari, & inquietari ullatenus poſſint. Ad quod eo promptius erga Ordinem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum in Regnis Hiſpaniarum primitus erectum faciendum inducimur, quod ejuſdem Ordinis profeſſores ita eximio ſunt charitatis zelo ſuccenſi in proximorum ſalute, vita, ac libertate procuranda, ut ſe ſe in pretium, & pignus pro Chriſtifidelibus a Saracenorum miſera ſervitute redimendis, & liberandis tradere, ac mancipare cum neceſſe fuerit, non vereantur.

Nonnulli Pontifices leges pro hoc Ordine ſanxerunt, & aliqua Privilegia eidem conceſſerunt.

§.1. Sane cum pridem Nos ad tollendas nonnullas in hac Religione controverſias certam formam pro Capituli, ac Magiſtri Generalis celebratione, ac electione facienda ordinaverimus, & ſtatuerimus: Ac ſicut pro parte dilectorum filiorum Franciſci de Salazar Generalis Magiſtri, ac Franciſci de Torres Procuratoris dicti Ordinis, ac Vicarii Generalis Nobis expoſitum fuit pro ejuſdem Ordinis directione, & propagatione juxta temporum qualitatem, ac exigentiam novæ quædam reformationes, & Decreta tam de loco Capituli Generalis, quam de Vocalium electorum, & Diffinitorum auctoritate, ac aliorum dicti Ordinis Superiorum officio juxta fe: re: Pii V., & Gregorii XIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac nuſtras literas præfatas facta, ac ſancita fuerint: Inſuper a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris eidem Ordini plura privilegia, & gratiæ tam ſpirituales, quam temporales conceſſa, confirmata, ac innovata fuerint, Nobis humiliter ſupplicatum fuit, ut præmiſſa omnia confirmare, ac eis robur adiicere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Sixtus P. hujuſmodi leges

§.2. Nos honeſtis, ac piis ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, ac eoſdem Generalem, Procuratorem, Provinciales, Superiores, ac Fratres dicti Ordinis a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon Decretorum prædictorum, reformationum, indultorum, privilegiorum, gratiarum, literarum etiam ſingularum teoores, pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum ioſertis habentes, Conſtitutiones, ordinationes, reformationes, proviſiones, ac decreta electionem, auctoritatem, poteſtatem, Officium Magiſtri Generalis, Electorum, Diffinitorum, Vocalium, Priorum, Fratrum, ac aliorum ſub dicta Regula, & Inſtitutis degentium directionem, gubernationem, curam, & adminiſtrationem, viſitationem, correctionem quomodolibet in genere, vel in ſpecie concernentia, quatenus licita, & honeſta, ac Sacris Canonibus non contraria, ac ad formam Tridentinæ Synodi ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbamus, confirmamus, ac ab omnibus in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis, & aliarum pœnarum pro arbitrio Magiſtri Generalis pro tempore exiſtentis incurſu obſervari, ac inviolabiliter cuſtodiri mandamus. Supplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumque quomodolibet omiſſarum defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem.

Et Privilegia confirmat.

§.3. Necnon omnia, & ſingula privilegia, Immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, aotelationes, favores, præeminentias, Indulta, liceotias, ſtatioues, declarationes, facultates, conceſſiones, Indulgentias etiam pleoarias, ac peccatorum remiſſiones, & relaxationes, aliaſque gratias ſpirituales, & temporales Ordini prædicto, ac ſingulis illius Monaſteriis, Prioratibus, ac aliis regularibus locis, eorumque Generali, Prioribus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Superioribus, Fratribus, ac aliis Religioſis per quoſcumqoe Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem Apoſtolicam tam in genere, quam in ſpecie, etiam per modum communicationis, extenſionis, & ampliationis, ac alias quomodolibet conceſſas, ac confirmatas, & approbatas, etiamſi talia forent, quæ ſpecialem requirerent mentionem, quatenus ſint in uſu, & ad formam dictæ Synodi Tridentinæ, & quoad privilegia modo nulli præjudicium inferant, approbamus, & confirmamus, ac etiam de novo concedimus: Ac illis omnibus, & ſingulis uti, frui, ac gaudere, ſicut ea omnia juſte, ac pacifice poſſident libere, & licite poſſe, & debere decernimus, ac indulgemus.

Contraria tollit.

§.4. Noo obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis hujuſmodi Juramento, confirmatione Apoſtolica, aut quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quomodolibet in contrarium facientibus, ceteriſqoe contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem addit.

§.5. Volumus autem, ut præſentium tran-

Digitized by Google

transſumptis &c. manu Magiſtri Generalis, ſeu alicujus Superioris dicti Ordinis, & alicujus Notarii publiei ſubſeriptis, & ſigillo ejuſdem Ordinis deſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 26. Aprilis 1589. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 56. Aprilis 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

CXLIX.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Mandatur nunc, & pro tempore exiſtenti Venetorum Nuncio, ut omnes electiones Eccleſiarum Parochialium hactenus factas, & pro tempore faciendas, ſi eos idoneos repererit juxta Decreta S.C. Trid. confirmet.

Dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicæ in Dominio Venetorum Nuncio.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecte fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Dux Venetus conſuetudinē confirmanda rum per Nuncium Apoſtolicum electionum, quæ de Parochis Venetiis fieri ſolent, auctoritate Apoſtolica petit corroborari.

§. 1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius nobilis Vir Paſcalis Ciconia Reipublicæ Venetæ Dux, quod cum in Civitate Venetiarum Parochialium Eccleſiarum Rectores, ab ipſarum Eccleſiarum Parochianis ad vitam eligantur, ipſique ſic in Rectores electi, electionis ſuæ confirmationem a pro tempore exiſtente in illis partibus Sedis Apoſtolicæ Nuncio petere, & obtinere conſueverint: Cumque nuper a Te dubitatum ſit, an hujuſmodi electiones confirmare, & approbare tibi liceat abſque noſtra ſpeciali licentia: Ac propterea, ut omnis deſuper dubitandi materia de medio tollatur, cupiant ipſi Parochiani hujuſmodi electiones, dum pro tempore fieri contigerit, quemadmodum, & ſemper antea conſuevit per te, ac Nuncium dictæ Sedis in illis partibus pro tempore commorantem confirmari, & approbari, ac tam Tibi, quam pro tempore exiſtenti in illis partibus Nuncio licentiam, & facultatem ad id concedi dictus Paſcalis Dux Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus hujuſmodi eorum deſiderio annuere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Sixtus ſic electos, & a Patriarcha approbatos per Nuncium cōfirmari mandat.

§. 2. Nos ſupplicationibus hujuſmodi inclinati, Tibi, & pro tempore exiſtenti noſtro, & dictæ Sedis in illis partibus Nuncio per præſentes committimus, & mandamus, quatenus omnes, & quaſcumque electiones Rectorum dictarum Parochialium Eccleſiarum, ut præfertur factas, & pro tempore faciendas, ſi nunc, & pro tempore exiſtens Patriarcha Venetiarum perſonas ipſas electas, & eligendas ad curam Animarum in dictis Parochialibus Eccleſiis exercendam habiles, & idoneas juxta Concilii Tridentini decreta eſſe repereris, in quo tuam, & pro tempore exiſten. Patriarchæ conſcientiam oneramus, noſtra, & dictæ Sedis auctoritate approbes, & confirmes, ipſoſque ſic electos tanquam veros, & indubitatos ipſarum Eccleſiarum Rectores ab omnibus haberi, & cenſeri facias, nec ab aliquo moleſtari permittas. Nos enim Tibi, & pro tempore exiſtenti in dictis partibus Nuncio plenam ad id licentiam, facultatem, & auctoritatem perpetuo duraturam tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Derogat obſtantibus.

§. 3. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 24. Maii 1589. An. V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 24. Maii 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CL.

Erectio Eeeleſiæ Epiſcopalis Civitatis Firmi, in Provincia Marchiæ, in Eccleſiam Archiepiſeopalem.

In hac Civitate, Studium Generale innovavit hic idem Pontifex in Conſt. XII. Muneris. *Tom. IV. Par. IV. fol.* 143.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

UNiverſi Orbis Eccleſiis, eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet imparibus præſidentes, in omnes agri Dominici partes oculos noſtræ mentis, vigilis more Paſtoris, inteudimus, inſpicientes, quid Eccleſiarum ipſarum, præſertim Cathedralium inſignium, ſtatui, & decori maxime conveniat, atque hoc quidem pro zelo charitatis noſtræ, tanto liberalius, promptiuſque curandum cenſemus, quanto magis, non ſolum petentium ſubditorum, & preces, & merita id depoſcunt, ſed Nos etiam ad omnipotentis Dei, & Beatæ Mariæ Virginis gloriam, animarumque ſalutem, & fidelium diſciplinam confirmandam, necnon Eccleſiarum, quibus paterna dilectione, Apoſtolicaque auctoritate conſulimus, utilitates ornatumque pertinere, & recte in Domino cognoſcimus expedire.

Civitatis Firmi antiquitas, nobilitas, fidelitas, & aliæ quamplures laudes recenſentur.

§. 2. Cum itaque Nos compertum haberemus, Eccleſiam Firmanam Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectam, ac pridem ante annum a partu Virgineo quingenteſimum, in Cathedralem erectam, cui alias Nos dum in minoribus conſtituti eſſemus, & Cardinalatus fungeremur honore, laudabiliter præfuimus, cuique etiam hodie venerabilis frater noſter Sigiſmundus Epiſcopus Firmanus præeſſe dignoſcitur, lapidibus marmoreis quadratis conſtructam ad Collem in media Civitatis Firmanæ parte collocatam, ſingularem, atque pulcherrimam ſpectantiam oculis multis paſſibus a dicta Civitate Firmana ſeſe offerentem, in Provinciæ ſere medio, in qua nulla eſt Metropolis Eccleſia, in tranquilla aeris temperie, in loco diſtanti ab Urbe ſupra centum, & triginta milliaria ſitam, Beatæ Mariæ Virgini dicatam, tribus dignitatibus, videlicet Archidia-

chidiaconatu, pro uno Archidiacono, & Archipreſbyteratu, pro uno Archipreſbytero, & Decanatu, pro uno Decano, necnon duodecim Canonicatibus, & totidem præbendis pro duodecim Canonicis, & octo præterea Manſionariis, pro octo Manſionariis, duobuſque Sacriſtiis, pro duobus Sacriſtis ipſi Eccleſiæ inſervientibus præſtare, quamplures Epiſcopos præterea orthodoxæ fidei defenſores, quorum nomina, tum Sanctitatis opinione, tum præſtantia ſingulari præfulſerunt, alioſque Cardinalatus honore decoratos, alios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ moderamina admotos habuiſſe, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum Firmanum, Principatus inſignia, & ornamenta, præventionemque in multis cauſis quoad Legatos, & Gubernatores retinere, & omnimodam juriſdictionem, ea privilegiis Apoſtolicis jampridem emanatis, & a fel.rec. Sixto PP.IV. Prædeceſſore noſtro uſque in hæc tempora perpetuo confirmatis, in ſuos Commenſales, Familiares, Colonos, & Officiales etiam privative quoad Legatos, & Gubernatores quoſcumque, ac Montem Viridem Caſtellum in omnem juriſdictionem retinere, necnon Firmum Piceni Urbem Romanorum Coloniam extitiſſe, ac ex qua ubi Chriſtiana Religione imbuta fuit, ſub Decio Imperatore, ſeptuaginta Firmani Martyres prodiiſſe recenſentur, in qua multa corpora Sanctorum, ac innumerabiles aliæ reliquiæ magna cum veneratione aſſervant, multis privilegiis, & indultis, tam a piæ memoriæ Gregorio Septimo, a quo tunc temporis exiſtens Epiſcopus Firmanus, Crucis deferendæ facultatis confirmationem obtinuit, a Gregorio Octavo, Nono, Decimo, Honorio III. qui eidem Epiſcopo, ut Principis nomen, juriſdictionemque ſpiritualem, & temporalem retineret, conceſſit, Innocentio Tertio, & Septimo, Eugenio Quarto, & Calliſto Tertio, ac quamplurimis aliis Romanis Pontificibus etiam Prædeceſſoribus noſtris, tum clar. mem. Friderico II., & Henrico III. multiſque aliis Rom. Imperat. illuſtratam, ampliſſimam in qua nihil fere perſpicitur, quod ejus longe, alteque repetitam antiquitatem non præſeferat, in Colle aeris ſaluberrimi, amenitatis non exiguæ, in media Piceni parte, ad ſinum Adriaticum, non longe ab Appenninis Montibus ſitam, & quemadmodum Firmum Picenum olim nominabatur, ita aliis temporibus Marchia Firmana vocabatur, quod Firmum primaria Civitas in d.Provincia exiſteret. Principes quoque qui in ſuam juriſdictionem Marchiam vel receperint, vel redegerint, in dicta Civitate Sedem, domiciliumque collocaſſe, ac ſemper detinuiſſe, eodemque exemplo, ſub Romanis Pontificibus, multis annis Curiam generalem Legationis Marchiæ, tamquam in loco honorabiliori inibi reſediſſe, necnon generale Studium, ad inſtar Studii Bononien. a recol. mem. Bonifacio Papa VIII. ſimiliter Prædeceſſore noſtro, & poſtea ab Eugenio IV. & Calliſto III. Prædeceſſoribus prædictis, ac multis aliis Pontificibus confirmatum, & a Nobis denuo erectum, & reſtitutum floruiſſe, & florere, in eaque extare Collegium Juriſconſultorum jam inde ab immemorabili tempore ornatiſſimum, ac in numero, & Doctorum præſtantia inſigne, hoc quidem tempore, ultra ſeptuaginta Doctores conſcriptos reperiri, eiſdem modo, & ratione quamplurimos Procuratores, & Notarios eſſe, in ea quoque Seminarium ex Conc. Trid. decreto inſtitutum, aliorumque Illuſtrium virorum fidei ſtudioſiſſimorum, pietati, & religioni ſummopere deditorum, necnon Epiſcopi, & Paſtores ſui ita officioſiſſimorum, ut nihil umquam prætermiſerint, quo ad ipſius Epiſcopi commoditatem, & dignitatem augendam faceret, ac multæ per Firmanos donationes etiam Caſtellorum priſcis illis temporibus Epiſcopo factæ reperiantur copia reſectam, quibus plurimum ſemper delatum fuerit, tum quod ipſa Civitas ſitu, loco, arce munita, ac hominum robore, & fortitudine, ac ingenii acumine, & præſtantia adeo ornata fuit, ut ceteris Marchiæ Civitatibus hujuſmodi timorem maximum iniicere ſoleat, multaque obſequia erga Sedem Apoſtolicam prædictam perpetuo præſtiterit, atque propriis actibus ab Imperio Deſiderii Longobardorum Regis ſe vindicarint, ſeque, ac ſua omnia ſimilis mem. Adriano Papæ I. pariter Prædeceſſori noſtro, Sedique Apoſtolicæ prædictæ ſponte dederint, ipſaque Civitas fidei cauſa, & ſinceræ devotionis gratia, quam gerere ſolita eſt erga Sedem camdem, cum Fridericum primum agnoſcere noluiſſet, igne fere abſumpta fuerit, eademque de cauſa, & alias ſæpe multa damna, & detrimenta ſubierit, & in ſummas difficultates, & calamitates ſæpius inciderit, ut ſe ab eorum dominatu, qui Marchiam in ſuam ditionem contra Sedem Apoſtolicam redegerint, vindicaret, & ad ipſam Sedem, ejuſque Imperium redire poſſet, veluti ſub Eugenio eodem, ac aliis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, & noviſſime in bello Ferrarien. ſimilis mem. Julio II. & poſtea Clementi VII. Pontificibus Maximis pariter Prædeceſſoribus noſtris, præſto fuerint. Monaſteriorum inſuper tam virorum, quam mulierum opulentiſſimorum æque, atque in quavis alia Civitate, Parochialium præterea Eccleſiarum, ac Confraternitatum, & Hoſpitalium quamplurimorum frequentia commendabilem, Diœceſem denique Firmanam prædictam ita opulentam, & amplam extare, ut major in dicta Provincia non reperiatur, agris ubertate fertiliſſimam, frumento, vino, oleo, & frugibus, cum ſuis generis, vel etiam ſale, & rebus omnibus ad victum neceſſariis adeo abundantem eſſe, ut non ſolum ceteris provinciæ Civitatibus ſuppeditare, ſed ad Dalmatas, Illyricos, Venetos, ac alios tranſportare ſoleat, ita ut plane huic Diœceſi deferenda ſit fertilitatis laus, quæ agro Piceno paſſim tribuitur. Necnon ejus Comitatum, Terras, & Caſtra

ſtra ſexaginta fere habere, quo quidem Comitatu Firmum finitimum, ac confine exiſtit ceteris fere omnibus Civitatibus dictæ Provinciæ, cujus majorem partem occupare conſtat.

Erectio dictæ Eccleſiæ Epiſcopalis Firmanæ in Archiepiſcopalē.

§.2. Nos aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, qui eodem honore decorarunt Eccleſias, quibus olim in minoribus, dum conſtituti eſſent, & Cardinalatus fungerentur honore, præfuerunt, veſtigia ſequoti, ad illam meritis honoribus augendam, & promovendam adducti, piis quoque ſupplicationibus dilectorum filiorum Communitatis, & hominum ejuſdem Civitatis, Nobis per dilectum filium Cæſarem Ottinellum, Civem Firmanum U. J. D. eorum Procuratorem ad hoc ab eis ſpecialiter conſtitutum deſuper porrectis excitati, poſt habitam cum venerabilibus fratribus noſtris prædictæ S.R.E. Cardinalibus maturam deliberationem, de eorum conſilio, atque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Maceraten. Tolentin. Ripan. Montis Alti, & S. Severini in dicta Provincia conſiſtentes, necnon dictæ Sedi etiam immediate ſubiectas Eccleſias, earumque Civitates, & Diœceſes, cum omnibus, & quibuſcumque eorum territoriis, & terminis, ac dilectos filios earum ſingularum, Clerum, & populum univerſum, cum ſuis Collegiatis, Parochialibus, & aliis Eccleſiis, necnon Monaſteriis utriuſque ſexus, ceteriſque beneficiis, & officiis Eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus, & quorumvis Ordinum, & Militiarum regularibus, necnon Hoſpitalibus, domibus, Collegiis, & locis religioſis quibuſcumque, ab ejuſdem Sedis immediata ſubjectione, Apoſtolica auctoritate tenore preſentium perpetuo dividimus, & ſeparamus, necnon a dictæ Sedis immediata ſubjectione, viſitatione, correctione, & omni, & quacumque alia juriſdictione etiam perpetuo eximimus, & liberamus, ipſamque Eccleſiam Firmanam ad laudem, & honorem omnipotentis Dei, ac B. Virginis Mariæ, necnon fidei Catholicæ exaltationem, & totius militantis Eccleſiæ gloriam, in Metropolitanam Eccleſiam, & Sedem Epiſcopalem Firmanam, in Archiepiſcopalem, Archiepiſcopaliſque, & Metropolitan. Præſidis Sedem, & Provinciæ caput pro uno deinceps Archiepiſcopo, qui Pallii, & Crucis uſum aliorum Archiepiſcoporum more habeat, omnibuſque aliis inſignibus Archiepiſcopalibus, necnon privilegiis, honoribus, & prærogativis Archiepiſcopis debitis, & conceſſis gaudeat, ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus, ac nomine, titulo, ac honore Archiepiſcopali, & Metropolitan. decoramus.

Submiſſio aliarum Epiſcopalium Eccleſiarum.

§.3. Præterea Eccleſiæ prædictæ, Maceraten. Tolen. Ripanen. Montis Alti, & Sancti Severini Eccleſias prædictas, modernoſque, & pro tempore exiſtentes illarum Præſules, ſeu Adminiſtratores, pro ſuis, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Firmani Suffraganeis, qui tamquam membra capiti, eidem Archiepiſcopo Firmano jure Metropolitan. ſubſint, ita quod Archiepiſcopi Firmani, in eiſdem Maceraten. Tolentin. Ripan. Montis Alti, & Sancti Severini Civitatibus, & Diœceſibus jus Metropoliticum ſibi vindicent, necnon Maceraten. Tolent. Ripan. Montis Alti, & Sancti Severini prædictæ, eidem Archiepiſcopo, & Metropolitano, ad omnia, & ſingula habeantur, & ſint adſtricti, ad quæ ſuffraganeis ſuis Metropoliticis Eccleſiis, & Metropolitan. tenentur, & obligati ſunt, ut indicentur ſecundum canonicas ſanctiones: & eidem Archiepiſcopo Firmano prædictos ſuos Suffraganeos conſecrandi, ac Provinciales Synodos evocandi, ac cum eis etiam Eccleſiaſtica negocia terminandi, earum Eccleſias diſponendi juxta ſtatuta Sacrorum Canonum, omniaque alia, & ſingula quæcumque, quæ de jure, vel conſuetudine, aut alias quoquomodo ad Archiepiſcopos, & Archiepiſcopale munus ſpectare, & pertinere ſolent, & debent, gerendi, faciendi, exercendi, plenam, & omnimodam auctoritatem, & tenore præſentis concedimus facultatem. Provinciæ quoque Firmanæ Clerum, & populum univerſum, pro eorumdem Eccleſiæ, & Archiepiſcopi Firmani Provincialibus pariter etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Maceraten., Tolentin., Ripan., Montis Alti, & Sancti Severini Eccleſiarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Eccleſiis, illarumque Præſulibus, Adminiſtratoribus, & Capitulis, ac quibuſcumque aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam irritantibus in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, atque ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & ſub quibuſvis verborum formis, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium etiam tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſerentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo &c.

Si quis autem &c.

D. P. An.V. 24. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incar-

Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, nono Kalendas Junii, Pontificatus noſtri Anno V.

CLI.

Quod Fratres, & Moniales Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Congregationis Diſcalceatorum in Italia, recitare valeant Horas Canonicas juxta Ritum Breviarii Romani reformati, prætermiſſo Ordinis uſu, & celebrandi feſta Sanctorum dicti Ordinis etiam in Kalendario Romano non deſcriptorum.

De ejuſmodi Breviario vide in Pii V. Conſtitut.LXXXVII. Quod a Nobis *Tom.III. Par.III. fol.*22. *Alia autem de toto Ordine Carmelitano, notavi apud Conſt.LXXVIII. Honorii III.* Ut vivendi *Tom.III. fol.*242. *Et de hac Congregatione vide plene in Conſtitut.CXXI. Gregorii XIII.* Pia *Tom.III. Par.III. fol.*448.

S I X T U S   P A P A   V.

Dilectis filiis Profeſſoribus Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Provinciæ, ſeu Congregationis Regularis Obſervantiæ Diſcalceatorum nuncupatæ.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Procemium.

EXimium, quod in vobis elucet pietatis ſtudium, & præcipua Obſervantia regularis diſciplinæ, quæ veſtram Congregationem ad Dei gloriam, communemque Chriſtiani populi utilitatem, in dies magis florere intelligimus, Nos inducunt, ut cum multa ad eamdem Congregationem feliciter regendam nuper a nobis ſtatuta fuerint, nunc quoque in honorem Sanctorum, quos ipſa Congregatio, quaſi in eorum clientelam recepta, jam pridem ſingulari quadam veneratione colit, piis veſtris petitionibus libenter annuamus.

Conceſſit hic Pontifex Congregationi facultatem recitandi officia, juxta ritum Breviarii Romani reformati, prætermiſſo uſu Congregationis.

§.1. Dudum ſiquidem per alias noſtras literas conceſſimus inter cetera, & indulſimus vobis, atque univerſis, & ſingulis perſonis utriuſque ſexus veſtræ Provinciæ, ut Horas Canonicas, Diurnas, & Nocturnas, ſecundum uſum, & Ritum Romanæ Eccleſiæ, & Breviarii Romani ex Decreto Concilii Tridentini reformati, & fel. record. Pii V. Prædeceſſoris noſtri juſſu noviſſime editi, tam communiter, quam diviſim, etiam in ſingulis veſtris Oratoriis, Monaſteriis, & Domibus, dicere, & recitare licite poſſitis, & nihilominus præcepto, atque obligationi plene ſatisfactum per vos foret, neque ulterius ad ſequendum in hujuſmodi Officiis morem veſtri Ordinis teneremini, prout in eiſdem literis latius continetur.

Quæ dictum ritum obſervare cœpit.

§.2. Quo quidem noſtro indulto utentes, jam ſicut Nobis exponi curaſtis, ejuſdem Romanæ Eccleſiæ ritum in Divinis Officiis ſervatis.

Modo autem ſupplicat pro indulto celebrandi feſta Sanctorũ Ordinis.

§.3. Sed quia vetus jam diu viget in veſtro Ordine laudabilis conſuetudo, dies Feſtos in honorem Beatæ Mariæ, & quorumdam Sanctorum ſolemniter celebrandi, ideo Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut religioſum iſtud inſtitutum auctoritate Apoſtolica comprobare dignaremur.

Pontifex ſibi dictam facultatem elargitur.

§.4. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, vobis, atque adeo univerſis, & ſingulis Fratribus, ac Monialibus veſtræ Congregationis pro tempore exiſtentibus, in quibuſvis Domibus, Monaſteriis, Collegiis, & Locis dictæ Congregationis, tam publice, quam privatim, communiter, vel diviſim, officium prædictorum feſtorum ubique recitare, & ſic recitando obligationi ſatisfacere libere, & licite poſſitis, (dummodo tam in Miſſa, quam in recitandis Horis Canonicis, Diurnis, ac Nocturnis, modum, & formam deſcriptam in quinterno, ſeu libello per dilectos filios noſtros Antonium SS. Joannis, & Pauli Caraffam, & Vincentium S. Mariæ in Via titulorum Presbyteros Cardinales Montis Regalis nuncupatos, de mandato noſtro reviſo, correcto, & approbato, in hoc obſervetis, & nihil penitus addatis, aut minuatis) plenam, & liberam licentiam, & facultatem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§. Non obſtantibus dicti Pii Prædeceſſoris ſuper reformatione, & approbatione novi Miſſalis, & Breviarii Romani, ac prædictis noſtris literis, necnon aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, veſtrique Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, quodque hujuſmodi dies feſti in noviſſimo Kalendario Romano deſcripti non ſint, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.V. 27. Junii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 27 Junii 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLII.

Quod Archiconfraternitas Pietatis Carceratorum a Gregorio XIII. in Urbe inſtituta, habeat Officium Proviſoris condemnatorum ad triremes totius Status Eccleſiaſtici. Et etiam Officium Viſitatoris Carcerum Urbis, ab ejus Præfecto exercendum, poſſitque annis ſingulis ſecunda Feria poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, unum Carceratum etiam pro capitali crimine damnatum liberare.

Inſtitutionem hujus Archiconfraternitatis habemus in Conſtit.CI. Gregorii XIII. Pii patris *Tom.III. Par.III. fol.*407. *ut facilius tota rei ſeries ob oculos ponatur, omnes hæ Conſtitutiones, quamvis diverſis datæ temporibus, in unum congeſtæ ſunt.*

S I X T U S   E P I S C O P U S
S E R V U S   S E R V O R U M   D E I
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX debito Miniſterii Paſtoralis, ad ea noſtræ operationis ſtudia diligenter con-

Digitized by Google

convertimus, per quæ pia fidelium vota, præſertim pauperum, & miſerabilium perſonarum ſtatum concernentia, optatum conſequantur effectum, & quæ propterea per fideles ipſos pie facta, & ordinata fuerunt, ut firma, & illibata perſiſtant, libenter Apoſtolico munimine roboramus.

Confirmatio institutionis Confraternitatis, ejuſque Indulgentiarum.

§.1. Conſiderantes itaque dilectos filios Confratres Confraternitatis Pietatis Carceratorum, per fel. recod. Gregorium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum in hac Urbe noſtra inſtitutæ, multa in dies onera ſuſtinere. Volenteſque Confratres, & Confraternitatem hujuſmodi, cujus etiam Nos, antequam ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumeremur, Protectores eramus, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, ac de alicujus ſubventionis auxilio illis providere, ipſoſque Confratres a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Motu proprio, non ad dictorum Confratrum, ſeu aliorum pro eis Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, inſtitutionem d. Confraternitatis, necnon quaſcumque Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, aliaſque gratias, & privilegia, Confraternitati, & Confratribus prædictis, illorumque intuitu per eumdem Prædeceſſorem conceſſa, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac ſingulos defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus.

Duo officia eidem Archiconfraternitati concedit, cum ſuis emolumentis.
Tu ſcias Archiconfraternitatem gratis ea exercere, ut habetur in declaratione, quæ ſequitur.

§.2. Necnon Confraternitati, & illius nomine Confratribus prædictis, unum Proviſoris condemnatorum ad triremes, tam dictæ Urbis, quam reliqui totius Status Eccleſiaſtici, ut videlicet illi condemnati, & tranſmiſſi ad triremes, poſtquam tempus ad quod condemnati erant, & erunt in futurum, finierit: Et alterum Viſitatoris utrorumque Carcerum ſecretorum, & publicorum Urbis prædictæ, & Burgi S. Petri de dicta Urbe officia, per deputandum, ſeu deputandos ab ipſis Confratribus exercenda, quæ dilectus filius Joannes Baptiſta Paſius nuper ad Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, quod ex nunc Motu ſimili revocamus, & expirare decernimus, aut alias obtinebat, ſive per revocationem hujuſmodi, ſive alias quovis modo, & ex cujuſcumque perſona, ad præſens vacantia, cum omnibus, & ſingulis eorum, & cujuslibet ipſorum honoribus, oneribus, privilegiis, facultatibus, prærogativis, & ſalariis, ac emolumentis ſolitis, ac debitis, auctoritate, & tenore præmiſſis perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac Confraternitatem, & Confratres prædictos, in locum præfati Joannis Baptiſtæ, quoad prædicta ambo officia, eorumque liberum exercitium, necnon honores, onera, privilegia, prærogativas, & emolumenta ſubſtituimus, & ſubrogamus, eoſdemque Confratres ex nunc ad ipſa duo officia, necnon exercitium, honores, onera, emolumenta, & prærogativas hujuſmodi recipiendos, & admittendos fore, & eſſe, ac recipi, & admitti, eiſque, nomine dictæ Confraternitatis de ſalariis, & emolumentis prædictis, integre, & cum effectu reſponderi debere, ac eoſdem Confratres, & Confraternitatem nullo umquam tempore ab hujuſmodi officiis, aut illorum altero, etiam per Nos, ſeu per pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, vel quoſcumque alios, ex quavis cauſa amoveri poſſe, neque debere decernimus.

Officiales ad officia Confratres d. Archiconfraternitatis admittant.

§.3. Mandantes dilectis filiis noſtro Philippo Sancti Angeli in foro piſcium Diacono Cardinali Vaſtavillano nuncupato, moderno, & pro tempore exiſtenti S.R.E. Camerario, ac Cameræ Apoſtolicæ Præſidentibus, & Clericis, ac noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Theſaurario, omnibuſque aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, ut Confratres, & Confraternitatem hujuſmodi ad officia prædicta, ſine ulla mora recipiant, & admittant, ac recipi, & admitti, necnon de emolumentis prædictis integre eis reſponderi faciant, & reſpondeant cum effectu,

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus quibuſvis aliis de dictis officiis, ſeu eorum altero, cuicumque, ſeu quibuſcumque perſonis, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac forſan Nos, ſeu quemcumque alium, etiam ex cauſa oneroſa, aut alias quomodolibet, etiam Motu pari factis, ſeu faciendis, conceſſionibus, quas, illarumque tenores præſentibus pro expreſſis habentes, earumque vim, & effectum tenore earumdem præſentium Motu ſimili revocamus, caſſamus, & annullamus, ac noſtra de non tollendo jure quæſito quatenus opus ſit, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis dictæ Urbis, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Sanctio pœnalis.

§.5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, revocationum, decretorum, conceſſionis, aſſignationis, ſubſtitutionis, ſubrogationis, mandati, caſſationis, annullationis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

D. P. An. I. 1. Julii.

Datum Romæ, apud S. Marcum, An-

no Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto, Kal. Julii, Pont. noſtri Anno I.

Sequitur declaratio dictæ conceſſionis.

SIXTUS PAPA V.

Archiconfraternitas dicta officia gratis exercere declarat.

CUM Nos nuper &c. *ut in præced. Conſtitutione*. Nihilominus, quia dilectus filius Laurentius Celſus Notarius noſter, & in utraque Signatura noſtra Referendarius, dictæ Archiconfraternitatis Præfectus, & Confratres præfati Nobis nuper exponi fecerunt, quod eorum pium inſtitutum eſt, omni charitate, ſtudio, & diligentia, ac gratis, & amore Dei, eadem officia per ſufficientes, & habiles perſonas ejuſdem Archiconfraternitatis exercere, nullam aliam inde mercedem quærentes, quam æternæ retributionis præmium, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic Pontifex collaudat.

§. 1. Nos igitur piis eorum votis annuentes, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus eoſdem Confratres, & Archiconfraternitatem prædictam ad officia eadem gratis, & amore Dei abſque ſalario, & emolumentis prædictis exercenda, omni mora rejecta, admittas, & recipias, illaſque per quoſcumque ad quos ſpectat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna ipſo facto per contradictores incurrenda, amoto inde eodem Jo: Baptiſta, & appellatione quacumque rejecta, admitti facias.

Contraria tollit.

§. 2. Non obſtantibus omnibus, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. II. 20. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 20. Maii 1586., Pont. noſtri Anno II.

Sequitur indultum liberandi Carceratum.

SIXTUS PAPA V,

Motu proprio &c.

Indultum anno quolibet liberandi carceratum, ſecunda feria poſt Dominicam primam Quadrageſimæ.

DIlectis filiis Protectori, Præfecto, Aſſiſtentibus, ac aliis Officialibus, & Confratribus Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum de Urbe, in Eccleſia Sanctorum Coſmæ, & Damiani Regionis Pineæ de eadem Urbe, pie, & canonice inſtitutæ, cujus dilectus filius noſter Alexander S. Hieronymi Illyricorum Diaconus Cardinalis de Monte Alto nuncupatus, noſter ſecundum carnem ex ſorore pronepos Protector exiſtit, ſpecialem gratiam facere volentes, Motu ſimili &c. ejuſdem Archiconfraternitatis Protectori, Præfecto, Aſſiſtentibus, ac aliis Officialibus, & Confratribus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus qualiter ſecunda feria poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, anni cujuslibet, unum carceratum, & pro quocumque crimine, & delicto, quantumcumque gravi, & enormi (præterquam læſæ majeſtatis, & aſſaſſinii, ac propinati veneni, necnon falſificationis literarum, ſupplicationum, commiſſionum, & aliarum gratiarum Apoſtolicarum, vel monetæ) in carcere exiſtentem, & ad triremes, ac etiam ultimo ſupplicio condemnatum, excarcerare, liberare, & abſolvere libere, & licite valeant, qui eo ipſo abſolutus ſit, & eſſe cenſeatur a quibuſvis criminibus, præterquam prædictis exceptis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus, plenamque, & liberam eis ſuper præmiſſis licentiam, & facultatem impartimur.

Officiales illud obſervēt.

§. 1. Mandantes propterea dilectis filiis ejuſdem Urbis Gubernatori, Senatori, Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & Vicario, aliiſque Judicibus, & carcerum dictæ Urbis cuſtodibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ac eorum cuilibet quatenus viſis præſentibus, ſeu literis Apoſtolicis deſuper conficiendis, &c. omni mora, & dilatione, ac excuſatione poſtpoſitis, eiſdem præſentibus, ſeu literis deſuper conficiendis pareant, & obediant, ac illas obſervent, & obſervari faciant realiter, & cum effectu.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§. 2. Non obſtantibus præmiſſis, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Urbis ſtatutis &c. etiam juramento &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Gubernatori, Senatori, Auditori Cameræ, ac Vicario dictæ Urbis, illorumque Tribunalibus, ac Judicibus, & quibuſcumque aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio &c. ac conſiſtorialiter &c. & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, quibus omnibus etiamſi de illis &c. expediendis latiſſime hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque cum clauſulis opportunis.

Papæ ſubſcriptio.

Fiat Motu proprio F.

Repetitio clauſularum.

Et cum abſolutione a cenſuris, ad effectum &c. & de perpetuis conceſſione, indulto, licentia, impartitione, mandato, derogatione, aliiſque præmiſſis, ut ſupra, quæ hic pro ſufficienter repetitis ad partem habeantur perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam in forma gratioſa in literis latiſſime extendendis, & quod præmiſſorum omnium, & ſingulorum, etiam denominationum, qualitatum, aliorumque circa præmiſſa neceſſariorum, major, & verior ſpecificatio, & expreſſio fieri poſſit in literis, etiam cum ad perpetuam rei memoriam.

Fiat F.

D. P. An. IV. 15. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Marcum, decimoſeptimo Kal. Maii Anno IV.

Se-

Sequitur Privilegium Præfecti hujus Archiconfraternitatis intereſſendi Viſitationibus Carcerum Urbis.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Relatio operum Pietatis quæ Archiconfraternitas exercet, & conceſſionis duorum officiorum, de quibus ſupra.

CUM dilecti filii Confratres Archiconfraternitatis Pietatis Carceratorum in Eccleſia Sanctorum Coſmæ, & Damiani Regionis Pineæ de Urbe canonice inſtitutæ, plurima juxta laudabile eorum inſtitutum pietatis, & charitatis opera exercere conſueverint, præſertim circa carceratos, eos ordinatim viſitando, opere, & conſilio juvando, aliaque pia opera faciendo circa illorum, tum corporalem, tum ſpiritualem ſubventionem, prout etiam probe novimus dum in minoribus eſſemus, ac ejuſdem Archiconfraternitatis Protectoris munere fungeremur. Et propterea, cum Nos divina bonitas ad ſummum Apoſtolatus apicem extuliſſet, initio noſtri Pontificatus, officia Commiſſariatus condemnatorum ad triremes, necnon Viſitatoris carcerum, tum publicorum, tum ſecretorum ad Cameram Apoſtolicam tunc ſpectantia, ab eadem Camera diſmembraverimus, necnon eidem Archiconfraternitati applicaverimus, & appropriaverimus, ipſaque officia hactenus maxima cum pietate per Confratres prædictos, etiam abſque ulla mercede, antea per dictam Cameram Apoſtolicam propterea dari, ſolvique ſolita, adminiſtrata fuerint.

Præfectus dictæ Archiconfraternitatis locum habet in viſitationibus Carceratorum Urbis. *De iſtorum Viſitatorum facultatibus, vide in Pii V. Conſtit. XCI. Reverendi. T. IV. P. III. fol. 48.*

§. 1. Nos conſiderantes, quod ſi in viſitatione carcerum (pro tempore exiſtens ejuſdem Archiconfraternitatis Præfectus) interveniret, ejus aſſiſtentia hujuſmodi dictis carceratis in illis juvandis, ac Confratribus ad prædicta opera exercendum animandis, valde utilis, & proficua, quinimo etiam neceſſaria eſſet, in hoc igitur providere, ac Confratres ipſos ſpeciali hoc privilegio decorare volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ut de cetero perpetuis futuris temporibus in viſitationibus carcerum quorumcumque dictæ Urbis, tam publicis, quam privatis pro tempore faciendis, prout moris eſt, per perſonas ad id deputatas, pro tempore exiſtens dictæ Archiconfraternitatis Præfectus intervenire, & intereſſe poſſit, cum voto conſultivo, tamquam unus ex viſitationis hujuſmodi Prælatis, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, & indulgemus, ipſumque Præfectum pro tempore exiſtentem, in aliorum Viſitatorum numerum ex nunc recipimus, admittimus, quodque in eiſdem viſitationibus tam publicis, quam ſecretis quibuſcumque, ac tam votando, quam conſulendo, & ſedendo poſt Almæ Urbis prædictæ Gubernatorem, necnon ejuſdem Cameræ Auditorem, & carcerum eorumdem Præſidem, ac poſt omnes eas perſonas quæ deciſivum votum in viſitatione hujuſmodi habent, etiamſi laicus eſſet, verum inter eos qui votum conſultivum tantum habent, ſecundum Eccleſiaſticam propriæ perſonæ dignitatem, itaut Epiſcopus non Epiſcopo, ac ſimiliter inter alias Eccleſiaſticas dignitates obtinentes, majorem obtinens dignitatem, præcedere debeat dicta auctoritate perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Munus ejuſdem Præfecti in dictis viſitationibus nõ perturbetur.

§. 2. Eumdemque Præfectum ſic aſſiſtendo, interveniendo, votando, conſulendo, & ſedendo, nullo umquam tempore per alios dictæ viſitationis Prælatos, vel alios in ea aſſiſtentes, etiam vigore quorumcumque privilegiorum, & indultorum, tam a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, quam a Nobis, & Sede Apoſtolica, vel alias quacumque auctoritate, via, cauſa, & ex quavis occaſione hactenus conceſſorum, & in poſterum concedendorum, moleſtari, ſeu inquietari, aut loco, voce, & voto, ac actione privari poſſe, præſentemque gratiam, & conceſſionem, haſque literas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

Clauſula ſublata, &c.

§. 3. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 4. Non obſtantibus regula noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis prædictis Viſitatoribus, & cuilibet ipſorum, ac aliis quibuſcumque, tam ſpecialiter, quam generaliter, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, ac conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, necnon juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, uſibus, & conſuetudinibus etiam immemorabilibus, & naturis, quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. V. 22. Julii.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die vigeſima ſecunda Julii, milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono, Pont. noſtri Anno V.

Non-

CLIII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Nonnullæ ordinationes ſuper controverſiis inter Civitatem Eſii, & ejus Cives: & Univerſitates, & homines Caſtrorum Maſſarii, Montis Carotti, Belvederii, & aliorum Comitatus Eſii exortis.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

INter cetera cordis noſtri deſiderabilia, id intentis exoptamus affectibus, ut inter ſubditos noſtros præciſis quarumlibet diſcordiarum materiis charitatem concordia nutriat, & pacem charitatis firmet amœnitas.

Nonnullæ pēdebant lites interCommunitatem Eſii, Terraſque ejuſdem Comitatus.

§.1. Cum itaque, ut accepimus, a viginti annis, vel circa plures lites, & diſcordiæ inter dilectos filios Civitatem noſtram Eſii, & ejus Cives ex una, ac Univerſitates & homines Caſtrorum Maſſarii, Montis Carotti, Belvederii, & aliorum Comitatus Eſin. ortæ, & per plures annos continuos coram pluribus, & diverſis Judicibus agitatæ fuerint, & de præſenti coram dilecto filio Magiſtro Fabio Corneo Cameræ Apoſtolicæ Clerico in eadem Camera indeciſæ pendeant ſuper diverſis introitibus, Sylvis, Terris, Domibus, & bonis, rebuſque aliis prout in actis dilecti filii Tydei de Marchis ejuſdem Cameræ, ac cauſæ, & cauſarum hujuſmodi Notarii conſtat, ac denique ſuper validitate quorumdam Capitulorum, ſeu, ut dicitur concordiæ, & generalis Conſilii Civitatis, & Comitatus deſuper ſubſecuti, dilecto filio noſtro Dominico tituli S. Laurentii in Pane, & Perna Presbytero Cardinali Pinello nuncupato lites, & differentias hujuſmodi audiendas, cognoſcendas, & poſtea Nobis referendas commiſimus.

Eas Papa cognoſcēdas cōmiſerat Cardinali Pinello.

Ad ſe advocat, & definit.

§.2. Cum autem dictus Dominicus Cardinalis totum hoc negocium mature per eum cognitum ſincere, & fideliter Nobis retulerit, Nos paci, ac quieti Civitatis, & Comitatus, ac Univerſitatum, & hominum prædictorum conſulere, & providere cupientes, eos, & eorum quemlibet a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac lites, & differentias hujuſmodi, quarum ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo ab eodem Fabio, & Camera prædictis, aliiſque Judicibus quibuſcumque ad Nos advocantes, & penitus extinguentes, ipſiſque perpetuum ſilentium deſuper imponentes, illas in hunc, qui ſequitur modum, & formam decidimus, & terminamus, ſicque perpetuis futuris temporibus obſervari volumus, & mandamus videlicet.

I. Fructus cōtroverſi deponantur penes communem Camerarium a toto Comitatu eligendum.

§.3. In primis, quod fructus Terrarum, Sylvarum, & bonorum, redditu ſque, & proventus ſuper quibus lites, & Cauſæ in eadem Camera, & alibi verſæ ſunt, & vertuntur, ac omnes, & quicumque alii introitus, redditus, proventus, & emolumenta cujuſcumque generis, & quocumque nomine nuncupat. tam Civitatis, quam Univerſitatum, Caſtrorum dicti Comitatus ubique exiſten., & undequaque provenien., & tam hactenus habito, & acquiſito, quam etiam in futurum haben., & acquiren. deveniant, & devenire debeant ad manus unius communis Camerarii, qui Camerarius ſit, & eſſe debeat forenſis, & eligi ſemper debeat per Conſilium generale Civitatis, & Comitatus, cum pactis, ac conditionibus, prout hodie ſervatur, & ita in futurum ſervari volumus, & mandamus.

Applicandi vero in bonū totius Comitatus.

§.4. Item, quod dictus Camerarius debeat reponere, & conſervare omnes introitus, redditus, & proventus ſupradictos in Civitate Eſii in una ſola communi burſa, & archa, & quod omnes dicti introitus, redditus, & proventus applicentur, & inſerviant, prout illos ex nunc applicamus, & inſervire mandamus ad beneficium, & commodum univerſale Civitatis, & Comitatus, & dictorum Caſtrorum, prout infra ordinabitur.

Fructus Terrarum ſingulis Terris aſſignatarum ſint earumdē proprii.

§.5. Declarantes tamen, quod fructus terrarum, quas vocant *del Commune* alias Caſtris Maſſarii, Montis Carotti, & aliis Caſtris in partem per Communitatem Civitatis, & Comitatus aſſignat. ſint proprii, & particulares cujuſque Caſtri ſecundum illam portionem videlicet Terrarum, quas poſſidet unumquodque dictorum Caſtrorum.

Impendendi tamen in ſolutionem onerum Communitativorum.

§.6. Sed ad hue, ut melius conſerventur, & ne in aliquos pravos uſus per dicta Caſtra dicti fructus dilapidentur, volumus, quod etiam illi deveniant, & devenire ſimiliter debeant ad manus ejuſdem communis Camerarii, vel alterius ab eo in dictis Caſtris deputandi, ſeu ſubſtituendi, ad hoc, ut ab unoquoque prædictorum Caſtrorum fructus ſuæ ratæ convertantur, & expendantur, prout illos ex nunc applicamus pro ſolutione onerum Cameralium dicta Caſtra, & eorum quodlibet tangen., & aliis ſuis expenſis, & oneribus de quibus infra dicetur. Prohibentes ne ad alios uſus expendantur, nec divertantur, & idem declaramus, & ordinamus fieri debere de fructibus bonorum ab eiſdem Caſtris emptorum ab eadem Communitate Eſii.

Datia, quæ exiguntur Eſii non exigenda in Caſtris præter vectigal Macinatus.

§.7. Declaramus etiam, quod onera, Collectæ, datia, Gabellæ, Spinæ, vini, denarii pro libra, & aliæ exactiones, quæ ſunt, & exiguntur in ipſa Civitate tantum, non poſſint in futurum exigi, nec imponi in ipſis Caſtris, vel aliquo ipſorum, ubi de præſenti non exiguntur, excepta tamen exactione pauli Macinatus, ad cujus ſolutionem volumus etiam ipſum Comitatum, & Caſtra teneri, & ſubjici.

Fructus, ut ſupra penes Camerarium depoſitā in quod impendi debeant.

§.8. Item volumus, quod dictus Camerarius ex dictis introitibus, pecuniiſque in dicta communi burſa redigendis teneatur, & debeat ſolvere videlicet in primis ſingu-

ſingulas expenſas neceſſarias, & opportunas pro manutentione, refectione, & reſtauratione pontium, viarum, fontium, & Cloacarum, tam Civitatis, quam Caſtrorum, & quod liceat Magiſtratui, & Conſilio Credentiæ Civitatis tantum prædicta reſtaurare, ac fieri, & fabricari facere in ipſa Civitate, Burgis, & Territorio ejuſdem Civitatis, exceptis tamen, Ponte fluminis Eſini, & altero vulgariter nuncupato *della Granita*, in quibus debeat provideri per Conſilium generale Civitatis, & Comitatus, & ſimiliter in Caſtris liceat Conſilio, & quatuor, ac Capitaneo cujuslibet loci prædicta reſtaurare, fabricare, & fieri facere. Item per eumdem Camerarium debeant ſolvi expenſæ quæ fiunt, & occurrunt in ipſa Civitate, videlicet, Salarium Gubernatoris, & aliæ expenſæ, quæ pro eodem fieri neceſſe eſt. Item expenſæ Magiſtratus, & ejus familiæ, nec non Judicis, Medicorum, Chirurgi, Magiſtri Scholarum, Cancellarii, & aliorum Officialium, & Salariatorum ejuſdem Civitatis, & Comitatus, necnon expenſæ Prædicatoris, Exactoris collectarum dictæ Civitatis, pecuniæque neceſſariæ, & opportunæ pro Celebratione Miſſarum, & ceræ oblatione ſolvi ſolitæ in eadem Civitate juxta laudabilem illius conſuetudinem. Item volumus, quod ex dictis introitibus exigendis per dictum Camerarium, & ex pecuniis dictæ burſæ communis debeant fieri, & fabricari quolibet Anno cannæ viginti murorum in Burgo ipſius Civitatis, ſeu aliis locis ejuſdem, ubi Muri deficerent, vel debiliores forent. Ordinantes etiam, quod perficiatur omnimode Palatium noviter conſtructum in Civitate pro Magiſtratu.

Facultas Magiſtratus Eſino conceſſa donarium offerre occaſione tranſitus alicujus generoſæ perſonæ.

§.9. Item quod liceat Magiſtratui, & Conſilio Credentiæ Civitatis tantum donare occaſione tranſitus alicujus inſignis Perſonæ, & alterius Superioris per eamdem Civitatem obiter tranſeuntis quantitatem rerum beneviſam, dummodo non excedatur ad plus in hujuſmodi munere ſumma triginta, vel triginta quinque ſcutorum.

Dandi eleemoſynas.

§.10. Item, quod liceat eidem Magiſtratui, & Conſilio Credentiæ Civitatis tantum facere Eleemoſynas extraordinarias uſque ad ſummam ſcutorum decem pro quolibet Magiſtratu, dareque Eleemoſynas ſolitas fratribus Cappuccinis, & Sancti Franciſci, aliiſque locis piis, & miſerabilibus perſonis.

Aliæ ſolutiones per Camerarium faciendæ.

§.11. Et ſic etiam per eumdem Camerarium, & ex eadem burſa communi debeant ſolvi pro eiſdem Caſtris in primis illa portio, quam hodie ſingula Caſtra de trimeſtri in trimeſtre contribuere ſolent pro ſubſidio triennali. Item Salaria, & alii ſoliti ſumptus dictorum Caſtrorum, videlicet, Capitaneorum, Bajulorum, Syndicorum maleficia denunciantium, Exactorum, Collectarum, Prædicatorum, Bajulorum dictæ Communitatis intimantium conſilia, ac alia occurrentia, Viſitationum, Superiorum, & Barigellorum, ſolitorum Medicorum, & Magiſtrorum Grammaticæ. Nec non per eumdem Camerarium ſolvi debeant omnes, & quæcumque aliæ expenſæ ſolitæ, ac etiam, quæ in dies eiſdem Civitati, & Caſtris, & cuilibet eorum extraordinarie occurrerint, & occurrere poſſent.

In ſingulis Caſtris ſubſtitutus Camerarius deputandus a communi Camerario.

§.12. Item ordinamus quod in ſingulis Caſtris pro majori eorum commoditate debeat dictus communis Camerarius deputare, & ſubſtituere exactores, qui introitus dictorum Caſtrorum exigant, & eorum onera, & expenſas, ut ſupra præmiſſum eſt, ſolvant.

Pro ſingulis Caſtris quota pecuniæ pars expendi poſſit.

§.13. Declarantes tamen, quod non poſſit pro aliquo dictorum Caſtrorum expendi ex dicta burſa communi major ſumma pecuniarum, quam ſit illa, quæ extrahetur ex introitibus a ſingulo Caſtro communicandis.

Nihil ſolvendū ſine debitis cauthelis.

§.14. Ordinantes, & omnino præcipientes, quod prædictus Camerarius communis, & eorum Subſtituti, ut ſupra, non poſſint, nec debeant ſolvere aliquam pecuniarum ſummam, niſi præcedente legitimo mandato de ſolvendo, ac facta debita quietantia a tergo de ſolutis, & quod omnia regiſtrentur in libro rationum dicti Camerarii communis, ad effectum, ut poſſint revideri computa ſolutorum, & acceptorum, & quod ad notitiam Civium, & Comitativorum deveniat, quod omnes introitus, de quibus ſupra non aliter fuerint conſumpti, quam prout in præſentibus noſtris literis ordinamus, declaramus, & præcipimus.

Si aliquod Caſtrum diſmembretur a Comitatu, privabitur tali expenſarum communicatione.

§.15. Item volumus, quod ſi aliquod prædictorum caſtrorum unum, ſeu plura ullo unquam tempore diſmembrari contigerit a Juriſdictione, & gubernio dictæ Civitatis illico ſit privatum, & privata participatione quorumcumque emolumentorum, Sylvarum, Terrarum, & aliorum bonorum, quorum omnium fructus tantum vigore præſentium, ut ſupra, communicantur, ac etiam privatum, & privata exiſtant participatione quorumcumque aliorum introituum, reddituum, & proventuum tam dictæ Civitatis, quam aliorum Caſtrorum, quæ in unione, ac ſub juriſdictione dictæ Civitatis remanebant.

Bona, de quibus agitur, nūquam alienāda a ſingulis Communitatibus.

§.16. Item volumus, quod Sylvæ, & alia bona, de quibus ſupra, exiſten. tam in Civitate, & ejus territorio, quam in Caſtris, & ejus territoriis nullo unquam tempore poſſint dividi, nec inter ipſos Cives, nec inter Comitativos ſub graviſſimis pœnis arbitrio noſtro declarandis.

Locanda ſub iis conditionibus hic expreſſis.

§.17. Item volumus, quod omnes, & ſinguli fructus, redditus, & proventus, de quibus ſupra, ſimul conjunctim, vel ſeparatim, prout Conſilio Credentiæ, & generali Civitatis magis placuerit, locentur pro tempore eis beneviſo in ipſa Civitate, & per ejus Magiſtratum ſono Tubæ plus offerenti, cum obligatione, & conventione expreſſa, quod tempore debito omnia ſolvantur in manibus dicti communis Camerarii.

De expenſis extra ordinē.

§.18. Item volumus, quod ex dictis introitibus, & burſa communi remanere debeant,

beant, & relinquantur in manibus dicti Camerarii ſcuta ducentum quolibet trimeſtri pro expenſis extraordinariis dictæ Communitatis, de quibus ſupra, cum hac expreſſa declaratione, quod de illis bonum computum reddatur juxta ſolitum, ut moris eſt, & ſi aliquid ſupererit ex dictis pecuniis ad ordinarias impenſas onerum Cameralium applicentur.

Ex eiſdem fructibus ſolvenda onera Cameralia.

§.19. Ac etiam volumus, & decernimus, quod ceteri quoque introitus dictæ burſæ communis ſint, & intelligantur applicati, prout illis ex nunc applicamus pro ſolutione onerum Cameralium Nobis, & Sanctæ Sedi Apoſtolicæ per Civitatem, & Comitatum prædictos debitorum, cum prohibitione etiam expreſſa, quod non poſſint ullo unquam tempore ad alios uſus applicari, vel in aliam cauſam diverti, ſeu expendi, præterquam ad jam deſtinatas, & pro ſolutione dictorum onerum, niſi Conſilium generale Civitatis, & Comitatus pro aliqua urgenti cauſa aliud deliberaret, & tunc in eodem, ſeu alio Conſilio provideatur etiam unde extrahi debeant pecuniæ remittendæ pro ſolutione dictorum onerum Cameralium.

Si pecunia par non ſit, imponenda Civitati, & Caſtris collecta.

§.20. Item volumus, quod dicti introitus quatenus non ſufficerent, imponatur collecta pro ſumma deficienti, dividenda inter Civitatem, & Comitatum, & Caſtra juxta ſolitum, & prout hodie ſervatur.

Ramuſculi tamen in Sylvis per pauperes colligendi.

§.21. Item volumus, quod pauperes, & aliæ miſerabiles perſonæ Civitatis poſſint accedere ad Sylvas Sterpariæ, & Gangaliæ pro colligendis ramuſculis æridis vi Ventorum, vel alias humi dejectis juxta formam Decretorum Venerabilis fratris Annibalis de Graſſis Epiſcopi Faventini, & Cameræ Apoſtolicæ Clerici, & Viſitatoris alias per Nos deputati.

De inciſione, & venditione lignorum.

§.22. Item volumus, quod Decreta ejuſdem Viſitatoris ſerventur ſuper inciſione, & venditione lignorum dictarum ſylvarum, & quod non incidantur, nec vendantur, niſi prout in dictis Decretis ordinatur, & præcipitur.

Expenſis Magiſtratus.

§.23. Item volumus, & declaramus, quod pro expenſis Magiſtratus dictæ Civitatis non poſſit major quantitas grani, & pecuniarum ſingulo bimeſtri conſumi, quod declararum fuit per prædictum Viſitatorem.

Quod in generali Conſilio fuerit ſtatutum, tenendum.

§.24. Item volumus, & declaramus, quod ſemper, quod per Conſilium Credentiæ, & generale Civitatis, & Comitatus hujuſmodi legitime coadunatum, fuerit aliquid reſolutum ſuper aliqua re facienda, vel ſuper quovis negotio, & tractatu exequendo, vel ſuper aliqua expenſa, illud exequi ſemper debeat, quod in eo fuerit reſolutum, nec poſſit ſola Civitas, vel Caſtra, unum, ſeu plura contrarium reſolvere, nec dictæ reſolutioni contradicere, aut ſe opponere, & ſi ſecus fiat non valeat ipſo Jure, graviterque contraveniens puniatur arbitrio Gubernatoris.

In negociis ſingularum Communitatum, particularia cogenda Conſilia.

§.25. In aliis autem negotiis particularibus ſolius Civitatis tantum, ac etiam ſimiliter ſingulorum Caſtrorum Conſilia cujuslibet loci provideant, & reſolvant, prout cuilibet eorum magis placuerit, & expediens videbitur.

In caſu paritatis Votorum quid ſit agendum.

§.26. Item volumus, quod in caſu diſcordiæ inter Confalonerium, & Priores, an aliquod negotium, ſeu ut vocant propoſta, poni debeat ad partitum, vel ne, in Conſilio generali Civitatis, & Comitatus, ita quod eorum vota forent paria hinc inde, tali caſu dictus Gubernator, ſeu ejus Locumtenens dictam propoſtam ſibi beneviſam reiiciat, vel poni faciat ad partitum, prout magis viderit expedire.

A ſingulis Caſtris mittendum Eſium Pallium in die S. Floriani.

§.27. Poſtremo volumus, & ordinamus, quod ſingulis annis quodlibet Caſtrum dicti Comitatus teneatur in feſto Divi Floriani quarta Maii portare ſolitum pallium per ejus Syndicum ad id ſpecialiter deputatum, cum ſpeciali mandato tenoris hujuſmodi, videlicet: Ad comparendum coram Confalonerio, & Prioribus, & Syndico Civitatis, & Communitatis Eſii, & præſentandum ſolitum pallium in ſignum fidelitatis, & obedientiæ, ac jurandum fidelitatem, & obedientiam prædictæ Civitati, & Communitati, omniaque alia, & ſingula faciendi, gerendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna.

De Molendinis totius Comitatus.

§.28. Item volumus, & præcipimus, quod Caſtra, & Comitativi non poſſint, nec eorum quodlibet valeat quavis occaſione, vel cauſa, directe, vel indirecte facere decreta per quæ retrahantur Comitativi ad accedendum ad molendum eorum frumenta in Molendinis dictæ Communitatis, quinimo omnes teneantur, prout fas eſt, & pluries reſolutum fuit in Conſilio generali Civitatis, & Comitatus, tranſmittere eorum frumenta in dictis Molendinis, & contraveniens graviter puniatur arbitrio Gubernatoris, niſi ex aliqua urgenti neceſſitate, vel legitimo impedimento ad dicta Moleodina accedere non poſſent, quo caſu volumus quod eis permiſſum ſit alibi accedere, dummodo omne lucrum ex hoc proveniens ſit ejuſdem Communitatis Eſii.

Si quæ exoriantur controverſiæ, a Cardinali Pinello decidantur.

§.29. Volumus denique, atque decernimus, quod ſi aliquæ aliæ differentiæ, vel jam ortæ ſint, vel in dies oriri contigerit inter ipſam Civitatem, & Caſtra, aut ſingulariter inter unum quodque eorum, tam ſuper interpretatione, ac declaratione præmiſſorum, quam ſuper quibuſcumque aliis cauſis, ac differentiis, quæ audiantur, & terminentur ab eodem Dominico Cardinali, quem tanquam informatum, ac de cujus prudentia confidimus, ſcimus quod poterit, ac valebit omnia alia ſi oriri contingeret finire, & terminare.

In aliis caſibus ſervanda Decreta Viſitatoris, & Literæ ejuſdem Pontificis.

§.30. Ordinantes etiam, quod in aliis caſibus non comprehenſis in dictis noſtris literis, ſerventur Statuta loci, ac aliæ noſtræ literæ in forma Brevis alias menſibus elapſis deſuper confectæ, ac decreta prædicti Viſitatoris, & ita ſtatuimus, ordinamus inviolabiliterque obſervari mandamus.

Clauſulæ.

§.31. Sicque per quoſcumque Judices, Guber-

Gubernatores, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam dictæ Sanctæ Sedis de latere Legatos, ac S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, nec non præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos Juris reduci, ſeu in Jus, vel controverſiam revocari, etiam ex eo, quod eiſdem præmiſſis intereſſe habentes vocati non fuerint nullo unquam tempore poſſe, irritum, quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Commiſſarii deputati ad exequendum.

§.32. Quo circa Venerabilibus fratribus Anconitan., & Auximan. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit ſolemniter publicari, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari: Contradictores quoslibet, & Rebelles, & præmiſſis non parentes per prædictas, & alias ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§.33. Non obſtantibus fe. re. Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad Judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Civitatis, Comitatus, & Caſtrorum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, & excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 8. Julii 1589. An.V.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 8. Julii 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLIV.

Confirmatio Taxæ Sportularum in cauſis omnibus in Civitate Fanen. judicandis debitarum tam Judicibus Ordinariis, quam Commiſſariis.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA V.

Ad futuram rei memoriam.

Fanenſium fides, & devotio erga Rom. Pontificem.

SPectata Nobis dilectorum filiorum Communitatis, & hominum Civitatis noſtræ Fanen. fidei, & devotionis erga Nos, & Romanam Eccleſiam ſinceritas promeretur, ut juſtis eorum votis, & petitionibus favorabiliter annuamus.

Nonnullas Capitulationes pro Taxa Sportularum faciunt.

§.1. Expuni ſiquidem Nobis nuper fecerunt Communitas, & homines prædicti, quod ipſi alias opportune providere cupientes, ut in cauſis civilibus, ſive ordinariis ſive extraordinariis, ſive executivis, quæ in prædicta Civitate deinceps, quorum quibuſvis Tribunalibus introducerentur, recte procederetur, atque Taxa aliqua honeſta ſtatueretur, quæ pro congrua Judicum, ſive Officialium mercede, ſive ſportulis, aut capitibus ſolidorum, ſeu quocumque alio modo, aut nomine nuncupetur, ſatis eſſet, litigantibus vero minime gravis, in eorum generali Conſilio ad Taxam, & Capitulationes, quas infra ad verbum deſcribi, & annotari voluimus, devenerunt.

Et a Pontifice confirmari petunt.

§.2. Has autem, ut ipſius Civitatis quieto ſtatui, & bono regimini valde accommodatas, & utiles inviolate obſervari deſiderantes, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, ut illis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicere, aliaſque deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Sixtus.

§.3. Nos igitur eoſdem Communitatem, & homines ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ipſoſque univerſos, & eorum ſingulos, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati Taxam, & Capitulationes ſic ut præfertur ab eis factas, & præſentibus inſertas, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, atque firmo, & inviolabili Apoſtolicæ firmitatis robore communimus, ſupplentes omnes etiam ſubſtantiales, & alios defectus, ſi qui forſan intervenerunt in eiſdem.

Servarique mandat ſub pœnis hic expreſſis.

§.4. Necnon Taxam, & Capitulationes hujuſmodi ab omnibus, tam Judicibus, ſive Officialibus, aut jus quomodocumque in dicta Civitate dicentibus, Eccleſiaſticis, & Secularibus, quam aliis quibuſvis perſonis, quæ illa quomodolibet concernunt, inviolabiliter obſervari debere ſub pœna, ultra reſtitutionem ipſo facto fiendam totius illius, quod plus ultra dictam Taxam aliquis

Digitized by Google

quis eorum acceperit in caſu non permiſſo, infamiæ, & centum ſcutorum pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum applicandorũ ipſo facto Cameræ Communitatis prædictæ, etiam de ſalario ipſorum Gubernatorum, & aliorum Judicum, per Depoſitarium cenſus, & alios Depoſitarios dictæCivitatis retinen., ſi ipſi Gubernatores, Auditores, Vicarii, Prætores, & alii quicumque Judices Ordioarii, vel delegati, ultra dictam Taxam aliquid nomine Sportularum, aut alias quomodocumque,ſub quovis quæſito colore acceperint, quod probari ſufficiat per unum Teſtem fide dignum, & per juramentum ipſius, qui ſportulas, vel aliquid ultra dictam taxam ſolviſſe diceretur.

Clauſulæ irritantes.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & aucturitate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcieoter, vel igooranter contigerit, attentari,decernimus.

Exequutores deputat.

§.6. Quo circa Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis Gubernatori, & Prætori, ſeu Poteſtati dictæ Civitatis pro tempore exiſtentibus per præſeotes committimus, & mandamus, quateous Epiſcopus, & Gubernator, & in abſentia Epiſcopi Gubernator, & Poteſtas prædicti conjunctim, præcedentes præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorum fuerint requiſiti, ſolemoiter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſis omnibus, & ſingulis juxta præſentium continentiam, & tenorem, pacificc frui, & gaudere. Non permittentes eos., ſeu quemlibet eorum per Judices, Vicarios in ſpiritualibus, Prætores, Auditores, ſeu Gubernatores, & Commiſſarios prædictos, vel quoſvis alios indebite quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Contraria tollit.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ejuſdem Civitatis ſtatutis, & cooſuetudioibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Taxæ, & Capitulationum tenor.

§.8. Tenor autem Taxæ, & Capitulationum prædictarum eſt qui ſequitur; Scilicet: *Nelle Cauſe Civili, che ordinariamente, ed eſtraordinariamente ſi faranno per l' avvenire al Tribunale del magnifico Signor Podeſtà di Fano, debba eſſo Signor Podeſtà conſeguire l' infraſcritti Capiſoldi, o Sportule oltre il ſuo ſalario, cioè:*

Da uno ſcudo ſino a dieci di groſſi venti per ſcudo			*ſc.00.*	*B.6.*
Da	10.	*a* 25.	*ſc.0.*	*B.20.*
Da	25.	*a* 50.	*ſc.1.*	
Da	50.	*a* 100.	*ſc.1.*	20.
Da	100.	*a* 150.	*ſc.2.*	
Da	150.	*a* 200.	*ſc.2.*	20.
Da	200.	*a* 250.	*ſc.3.*	
Da	250.	*a* 300.	*ſc.4.*	
Da	300.	*a* 400.	*ſc.5.*	
Da	400.	*a* 500.	*ſc.6.*	

Dichiarando, che da tal ſomme in ſu non poſſa avere, e conſeguire sè non la ſuddetta Taſſa di fiorini ſei, ſia la cauſa di che ſomma eſſer ſi voglia.

E che la detta Taſſa abbia luogo tanto nelle Cauſe de appellatione, *come nelle Commiſſarie. Non però s' intenda delle Cauſe ſommarie di mercedi, di penſioni di caſe, e dove non foſſe proceſſo fatto, e di Vedove, e Pupilli poveri, e miſerabili perſone. E nelle eſecutive dove non ſia contradizione, il Giudice non poſſa pigliare emolumento alcuno.*

E perchè non è proviſto delle ſportule nelle Cauſe Civili avanti il Tribunale di Monſignore Governatore per la quiete dei Litiganti, che il ſimile s' oſſervi al detto Tribunale nelle dette Cauſe etiam de appellatione, & Commiſſariæ, *ed in ogn' altra cauſa, che foſſe avanti il ſuo Tribunale.*

Dichiarando, che nelle cauſe de foraſtieri, che ſi agitaranno alli ſuddetti Tribunali, per li Capiſoldi, e Sportule ſi ſervi lo ſtatuto in tal caſo proviſto.

Che le predette Sportule de Giudici non poſſino in alcun modo riceverſi, ne pigliarſi dalle Parti, che litigaſſero, ma ſolum *per le mani del Notaro della cauſa, le quali ſi debbano depoſitare* in actis *dalli Procuratori, ed il Notaro ne faccia nota* in actis.

E che eſſo Notaro non poſſa nè debba ricevere da eſſe parti, o da una di eſſe ſe non la detta quantità, come di ſopra taſſata, etiam *che le parti voleſſero ſpontaneamente dare, e deporre maggior ſomma, ed eſſo Notaro pigliandole, e dandole a eſſo Giudice, ſia, ed eſſer debba obligato alla reſtituzione di quel più, che aveſſe preſo, o dato al Giudice.*

E partito il Giudice, detto Notaro ſia obligato reſtituire alle parti, ancorchè il Giudice foſſe ſtato ſindicato, e non foſſe ſopra ciò moleſtato, o aſſoluto, tutta la detta quantità.

Che il Giudice, e Notaro non poſſa ricever, nè pigliare più delle maggior ſomme taſſate, etiam *che la ſentenza foſſe parte condannatoria, e parte aſſolutoria, e vero ancorchè in eſſa ambedue le parti foſſero condannate nelle coſe adimmandate, o in parte aſſolute reſpettivamente* etiam, *che i litiganti foſſero, o da una parte, o da ambedue le parti, più, e diverſe perſone.*

Nelle cauſe de Communità, ed Univerſità le Sportule ſiano duplicate ſolamente.

Che deponendoſi da tutte due le parti tutta la quantità, come di ſopra taſſata, il Notaro debba ſolo ritenere la metà per ciaſcuna, ed il reſto reſtituire ſubito alle parti, cioè, la metà per una reſpettivamente. Altrimenti

ſia

ſia teñuto, come ſe aveſſe preſo maggior quantità di Sportule taſſate.

Che le dette ſomme, come di ſopra taſſate, s' intendono ſolo per le ſentenze diffinitive, o vero, che abbiano vim diffinitivæ, *cioè, quando dal medeſimo Giudice non ſi poſſa ſperare, ne ſpettare altra ſentenza.*

Che delle interlocutorie non poſſino eſſi Giudici pigliare Sportule alcune, e che il Notaro non poſſa dare dette Sportule al Giudice niſi poſt latam Sententiam.

Che li Giudici non poſſino avere, ne pigliare le dette Sportule, come di ſopra taſſate, ſe non nelle cauſe eſtraordinarie, ed ordinarie, ed eſſecutive, però nel modo come di ſopra, nelle quali ſi ſia proceduto per li debiti termini ſecondo la forma delli ſtatuti, ed in diffetto d'eſſi ſecondo la ragion commune.

Et occorrendo, che dalle parti, o da una d' eſſe ſi adimmandaſſe il conſiglio del Savio ſecondo la forma de ſtatuti, il quale conſiglio detti Giudici debbano in ogni modo concedere, ne poſſano negarlo, e venuto il Conſiglio, aperta, e data la ſentenza per il Giudice, in tal caſo eſſi Giudici non poſſano ſe non avere la metà d' eſſe Sportule, come di ſopra taſſate.

E che tutte le predette coſe ſi debbono oſſervare, etiam *per li Giudici Eccleſiaſtici, e per i loro Notarj di eſſa Città nelle cauſe vertenti avanti i lor Tribunali.*

Dat. die 24. Julii 1589. An. V. — Datum Romæ apud S. Marcum die 24. Julii 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio unionis Congregationis S. Ambroſii Mediolanen., & S. Barnabæ Provinciæ Marchiæ, & Genuæ ſub Regula S. Auguſtini cum nonnullis conventionibus inter ipſas initis.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. — Religionis propagationem, & incrementum ſinceris, prout ex debito paſtoralis officii tenemur, deſiderantes affectibus, iis, quæ propterea facta fuiſſe comperimus, ut perpetuo firma permaneant Apoſtolici muniminis firmitatem libenter adjicimus.

Hæ duæ Congregationes ſe invicē uniunt. — §.1. Sane dilectus filius noſter Franciſcus S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Sfortia nuncupat. tam ſuo, quam dilectorum filiorum Superiorum S. Ambroſii ad nemus Mediolanen., & S. Barnabæ Provinciæ Marchiæ, & Genuæ Congregationum ſub Regula Sancti Auguſtini degentium nominibus, Nobis nuper expoſuit, quod alias tam ipſe, qui dictarum Congregationum Protector exiſtit, quam Superiores prædicti, qui, ut præfertur, ſub eadem Regula vivunt, cupientes pro ipſarum ambarum Congregationum augumento illas unire, habito ſuper hoc inter eos tractatu, tandem ex certis tunc expreſſis cauſis dictas Congregationes cum quibuſdam capitulis, & conventionibus univerunt, & incorporarunt, ac unum corpus effecerunt, prout deſuper publico confecto inſtrumento plenius dicitur contineri.

Unionem autem Apoſtolica auctoritate petunt roborare. — §.2. Quare tam Franciſcus Cardinalis, quam ſupradicti deſiderantes hujuſmodi unionem, ac inſtrumentum deſuper celebratum, necnon capitula, & conventiones in eo contenta pro illorum firmiori ſubſiſtentia per Nos approbari, & confirmari, Nobis humiliter ſupplicaverunt, quatenus eorum deſiderio hujuſmodi annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Præſtat Pontifex. — §.3. Nos, habita de præmiſſis relatione a dilectis filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus deputatis ſuper negotiis Regularium, quibus negotium hujuſmodi commiſeramus dicti inſtrumenti, ac capitulorum, & conventionum in eo contentorum hujuſmodi tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, unionem prædictam, ac inſtrumentum deſuper confectum, necnon capitula, & conventiones in eo contenta, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, & ſolemnitatum quarumcumque quomodolibet omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Denuoque unit. — §.4. Et nihilominus S. Ambroſii, & S. Barnabæ, ac Genuæ Congregationes prædictas, eorumque Ordines, & Monaſteria, ac loca quæcumque auctoritate, & tenore prædictis de novo quatenus opus ſit unimus, & incorporamus, ac unum corpus a Nobis effectum eſſe volumus, decernimus, & declaramus.

Sicque ab omnibus Religioſis præcipit obſervari. — §.5. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœnis per dictum, & pro tempore exiſtentem Protectorem infligendis omnibus, & ſingulis dictarum Congregationum Superioribus, & Religioſis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut præſentibus noſtris literis, & in eis contentis pareant, & obediant, ac ea omnia per ſupradicta, & in dicto inſtrumento contenta obſervent, & obſervari faciant cum effectu.

Obſtantibus derogat. — §.6. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationum hujuſmodi, & illorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 4. Auguſt. 1589 An. V. — Datum Romæ in Monte Quirinali ſub annulo Piſcatoris die 4. Auguſti 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLVI.

De electione Prioris Generalis, & aliorum Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris, Ordinis S. Auguſtini.

De hujuſmodi electione vide in Conſt. CXCII. Pii V. Inter ceteras *fol.* 186. *Tom. III. Par. III. Et alia Conſt. CX. Gregorii XIII.* Quæ inter *fol.* 225. *ibid. ubi alia de hac Religione ſunt indicata.*

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX varietate temporum ipſa quoque humana conſilia quandoque variantur.

Pius V. Capitulum generale quolibet triennio celebrari, & in eo Priorem generalem, & Viſitatores, ac d. Priorem ad triennium eligi juſſit in ſua Conſtitutione citata in rubr.

Sane fel. record. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter Capitulum Generale Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris Bononien. Ordinis Sancti Auguſtini, quod unoquoque anno celebrari conſueverat, deinceps quolibet triennio celebrari, & in eo Priorem Generalem, Viſitatores, ac Procuratorem Generalem ad triennium ſimiliter duraturos eligi debere, per ſuas in forma Brevis literas ſtatuerat, & decreverat.

Hic Pontifex aliter ſtatuit.

§.1. Noſque juſtis adhuc, & rationabilibus cauſis adducti, eam ipſam Pii V. Conſtitutionem mutantes, idem Capitulum rurſus quolibet anno celebrari, dictumque Priorem Generalem, Viſitatores, ac Procuratorem generalem, alioſque Officiales, & Miniſtros ſimiliter ſingulis annis eligi debere ſtatueramus, & decreveramus, prout in utriſque literis præfatis latius continetur.

Nunc vero juſtis de cauſis d. Conſtitutionē Pii V. innovat.

§.2. Verum cum poſtea, Congreg. præfatam ingenti ære alieno gravatam eſſe, illudque diſſolvi minime poſſe, niſi annuis, quas ſuſtinet, impenſis aliquo pacto ſublevetur, acceperimus, atque adeo conſideraverimus, quod ſi dictum Capitulum Generale non amplius ſingulis annis, ſed de triennio in triennium, ut ante conſueverat, celebraretur, maximis ſumptibus, qui in congregando dicto Capitulo fiunt quotannis, parceretur. Unde ipſum æs alienum, quod alioquin continuo augetur, facilius diſſolvi, quinimo ipſi Canonici, qui propterea nimis frequenter vagari videbantur, in regularis obſervantiæ ſtudio melius contineri poterunt, ipſeque Prior Generalis de neceſſitatibus dictæ Congregationis uberius dicto triennio durante ſe informare, eiſdemque conſultius, & ſalubrius providere ſimiliter poterit, ejuſdem Congregationis commodis quantum poſſumus proſpicientes, literarum præfatarum tenores, ac ſi præſentibus insererentur, pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium ſtatuimos, & ordinamus, quod poſthac perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale ejuſdem Congregationis quolibet triennio, juxta formam literarum ejuſdem Pii V. omnino celebrari debeat, & in eo Prior Generalis, Viſitatores, & Procurator Generalis, prout ipſe Pius V.

Ceteroſque Abbates, Priores, Vicarios, & Præpoſitos ſimiliter ad triennium eligi mandat.

§.3. Ac ceteri etiam Abbates, Priores, Vicarii, & Præpoſiti ad triennium eligantur, prout recol. mem. Gregorius Papa Decimus tertius etiam Prædeceſſor noſter per ſimiles literas, quarum etiam tenorem pro expreſſo haberi volumus, diſpoſuerunt. Ita tamen, quod dilecti filii moderni Prior Generalis, Viſitatores, Procurator Generalis, & alii Officiales prædicti, per triennium a die eorum electionis computandum eorum officiis fungi debeant.

Trienniū præſentiū Officialiū a die electionis currere declarat.

§.4. Quodque Prior Generalis lapſo triennio ſui officii, non poſſit denuo ad idem officium eligi, niſi lapſo ſexennio.

Eorum aliquo infra triennū decedente, ejus loco ſuffectus officiū uſque ad Capitulum teneat.

§.5. Et ſi contingat aliquem ex dictis Officialibus intra triennium ſui officii decedere, is qui in ipſius locum juxta formam Conſtitutionum dictæ Congregationis ſuffectus fuerit, in officio uſque ad proximum Generale Capitulum perſeveret.

Dietam anno quolibet teneri præcipit.

§.6. Volumus autem, ut negocia ejuſdem Congregationis intra dictum triennium utilius, & diligentius pertractentur, quod quotannis in loco commodo, Conventus, quem dietam appellant, juxta præſcriptum literarum ejuſdem Pii V. habeatur, in quo Prior Generalis, ac Viſitatores, una cum duobus ex quatuor Congregationis prædictæ Canonicis in Generali Capitulo ad hoc tamquam Conſultores inſtar aliorum Officialium ſpecialiter eligendis, quorum hac prima vice moderno Priori Generali, & Viſitatoribus, ac Procuratori Generali electionem tribuimus, conveniant. In ipſo vero Conventu potiſſimum examinetur an ipſe Prior Generalis, & reliqui ab acceptione munerum abſtinuerint, & an æs alienum juxta ordinem præſcriptum diſſolutum fuerit. Volumuſque ideo, ut idem Conventus, quę ad bonorum dilapidationem, ac munerum acceptionem pertinent, a quorum perceptione abſtineri omnino cupimus, ea quæ ſcilicet idem Conventus, etiam contra eumdem Priorem Generalem occaſione præmiſſorum remedio indigere duxerit, communi dicti Conventus conſenſu accedente, quamprimum ad Nos, & Succeſſores noſtros, vel ejuſdem Congregationis pro tempore Protectorem referri curet.

Formam electionis Prioris & aliorum a Pio V. traditam ſervari jubet.

§.7. Ceterum in electionibus Prioris Generalis, Viſitatorum, Procuratoris Generalis, & aliorum Officialium prædictorum, ac in bonorum adminiſtratione, & rationum, computorumque redditione, formam in prædictis Pii Prædeceſſoris literis traditam.

Conſtitutiones autem in eligendis Diſcretis attendi mandat.

§.8. In electione vero Diſcretorum, ſive Sociorum, Conſtitutiones, & regularia dictæ Congregationis inſtituta omnino ſervari debere, præcipimus, & mandamus.

Obſervantiā hujus Bullæ omnibus injūgit.

§.9. Decernentes Priorem Generalem, Viſitatores, Procuratorem Generalem, ac alios Officiales, & Canonicos dictæ Congregationis ad præmiſſorum omnium obſervationem teneri, & obligatos exiſtere, & ad id per modernum, & pro tempore exiſtentem Protectorem prædictum, etiam per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia,

Digitized by Google

dia, cogi, & compelli poſſe: Sicque, & non aliter, per quoſcumque Judices, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritumque, & inane quidquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.10. Non obſtantibus ſingulis literis prædictis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis, & Ordinis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſq; contrariis quibuſcumque.

Tractare de immutatione hujus Bullæ prohibet.

§.11. Volumus autem, ac in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub privatione quorumcumque officiorum, & dignitatum, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis abitrio noſtro infligendis, ac moderandis, præcipimus, ac inhibemus omnibus, & ſingulis Congregationis prædictæ Canonicis, ac aliis qoibuſcumque perſonis in eadem Congregatione degentibus, ne quis publice, vel privatim de triennali Capitulo, ac Conſtitutione noſtra hujuſmodi, omnibuſque præmiſſis, in contrarium quomodolibet tractare audeat, ſeu præſumat.

Tranſumptis credi decernit

§.12. Ceterum quia difficile foret præſentes noſtras literas ad ſingula qoæque loca deferri, volumus, ac Apoſtolica auctoritate decernimus, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides, & in judicio, & extra, adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. V. 23. Auguſti.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub Annulo Piſcatoris, die 23. Auguſti 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio venditionis loci pro fabricandis Carceribus in Urbe, ut Clericis, Religioſis, Hæbreis, & Chriſtianis delinquentibus diſtinctus carcer aſſignari poſſit.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium ab ipſa Conſtitutionis materia petitum.

QUæ Ordini Eccleſiaſtico, & Statui Chriſtiano noxia eſſe videntur, & ſcandalo obiicere perhibentur, e medio ſubmovere, & eis de opportuniori, & aptiori loco providere, pernecеſſarium, & rationi conſonum exiſtit, quod Nos pro noſtri Paſtoralis officii debito inter alia, quæ in oculos noſtros incurrunt, de Chriſti peculio in carceribus cum indignis, & rejectis hæbreis mancipato, ne ex hujuſmodi eorum mutua, converſatione, & permixtione ſcandala, & incongruitates oriantur curam peculiarem habere, & eis, quæ pro hujuſmodi ſcandalorum obviatione, & abolitione, & præmiſſorum feliciori regimine, & adminiſtratione facta eſſe dicuntur, ne ſub contemptionis ſcrupulo elabantur, ſed firma, perpetua, & inconcuſſa permaneant, muniminis noſtri fimitatem adjicere ſolemus, prout perſonarum, temporum, & locorum qualitate penſata conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Cardinalis Ruſticuccius habita Papæ facultate domum ad Carceres aptam emere parat.

§.1. Hinc eſt, quod dilectus filius noſter Hieronymus tituli Sanctæ Suſannæ S. R. E. Presbyter Gardinalis Ruſticuccius nuncupatus, & noſter in alma Urbe noſtra, ejuſque diſtrictu Vicarius Generalis, ratione ſui Vicariatus officii conſiderans indecens admodum eſſe Clericos, ac Religioſos Viros, quos pro tempore ex variis, & diverſis cauſis carceribos mancipari contingit, ſimul, & permixtim, ac una cum Laicis, & ſecularibus perſonis delinquentibus, ac facineroſis hominibus in dictis carceribus permanere, & verſari, necnon hæbreos, quos etiam carcerari contingit, cum Chriſtianis, tam laicis, quam Religioſis habitare, & converſari, & pro hujuſmodi ſcandalis, & incongruitatibus tollendis carceres particulares, & ſeparatos Clericis, & Religioſis, hæbreiſque prædictis conſtitui, & aſſignari, nullumque locum, quam quamdam domum in eadem Urbe, & Regione Pontis juxta dilecti filii Jacobi dell'Elba, retro flumen Tyberis ab uno, & carceris Turris novæ ante viam publicam, & alios ejus notiſſimos fines a reliquis lateribus, ſitam, ad Eccleſiam S. Stephani Rotundi in Monte Celio de dicta Urbe ſpectan., & Collegio Germanico, & Ungarico ejuſdem Urbis, alias Apoſtolica auctoritate unitam, annexam, & incorporatam, pro hujuſmodi carceribus particularibus, & ſeparatis conſtruendis, & fabricandis aptiorem, & commodiorem eſſe, ſuper præmiſſis Nobis, cum verbum habuerit; Noſque præmiſſa rationi conſona eſſe animadvertentes, ejuſdem Hieronymi Cardinalis relatis annuerimus, præmiſſaque fieri, & ipſam domum ex pecuniis provenien., & proventuris, ex delictis, & maleficiis, ſeu Confiſcationibus illorum cauſa per dictum officium Vicariatus fact. & ex tunc facien. emi, & comparari mandaverimus.

Rector Collegii Germanici eam vendit.

§.2. Et propterea dilectus filius Petrus Antonius Spinellus Presbyter Societatis Jeſu, dictique Collegii Rector voluntati, & mandatis noſtris obtemporare volens, nomine dicti Collegii prædictam Domum, ut præfertur confinatam, cum omnibus, & ſingulis Juribus, membris, & pertinentiis ſuis, eidem Hieronymo Cardinali ad effectum præmiſſum, pro pretio mille octingentorum, & ſeptuaginta ſeptem ſcutorum, & viginti ſeptem bonenorum ad rationem decem Juliorum monetæ Romanæ pro quolibet ſcuto, per dilectum filium Martinum Longum Peritum communiter electum extimato, eaque mille ſcuta ſimilia de pecuniis ex pœnis delictorum, & maleficiorum dicti officii Vicariatus, & Confiſcationum factarum proventis, eidem Petro Antonio Rectori, qui illas penes dilectum filium Tyberium Ceulum in dicta Urbe

be

he Mercatorem, ad effectum illa in emptionem aliorum bonorum ſtabilium, ſeu locorumMontium non vacabilium inveſtien., aut in extinctionem tot debitorum dicti Collegii exponen., & erogan. ſolota fuerunt. Reliqua vero octingenta, & ſeptuaginta ſeptem ſcuta, ac viginti ſeptem bononenos hujuſmodi pro integra ſolutione pretii dictæ Domus, dictus Hieronymus Cardinalis dicto Collegio, & ſeu illius Rectori prædicto illinc ad duos annos a die ſtipulationis Inſtrumenti deſuper confecti incohandos, realiter, & cum effectu, ex pecuniis pœnarum, & maleficiorum, ac Confiſcationum, ut præfertur exigen. perſolvere, & numerare, & donec, & quouſque pretium hujuſmodi totum, & integrum eidem Collegio perſolveretur, loco fructuum, ſeu penſionum per dictum Collegium, illiuſque Rectorem, & Collegiales percipi ſolitorum, ſeu ſolitarum quinquaginta, & unum ſcuta, cum dimidio alterius ſimilis ſcuti, ex pecuniis pœnarum, ut præfertur exigen., itidem perſolvere promiſit, mandavitque, quod ex tunc omnes, & ſingulæ pecuniarum, rerum, & bonorum ſummæ, & quantitates cujuſcumque generis, & ſpeciei exiſten. ex quibuſcumque pœnis, & confiſcationibus, aut alias quorumcumque delictorum, & maleficiorum in dicto Vicariatus officio, quomodocumque, & qualitercumque, ac a quibuſcumque perſonis exigen., percipien., levan., & auferen., ſeu confiſcan., converterentur, & converti deberent in reſidui dicti pretii, illiuſque fructuum ſatisfactionem, uſque ad integram illius ſolutionem, deductis tamen ſalariis, & expenſis ordinariis dicti Vicariatus officii, nec in alium uſum quantumvis pium, & neceſſarium, etiam inexcogitatum, & nunquam evenire ſolitum, etiam pro Redemptione captivorum, & quavis alia quantumvis urgenti, & urgentiſſima, & neceſſaria cauſa ſi opus eſſet, & in futurum exprimen. converti poſſent, & deberent, niſi prius perſoluto dicto reſiduo pretii prædictæ Domus, una cum illius fructibus, perpetuo vendidit, & alienavit, & alias, prout in eodem Inſtrumento per dilectum filium Simonem Gugnettum ejuſdem Hieronymi Cardinalis, & Vicarii Notarium rogato, cujus tenorem hic pro expreſſo, & ſufficienter, ac de verbo ad verbum totaliter inſerto haberi volumus, plenius contineri dicitur.

Hujuſmodi venditionem confirmat Pōtifex.

§.3. Cum autem firmiora ſint ea, quæ noſtro, & Sedis Apoſtolicæ munimine roborantur, tam Hieronymus Cardinalis, quam Petrus Antonius Rector prædicti Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus venditionem, & alienationem, aliaque præmiſſa pro illorum firmiori ſubſiſtentia Apoſtolica auctoritate prædicta approbare, & confirmare dignaremur. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, verioreſque Domus, ut præfertur venditæ, ſituationem, confines, valores etiam annuos, & denominationes, & vocabula, Inſtrumentique hujuſmodi tenores, ac datam cum inde ſecutis quibuſcumque, pro expreſſis, & ſufficienter inſertis habentes, dictoſque Hieronymum Cardinalem, & Petrum Antonium Rectorem ſpecialis gratiæ favore proſequi volentes, ipſumque Petrum Antonium a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, venditionem, alienationem de dicta Domo ut præfertur factam, aliaque præmiſſa, ac omnia, & ſingula in dicto Inſtrumento contenta, & inde ſecuta quæcumque, illorumque vim, formam, & effectum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, eaque valida, & efficacia, & roboris firmitate ſubſiſtere.

Clauſulæ ad præſentium Literarū ſtabilitatem.

§.4. Ac per eos ad quos nunc ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit perpetuo firmiter obſervari debere, nec ab illis ullo unquam tempore retinere poſſe, ſed ad illorum omnium obſervantionem perpetuo obligatos fore, & eſſe, ac ad id cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis pœnis cogi, & compelli poſſe, ſicque ab omnibus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ac Delegatos quavis auctoritate fungentes, ac Sacri noſtri Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his, a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, omneſque, & ſingulos, tam Juris, quam facti, ac ſolemnitatum, de Jure, conſuetudine, aut alias quomodolibet requiſitarum in his forſan omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Pretium in bonum dicti Collegii erogari præcipit.

§.5. Volumus inſuper, quod omnes pecuniæ, tam hactenus eidem dilecto filio Petro Antonio Rectori prædicto occaſione venditionis dictæ Domus ſolutæ, & ex pœnis, & confiſcationibus, ut præfertur, redactæ, quam in poſterum ſolven., & reſpective redigen. in debitorum dicti Collegii extinctiones ſi extant, ſin minus in emptionem tot bonorum ſtabilium, ſive cenſuum, aut locorum Montium non vacabilium utiliter convertantur, nec in alium uſum erogare poſſint.

Defenſores deſignat.

§.6. Mandantes propterea modernis, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem S. R. E. Card. Camerario, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, quatenus ipſi, & eorum alter, per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, quando, & quoties opus fuerit, & quoties pro parte ipſius Hieronymi Cardinalis, & pro tempore exiſtentis noſtri, & Sedis prædictæ in dicta Urbe, illiuſque diſtrictu Vicarius Gener. requiſiti fue-

rint,

rint, & in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eum prædictis literis, & in eis contentis quibuſcumque pacifice frui, & gaudere non permittentes eum per prædictum, & pro tempore exiſtentem dicti Collegii Rectorem, & Collegiales, & quoſvis alios, quavis auctoritate fungentes, & dignitate præfulgen., moleſtari, perturbari, aut inquietari, vel impediri, contradictores quoslibet, & Rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcend., ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, invocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, brachii ſecularis auxilio.

Derogat contrariis.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac fe. re. Pauli II., & quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis necnon dicti Collegii, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, uſibus, conſuetudinibus, & naturis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eidem Collegio, illiuſque Rectori, & Collegialibus, aliiſque Adminiſtratoribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis Clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, & conſiſtorialiter, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 4. Septem. 1589. An. V.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die Quarta Septembris 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLVIII.

Indultum, ut Decani, Archidiaconi, & Canonici, ac alias Dignitates obtinentes in Mexican., & aliis Eccleſiis novæ Hiſpaniæ, & Inſularum Philippinarum Maris Oceani, ab Ordinariis locorum, vel quibuſvis aliis cogi non poſſint per tres menſes juſtis tamen, & rationabilibus de cauſis ad reſidentiam perſonalem in ſuis Eccleſiis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Dilectis filiis Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, & Canonicis Mexican., & aliarum Eccleſiarum novæ Hiſpaniæ, & Inſularum Philippinarum Maris Oceani, ceteriſque Dignitates, aut portiones perſonalem reſidentiam requirentes in eiſdem Eccleſiis nunc, & pro tempore obtinentibus.

SIXTUS PAPA V.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ edendæ declarationis.

§.1. Expoſuit Nobis nuper dilectus filius Franciſcus de Beteta Scholaſticus Eccleſiæ Tlaxcallen., quod cum Eccleſiæ veſtræ noviter erectæ fuerint nulla antiqua conſuetudine propterea ad perſonalem reſidentiam breviore, quam a Concilio Tridentino præfinito tempore faciendam minime teneremini, nihilominus in Synodo Provinciali Metropolitanæ Eccleſiæ Mexican. annis elapſis coacta, inter cetera, quod ab Eccleſiis veſtris ultra duos menſes abeſſe non poſſitis, ſtatutum fuit; Verum quia ſtatutum hujuſmodi præter Concilii Tridentini præſcriptum, tempus trium menſium in eo deſignatum reſtringit; Idcirco Nobis humiliter ſupplicari fecit dictus Franciſcus quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Declaratio, de qua in rubrica.

§.2. Nos igitur attendentes vos multis laboribus, & ſollicitudinibus circa novos Chriſtianos aſſidue detineri, honeſtumque eſſe vobis aliquid remittere, ut qualibet graviſſima pondera in fide Catholica propaganda facilius perferre valeatis, eo magis, quod ſtatutum prædictum Nobis approbare viſum non fuerit, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Vobis, ut per tres menſes, juſtis tamen, & rationabilibus de cauſis, ad reſidentiam perſonalem in Eccleſiis veſtris faciendam, ab Ordinariis locorum, aut quibuſvis aliis perſonis, quavis auctoritate, vel dignitate fungentibus, cogi non poſſitis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Decernentes vos ſuper præmiſſis ab eiſdem Ordinariis, aut aliis perſonis prædictis prætextu ejuſdem ſtatuti, quo neminem veſtrum arctari volumus, nullo unquam tempore moleſtari, inquietari, vel perturbari poſſe.

Clauſula irritans.

§.3. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, ſublata illis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo-

quam

Digitized by Google

quam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.4. Non obſtautibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictarumque Eccleſiarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, eiſdem Eccleſiis erectis, vel inpoſterum eligendis, illorumque Capitulis, Superioribus, & perſonis, etiam Motu proprio, conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habeotes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptis danda.

§.5. Cum autem difficile ſit præſentes ad ſingulas Eeeleſias veſtras deferre integras, volumos &c., & auctoritate Apoſtolica prædicta, decernimus, quod earum tranſumptis manu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſubſcriptis, & ejus ſigillo munitis, eadem fides prorſus adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi foreot exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 31. Octob. 1589. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Octobris 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLIX.

Ex Regeſt. in ſecret. Brev.

Confirmatio Erectionis Seminarii Clericorum Secularium in Oppido S. Trudoois Leodien. Diœceſis.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

VEhementer in Domino gaudemos, audientes ætatem adoleſcentium ad pietatem, & Religionem informari, quæ niſi a teneris annis recte inſtituatur, nunquam perfecte ſine maximo, ac ſingulari propemodum Dei Omnipotentis auxilio in diſciplina Eccleſiaſtica perſeverat.

Leodienſe Seminarium fundatum ab Ernesto Epiſcopo.

§.1. Cui rei ſicuti nuper accepimus more pii Paſtoris invigilans Venerabilis frater Erneſtus Archiepiſcopus Coloiiien. Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius, & Princeps Elector Epiſcopus Leodien. Seminarium Clericorum in Civitate Leodien., & deinde ea ſuggeſtione dilectus filius Leonardus Betten Abbas Monaſterii S. Trudonis, Oppidi ejuſdem S. Trudonis, Ordinis S. Benedicti Leodien. Diœceſis, qui dicti Oppidi ona cum ipſo Erneſto Archiepiſcopo Dominus in temporalibus exiſtit, ſecundarium quoddam, ſeu minus principale, ac dicto primario Seminario Leodien. ſub. alterum Clericorum Seminarium, e quo Clerici ibidem in Chriſtiana pietate, ac bonis literis mediocriter inſtituti ad dictam Civitatem Leodien., ac dictum primarium Seminarium ad ulteriorem in pietate, ac bonis literis, atque artibus profectum mitti deinde poſſint, in eodem Oppido erexit, & inſtituit, necnon dilecti filii Conſules, Jurati, & Coofilium dicti Oppidi pio erga fidei, & Religionis Chriſtianæ conſervationem, & manutentionem, ac incrementum affectu moti, in ſolutionem annuam, & perpetuam trecentorum florenorum, floreno ad viginti ſtuferos Brabantiæ computato, pro ſtipendiis, ſeu ſalariis Rectoris, & Magiſtrorum, & aliis uſibus neceſſariis dicti Seminarii conſenſerunt, idemque Erneſtus Archiepiſcopos, ut dicto Seminario de commoda habitatione opportune provideretur, Domum S. Matthiæ fratrum Tertii Ordiuis S. Franciſci Bogardorum nuncupatorum in dicto Oppido ſitam, in qua unus tantum canonice profeſſus ſupereſt, neque ulla ſpes effulget in dicta Domo in poſterum Monaſterium ſuſcitandi, tunc quia Domus eſt ruinoſa, ac illius redditus ſummam quadraginta modiorum Siliginis annuatim non excedunt, & exercitium operum manualium ab origine Ordinis uſitatum jam penitus exolevit, tum etiam quod fratres de Zeppereo, qui pro tempore inibi propter pericula hoſpitantur, iiſdem periculis ceſſantibus ad ſuum Monaſterium redire debebunt, tum etiam aliis de cauſis, eidem Seminario Trudonen., una cum redditibus hujuſmodi in perpetuum applicavit, & appropiavit, & ne dilectus filius Melchior Schroet dictæ Domus frater, occaſione unionis dictæ Domus, & redditnum Siliginis hujuſmodi ſua neceſſaria ſuſtentatione defraudaretor, idem Erneſtus Archiepiſcopus promiſit ſe eidem Melchiori, quod ad ſuam vitam ſuſtentandam ſufficiat quo ad vixerit proviſurum.

Aliud Seminarium erectum in Oppido S. Trudonis.

Annuum ſtipendium eidem attributum.

Domus Sancti Matthiæ Bogardorū huic ſecundo Seminario aſſignata.

Dos aſſignata Seminario Trudonen.

§.2. Ac de conſenſu dicti Abbatis tanquam Ordinarii Collatoris Perſonatus de Neverpella dictæ Diœceſis, quem dilectus filius Joannes Chriſtiani Canonicus, & Cantor Eccleſiæ S. Martini Leodien. obtinet, cum primum per obitum, ſeu reſignationem dicti Joannis vacaverit, ex tunc, prout ex ea die, & e contra, ſine tamen præjudicio ipſius Joanois. Præterea, quia ex fructibus Parochialis Eccleſiæ de Kerckem, ejuſdem Diœceſis una tertia pars majoris decimæ, cum minori Decima, & Anniverſariis, quæ ad centum ſcuta monetæ annuæ facile aſcendit, Paſtoris ſuſtentationi ſufficit, duas tertias majoris decimæ dictæ Parochialis Eccleſiæ de Kerckem, quam Dionyſius Scronx obtinet de conſenſu Abbatis, & Decani Eccleſiæ Leodien. Ordinariorum per vices ejuſdem Parochialis Eccleſiæ Collatorum ex tunc, prout ex ea die, & e contra cum primum per obitum, vel reſignationem dicti Dionyſii vacabit, ſine tamen præjudicio ipſius Dionyſii. Ad hæc, Parochialem Eccleſiam de Stewen. in ſuburbiis dicti Oppidi ſitam, quam dilectus filius Eraſmus Andreas Decanus Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virgiois dicti Oppidi obtinet, quoque uni, eam dumtaxat familiam, ſibi ſubjectam, ac proinde exiguum admodum onus habente cum primum per obitum, vel reſi-

Digitized by Google

reſignationem dicti Eraſini vacaviſſent pro officio Rectoris dicti Seminarii de conſenſu dicti Abbatis illius ordinarii Collatoris cum illis forſan annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis ſuis d. Seminario ejuſdē Oppidi perpetuo univit, annexit & incorporavit, ac conſenſit, ut de Gulda Sancti Eucherii hujus libera adminiſtratio ad dictum Abbatem, & ejus Conventum pertinet ſtatim ab erecto Seminario Trudonen. hujuſmodi quindecim modii Siliginis annui redditus ad opus ejuſdem Seminarii, ex Gulda S. Spiritus viginti modii Siliginis, ex Gulda Beatæ Mariæ Virginis viginti modii, & ex Gulda Calceorum ſex modii ſepararentur, qundque ad opus prædictum dictis ſingulis viginti modiis adhuc alii quindecim, & prioribus ſex modiis alii ſex accederent, quibus adjungendam duxit Guldam Leproſorum ex qua, ſi gratis adminiſtraretur etiam decem modios deſumendos ordinavit quemadmodum dicti Abbas necnon Conſules, Jurati, & Conſilium dicti Oppidi acceſſuros declararunt.

Directio Seminarii Trudonen. Abbati S. Trudonis commiſſa.

§.3. Denique ejuſdem Seminarii Trudonen. curationem, & ſuperintendentiam commiſit Abbati Monaſterii Sancti Trudonis prædicti, nunc, & pro tempore exiſtenti, ac dilectis filiis Eraſmo Andreæ Decano, ac Joanni Duyskens Rectori Eccleſiæ Beatæ Mariæ ejuſdem Oppidi, & uni per eoſdem Abbatem, & Conventum nominando, itaut iidem Abbas, & reliqui tres tenerentur eidem Erneſto Epiſcopo Leodien., & ſucceſſoribus ſuis, vel illi, aut illis ad id deputandis ſingulis annis, aut quoties illi placeret debita, ac legalia rationes, & computa dare ſuper omnibus, & ſingulis, quæ ipſi circa Seminarium hujuſmodi ordinarent, & diſponerent, prout in patentibus literis dicti Erneſti Archiepiſcopi deſuper confectis plenius continetur.

Prædicta omnia confirmat Pontifex.

§.4. Cum autem dilecti filii noſtri S.R.E. Cardinales Congregationis Concilii Tridentini, quibus hoc univerſum negotium mature examinandum, & Nobis referendum commiſimus, cenſuerint, erectionem Seminarii, ac uniones præfatas confirmandas, attento conſenſu eorum ad quos collatio ordinaria Beneficiorum, ut præfertur unitorum ſpectat, & pertinet, ſeu ſpectabat, & pertinebat. Nos literarum tenores, ac Domos S. Matthiæ, & Perſonatus, ac Parochialium Eccleſiarum hujuſmodi veros annuos valores, ac dat. dictarum literarum præſentibus pro expreſſis habentes de conſilio dictorum Cardinalium erectiones, Inſtitutiones, uniones, annexiones, incorporationes, applicationes, appropriationes, ac omnia, & ſingula per dictum Erneſtum Archiepiſcopum circa præmiſſa geſta, ac inde ſecuta quæcumque Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, ac illis robur Apoſtolicæ firmitatis adiicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus ſi qui intervenerint in eiſdem ſupplemus.

Clauſulæ irritantes.

§.5. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus noſtra de unionibus committendis ad partes vocatis, quorum intereſt, & exprimendo vero valore, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a Jure promiſſis fieri prohibentes, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Domus, & Ordinis hujuſmodi juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcomque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 11. Novem. 1589. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 11. Novembris 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Nonnullæ ordinationes pro bono regimine, & gubernio Theſaurariæ novæ, & veteris Bononien.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ROmanum decet Pontificem illa, quæ ad obviandum fraudibus in detrimentum publicum committi ſolitis recte, riteque ſancita fuiſſe dicuntur, ut firmius obſerventur Apoſtolici muniminis adiicere firmitatem, ac alias deſuper diſponere, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Joannes Maria Card. de Monte Conſtitutionem edidit pro bono regimine Theſaurariæ Bononien.

§.1. Sane, ſicut accepimus alias ſe. re. Julius PP. III. Prædeceſſor noſter dum ante aſſumptionem ſuam ad ſummi Apoſtolatus apicem in minoribus conſtitutus Cardinalatus, & Sedis Apoſtolicæ in Civitate Bononien. Legati de latere honore fungeretur, pro bono, & felici gubernio crediti novæ & veteris Theſaurariæ ejuſdem Civitatis, & ad obviandum fraudibus, & ſimulationibus, quæ inter creditores evenire ſolebant in electionibus, quæ quotannis de duodecim Gubernatoribus dicti crediti fieri conſueverunt, quamdam per ſuas deſuper confectas literas patentes, ſeu motum proprium edidit Conſtitutionem tenoris ſubſequentis videlicet.

Tenor Conſtitutionis prædictæ.

§.2. Cum ad aures noſtras non ſine animi noſtri diſplicentia pervenerit, quod in electione, quæ inter dilectos Creditores Montis, ſeu crediti Theſaurariæ novæ, & veteris Civitatis Bononien. quotannis fieri ſolent de duodecim hominibus Gubernatoribus

ribus dicti crediti, ut hi ad regimen, & curam dicti crediti, ac jurium ipſius præeſſe debeant, & præcipue, ut ipſi duodecim ſingulis annis Depoſitarium, & Scriptorem, ſeu Computiſtam, ut vulgo dicitur, & alios Officiales dicti crediti eligant, ſeu eligere debeant, quod nonnulli ex dictis creditoribus mali, & perverſi animi ſæpe fraudibus, & diverſis malitiis, ac ſimulationibus, uſi fuerunt, tam impartiendo, ſeu eorum creditum in plures partes dividendo, quam etiam diverſis perſonis, quæ non ſunt de numero, ſeu de corpore eorumdem creditorum, jura pro parte ſuorum creditorum cedendo, ut tempore, quo electiones de dictis duodecim fieri ſolent, habeant, & conſequantur majorem partem votorum, ſeu ſuffragiorum ad eorum favorem, quam ceteri, qui ad ſcrutinium in Comitiis poni ſolent: Idcirco volentes dictis fraudibus, malitiis, & ſimulationibus, occurere, quæ quandoque non modicum damnum, & ſcandalum inter dictos creditores, qui pro majori parte ſunt nobiles, & Cives, ac Mercatores dictæ Civitatis, parere poſſent, auctoritate noſtræ Legationis, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia &c. mandamus, & præcipimus omnibus, & quibuſcumque, cujuſcumque ſtatus, ordinis, & conditionis exiſtant, ut a prædictis fraudibus, malitiis, ſimulationibus, & fictitiis ceſſionibus, ſub pœnis infraſcriptis ſe abſtineant, & abſtinere debeant: Et ſi quis repertus fuerit, tam agens, quam expreſſe, ſeu tacite conſentiens, ipſo jure pœnam arbitrio noſtro infligendam incurriſſe dicatur: Et ſi talis de corpore ipſorum creditorum fuerit, illico puniatur etiam in amiſſione redditnum, & emolumentorum, quæ quot annis ex dicto eredito conſequeretur, ſeu conſequi poſſet per annos duos, quæ emolumenta, & commoda ceteris omnibus, & ſingulis creditoribus pro rata eujuslibet accreſcant, & accreſcere debeant; ſi vero de numero dictorum creditorum non fuerit, ipſo facto, etiam pœnam ducentorum ſcutorum auri, pro qualibet vice, qua repertus fuerit contra facere incurrat, & incurriſſe intelligatur, quæ pœna pro dimidia ereditoribus d. Theſaurariæ pro rata ut ſupra, acquiratur, & pro alia parte Cameræ Civitatis Bononien. applicetur: Non obſtantibus quibuſcumque ordinationibus, ſtatutis, proviſionibus etiam Apoſtolicis, ac juramento firmatis in contrarium facien. Datum Bononiæ die 1. Decembris 1548.

Eam confirmans Sixtus præcipit obſervari.

§.3. Et quamvis præmiſſa omnia rite, & recte per dictum Julium Prædeceſſorem tum Legatum ordinata debuiſſent, deberentque valide, & firmiter obſervari; Nihilominus cum nuper Nobis fuerit relatum, quod ſimiles adhuc in fabis fictitiis vigent abuſus, idcirco ad eos omnino tollendos, & estirpandos, pro feliciori ac faciliori dicti crediti manutentione, & conſervatione hujuſmodi fraudibus conſulere, & occurrere volentes, necnon veriores Conſtitutionis, ſeu Motus proprii hujuſmodi tenores cum inde ſequutis, præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia, & ſingula per dictum Julium Prædeceſſorem tunc Legatum, ut præfertur facta, & diſpoſita, dictaſque illius literas, ſeu Motum proprium, ac omnia ioibi expreſſa, & contenta, necnon inde ſequuta quæcumque, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque plenariæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerunt in eiſdem ſupplemus, inſuperque omnibus, & ſingulis ex numero prædictorum creditorum perſonis cujuſvis ſexus, gradus, ſtatus, ordinis, vel conditionis exiſtant, ne de cetero perpetuis futuris temporibus quavis occaſione, cauſa, ſive prætextu eorum in dicta Theſauraria ereditum ſimulate dividere, ſeu illius partem aliquam non realiter vendere, aut alias per quamcumque verborum, ſeu facti circumvolationem ficte alienare, aut de illo venditiones aliquas ſimiles cum pacto francandi facere audeant, ſeu præſumant, diſtrictius præcipiendo auctoritate, & tenore præmiſſis inhibemus.

Emptor Crediti quando admitti debeat ad ſuffragium.

§.4. Sed quia neceſſe eſt, ut quandoque creditum dividatur, & pars illius tantummodo juxta vendentis neceſſitatem alienetur, pro potiori cautela, ac promiſſorum obſervatione volumus, quod qui in futurum partem aliquam crediti prædicti a quocumque illud dividente emerit, vel realiter acquiſiverit, ad vota, ſeu Fabæ immiſſionem ullo modo admitti non poſſit, niſi prius coram dictis duodecim Gubernatoribus, necnon etiam illis, qui pro revidendis actibus, & inſtrumentis novarum hujuſmodi emptionum, & acquiſitionum pro tempore electi, & deputati fueriut, ſuæ emptionis, ſeu acquiſitionis inſtrumentum diligenter viſum, conſideratum, & approbatum legitimo ſuperinde interveniente partito, ac decreto estiterit.

Inſtrumenta talium venditionum non niſi a Notario Theſaurariæ conficienda.

§.5. Et ut quantum fieri poteſt omnibus iis proſpiciatur, per quæ abuſus prædicti facilius impediri, ac tolli poſſint, eiſdem auctoritate, & tenore mandamus, quod omnia, & ſingula inſtrumenta, quæ de dicti crediti partis alienatione, etiam cum pacto francandi, ut ſupra, poſthac fieri contigerit, per nullum alium quam per Notarium dictæ Theſaurariæ confici poſſint, aut debeant.

Pœnæ contra inobedientes.

§.6. Si vero prædictis omnibus, aut alteri eorum, quæ præſentibus continentur quoquo modo contraventum, vel non obtemperatum fuerit, tam diviſiones hujuſmodi, quam partitiones etiam cum pacto francandi, necnon inſtrumenta ab alio, quam a præfato Notario confecta, nullas, & nulla, ſimulataſque, & ſimulata, necnon pro fictitiis, & ſimulatis haberi, contravenienteſque, & tranſgreſſores quoſcumque ultra pœnas per dictum Julium Prædeceſſorem tunc Legatum impoſitas, & inflictas, in amiſſionis etiam illius partis crediti ita ſimulate alienati, & emptorem in pretii oblati ſimiliter amiſ-

Digitized by Google

amiſſionis ceteris creditoribus pro parte ſecundum cujuſque partem, & rationem proportionabiliter dividendi, & pro parte delatori, ſeu accuſatori deſignandi, pœnas incurrere, quæ nullo cujuſvis perſonæ habito reſpectu omnino exequi debeant, auctoritate, & tenore ſimilibus volumus, ſtatuimus, & ordinamus.

Clauſulæ irritantes.

§.7. Ac ita per quoſcumque Judices ordinarios, & Commiſſarios, etiam Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, necnon S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique locorum judicari, definiri, & interpretari debere; irritumque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Exequutores deſignati.

§.8. Quocirca dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Archidiacono Metropolitanæ, & Decano Collegiatæ Sancti Petronii Eccleſiarum Bononien., necnon Vicario Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Bononien. in ſpiritualibus generali per præſentes, Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit ſolemniter publicantes eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque hujuſmodi debitæ executioni demandent, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter obſervari faciant; contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, necnon legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii PP. VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, necnon Regula noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam eiſdem Theſaurariæ, ac Civitati, & Civibus, necnon Incolis Bononien., & quibuſcumque aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu pari, & conſiſtorialiter, necnon Pii PP. IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis gratiis quomodolibet intereſſe Cameræ noſtræ concernentibus, ac alias in contrarium quomodolibet facientibus conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, necnon per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe motu ſimili derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 17. Novembris 1589., Pontificatus noſtri Anno V.

Dat. die 17. Nov. 1589. An.V.

CLXI.

Confirmatio Concordatorum initorum inter Epiſcopum, & Capitulum Pataviense.

Ex Regeſt. in Secret. B ...

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium.

EX debito paſtoralis officii, quo Nobis gregis Dominici cura commiſſa eſt, circa univerſorum Chriſtifidelium præſertim in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutorum pacem, & tranquillitatem ſollicitis ſtudiis intendentes, ea, quæ propterea inter ipſos Chriſtifideles facta eſſe dicuntur, ut firma, & illabata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus.

Epiſcopus, & Capitulum Patavien. concordatum ineunt.

§.1. Cum itaque venerabilis frater Urbanus Epiſcopus, & dilecti filii Capitulum Patavien. Nobis nuper exponi feciſſent, quod quædam pacta, & concordata ante Concilium Tridentinum facta, quorum nonnulla per Decreta dicti Concilii abrogata fuerant, alia vero propter Juriſdictionis Epiſcopalis eminentiam, ac dicti Capituli, atque adeo totius Eccleſiæ incrementum, & utilitatem, denique propter concordiam, & pacem conſervandam in melius reducenda, emendanda, & reformanda videbantur, unanimi conſenſu emendarunt, & ſuper omnibus, & ſingulis illorum articulis tranſegerunt, & concordarunt, illaque approbantes, & confirmantes promiſerunt ad Sedis Apoſtolicæ confirmationem inviolabiliter obſervare.

Roborari petunt auctoritate Apoſtolica.

§.2. Et pro parte eorumdem Urbani Epiſcopi, & Capituli Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illis robur Apoſtolicæ confirmationis adiicere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Prævia approbatione Congregationis Concilii Sixtus confirmat, nonnullis immutatis.

§.3. Nos eadem pacta, & concordata dilectis filiis noſtris S. R. E. Cardinalibus ſuper interpretatione Decretorum Concilii Trid. per Nos deputatis diligenter, & accurate conſideranda, examinanda, & Nobis referenda commiſimus.

Cum autem ipſi Cardinales hæc eadem pacta, & concordata per eos mature diſcuſſa, & examinata Nobis retulerint, Nos de eorumdem Cardinalium conſilio quædam ex illis detraximus, alia in parte immutavimus, alia limitavimus, alia denique omiſimus, ac illorum omnium tenores de verbo ad verbum his nuſtris literis inſeri fecimus, qui talis eſt:

Tenor Concordatorum.

Epiſcopus Novatores ſe non paſſurum promittit.

§.4. In primis, quod dictus Urbanus Epiſcopus velit in antiqua illa, & vera fide, ac religione Chriſtiana, quæ hactenus apud Catholicos floruit, atque obſervatione, & obedientia Sanctæ Romanæ, & Catholicæ Eccleſiæ, tam pro ſua propria perſona, quam perſonis ſuorum Conſiliariorum, Præfectorum, Officialium, Aulicorum, & Familiarium jugiter permanere, neque Prædicatores, oeque liberos, neque ſubditos, qui cum novarum ſectarum hæreſibus fuerint infecti, aut eumulati in Civitate Patavien., aut aliis Oppidis, vel locis ad Eceleſiam Patavico. pertineu. tollerare, ſed contra hujuſmodi prædicantes, vendentes, ac profitentes juxta canooicas Sanctiooes, Summorumque Pontificum, tam modernorum, qoam antiquorum Decreta, atque Imperatoria mandata ad condigoas pœnas procedere, & procedi facere, ſervitoreſque ab officiis ſuis removere, ſimiliter & Capitulum prædicta obſervabit.

Item, quod velit in ſpatio unius anni omnem diligentiam adhibere inſignem aliquem, & doctum Theologum, atque antiquæ Religionis Profeſſorem competenti ſtipeodio conducere, eumdemque, apud Eccleſiam Cathedralem tenere, & ſine diſpendio Capituli ſuſtentare. Item, quod velit habere duos Officiales, ſeu Vicarios Generales cauſarum ad forum Eccleſiaſticum ſpectaotium, alterum Pataviæ, & alterum Viennæ, quorum uterque ſit Clericus honeſtus, & io Theologia, vel Jure Canonico qualificatus, quilibet habeat ſuum Aſſeſſorem, & Notarium.

Jura Capituli conſervaturſ.

Item quandoquidem Capitulum in quibuſdam Parochiis, & aliis Beneficiis, ex privilegiis Summ. Pontificum Jus habet inſtituendi, conſenſit dictus Epiſcopus Privilegia hujuſmodi in omnibus, iu quibus Concilium Tridentioum iiſdem non derogavit, firma, & rata haberi, ſalvo de cetero omni Jure Epiſcopali, debeaut, aut hujuſmodi Parochi, & alii Beneficiati ante Iuſtitutionem Epiſcopo, vel ejus Vicario generali ad examen, & Curæ Aoimarum admiſſionem ſiſti vocati, itidem ad Syoodos Diœceſanas, & Congregationes uti alii comparent, Viſitationibuſque, & reformationibus ejuſdem ſubjecti ſint. Item quod velit Immonitates, & præcipue Jurisdictionem Eccleſiaſticam Diœceſis Patavien. pro virili ſuo defendere, & mautenere, nec iu ollam commuiationem Status Eccleſiaſtici conſentire, atque communi etiam Clero coram ſe negotia habenti ſe benignum, & gratioſum exhibere.

Item Epiſcopus juravit etiam quidquid in Urbe pro confirmatione, aliiſqoe neceſſariis, necnon pro impetrandis regalibus expendendum erit, impenſis menſæ Epiſcopalis, ac ſubſidii charitaiivi, prout moris eſt, & abſque jactura rerum Capitularium ſe expediturum.

Statuta Capituli confirmaturum.

Item Epiſcopus Statuta Capituli legitima auctoritate ordinaria confirmet, dummodo Sacris Canonibus, & decretis Coocilii Trid. non adverſentur. Item Epiſeopus teneatur ſuis impeoſis apud Sedem Apoſtolieam impetrare confirmatiooem coocordatorum.

Item, ut plures Canonici ad reſidentiam alliciantur, aſſenſit dictus Epiſcopus ſequentes Parochias ubi vacaverint videlicet Taoffkirchen, & Hoffkirchen ad Flumeo vulgo Tritnaich nominatum. Item Aſpach, Maurkirchen, Althaim, & Pfarkirehen ſemper Canonicis reſidentibus idooeis, dum tamen prius diſpenſationem Apoſtolicam obtiouerit, conſerre. Item Epiſcopus uoo reſigoet, cedat, permutet, vel aliquid de Epiſcopatu reſignando, cedendo, permutando diſponat, nec in Coadjutorem conſentiat, aut pro aliquo ullo unquam tempore intercedat ioſcio, & non conſentieote Capitulo, e contra vero, nec Caoonici per clandeſtinam praxim, pro Coadiutore, vel Epiſcopo futuro, vivente adhuc moderno, confirmato, ioſcio, vel noleute ipſo aliquid moliantur.

Item cum expenſæ Capituli mirum io modum exereverint, hactenus conſenſit Epiſcopus pro ſuſteotatione octo Chorialium, quos vocant, ſingulis anois ducentos, & octo aureos Rheneoſes ad manus Cellarii Capituli angariatim quinquagiota duos florenos perſolvere.

Item debeat Epiſcopus in confirmatiooibus Prælatorum ſemper vocare aliquot perſonas, quas velit ea Canonicis Capitularibus, pro decentia, & honore ipſius Epiſcopi.

De reſidentiâ in Auſtria, & penes Cathedralem.

Item Epiſcopus ioſtituat Viſitatorem Generalem Capituli, & Cleri Diœceſis Patavien. juxta normam Coocilii Tridentini, & cum Diœc. Patavien., per totam Auſtriam ſe extendat, Epiſcopus quartam partem cujuslibet anni in eadem Provincia Auſtriæ perſonaliter reſideat, dum tamen eo temporis ſpatio, Dominici Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectioois Domini, Peotecoſtes, & Corporis Chriſti diebus, ab Eccleſia Cathedrali nullo pacto abiit. Item Epiſcopus Decaoum canonice electum, & præſentatum a Capitulo gratis juata Canonicas Sanctiones confirmare debeat.

Receptione novorum Canonicorum.

Item quoties Epiſcopus Canonicorum opera in ſuis, & Eccleſiæ oogotiis uti voluerit, hoc debet Decano, vel Capitulo ioſiouare. Item, quod Capitulo ſalva ſit collatio Eccleſiæ Sancti Pauli, & aſſumptio Cuſtodis ſimiliter, & receptio Canonicorum Eccleſiæ ſuæ, taliter, quod non cogat Epiſcopus aliquem directe, vel indirecte recipere ultra ipſorum beneplacitum, ut hactenus obſervatum eſt. Item promiſit Epiſco-

Epiſcopus Oblatario Capituli ſingulis annis ex redditibus menſæ Epiſcopalis perſoluturum ſex florenos, & quatuor ſolidos, quæ ſumma prius ex domo Balthaſaris de Staremberg relicta, fuit perſoluta.

Cognitione causarum Capituli.

Item Epiſcopus pro tempore cauſas contra Capitulum, vel in propria perſona audiat, & decidat, vel ejuſdem Suffraganeo, aut alicui perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ committat, reſervata ſibi ſententia in propria perſona ferenda.

Inventario bonorum ad Menſam Epiſcopalem ſpectantium.

Item, quod cum primum fieri poteſt de omnibus bonis mobilibus Pataviæ, atque in Arcibus, Caſtris, & Domibus Epiſcopatus ubilibet conſtitutis, & ad Epiſcopatum pertinen., per Canonicos tam ab Epiſcopo, quam a Capitulo deputandos ſufficiens, & plenum Inventarium conficiat, atque confici faciat; quod exinde duplicatum, & in formam authenticam redactum, atque ſub ſecretis Epiſcopi, & Capituli roboratum, unum ipſe retineat, & alterum ad manus Capituli tradat.

Item Epiſcopus debet etiam Capitulo in ſpatio unius anni aſſignare Urbarium authenticum omnium, & ſingulorum bonorum immobilium, decimarum, proventuum, cenſuum, atque redditunm ad Epiſcopatum quomodolibet ſpectan., & ubilibet locorum conſiſten., nec non deſcriptionem omnium ſeudorum ſigillo ſuo roboratam, & per Canonicos a Capitulo deputatos ad antiqua, & nova Eccleſiæ Urbaria reviſam.

Bonis Eccleſiæ non alienandis.

Item Epiſcopus juravit, quod bona immobilia Epiſcopatus quæcumque, item cenſus, redditus, & proventus, inſuper & bona mobilia prætioſa in præmiſſis Inventario, & Urbario comprehenſa, ſine Capituli ſcitu, conſilio, & aſſenſu, & Sedis Apoſtolicæ licentia deſuper obtenta non velit vendere, permutare, donare, aut quovis alio titulo alienationis in alium transferre, ſed nec cuique ad vitam, aut longum tempus, & omnino non ultra triennium expreſſe locare, arrendare, vel alio quovis quæſito nomine, aut colore concedere.

Ratione quolibet anno reddenda.

Item Epiſcopus debeat ſingulis annis adjunctis ſibi a Capitulo duobus Canonicis, cum omnibus Officialibus ſuarum adminiſtrationum, & officiorum diligentem ponere rationem, niſi urgentiſſimæ cauſæ, de quibus Capitulo, vel Deputatis conſtare debet, impedirent ut ratio ad alterum annum differatur.

Servanda Cōcordia inita inter Ducem Bavariæ, & Canonicos.

Item Epiſcopus obſervet, & manuteneat etiam concordiam factam per Duces Bavariæ inter Epiſcopatum tempore dilecti filii Erneſti tunc Adminiſtratoris Eccleſiæ Patavien., & Cives Patavienſes, dummodo nihil contineat adverſus libertatem Eccleſiaſticam, Sacros Canones, vel Concilii Tridentini Decreta.

Ratione reddenda adminiſtrationis.

Item Epiſcopus teneatur ſingulis annis ad requiſitionem Capituli perceptorum, & expoſitorum præſentibus duobus Canonicis Capitularibus a Capitulo deputatis ſummariam rationem reddere, & ſi minus bene adminiſtraverit rem domeſticam, Capitulumque eum deſuper admonuerit, quod velit talem admonitionem benigne accipere, malamque adminiſtrationem emendare.

Ære alieno non contrahendo.

Item Epiſcopus non debeat ullo modo inſcio Capitulo æs alienum contrahere, debeatque ſingulis annis exactiones ſteuras, videlicet impoſitas perſolvere, nec præſtantias facere, aut pro quovis hominum fidejubere.

Item Epiſcopus obligatur omnes lites, tam cum Civibus Patavien. propter exactionem rationc vini vulgo Ungelt dictum, quam cum vicinis cauſa finium, ſeu limitum vulgo Granitzen, cum conſenſu, & conſilio Capituli expedire.

Feudis Eccleſiæ nemini concedendis.

Item feuda quæcumque ad Eccleſiam devoluta ad nullas preces Imperatoris, Regum, Principum, & aliorum alicui conferat, abſque ſcitu, & conſenſu Capituli, & alias juxta Canonicas Sanctiones, pecuniaſque exinde percipiendas, & perceptas in nullum uſum, quam in Redemptionem debitorum, ac impignoratorum bonorum ipſius Eccleſiæ conferat.

Item Epiſcopus dimittat Capitulo redditus, ab antiquo in Dominio Schwadorff perſolvi debitos, ſine ulla diminutione porrigi.

De inſtrumentis bellicis.

Item Inſtrumenta bellica, ut ſunt Bombardæ, aliaque illis deſervientia, pulveres ſcilicet, & alia bellico uſui deſtinata, nullo modo alienet, ſive diminuat.

Arcibus.

Item teneatur Epiſcopus ad admonitionem Capituli deſtructas, & ruinoſas Arces, quantum neceſſitas poſtulaverit, & fieri poterit, reſarcire, reædificatas vero ſartas, tectaſque conſervare.

Item debeat Epiſcopus in collationibus omnium ſeudorum, valorem quingentorum florenorum attingentium ſemper Capitulum adhibere, cujus conſilio, & aſſenſu feuda conferat.

Item Epiſcopus non ſerviat Regibus, aut quibuſcumque Principibus.

Item quoties contigerit Epiſcopum pro quibuſcumque negotiis tractandis ad Capitulum aliquam legationem mittere, non committat hoc Decano, ſed aliis ſuis Conſiliariis, ſive ſpiritualibus, ſive ſecularibus. Item Epiſcopus neutralem ſe gerat ad Domum Auſtriæ, Bavariæ, & Bohemiæ in quantum fieri poteſt, præcipue vero ſi differentiæ, aut controverſiæ inter Dominos prædictos fuerint, niſi de conſenſu Capituli aliter conſultum fuerit. Item ſi Capitulum, aut perſona aliqua Capitularis velit impignoratas res Eccleſiæ ſuper Caſtris, teloneis, aut aliis obventionibus Epiſcopatus, ab extraneis reducere, in quibus locus eſt Redemptionis, permittat hoc Epiſcopus, & ut fiat effectualiter diſponat, ita tamen, ut illa bona poſſint ſemper per Epiſcopatum ſoluto eodem prætio redimi.

Item Magiſter Fabricæ pendeat dicto Epiſcopo ſingulis annis quadraginta floronos Rhenenſes ratione proclamandi mandata.

Item

Veſtibus Epiſcopi poſt ejus obitum dividendis inter Capitulares.

Item caſu, quo Epiſcopus diem ſuum obierit extremum, debent omnes illius Veſtes, quæ ex redditibus bonorum patrimonialium confectæ fuerunt, Sacris tamen exceptis, inter Canonicos Capitulares, qui tempore obitus fuerint præſentes, aut Præbendam itinerariam pro abſentia vulgo Raiſpfriendt indixerunt, & eo tempore participes fuerint, diſtribui, & in iis conſanguinei ipſius Epiſcopi Capitularibus nullum impedimentum faciant.

De electione Magiſtri Judicis, & juramento fidelitatis.

Item, cum Epiſcopus Patavien. pro tempore eligere intendit Judicem, Magiſtrum Civium, & Senatum, nec non recipere Juramentum fidelitatis a ſuis Civibus, & ſubditis, ex hactenus laudabili introducta conſuetudine hoc fieri debet præſentibus Decano, & Capitulo, aut a Capitulo ad hoc deputatis, ut ſic fidelitatem jurantes diſcant agnoſcere Dominum ſuum vacante Sede: ita tamen, quod Capitulum præſentiam ſuam, aut Deputatorum non deneget, quod ſi venire recuſarent, nihilominus Epiſcopo ad electionem, & Juramenti receptionem procedere liceat.

Adhibendo conſilio Capituli in arduis negociis.

Item cum ardua, uti de Statu Eccleſiæ, hoſtibus arcendis, tuendis ſubditis, & hujuſmodi fuerint tractanda negotia, Capitulum, vel aliqui Capitulares per Epiſcopũ convocari debeant pro exigentia cauſæ.

Item quoties etiam contigerit Epiſcopum ad loca remotiora ad aliquot menſes ob quaſcumque cauſas a Patavia diſcedere, debeat ipſe tunc unum, quem voluerit, ex Capitulo ſi in eo aliquis idoneus reperiatur in Locumtenentem conſtituere. Item Judices in Civitate Patavien. pro tempore exiſtentes per ſuos familiares, & in eventum neceſſitatis, proprias perſonas Curiam, & Aream vulgariter die Whör a Luſoribus, Blaſphematoribus, & Jumentis, ſeu pecoribus purgent, præſervent, & arceant: ſimiliter in publicis placitis vulgariter Gekaſſten, prout hoc fieri ſolet feſto Beatæ Mariæ Magdalenę privilegio Epiſcoporum Corradi, & Bertholdi data pro ſupradictis Curia, & Area publicent ad evitandum execrationes, & pœnas in illis contentas.

Bonis non oppignorandis eo dem inconſulto.

Item ſi Epiſcopus caſtrenſia, ſeu bona Eccleſiæ Patavien. pro utilitate ejuſdem neceſſario habuerit alienare, ſeu oppignorare, nec non alicui bona, aut officium aliquod ad dies vitæ concedere, tunc in Capitulo ſaltem duæ ex tribus partibus præſentes exiſtant, eorumque Conſilium, & aſſenſus accedat, obtenta etiam Sedis Apoſtolicæ licentia, & obſervata in omnibus Conſtitutione Paulina.

Item Epiſcopus tempore peſtis, necnon aliis omnibus Capituli neceſſitatibus, diffidationibus, invaſionibus, atque bellis manum efficaciter porrigat defenſivam, eidem Caſtrum unum, vel plura pro hujuſmodi ſecuritate, necnon defenſione, tunc ad commodum, vel commoda aperta teneat, & teneri præcipiat, atque mandet.

Item, quod de cetero Anniverſaria in Muta, ſeu Telonio, aut Camera Epiſcopali inſtituta, juxta modum ordinationis ſuæ antiquum peragantur, pecuniæque ad hoc deputatæ abſque diminutione, & contradictione integre perſolvantur.

Gratis eidem expeditiones dandæ in Cancellaria Epiſcopi.

Item quandocumque Capitulum, ac ſingulares perſonæ ejuſdem habuerint, vel in Cancellaria Epiſcopi, vel per ejus Officiales literas expedire, tales ipſis ſemper gratis, & abſque ſolutione alicujus taxæ alias ſolvi conſuetæ expediantur.

Juramento fidelitatis a Caſtellano præſtando.

Item Epiſcopus amplius nullum in Caſtellanum recipiat, vel ei fortalitium, & Caſtellum committat, niſi idem Caſtellanus literis patentibus ſuo Sigillo, aut alio authentico ſignatis ſe obliget, atque in manus Epiſcopi, aut cui commiſerit in præſentia duorum Canonicorum Capitularium delato Juramento fidelitatis ſe adſtringat, quod fidelis erit, & obediens ipſi Epiſcopo, eo autem vita functo, Decano, & Capitulo. Et ei, qui per ipſum Capitulum unicorditer, vel a majori parte canonice fuerit electus, ut moris eſt, qui etiam Decano, & Capitulo ſpecialem obligationem literis patentibus, & ut conſtitutum eſt ſigillatis in forma, & alemanica lingua, ut deſcriptum eſt. Ich N. Zu N. bekenne als der hochwirdig firſt N. mein gnediger herr mich zu ſeiner gnaden und deſſelben Stifts Schloſſ und herrſchaft N. Zuverwalten beſolen hat, vermeg meines von ſeinen firſtligen gnaden deshalben gegebnen beſtandts, hergegen ich dann ſeiner firſtligen gnaden pflichtung gethan in halt meines Reverſſ, ſo ich ſeiner firſtliger gnaden gegeben. In welcher meiner pflicht bedingt das nach ſeiner firſtliger gnaden todt, den Gott lang verhieten wolle, ainem Capitel zu Paſſauw oder den ſodurch daſſelb ainertziglich, oder von den meeren theil zu Biſchove erwellet, ermelts Schlos ein offens haus gegenwertiglich ſoll ſein. Wan und als offt ſich auch begebe daſs (wo kein Biſchove were) ein ehrwirdig Thum Capitel in das obberierte meiner verwaltung Schlos leyth zulegen notturftig wurden, das ich darumb kein irrung thun. Doch das Solches ohn mein Coſten und entgelt beſcheen ſolle, auch Sooſten getreuw und gewertig zu ſein der ſelben und des Stiffts frumben in allen Sachen zu firderen, Schaden zuwarnen, und zuwenden, auch mich in allweg halten Wie ein getreiwer diener ſeiner herrſchafft zuthun Schuldig und pflichtig iſt, getreylich und ungeverlich. Das ich obgenanter N. demnach bi meinen Wahren treyen an aides. Statt, alles das hieoben bemelt iſt, Wann Sich der fall hochgedachts meines gnedigen herren ableybung begebe, und ich die Selb zeit mit ermelten Pflegeampt und dem ſtift noch verbunden Were, gegen einem Ehrwyrdigen Thum Capitel, oder ermeltem Biſchove vermoeg meines beſtalbriefs getreylich zuvolziehen gelobe und verſpriche. Deſs zu Wahrem urkundt gib ich mergedachten meinem gnedigen herren einem Ehrwyrdigen Capittel diſe bekandtnuſſ mit meinem aygnen Inſigel verfertigt. Geben und beſchen &c.

Speciale ſponſione a Præfecto Arcis S. Georgii facienda.

Et quia ibi debet major cuſtodia eſſe & arctior obligatio, ubi majus periculum Eccleſiæ imminere poteſt, alias a majoribus obſervatum eſt, quod Caſtellanus Arcis S. Georgii ſupra Civitatem Patavien. ſtatim poſtquam acceptatus, & in poſſeſſionem, ſive cuſtodiam Arcis inſtitutus fuerit, Epiſcopo, & duobus Canonicis ad hoc a Capitulo deputatis vocata univerſa ipſius Caſtellani familia ultra præmiſſa jurare debeat, ſe vacante Sede neminem in Arcem intromiſſurum, niſi Decanum, & Capitulum, & deinde eum, qui per ipſum Capitulum, aut a majori parte Canonicorum fuerit electus, alias inſcriptioues, prout alii Caſtellani dant, nihilominus dare ſimiliter teneantur.

Novis Privilegiis levandi pecunias Civibus non concedendis.

Item, ut Epiſcupus modernus pro virili, & in quantum fieri poterit, abſtineat, & caveat, qood nulla alia privilegia nova, libertates, & immunitates levandæ pecuniæ cauſa Civitati, & Civibus Patavien, pro parte, vel in totum perpetuis temporibus elargiri, & concedere velit, ultra ea privilegia, & immunitates, quæ prius Civitati, & Civibus ipſis per Epiſcopos anteceſſores conceſſæ, & quæ Civitati, ipſiſque Civibus per Nobiles Viros Principes Wilhelmum, & Ludovicum Comites Palatinos Rheni, & utriuſque Bavaricæ Duces in arbitramento per eos publicato precipue ratiooc prædicti tributi adjudieatæ fuerint.

Advocatio Colonorum.

Item cum aliqui Coloni, & Subditi in Provincia ſupra Anaſum exiſtentes, qui vulgo Steffaner appellantur, ex pio animi affectu, & Chriſtiano ordine quo erga Sanctum Stephanum, & iſtam Cathedralem Eccleſiam flagrabant advocatiam apud eamdem quæſierint, & ſeſe illi ſponte ſubmiſerint, recognoſcentes Epiſcopos Anteceſſores in ſuos legitimos, & veros advocatos. Cum autem per temporis injuriam proviſio Colonorum cum maximo eorumdem detrimento, & damno alienis pro certa ſumma pecuniæ cominiſſa ſit, inde factum eſt, quod plurimi Commiſſarii, qoi ſummam prædictorum Colonornm impignorationem numerarunt, rei privatæ, & commodo proprio ſtudentes, cum maxima Eccleſiæ, & Epiſcoporum, & Colonorum ipſorom jactura, & præjudicio tales Colonos ſibi vendicare, & uſurpare, vel ab Eccleſia, & Epiſcopis alienare, & aliis vendere, atque diſtrahere attentavere. Cum vero Venerabilis Frater Erneſtus tunc confirmatus in Archiepiſcopum Salisburgen. ante aliquot annurum ſpatium ſupramemoratos Colonos per pecuniæ numerationem ipſis ſecularibus factam, a tali obligatione, & impignoratione exemerit, & liberos reddiderit, atque Eccleſiæ, & Epiſcoporum Succeſſorum Juri reſtituerit, ut deinceps per eoſdem Officiales, & Familiares Eccleſiæ commodum, & utilitas magis provideri, & adminiſtrari, ac in debitum gravamen humeris Colonorum auferendum ab ipſis ſecularibus creditoribus impoſitum averti poſſet, ideo ſimiliter ſtatutum eſt, ut tam modernus Epiſcopus, quam Capitulum, & ſui Canonici omnes, & ſinguli ſumma ope evitent, & abſtineant, ne perpetuis temporibus nominatos Steffaner impignorare, alienare, & pró aliqua pecuniæ ſumma, ut prius factum eſt, inſcribere, nec proviſionem, & adminiſtrationem in prædictos Colonos fiendam alteri committere velint, quam Judici in Yhuſtatt, vel alteri Officiali, & Familiari, quem Epiſcopus pro tempore exiſtens ad talem proviſionem, & adminiſtrationem ex Curialibus ſuis duxerit deputandum, & ideoneum. Quod ſi Epiſcopus, aut Succeſſores quovis quæſito colore impignorationem, & inſcriptionem, vel Colonorum alienationem facere attentaverint, tuoc omnes, & ſinguli Canonici nequaquam conſentire, concludere, neque admittere velint, aut debeant.

Cauſis Laicorum ſpectantium ad Capitulum.

Item ad Decanum ſpectet poteſtas puniendi laicos ſpectantes ad Capitulum, & Eccleſias in hac Civitate exiſtentes, in quibus hactenus id moris fuit, necnon etiam domeſticos, & famulos Canonicorum in cauſis civilibus; Ubi autem criminales ſunt, etiam criminaliter intentatæ, Magiſtratus Ordinarii animadverſioni ſubiaceant. In dubiis caſibus vero, de quibus certo non conſtet num ſint civiles, an vero criminales, Decanus, & aulæ Epiſcopalis Præfectus decidant.

Exemptions Capituli Datiis.

Item quia ad Capitulum ſpectat proprietas, & poſſeſſio Areæ, quam vulgariter Denhoff undiwöhr vocant videlicet ab Aquilone verſus Danubium, & ab Oriente ad Portam Palatii Conſulis, ubi jacet lapis ſanguinis, alias W'ch, Selſtain verſus Occidentem uſque ad Urbis murum, qui die Whor appellatur verſus Auſtrum ad Flumen Œni unde infra eumdem ambitum nullus quidquam habet, ſeu debet etiam ordinare, niſi ſecundum beneplacitum, & voluntatem Capituli, ut habetur ex privilegiis, ſeu donationibus bo. me. Corradi, & Bertholdi Eccleſiæ Patavien. Præſulum.

Item Capitulum Patavien., etiam Magiſter Pontis, & Leproſorum ſint per Civitatem Patavien. liberi ab omni exactione, ſeu ſolutione Daziæ, quæ Ungelt, & Anſchlag, vel Aufſchlag vulgariter nuncupantur, adeo quod de Vinis ſuis, & Bonis, quæ eos ſucceſſive ducillare, & vendere contigeret, oullatenus quidquam ſolvere teneantur in cujuſcumque poteſtate jus exigendi, ſeu recipiendi hujuſmodi exactionem exiſtat in futurum, ita quod libere eadem Vina ducillare, ſeu illa, & bona ſua vendere poſſint, & valeant cuicumque, vel quibuſcumque etiam extra Civitatem Patavien., prout eis videbitur expedire, abſque exactione prædicta, & omni impedimento.

Item Præpoſitus, Decanus, & ſinguli Canonici, Magiſter Leproſorum, imo quicumque Beneficiati, & Clerici Civitatis Patavien., & Suburbium ejuſdem, de Vinis, & frumentis, quæ eos, & aliquem eorum pro uſo Domus ſuæ, ſeu qualitercumque illa acquirat, a dictis exactionibus vulgariter Ungelt Aufſchlag pro tempore, & quibuſcumque aliis exactionibus per Civitatem Patavien. ubilibet impoſitis, ſeu imponendis occa-

occaſione Victualium hujuſmodi, liberi ſint omnioo, & exempti, prout etiam jure communi cautum eſt, ut a Summo Pontifice tempore confirmationis pœna ſtatuatur in contravenientes iis concordatis poſtquam nulla alia a Sede Epiſcopali vacante iniri poſſint, atqoe illa tamen in ſuo robore permaneant.

Præcedentia pacta confirmat Pontifex, ſervarique mandat.

§.5. Ut autem præmiſſa omnia pacta, & concordata tanquam honeſtati, & æquitati conſona firmius ſubſiſtant, & ab omnibus, ad quos ſpectat inviolabiliter obſerventur providere volentes, ſupplicationibus Urbani Epiſcopi, & Capituli prædictorum hac in parte inclinati, omnia, & ſingula pacta, & concordata per Nos, ut præfertur, immutata, moderata, & limitata, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ex certa noſtra ſcientia, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac Urbanum, & pro tempore exiſtentem Epiſcopum, & Capitulum Patavien. hujuſmodi, necnon omnes, & ſingulas alias perſonas, ad quas id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit in futurum ad totalem illorum omnium obſervationem teneri, & obligatos exiſtere, nec ab illis ullo unquam tempore reſilire poſſe.

Clauſulà irritans.

§.6. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Patavien., ſtatutis, & conſuetudinibus, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 25. Nov. 1589. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 25. Nov. 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

CLXII.

Suppreſſio inſtituti Frattum Scalceatorum S. Franciſci in Italia, eorum que locorum conceſſio Fratribus Minoribus Conventualibus Reformatis, Ordinis ejuſdem Sancti Franciſci.

De his Reformatis, & toto Ordine Franciſcano, vide in Conſtitut. CVI. Apoſtolici *Tom. IV. Par. IV. fol.* 359. *& antea in Conſtit. LXVII. Honor. III.* Solet. *Tom. III. pag.* 229.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus Cõſtitutionis.

CUM ſicuti ad aures noſtras nuper pervenit, dilectus filius Joannes Baptiſta de Piſauro, Profeſſor Ordinis Fratrum Sancti Franciſci Scalceatorum nuncupatorum Regnorum Hiſpaniarum, in Italiam nuper veniens, multos diverſorum Ordinum Religioſos, tam Mendicantes, ac Capuccinos, quam non Mendicantes, & alias ſeculares perſonas in nonnulla loca ipſius Italiæ per eum recepta, ad habitum per Fratres Scalceatos hujuſmodi geſtari ſolitum ſuſcipiendum, & profeſſionem per eos emitti conſuetam emittendam, Sede Apoſtolica omnino inconſulta receperit, plerique eorum ſic recepti, habitum ſuſceperint, & profeſſionem hujuſmodi emiſerint.

Suppreſſio inſtituti Fratrũ Scalceatorum in Italia.

§.1. Nos qui prædictorum Scalceatorum inſtitutom hoc tempore in Italiam inducendum non cenſemus, conſiderranteſque Fratres, qui Reformati Conventuales, & de Obſervantia appellantur, in puritate, ac ſimplicitate eorum Ordinum viventes in eadem Italia, benedicente, & incrementum dante Domino, florere, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, inſtitutum Fratrum Scalceatorum hujuſmodi in diverſis locis, Eccleſiis, & Conventibus Italiæ receptum, & tam per dictum Joannem Baptiſtam, qoam omnes, & ſingulos alios Socios ſuos Scalceatos introductum, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium extinguimus, ſupprimimus penitus, & abolemus.

Conceſſio locorum his Reformatis.

§.2. Ac loca, Eccleſias, & Conventus hujuſmodi cum omnibos eorum ornamentis, & ſacra ſupellectili, & juribus univerſis, Ordini Fratrum Minorum S. Franciſci Reformatorum Conventualium nuncupatorum, perpetuo concedimus, & aſſignamus, ſeu unimus, annectimus, & incorporamus. Ita quod liceat ipſis Fratribus Conventualibus Reformatis, nullius ad hoc requiſita licentia, corporalem, realem, & & actualem poſſeſſionem præfatorum locorum, Conventuum, & Eccleſiarum libere apprehendere, in eiſque juxta formam inſtitutorum Regularium, ac literarum confirmationis, & approbationis ejuſdem Ordinis Fratrum Conventualium Reformatorum a Nobis emanatarum, & per officium minoris gratiæ expeditarum, vitam ducere Regularem.

Permiſſio tranſeundi ad eoſdem Reformatos.

§.3. Necnon Joannem Baptiſtam, omneſque alios ejus Socios, ac eorum ſingulos, ab omni apoſtaſiæ nota, ac quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & etiam temporalibus poenis, ſi qoas propter præmiſſa omnia, vel illorum occaſione, & etiam quia a Superioribus Ordinum licentiam inde exeundi non petierint, aut alias quomodolibet reſpective incurrerint, necnon ab exceſſibus hujuſmodi, in utroque foro auctoritate, & tenore præmiſſis, abſolvimos, ac totaliter liberamus, dictaſque ſententias, cenſuras, & pœnas, eis, & cuilibet eorum gratioſe remittimus, & condonamus, atque relaxamus. Ac cum eiſdem ſuper irregularitate, per eos, & quemlibet eorum, quia interim ob præmiſſa cenſuris innodati divinis, non tamen in contemptum clavium, quomodolibet ſeſe reſpective immiſcuerint, incurſa, quodque illa, & aliis præmiſſis, non obſtantibus Clericali charactere, ac omnibus etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus, per eos, & quemlibet eorum reſpective alias rite ſuſceptis, illorumque privilegiis uti, ac in eiſdem Ordinibus, etiam in Altaris

taris miniſterio miniſtrare, libere, & licite valeant, diſpenſamus, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſive notam contra eos, & quemlibet eorum ex præmiſſis omnibus, & ſingulis quomodolibet inſurgentem, ab eiſdem penitus abolemus, ipſoſque in priſtinum, & eum in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum, in omnibus, & per omnia reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus. Decernentes, quod dictus Joannes Baptiſta, & alii, qui in aliis Religionibus prius profeſſi fuerant, vel ad eaſdem redire teneantur, vel ſi ad Fratres Reformatos Conventuales prædictos tranſire maluerint, ad eos tranſire, & ibidem recipi, & recepti permanere poſſint, dummodo prædicti aliarum Religionum profeſſi, ſi ad dictos Fratres Conventuales tranſire voluerint, profeſſionem de novo emittant, & quæ ab una in aliam Religionem tranſeuntes ſervare tenentur, ſervent. Aliis vero ſæcularibus, qui ab eodem Joanne Baptiſta, ſive aliis ſociis Scalceatis recepti, & ad profeſſionem admiſſi fuerunt in prædictos Fratres Conventuales Reformatos, vel in alias Religiones, pares, vel arctiores a Sede prædicta approbatas, dummodo de novo novitiatum faciant, profeſſionemque emittant, ingrediendi licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur. Decernentes etiam, omnes ſupradictos poſſe in ſupradictas Religiones recipi, etiam non expectato Capituli, vel Congregationis Capitularis tempore juxta Conſtitutionis a Nobis noviter emanatæ formam, cui harum ſerie, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

Communicatio privilegiorum Fratrum Conventualium huic Congregationi Reformatorum.

§.4. Quodque ipſi omnes in prædictos Conventuales Reformatos recepti, omnibus, & ſingulis privilegiis, facultatibus, indultis, indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, ac aliis gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus ipſi Fratres Conventuales Reformati, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & æque principaliter uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur expreſſe, ne cujuſvis Ordinis Mendicantium profeſſores, loca ad inhabitandum recipere, ſeu recepta mutare, abſque Sedis prædictæ licentiæ ſpeciali de prohibitione expreſſam mentionem faciente, ac aliis quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictorumque Ordinum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenore, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu tamen alicujus Notarii etiam in Archivio Romanæ Curiæ deſcripti, per dilectum filium noſtrum Hieronymum Tituli S. Petri ad Vincula S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Ruvere nuncupatum, totius Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci, & Conventualium Reformatorum hujuſmodi Protectorem, oretenus deputati ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Hieronymi Cardinalis Protectoris munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Decembris 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

D. P. An. V. 20. Decemb.

CLXIII.

Confirmatio Synodi Petricovienſis habitæ ab Epiſcopis Regni Poloniæ ſuper electione, & qualitatibus eligendi in Regem, ac promovendorum ad Epiſcopatus.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PAſtoralis noſtra ſollicitudo, quam pro tuenda ubique gentium, & locorum propagandaque Catholica Religione ſuſcipere tenemur, paternaque charitas, quam erga inclytum Poloniæ Regnum in viſceribus Chriſti præcipue gerimus, & ſingularis zelus Orthodoxæ Fdei, ſinceraque erga Romanos Pontifices, ſanctamque hanc Sedem devotio, quam ipſum Regnum, præſertim vero illius Prælati hoc maxime tempore præſeferunt, jure optimo Nos induennt, ut iis, quæ pro conſervatione ejuſdem Catholicæ Fidei, & pro publica ejuſdem Regni quiete, & tranquillitate, pie, ac prudenter a Prælatis præfatis ſtatuta fuerunt, Apoſtolicæ confirmationis robur, eiſdem Præſulibus ſupplicantibus, benigne impartiamur.

Præſules Regni nonnulla ſtatuunt in Synodo Petricovienſi.

§.1. Nuper ſiquidem ſicut expoſitum Nobis fuit, in Synodo Provinciali Petricovien. de more celebrata Venerab. Fratres noſtri Archiepiſcopi, & Epiſcopi Metropolitanarum, & Cathedralium d. Regni Eccleſiarum ſimul congregati, & convenientes in unum, ut more vigilum paſtorum gregem Dominicum ſuæ curæ creditum ab imminentibus luporum periculis incolumem quantum in eis eſt, præſervarent, ſimulque unioni, & paci ipſorum Prælatorum, ac procerum, & Populorum ejuſdem Regni conſulerent, inter alia ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito ſtatuerunt, ordinarunt, & decreverunt.

Qualitates requirendæ in eligendo in Regem.

§.2. Quod tam in præſens, quam in futurum nemo unquam agnoſcatur, nec recipiatur in Regem Poloniæ, niſi fuerit vere Ca-

Catholicus, quique Sanctam Catholicam, & Orthodoxam fidem, quam Sancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia tenet, docet, & prædicat, palam, & publice profiteatur, & ſequatur, & in unitate ejuſdem S. R. E. permaneat: quodque pro tempore exiſtens Archiepiſcopus Gneſnenſis, cui jus renunciandi, ſeu publicandi Regem ex privilegio competere dignoſcitur, neminem renunciet, aut publicet, qui fuerit dubiæ fidei, & non ſit manifeſte Catholicus.

Novus Electus a Primate Regni renunciandus, & coronandus.

§.3. Ad tollendum vero diſſidii, & inteſtini belli periculum, nullus Epiſcoporum, & Prælatorum, contra jus Archiepiſcopi prædicti poſt renunciationem ab eo factam, ſcilicet de perſona Catholica, & ſervatis Regni ſtatutis, & conſuetudinibus in electione Regis, audeat nominare, renunciare, aut coronare alium in Regem, alioquin a regimine, & adminiſtratione Cathedralis, ſeu Metropolitanæ Eccleſiæ, cui præeſt, in perpetuum eo ipſo ſuſpenſus, atque omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ quomodolibet obtinet, privatus exiſtat, & nihilominus hujuſmodi nominatio, renonciatio, aut coronatio nulla, & invalida cenſeatur, ac nullius ſit roboris, vel momenti.

Promoti ad Epiſcopatus per Regem, eorum adminiſtrationem ſuſcipere nequeant inexpeditis Literis Apoſtolicis.

§.4. Ne quis nominatus a Rege Poloniæ pro tempore exiſtente in Epiſcopum, vel Archiepiſcopum ad Eccleſiam aliquam Cathedralem, vel Metropolitanam, ex iis, ad quas pro tempore vacan. jus nominandi ipſi Regi ex privilegio Apoſtolico competit, aſſumat ſibi honorem, nec locum, neve in regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ hujuſmodi, illiuſque bonorum quoquo modo ſe immiſceat, niſi prius a Sede Apoſtolica eidem Eccleſiæ de perſona ſua ſic nominata provideri, ſeu in Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, Præſulem, & Paſtorem præfici obtinuerit literis Apoſtolicis deſuper expeditis, ſi ſecus fecerit, ad illam, & ad aliam quamcumque inhabilis omnino cenſeatur.

Pœnæ eligentium, vel adhærentiũ Regi Hæretico.

§.5. Quicumque ſive ex Senatoribus, ſive ex Nobilibus in promovendo Rege Hæretico, opem, conſilium, auxilium, vel favorem præſtiterit, vel conſenſerit, aut ei jam promoto adhæſerit, præter alias cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas, in quas eos incurrere Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis conſtitutum eſt, tam ipſe, quam poſteri ejus, & deſcendentes, ad omnes honores, dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica obtinenda, perpetuo inhabiles, & incapaces ſint, & eſſe cenſeantur.

Pœnæ contra faventes Hæreticis.

§.6. Nullus Epiſcoporum, ſeu inferior Prælatus audeat Hæreticum hominem ad honores, dignitates, officia, vel Beneficia ſpiritualia, vel temporalia promovere, vel promoveri facere, aut interceſſione, opibus, aut alia quacumque ratione ad ea aſſequenda juvare. Quod ſi id attentare præſumpſerit, pœnam privationis omnium, & quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel officiorum, quæ obtinet, necnon ſuſpenſionis, ut præfertur, a regimine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, ipſo facto incurrat, & ad alia obtinenda, incapax prorſus exiſtat.

Impugnantes Jura Sedis Apoſtolicæ, aut Juriſdictionẽ Eccleſiaſticã.

§.7. Quicumque ex iis, qui pro Catholicis ſe gerunt, tepidis nimirum, & falſis fratribus, Apoſtolicæ Sedis auctoritatem, juriſdictionem Eccleſiaſticam, & jura decimarum publice, vel privatim, directe, vel indirecte in Conventibus, aut aliis in locis impugnaverit, tam ipſe, quam ejus poſteri ab ordinibus, & honoribus, dignitatibus, & Beneficiis Eccleſiaſticis in perpetuum arceantur, & ad illa ſemper inhabiles exiſtant.

Exactio Munerum Regi, vel Reipublicæ per Epiſcopos facienda.

§.8. Quoties ex neceſſaria, communi, & publica cauſa, ac de licentia, ſeu permiſſione Sanctæ Sedis Apoſtolicæ conferendum eſt conſenſo publico ex bonis Eccleſiæ ſubſidium, ſeu donativum aliquod Regi, vel Reipublicæ, illud per deputatos ſuos Epiſcopi exigant, ne ſubditi, & bona Eccleſiarum a Secularibus exactoribus expilentur, & prophanentur, ac variis injuriis, & damnis, prout plerumque factum eſt, afficiantur. Si Epiſcopi aliter fecerint, pœnis, in Concilio Generali Lateranen. noviſſime celebrato, & in Bulla die Cœnæ Domini legi ſolita, aliiſque ſanctionibus Apoſtolicis contra eos, qui etiam ſponte offerunt, inflictis, eo ipſo ſubjaceant.

Theſaurus publicus inſtituendus pro ſubitis neceſſitatibus.

§.9. Demum, quod propter omnes ſubitas dicti Regni neceſſitates, & improviſos eventus theſaurus, ſive ærarium publicum, & commune omnium Regni prædicti Eccleſiarum, in aliqua Eccleſiæ arce, ſeu Caſtro, provide, & accurate inſtituatur, & cum omni diligentia, & cuſtodia aſſervetur,

Ipſi Regni Proceres ſupplicant pro dictorum cõfirmatione.

§.10. Quæ omnia ſtatuta, & Decreta, quo firmius, & accuratius perpetuis futuris temporibus obſerventur, iidem Prælati per dilectum filium Vincentium de Seve Præpoſitum Lacen., & Internuncium, ab ipſa Synodo Provinciali, ad Nos miſſum, Nobis humiliter ſuplicari fecerunt, ut illis Apoſtolicæ comprobationis robur adiicere, aliaſque in præmiſſis oportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Sixtus, eaque ſervari jubet.

§.11. Nos igitur eorumdem Prælatorum, ac ipſius Synodi pietatem, ſanctumque, & laudabile propoſitum plurimum in Domino commendante, eorumque ſupplicationibus in hac parte annuentes, ſtatuta, ordinationes, & Decreta prædicta, prout ſuperius deſcripta fuerunt, ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, eaque præſentis ſcripti patrocinio communimus, & illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac per eos, quos illa concernunt, & concernent in futurum, perpetuo, firmiter, & inviolate obſervari præcipimus, & mandamus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac Solemnitatum, etiam ſubſtantialium, ſi qui in eis intervenerint defectus ſupplemus.

Decretum irritans.

§.12. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis authoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari,

§.13. Non

Derogatio contrariorum.

§.13. Non obſtantibus prædictarum Eccleſiarum, & quibuſvis aliis contrariis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, & immemorabili tempore pacifice obſervatis, nec non privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumqne totis tonoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda foret, tenores bujuſmodi præſentibus pro expreſſis habentes, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, illaque omnia, & ſingula, quatenus præſentibus literis in aliquo adverſentur, pœnitus tollimus, & abrogamus. Ac nolumus deinceps cuiquam ſuffragari. Ceteriſque contrariis quibuſcumqne, aut ſi eiſdem Prælatis, vel eorum alicni, ſeu aliis perſonis, communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto bujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptis danda.

§.14. Volumus autem, quod præſentium literarum tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem ubique fides adhibeatur, quæ ipſis originalibus adbiberetur exhibitis, vel oſtenſis.

Clauſulæ pœnales.

§.15. Nulli orgo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, approbationis, communitionis, roboris, adjectionis, præcepti, mandati, ſupletionis, Decreti, derogationis, ſiblationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ci anſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. anno 1589. An.V.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono. Pontificatus noſtri Anno V.

CLXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declaratio Conſtitutionis Gregorii XIII. ſuper concordatis Germaniæ in proviſione Beneficiorum obſervandis: ſeu de publicanda proviſione Apoſtolica intra tres menſes notæ Vacationis.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

AD Romani Pontificis providentiam circumſpectam pertinere dignoſcitur, dubia, quæ ex literis Apoſtolicis oriuntur, ſuæ declarationis oraculo delucidare, ut inde omnis dubitandi occaſio, & litium diſpendia inter quoslibet Chriſtifideles, ac præſertim perſonas Eccleſiaſticas valeant ſubmoveri.

Gregor. XIII. ſuis Literæ, quæ recenſentur.

§.1. Sane dudum a ſe. re. Gregorii Papa XIII. Prædeceſſore noſtro emanarunt literæ tenoris ſubſequentis. Gregorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei. Ad futurum rei memoriam. Quæ in Eccleſiam Dei incommoda inferuut, noſtra Nos expedit animadverſione removere. Cum itaque per literas ſe. re. Nicolaii PP. V. Nationi Germanicæ, pro illius virtute, & concordia cum Sede Apoſtolica, inter alia concedatur, ut quoties aliquo vacante Beneficio Eccleſiaſtico in menſibus Januarii, Martii, & Maii, Julii, Septembris, & Novembris, in quibus vacantium Germaniæ Beneficiorum Eccleſiaſticorum diſpoſitio dictæ Sedi ſpecialiter reſervata eſt, non apparuerit intra tres menſes a diæ notæ vacationis in loco Beneficii, quod alicui de illo Apoſtolica auctoritate proviſum fuerit, ex tunc, & non antea Ordinarius, vel alius, ad quem illius diſpoſitio pertinet, de illo diſponere poſſit, & ſæpenumero contingat, ut antequam inquiſitio, quam plerumque etiam in concurſu plurium, ſive in partibus, ſive apud dictam Sedem fieri oportet in vitam, mores, & doctrinam eorum, quibus de dictis Beneficiis, per Sedem eamdem providendum eſt, compleri poſſit, ant antequam de ipſis proviſionibus, ſeu de mandatis, quæ ad inquiſitiones, & proviſiones hujuſmodi faciendas, ab eadem Sede impetrantur, vel motu proprio procedunt, literæ Apoſtolicæ conficiantur, vel etiam antequam mandata ipſa a Judicibus, ad quos directa ſunt, recipiantur, vel recepta expediantur, interdum quoque literis Apoſtolicis expeditis, & gratia purificata, ſeu mandatis prædictis receptis, & inquiſitione completa, antequam omnimoda executio perficiatur, propter diverſa impedimenta, quæ frequenter ſuccedunt, tempus trium menſium, ex quo vacatio Beneficii in loco ipſius nota eſt, expiret, ac proinde Ordinarii locorum, aut alii, ad quos talium Beneficiorum diſpoſitio, ceſſantibus Apoſtolicis reſervationibus, pertinet, ab ipſo tempore prædicto, licet priuſquam illud laberetur, proviſionis, ſive alterius diſpoſitionis de illis a dicta Sede jam gratia facta fuerit (quod ipſum attribuendum, & quærendum Jus ſatis, ſuperque eſſe certa Juris interpretatione freqneuter declaratum eſt) illa tamen conferre contendant. Qua de cauſa multis Religione, & pietate inſignibus, quando ii poſt oſtenſum virtutis, & doctrinæ ſuæ ſpecimen, atque inde emenſos labores, & ſumptus, Beneficiis potiri deberent, alii præoccupatores, obtentu ordinariæ collationis hujuſmodi, contra adverſantur. Nos indignum rati, quod temporis mora, quam ad perſcrutandum accuratius talium probitatem, induſtriam, & alia requiſita, intercedere pro utilitate Eccleſiæ neceſſe eſt, locum injuriis aperiat: attendenteſqne verba prædicta (in loco Beneficii) cum verbis (notæ vacationis) quæ protinus antecedunt, conjungi, & ad illa dumtaxat referri, ac voluntatem concedentis, ſenſumque conceſ-

Declaravit quomodo intelligenda ſit conceſſio Nicolai V. de innoteſcentia Proviſionis Apoſtolicæ de Beneficiis intra Menſes notæ vacationis in Menſibus reſervatis.

ſionis, & literarum prædictarum ſic eſſe, ut diſpoſitio Beneficii intra tres menſes a die notæ vacationis a Sede prædicta fieri, deque gratia facta alicubi apparere debeat, quemadmodum re inter utriuſque Juris Interpretes, jam pridem controverſa, ſumma ratione judicatum apparet. Via enim eſt, ut itineribus non modo infeſtis, aut prohibitis, quod fere ſemper aliquo contingit, ſed etiam expeditis, qui ex tam longinquis regionibus ad dictam Sedem profectus, & in ea ad expediendum negocium vel paulisper moratus, in eaſdem ſe recipere, tanta temporis anguſtia poſſit. Quo circa æquitate, & juſtitia ſuadentibus, præſentium auctoritate declaramus, conceſſionem Nicolai PP., & literas prædictas locum omnino non habere, quod Ordinarii, aut alii Collatores prædicti, poſt lapſum trium menſium ex die notæ Vacationis in loco Beneficii, diſponere poſſint de illis Beneficiis prædictis, alias ſub conceſſione, & literis prædictis comprehenſis, extra Romanam Curiam in menſibus prædictis quoquo modo vacantibus, vel vacaturis, de quibus intra dictum tempus trium menſium per Rom. Pontificem, ac dictam Sedem qualiſcumque gratia, vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit: ne tamen cuiquam licitum ſit factam a Sede prædicta diſpoſitionem hujuſmodi in longum protrahere, illi, quibus deinceps gratiæ hujuſmodi concedantur, earum conceſſionum fidem, & teſtimonium, intra tres menſes a die notæ Vacationis in loco Beneficii hujuſmodi, vel dictis Collatoribus ſignificare, vel in ipſo Beneficii loco publicare, quoquo modo teneantur. Decernentes omnes, & quaſcumque diſpoſitiones de dictis Beneficiis, ab eiſdem Collatoribus, poſt ſignificationem, ſeu publicationem hujuſmodi pro tempore factas, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore: ſicque in quibuſvis cauſis pendentibus, & futuris judicari debere, necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his, ab eiſdem Collatoribus, aut quibuſcumque aliis, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quod ſi forte quiſquam Collatorum prædictorum fuerit præſentium violator, eum a Beneficiorum, & officiorum collatione tamdiù ſuſpendimus, donec ipſe veniam petens reſtitutionis gratiam a Sede prædicta meruerit obtinere. Ceterum volumus, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu, & Sigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur ipſis præſentibus, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ declarationis, decreti, ſuſpenſionis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto Kal. Novembris Pontificatus noſtri Anno V.

Dubium inde exortum.

§.2. Nuper autem ad aures noſtras pervenit, dubitare nonnullos de intelligentia illorum verborum præinſertæ Conſtitutionis, ne tamen &c. An ſcilicet ita accipienda ſint, ut tres menſes intra quos idem Prædeceſſor proviſiones Apoſtolicas, earumve fidem, aut teſtimonia Collatoribus ſignificari, aut in ipſo Beneficii loco publicari mandat, numerandi ſint a die notæ Vacationis in loco Beneficii, an potius a die, quo per Romanum Pontificem, ac Sedem Apoſtolicam de Beneficiis hujuſmodi qualiſcumque gratia, vel diſpoſitio, aut conceſſio facta fuerit.

Enodatur.

§.3. Nos igitur animadvertentes ob juſtiſſimas rationes, & urgentiſſimas cauſas in eadem Conſtitutione ſuperius expreſſas, & deductas fieri vix poſſe, ut tam exiguo temporis ſpatio, trium ſcilicet menſium a die notæ in loco Beneficii Vacationis, ipſorum Beneficiorum Vacationis in Romana Curia notitia haberi, & de eis diſponi, ac demum diſpoſitio ipſa Collatoribus ſignificari, aut in loco Beneficii publicari queat; Propterea his, & aliis, quæ eumdem Prædeceſſorem noſtrum moverunt rationabilibus de cauſis adducti, ac litium, & controverſiarum, quæ ſuper præmiſſis excitari poſſent anfractibus, & diſpendiis ſalubriter occurrere cupientes, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium declaramus, verba illa ita eſſe intelligenda, ut quævis proviſiones, diſpoſitiones, aut gratiæ de Beneficiis hujuſmodi, per Sedem Apoſtolicam intra tres menſes a die notæ Vacationis in loco Beneficii computan. fieri debeant. Et nihilominus ſufficiat deinceps intra tres menſes a die datæ Conceſſionis, vel gratiæ hujuſmodi numerandos, gratiam, proviſionem, conceſſionem, ſeu qualemcumque diſpoſitionem a Sede Apoſtolica obtentam, vel ejus fidem, aut teſtimonium Collatoribus ſignificare, vel in ipſo Beneficii loco quoque modo publicare.

Clauſulæ ad validitatem.

§.4. Decernentes, ſic in quibuſvis cauſis penden., & futuris judicari debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his, ab eiſdem Collatoribus, vel quibuſvis aliis, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Pœnæ contra inobedientes.

§.5. Et nihilominus, ſi quis Collatorum prædictorum præſentibus non obedierit, is pœnas in eadem Conſtitutione noſtri Prædeceſſoris inflictas, eo ipſo ſe noverit incurſurum.

Fides danda tranſumptis.

§.6. Volumus autem, ut præſentium exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides ubique in Judicio, & extra habeatur, quæ haberetur eiſdemmet præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 3. Januar. 1590. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 3. Januarii milleſimo quingenteſimo nonageſimo. Pontificatus noſtri Anno V.

Reſti-

CLXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Reſtitutio Taxæ Equorum ad formam illius, quæ impoſita jam fuit a Paulo Papa IV. cum præſcriptione formæ eam exigendi.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

NOſtri muneris eſt Cameræ Apoſtolicæ Juribus imprimis conſulere, atque proſpicere, illaque adverſus Miniſtrorum illius incuriam, & inertiam, integre præſervare, ne oblivione obſcurentur, vetuſtateque pereant.

Paulus IV. Taxam Equorum in toto Statu Eccleſiaſtico impoſuit ad formã Cõſtitutionis Julii PP. III.

§. 1. Dudum ſiquidem fe: re: Paulus Papa IV. Prædeceſſor noſter, per ſuas in forma Brevis editas literas ſub datum Romæ ſub annulo Piſcatoris die 20. Julii 1556. taxas equorum per ſubditos Status Eccleſiaſtici modo, & forma, quibus tempore fel. rec. Julii III. ejus anteceſſoris ſolvebant, ad ipſius Pauli beneplacitum Kal. dicti menſis Julii inchoandum omnino ſolvi, eoſque ad id per Juris, & facti opportuna remedia cogi, ordinavit, & mandavit.

Poſtea alio modo perſolvendam eſſe decrevit.

§. 2. Et deinde per alias ejus ſimili modo expeditas literas ſub datum die 24. Auguſti ejuſdem anni 1556. Taxas prædictas non amplius, ut tempore dicti Julii III., ſed ſicut ante impoſitionem ſubſidii tercentum millia ſcutorum per fe. re. Paulum III., ejus Prædeceſſorem omnibus Populis dicti Status Eccleſiaſtici factam ſolvebantur, ab eiſdem ſubditis ad ipſius beneplacitum perſolvi voluit, & decrevit.

Pius IV. Taxam hujuſmodi ſolutionis publicavit.

§. 3. Succeſſive fe. re. Pius PP. IV. noſter Prædeceſſor, per ſuas eadem forma expeditas literas ſub datum Romæ die 15. Martii 1560. Pontificatus ſui anno primo, eaſdem taxas equorum in univerſo Statu Eccleſiaſtico, etiam a tempore prædicto, quo Paulus PP. IV. illas pro Camera Apoſtolica exigi, & recuperari mandavit, quoniam exactio hujuſmodi, tunc executioni demandata non fuerat citra, & ſic ſucceſſive in futurum, ab omnibus perſonis, Communitatibus, & Univerſitatibus, illas ſolvere debentibus, juxta Taxam antiquam, ex libris ejuſdem Cameræ extractam, Commiſſariis ſuper exactione hujuſmodi deputandis dandam a Franciſco Odeſcalco tunc Cameræ Præſidente manu ejus ſubſcriptam, pro eadem Camera omnino exigi, & cum effectu recuperari. Ipſe enim eidem Franciſco Præſidenti, eas Civitates, Terras, & loca, de quibus Taxa per eos ſolvenda hujuſmodi non reperta fuiſſet, aut alias forſan de eadem taxa non apparuiſſet, de novo juxta ratam aliorum locorum taxandi, & taxam debitam, & convenientem eis imponendi, itaut quælibet Communitas, & Univerſitas indifferenter Taxas hujuſmodi ſolveret, & quoſcumque earumdem Taxarum Debitores, ad illarum ſolutionem Juris, & facti remediis cogendi, & compellendi plenam, & liberam facultatem conceſſit. Non obſtantibus quibuſvis conceſſionibus, gratiis, liberationibus, remiſſionibus, ſuſpenſionibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, per quoſcumque Romanos Pontifices ejus Prædeceſſores, ac etiam per ipſum, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet factis, non tamen ex cauſa onerosa, videlicet emptionis dictarum taxarum, & pretii illarum realis, & effectualis ſolutionis occaſione, dummodo de ipſius pretii ſolutione clare conſtaret conceſſis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Incuria tamẽ exactorũ Taxa ſoluta non fuit a nonnullis Caſtris Romandiolæ.

§. 4. Quæ Prædeceſſorum noſtrorum literæ licet executioni mandari debuiſſent, tamen Cameralium Exactorum incuria conventum fuiſſe accepimus, ut contra eorum officium Cameram in poſſeſſione, vel quaſi exigendi prædictas taxas equorum a pleriſque Oppidis, Caſtris, & locis dictæ noſtræ Provinciæ Romandiolæ ante dictas Pii IV. literas taxatis, quæ prius illas ſolvere cæperant, conſervare, & a Caſtris, Oppidis, & locis, quæ tunc taxata non reperiebantur, per Franciſcum Odeſcalcum, juxta ſibi in eiſdem literis præſcriptam formam taxatis conſtituere neglexerint in magnum Cameræ detrimentum, & jacturam.

Confirmatis præcedentium Pontificũ Cõſtitutionibus, hoc Datium impoſitãtibus novam Taxam confici mandat Sixtus.

§. 5. Volentes igitur quantum in Nobis eſt malo huic congruentem afferre medicinam, & Cameræ noſtræ Jura a Miniſtrorum negligentia vendicare. Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine memoratas Pauli IV. poſteriores, ac Pii etiam IV., necnon Pii V. Prædeceſſorum noſtrorum ſuper revocatione exemptionum a ſolutione earumdem taxarum ſub datum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Junii 1566. emanatas literas, quarum omnium, & ſingularum tenores hic pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis haberi volumus, confirmantes, approbantes, & eis perpetuæ firmitatis robur adiicientes, & quatenus opus ſit illas innovantes, ſuoſque ſortiri effectus omnino volentes, omnes, & ſingulas Taxas prædictas equorum, tam a Franciſco Odeſcalco, quæ nunquam ſolutæ ſunt, quam in Cameræ libris prius taxatas, quæ forſan aliqua ex parte tempore Pauli IV. ſolvi inchoatæ, ſed non continuatæ fuere a die datæ poſteriorum Pauli IV. literarum citra, & in poſterum perpetuis futuris temporibus, juxta earumdem Pii IV. formam, & tenorem. ac juxta taxam è libris Cameræ prædictis, per alterum ex illius Ratiocinatoribus, cum interventu dictæ Cameræ Generalis Commiſſarii extrahendam, & ab eodem Commiſſario ſubſcribendam, ſine ulla mora pro Camera noſtra Apoſtolica integre exigi, & recuperari decernimus, & declaramus ab omnibus, & ſingulis Communitatibus, & Univerſitatibus, Civitatum, Oppidorum, Caſtrorum, Pagorum, & locorum quorumcumque univerſæ dictæ Provinciæ noſtræ Romandiolæ S. R. E. mediate, & immediate ſubjectorum, atque aliis quibuſcumque perſonis, etiam Feudatariis, Cenſuariis, Dominis locorum, Baronibus, Marchionatuſque, Comitatus, & quacumque

Digitized by Google

que alia dignitate, & auctoritate, etiam Cardinalatua fulgentibus, qui Caſtra, & Juriſdictiones infra limites dictæ noſtræ Provinciæ poſſident, etiam quod nihil ratione Caſtrorum, & juriſdictionum hujuſmodi Sedi Apoſtolicæ annuatim, ſeu alias perſolvant, iis dumtaxat exceptis, qui eas pretio re vera, & cum effectu numerato acquiſiviſſe legitime docuerit.

Commiſſarii deputat ad exigendas Taxas huc uſque non ſolutas.

§.6. Mandantes dilecto filio Nicolao Morono laico Ariminen., quem ad infra dicenda omnia, & ſingula, ac in illis neceſſaria, & opportuna Commiſſarium eligimus, cuique facultatem ad ea eſequenda amplam, & liberam concedimus, ut Communitates, Univerſitates, & alias quaſcumque perſonas prædictas dictæ noſtræ Provinciæ Romandiolæ, a quibus taxas prædictas exigi, ut præfertur, declaramus ad taſas ipſas in manibus Theſaurarii dictæ noſtræ, ſive illius ViceTheſaurarii integre perſolvendum, veramque ſatisfactionem impendendam a die datæ dictarum poſteriorum Pauli IV. uſque ad diem datæ præſentium noſtrarum literarum, modo, & forma ſupra ſcriptis omnibus ſuis juris, & facti remediis opportunis, prout Camerales Miniſtri, & Exactores in proventuum Cameræ exactione ſoliti ſunt, cogat, & compellat, Notarioque, ſeu Notariis, vel Actuariis publicis, & legalibus, ac Executoribus, vel Subexecutoribus, ceteriſque Miniſtris ad præmiſſa neceſſariis, ad ejus arbitrium, & nutum nominandis, & eligendis, uti poſſit.

Lites, quæ hac ſuper re oriri cōtigerint Præſidi Romandiolæ decidendas committit.

§.7. Et ſi quas forſan inter dictum Nicolaum Commiſſarium, ac Univerſitates, Communitates, aliaſque perſonas prædictas, ſuper præmiſſis, vel eorum occaſione quomolibet oriri contigerit contentiones, & differentias, noſtræ Provinciæ pro tempore Præſidi, quatenus illas per ſe, vel alium, ſeu alios breviter, & ſummarie, & ſine ſtrepitu, ac figura Judicii, manu regia, ac omni, & quacumque appellatione remota, ut in materiis Cameralibus fieri ſolet, audiat, cognoſcat, ac fine debito terminet, & decidat ſecundum præſentes, & non alias, committimus, & mandamus.

Vigeſimam Commiſſario aſſignat.

§.8. Et ut Nicolaus aliquem laborum, quos in occaſione hujuſmodi impenderet, fructum capiat, ipſum vigeſimam partem, ſeu quinque pro quolibet centenario eorum nummorum, qui dictarum taxarum cauſa vere exigentur, & a Theſaurario, ſeu ViceTheſaurario dictæ Provinciæ memerato recipientur a dictarum taxarum debitoribus, de eorum proprio ipſi Nicolao ſolvendam pro rata quantitatum, quas Theſaurarius receperit, præter ſcilicet, & ultra dictas quantitates, eas neque integras, & quoque abſque alicujus vigeſimæ detractione, ad manus Theſaurarii provenire decernimus, conſequi, & etiam ultra dictam vigeſimam impenſas in viaticis faciendas per ipſum Nicolaum, a Legato, ſeu a Præſide dictæ Provinciæ pro tempore arbitrandas, liquidandas, & taxandas, ab eiſdem debitoribus recipere, & habere, ad idque eos cogi, & compelli poſſe concedimus.

In poſterum hujuſmodi Taxam a Theſaurariis Provinciarum exigi mandat.

§.9. Ceterum a die datæ præſentium in poſterum taxas prædictas eiſdem modo, & forma, per modernum, ac alias pro tempore futuros dictæ noſtræ Provinciæ Theſaurarios, vel eorum ViceTheſaurarios recuperandas ſtatuimus, illiſque, ut eas integras ſtudioſe eſigant, & ſolerti aſſiduitate præteritorum Theſaurariorum indiligentiam compenſent, præcipimus, & eſpreſſim in mandatis damus.

Clauſula.

§.10. Sicque, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam dictæ Cameræ noſtræ Clericos, & cauſarum Palani Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales diffiniri, ſententiari, & judicari debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & ſententiandi facultate, & auctoritate, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his, a quoquam, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Exequutores præſentis Cōſtitutionis deputat.

§.11. Quo circa dilecto filio Henrico Sanctæ Pudentianæ Presbytero Cardinali Cajetano S. R. E. Camerario, ac ejuſdem Cameræ Præſidentibus Clericis, Theſaurario, & Commiſſario, & eorum ſingulis harum ſerie committimus, & mandamus, quatenus præmiſſa omnia, & ſingula manu regia, omni mora, appellatione, & exceptione remotis, per cenſuras Eccleſiaſticas, & pœnas pecuniarias privationis feudorum, inhabilitatis ad illa, & alias ſibi beneviſas, aliaque Juris, & facti remedia opportunis faciant, præcipiant, & mandent firmiter, & inviolabiliter impleri, & obſervari.

Contraria tollit.

§.12. Præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis immunitatibus, exemptionibus, ac aliqua poſſeſſione, vel potius uſurpatione noo ſolvendi dictas taxas, necnon noſtra de non tollendo Jure quæſito, ac aliis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in genere, vel in ſpecie, per quoſcumque Romanos Pontifices, ac etiam Nos, & Sedem Apoſtolicam quomodolibet, præterquam ex cauſa oneroſa, videlicet emptionis dictarum taxarum in ſpecie, & in individuo, media pretii actuali, reali, & effectuali exburſatione, dummodo de ea clare, & explicite, & non alias conſtet, conceſſis. Ceteriſque contrariis quibuſcumque. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio habenda eſſet, eorum tenores pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

Fides danda tranſumptis.

§.13. Volumus antem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu publici Notarii ſubſcriptis, & Sigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 15. Januar. 1590. An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 15. Januarii 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

Alie-

Digitized by Google

CLXVI.

Alienationes officiorum, ſeu jurium, & emolumentorum, officiis etiam majoribus S. R. E. annexorum, ab Officialibus contra formam eorum primævæ erectionis factæ reſcinduntur, & in poſterum fieri prohibentur.

Quo ad Officia a primæva erectione annexa Officio Vicecancellarii, attende Conſt. XIX. Sixti IV. Divina *Tom. III. Par. III. fol. 165. in §. 25. & declarationem hujuſmodi Pontificis ſub iſta Conſtitutione locatam.*

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUM pro ſuprema injunctæ Nobis ſollicitudinis cura, atque ea, quæ Romanos Pont. peculiaris exiſtit in tuendis S.R.E. rebus providentia, ejuſdem Eccleſiæ jura, & emolumenta integra conſervare naturali, divinoque mandato moniti teneamur. Cumque ne ea contra antiquam Rom. Pont., vel aliorum, ad quos pro tempore ſpectat conſuetudinem, aliter, quam concedenda ſunt, concedantur, aut in alias perſonas contra concedentium voluntatem, attributamque ipſis facultatem transferantur, omni ſtudio cavere debeamus. Nulli mirum videri debet, ſi pleraque jura, atque emolumenta S.R.E. officiis etiam majoribus annexa, ab obtinentibus dicta officia, qui tamquam fideles, & prudentes ſervi, talenta a Domino accepta dando ſuperlucrari, vel ſaltem utendo communicare, non autem diſtrahenda conſumere debent, hactenus indebite alienata recuperare, & ne in poſterum alienentur prohibere optima ratione decernamus.

Cauſa hujus Conſtitutionis.

§. 1. Cum igitur ſint aliqua munera, aut officia, ſeu potius jura, regalia, & emolumenta majoribus officiis annexa, quæ aliquibus perſonis in laborum, & meritorum renunciationem ab ipſis Officialibus gratioſe concedi ab initio conſueverunt, & omnino debuerunt, & nonnulla ſimiliter officia per ſe exiſtant, quæ perſonis inopia laborantibus ad honeſtam eorum dumtaxat vitæ, aut familiæ ſubſtentationem a Sede Apoſtolica liberaliter tributa ſint, Nos ut modus in hujuſmodi conceſſionibus ſervari debitus, hactenus immutatus reſtituatur, & ne in poſterum aliquo pacto immutetur, atque ut Beneficii accepti memoria pretii, aut oneris impoſitione non lædatur, & ne officiorum conceſſorum emolumenta e perſonis, aut familiis, quibus ad eorum ſubſtentationem conceſſa ſunt, egrediantur, aut ipſorum neceſſitatibus ullo tempore ſubtrahantur, & ne ulterius Camera Apoſtolica aliquam jacturam patiatur, quantum in Nobis eſt, ſtatuendum, atque conſulendum duximus. Summo itaque animi dolore nuper accepimus (id quod magna etiam cordis perturbatione, & juſta indignatione commoti vix cogitatione revolvere, nedum verbis recenſere poſſumus) quoſdam ad Apoſtolicæ Sedis Officia, etiam præcipua a Romano Pontifice adſcitos, quos Officiorum præfatorum jura, & emolumenta conſervare, & ut ceteris inferioribus Officialibus fidei, & induſtriæ exemplo eſſent, amplificare oportebat, propriæ ſalutis immemores, ea contra antiquam majorum conſuetudinem, & attributam facultatem, & contra ejus qui contulit voluntatem, & in damnum Sedis, & Cam. Apoſt., ſuorumque in prædictis Officiis ſucceſſorum alienare, pecuniaſque inde collectas in proprios uſus convertere non dubitaſſe. Nec ſine majori animi moleſtia comperimus, eos hujuſmodi alienationes ſubreptitiis, & obreptitiis confirmationibus Apoſtolicis approbari procuraſſe, & ſe eo pacto tueri, & quodam modo excuſare voluiſſe. Qua quidem in re non poſſumus non ſummopere deteſtari hujuſmodi hominum ingrati animi vitium, dum inſignem Apoſtolicæ Sedis liberalitatem experti, res eorum fidei creditas, & ipſis in uſum, fructumve tantum conceſſas, in alios transferre auſi fuerunt, tum ſacrilegium eorumdem, quod bona, ac jura Deo, ejuſque Sponſæ Sacroſanctæ Eccleſiæ dedicata præripere veriti non fuerunt: demum impietatem, quod ea, quæ pauperibus educandis, quæ viris Religione, ac doctrina claris, ſedulamque ipſi Eccleſiæ operam navantibus fovendis deſtinata ſunt, cupide exhaurire, & ad propria commoda convertere non timuerunt. Invenimus præterea nonnullos, tum in variis ſtatus noſtri temporalis Eccleſiaſtici locis, tum præſertim in hac Alma Urbe noſtra, in qua Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri erga ejuſdem Urbis Cives, & Incolas liberales, & munificos ſe ſæpius exhibuerunt, qui diverſa Officia, donec ipſi vivant, vel eorum familiæ extent, in laborum, & meritorum remunerationem, vel ad ſublevandam eorum indigentiam ab ipſis Prædeceſſoribus noſtris acceperunt, Apoſtolica benignitate abutentes, attributaque alimenta negligentes, quaſi per injuriam benefactoris memoriam ingrati animi vitio delere, taliaque ſibi elargita Officia in alios transferre veritos non fuiſſe. Nonnullos etiam diverſarum noſtræ, & S.R.E. temporali ditioni ſubjectarum Provinciarum, Civitatum, & locorum Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Magiſtratus, & Romanæ Curiæ Officialium Collegia, hujuſmodi inferioria Officia, ſive eorum jura, & emolumenta mediante pretio, vel reſponſione concedere quandoque præſumpſiſſe.

§. 2. Unde Nos deteſtabiles hujuſmodi abuſus, ne latius ſerpant, prohibendos, juſtiſſimaque, & ſeveriſſima ſanctione coercendos, & ex Romana Curia, Statuque temporali Eccleſiaſtico prorſus eliminandos eſſe cenſentes, habita ſuper his cum venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de eorumdem fratrum conſilio, & aſſenſu, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis

Irritatio alienationum, de quibus in rubrica.

Digitized by Google

ſtatis plenitudine; hac perpetuo valitura Conſtitutione reſcindimus, & irritamus, quinimmo maledicimus, & execramur omnes, & quaſcumque venditiones, diſtractiones, pignorationes, hypothecas, necnon deputationes, & conceſſiones ex titulo oneroſo ab omnibus ſuper nominatis quomodolibet factas, quorumcumque ab ipſo initio, ſive a primæva erectione, ex indulto Apoſtolico non alienabilium jurium, & emolumentorum quibuſcumque officiis cohærentium, etiam majoribus, nempe majoris Pœnitentiarii, Vicecancellarii, Camerarii, Summatoris literarum Apoſtolicarum, cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris noſtri, & pro tempore exiſtentis Rom. Pont. in Urbe Vicarii, & ejuſdem Urbis Gubernatoris, ac Senatoris, aut aliorum quorumcumque, ſub ſigilli Secretariatus, Vicariatus, exercitii, deputationis, cuſtodiæ, aut alio quovis nomine, & vocabulo comprehenſorum, etiam ſub prætextu compenſationis, aut remunerationis obſequiorum per dictos Officiales majores Sedi Apoſt. impenſorum, aut expenſarum, vel damnorum per eoſdem ea quavis cauſa paſſorum, vel ſub quovis neceſſitatis, & indigentiæ quæſito colore, in favorem quarumvis perſonarum, ut præfertur, factas, ac omnium etiam Officiorum, adminiſtrationum, & jurium, quæ vel a Prædeceſſoribus noſtris aliquibus perſonis, ſeu familiis gratioſe conceſſa, vel a prædictis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, Magiſtratibus, Officialibus, aut Collegiis, pretio, ſeu gratia, ut præfertur, conceſſa fuerunt, etiam contractu ultro citroque obligatorio, publicoque inſtrumento ipſorum concedentium, & Succeſſorum ſuorum nominibus ſolemniter inito, & ſtipulato, necnon præſtito juramento, aut quacumque confirmatione Apoſt, poſtea etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus ſubſecuto roboratas, quarum omnium, & ſingularum, ac inſtrumentorum, & confirmationum hujuſmodi tenores præſentibus haberi volumus pro plene, & ſufficienter expreſſis.

Et omnium inſtrumentorum deſuper celebratorũ quacumque cautela munitorum,

§.3. Declarantes nemini licuiſſe, nec licere hujuſmodi conventiones, contractus, & pacta, ultra facultatum ipſis conceſſarum limites in detrimentum Sedis, & Cameræ Apoſtolicæ, ſuorumque in Officiis per eos obtentis ſucceſſorum, ſuper præmiſſis inire, & celebrare; Ideoque tam ipſos contractus, conventiones, pacta quæcumque, inſtrumenta inita, & celebrata, nulla, invalida, ac viribus omnino vacua exiſtere, quam etiam juramenta ſuper contractibus hujuſmodi præſtita, ex hoc ipſo illicita, nequaquam ſervanda eſſe, ac ſuper illis editas a Prædeceſſoribus noſtris confirmationes, quibuſcumque præſervativis, reſtitutivis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, aut aliis fortioribus, inſolitis, atque efficaciſſimis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis munitas, tamquam in fraudem decretorum, & canonicarum ſanctionum per ſubreptionem, vel obreptionem, ſeu ut dicitur per præoccupationem extortas verius, quam obtentas, ac pariter nullas, & irritas eſſe, & cenſeri. Cum nequaquam credendum ſit, quempiam ex eiſdem Prædeceſſoribus noſtris voluiſſe confirmare, quod non licet, nec veriſimile ſit (prout alias a quibuſdam in ſimilium gratiarum confirmationibus expreſſum, ac narratum fuiſſe accepimus) pro ſolvenda, vel reſtituenda dictis Officialibus alienantibus exigua pecuniarum ſumma, pro ſervitiis Sedi Apoſtolicæ præſtitis, aut ſumptibus ejuſdem Sedis cauſa ſuſceptis erogata, ipſius Cameræ, Sediſque Apoſtolicæ Ærarium ad eo umquam exhauſtum fuiſſe, aut iis anguſtiis laboraſſe, ut neceſſe fuerit ad hujuſmodi alienationes, earumque confirmationes, tam pernicioſas devenire. Cumque ex hoc ipſo ſatis appareat, ipſos Prædeceſſores ſubdola, & fallaci impetrantium calliditate circumventos fuiſſe, non autem vere id approbaſſe, quod ut diximus, non ipſius Cameræ, ſed eorumdem alienantium lucro ceſſit, qui præſertim eodem tempore ſe plane ingratos, & Apoſtolicæ Sedis beneficiis prorſus indignos demonſtrarunt, Si enim Dominus eiiciendum cenſuit in tenebras exteriores ſervum malum, pigrum, & inutilem, quia traditum ſibi talentum fodiens, in terram abſcondit, ac ſuperlucrari omiſit, ſed tamen quod acceperat, integrum ſine ulla diminutione ſervavit, & reddidit, quanto graviori ſupplicio eum affeciſſet, qui illud ipſum defraudare, defraudatumque Apoſtolicæ confirmationis tegumento celare, fraudemque mendicato ab ea approbationis prætextu pertinaciter tueri auſus eſſet? Præterea, ſi Ananiam de pretio proprii agri fraudata parte mentitum, illico in fraudis pœnam, ad Apoſtolorum pedes procidentem expiraſſe legimus, eos qui Sacræ Romanæ Eccleſiæ jura integra in ſuam utilitatem convertere, nedum de ſuis aliquid retinere ſtudent iis, & gravioribus pœnis afficiendos eſſe non cenſebimus?

Poſſeſſio cujcumque ſtatim auferatur.

§.4. Ac propterea illos, qui prædicta jura, regalia, adminiſtrationes, atque emolumenta alienata, aut quomodolibet gravata detinent, uti intruſos, & detentores ab illis, eorumque exercitio, prætenſa etiam immemorabili poſſeſſione, ſeu quaſi per ſuperiores Officiales a quibus dependent, vel alios ad quos ſpectat, propria auctoritate, manu regia, de facto, ſine aliqua monitione, citatione, cauſæ cognitione, Judicis decreto, declaratione, aut miniſterio, & abſque ulla pecuniarum, aut pretii, vel pignoris reſtitutione, & ſine ſpolii, vel attentatorum vitio eiici, expelli, amoveri, & privari, & ad tradendas, & conſignandas quaſcumque ſcripturas ad hujuſmodi Officia ſpectantes, quas penes ſe habent, necnon ad reſtitutionem fructuum dictorum Officiorum a die obitus earum perſonarum, quæ illa, ut præfertur vel alias, eis vendiderunt, aut conceſſerunt, decurſorum, & ab iis forſan perceptorum, aut penes quoſcumque exiſtentium cogi, & compelli, & alios in eorum locum, gratis tamen nec alias, ſubrogari libere, & licite poſſe, ac omni-

Digitized by Google

omnino debere, eoſque tantum actionem repetendi pretii, aut pignoris, vel delendæ, & extinguendæ obligationis contra eorum perſonas, cum quibus ipſi ab initio contraxerint, eorumque hæredes, & bona, ſiquæ extent, habere, ipſoſque, qui pretia, vel pecunias ipſas ſic indebite receperint, eorumve hæredes ad reſtitutionem teneri, atque ad id juris, & facti remediis opportunis cogi, & compelli poſſe. Officia vero, & adminiſtrationes ultimo dicta gratuito ut dictum eſt, certis perſonis, eorumve familiis conceſſa, & deinde ab eis de facto alienata, eo ipſo Cameræ Apoſtolicæ applicata, & ad eam devoluta eſſe, & cenſeri, nec ſolum emptores, verum etiam venditores omni jure ſibi in eis, vel ad ea quomodolibet competenti cecidiſſe.

Sic & non aliter judicetur.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Præſidentes, ac S. R. E. Cardinales in quibuſvis cauſis, & inſtantiis motis, & movendis, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentatum forſan eſt hactenus, vel in futurum attentari contigerit, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Prohibitio de cetero illa alienandi.

§.6. In poſterum vero, ne quis ex ſuperius nominatis, aut quacumque, etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, vel alia majori, etiam Cardinalatus dignitate præfulgens, tale crimen attentare, aut quicquam ex præmiſſis vendere, alienare, pignorare, obligare, aut hypothecare, vel ſub reſponſionis, aut mercedis promiſſionis receptione ad dictorum Officiorum exercitia, quempiam deputare audeat, ſeu præſumat, ſub interminatione divini judicii, ac maledictionis æternæ diſtrictius interdicimus, & prohibemus.

Officia integra Sedi, & Cam. Apoſtolicæ conſerventur.

§.7. Volentes, quod omnino ipſa Officia, prout cuique ab initio per Sedem Apoſtolicam conceſſa ſunt, ita etiam integra, & intacta, cum omnibus ſuis juribus, & emolumentis, pertinentiis, annexis, & connexis retineantur, ac Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ perpetuo conſerventur.

Transgreſſores multis pœnis ligantur.

§.8. Si quis autem extiterit præſentis noſtræ Conſtitutionis in aliquo violator, non ſolum prædictas venditiones, alienationes, hypothecas, pignorationes, conceſſiones, aſſignationes, vel deputationes, aliaſque ſimiles, vel diſſimiles conventiones poſthac de cetero faciendas, ac quicquid illarum prætextu ſecutum fuerit, etiam Apoſtolica, vel alia quavis auctoritate roboratum, pariter ex nunc, prout ex tunc, & e contra annullamus, reſcindimus, & irritamus, declarationeſque, & decreta, ac facultates, & alia quæcumque ſuperius expreſſa, ad illas in omnibus, & per omnia extendimus, & ampliamus, verum etiam eos, qui fuerint noſtræ hujus prohibitionis de facto transgreſſores, ipſo jure omnibus, & quibuſcumque per eos obtentis, ſeu obtinendis Eccleſiaſticis Officiis, beneficiis, muneribus, gradibus, honoribus, dignitatibus, attento, quod illis ſeſe tanto facinore perpetrato indignos reddiderunt, privamus, necnon privatos, ac ad ea, & alia poſtea obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces, infames, ignominioſos, ac perpetuæ infamiæ, & ignominiæ labe, & macula eis inuſta notatos, atque inteſtabiles declaramus, ita ut illis portæ numquam pateant dignitatum, quinimmo in ſempiternæ maledictionis, & anathematis pœnam in æternum condemnati, & traditi cenſeantur.

Contraria omnia removentur.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac de jure quæſito non tollendo Cancellariæ Apoſtolicæ regula, & quibuſvis ſtatutis, aut diuturnis, & pacificis poſſeſſionibus, ſeu quaſi, quæ uſurpationes cenſeri debent, necnon pro illorum confirmatione, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac titulo oneroſo præmiſſis, vel aliis gravioribus, & urgentioribus de cauſis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum prædictis, vel aliis efficacioribus, validioribus, ac prorſus inexcogitatis clauſulis, & verborum conceptionibus per quoſcumque noſtros Prædeceſſores, aut noſmetipſos, & Sedem prædictam conceſſis gratiis, aut literis Apoſtolicis, etiam ſæpius approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis non niſi eorum tenoribus ad verbum inſertis, ac modis, & formis inibi traditis ad unguem ſervatis, aut nonniſi certarum, quarum intereſt perſonarum expreſſe ad id accedente conſenſu, vel eis ſaltem prius ſatisfacto, derogari ullo modo poſſit, aliter factæ derogationes nullius ſint roboris, vel momenti, tenores hujuſmodi perinde, ac ſi forma requiſita plene adimpleta, & obſervata, ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Status antiquus officiorum, pro ipſis Officialibus majoribus præſervatur.

§.10. Noſtræ tamen mentis, atque intentionis non eſt, per præſentes in aliquo immutare ſtatum Officiorum, quæ majoribus Officiis annexa ab ipſo initio ex Indulto Apoſtolico, pretio, vel recognitione aliqua interveniente conceduntur, & vacabilia ſunt, quorum cum pro tempore vacant, collatio, ſive titulo oneroſo conceſſio, ſeu quævis alia diſpoſitio ad ipſos Officiales hactenus pertinere conſuevit, in quibus, quo minus ipſi Officiales, ut prius illa concedere, pretiumque inde percipere, ſeu alias de eis diſponere valeant, nullum in poſterum præjudicium generari volumus.

Juſſio hanc Bullam publicandi.

§.11. Ut autem præſentes literæ omnibus innoteſcant, mandamus illas ad valvas Baſilicæ Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, & publicari, eorumque exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, eamdem prorſus fidem adhiberi, quæ ipſis originalibus adhiberetur, exhibitis, vel oſtenſis.

Sanctio pœnalis.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat

pro ſublatis, & abrogatis habere volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Solamque ſignaturam ſufficere decernit.

§. 7. Volumus autem, quod præſentis cedulæ ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat, etiam abſque data, & regiſtratura, ac publicatione. Quodque ſi videbitur, hujuſmodi cedula in quinterno Cancellariæ deſcribatur, & etiam ſine publicatione, data, & regiſtratura, eis fides omnino adhibeatur in judicio, & extra, perinde acſi literæ etiam ſub plumbo expeditæ eſſent, quæ nihilominus expediri poſſint, per Breve noſtrum, ſub quacumque data, ſtylo Cancellariæ, & Cameræ præfatarum, ac regulis, & Conſtitutionibus, necnon privilegiis, Regiſtratoribus ſupplicationum Apoſtolicarum, & aliis præfatæ Curiæ Officialibus conceſſis in contrarium diſponentibus, & aliis non obſtantibus quibuſcumque.

Subſcriptio Papæ.

Placet, & ita Motu proprio mandamus.

Publ. Pont. An. V. die 3. Aprilis.

Lecta, & pub. fuit ſuprad. Conſt. Romæ in Cancell. Apoſt. Anno Incarnat. Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo die vero 3. menſis Aprilis Pont. S. D. N. D. Sixti divina providentia Papæ V. Anno V.

CLXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio nonnullorum Decretorum per Commiſſarium, & Viſitatorem in Provincia Romandiolæ deputatum factorum, pro bono regimine, & Guberno Comitatus, & Civitatis Cæſenaten.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INter innumeras Paſtoralis Nobis divina annuente Clementia, injuncti muneris Curas, in ea præcipue cogitatione aſſidue verſamur, ut Civitates, & loca ditioni noſtræ temporali ſubjecta, tranquille, feliciterque regantur, gubernentur, atque inſtituantur, Populique Nobis ſubditi, quantum provideri humana ratione poteſt a potentioribus non opprimantur, & affligantur, atque abuſus, qui vel temporum varietate, vel hominum licentia, ſenſim abrepunt, tollantur, & de medio removeantur, ne quid injurioſum, ne quid depravatum, ne quid corruptum utilitatem, pacem, atque juſtitiam publicam invertat, & perturbet.

Ante Triennium Pontifex nonnullos graves viros elegerat, qui Provincias, & loca Status Eccleſiaſtici viſitarent.

§. 1. Quare, ab hinc fere triennium, certos Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Clericos (cum Nos ſummæ rerum intenti, & tot tantiſque oneribus, quæ pro totius Chriſtianæ Reipublicæ communi ſalute noſtris cervicibus ſuſtinemus, diſtenſi per noſmetipſos id exequi non poſſemus) Viſitatores, & Commiſſarios noſtros ad eas Civitates, Oppida, & loca viſitandum, eaque ordinandum, & quid quid in eis correctione, & reformatione indigeret Nobis referendum, ut retractari, & coerceri, & ſalubrius ordinari poſſent miſimus.

Eos inter Alexander Centurionus viſitavit Ceſenam.

§. 2. Inter quos dilectus filius Alexander Centurionus dictæ noſtræ Cameræ Clericus noſter in Provincia Romandiolæ Viſitator, & Commiſſarius a Nobis deputatus fuit, qui inter ejus Provinciæ ſibi commiſſa loca Comitatum Civitatis noſtræ Cæſenæ viſitavit.

Nonnullaque eſformavit Statuta;

§. 3. Viſiſque, & mature cognitis Comitatus ipſius legibus, ſeu ſtatutis, vel conſuetudinibus, & moribus, diligenterque inveſtigato, illius regiminis modo, non pauca coercenda, reformanda, & ex integro ſtatuenda, providenda, & decernenda deprehendit.

Quæ confirmat Sixtus.

§. 4. Cumque ea omnia diſtinctim, & ordinatim ab eo Nobis, vel Congregationi ad hoc a Nobis inſtitutæ relata, & communi omnium voto, uti juri, & honeſtati congruentia, ſtatuique, & regimini dicti Comitatus apprime utilia, & neceſſaria, laudata, & comprobata fuerint, ac dilectus filius Nicolaus Moronus Locumtenens Ariminen. dicti Comitatus nomine pro illorum confirmatione Nobis humiliter ſupplicari fecerit. Nos hujuſmodi ſupplicationibus inclinati dictorum Decretorum totum tenorem, nec ullo prorſus verbo omiſſo, præſentibus inſerri, & notari fecimus, & ut decreta ipſa firmius conſiſtant, & in futurum ab iis, quos attingunt, & attingent inconcuſſe impleantur, & inviolate ſerventur. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine. Decreta omnia infra inſerta, prout jacent Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, & ſulemnitatum forſan requiſitarum defectus, ſi qui intervenerint in iiſdem ſupplemus, & potiori pro cautela hæc eadem de novo decernimus, & ſtatuimus.

Neceſſarias apponit clauſulas.

§. 5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores conſtituit.

§. 6 Quo circa dilectis filiis Provinciæ noſtræ Romandiolæ Præſidibus, vel Legatis, ſeu Vice-Legatis nunc, & pro tempore exiſten. per præſentes mandamus quatenus ipſi, vel alter eorum faciant auctoritate Noſtra omnia in infra inſertis Decretis expreſſa, & contenta integre, inviolate, & ad unguem perpetuis, futuris temporibus obſervari ſub pœnis in eiſdem Decretis comminatis, & inflictis, aliiſque gravioribus, etiam corporalibus eorum arbitrio infligendis, augendis, & moderandis. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione

Digitized by Google

tione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam adhoc, ſi opua fuerit, auxilio brachii ſecularia.

Obſtātia tollit.

§.6. Non obſtantibus qoibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non piæ me: Pii PP. IV., etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis gratiis intereſſe dictæ Cameræ concernentibus in libris præfatæ Cameræ infra certum, tunc expreſſum tempus, ac dictarum Civitatum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultia, & literis Apoſtolicis, ac exemptionibus, & immunitatibus in contrarium quomodolibet conceſſia, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Decreta, de quibus ſupra.

Decretorum, quorum ſupra fit mentio tenor infraſcriptus eſt.

Servanda cōcordia inter Comitatum, & Civitatem facta ab Alexandro Centuriono ſuper ſolutione onerum extraordinariorum.

I. Primo cum inter Comitatum Cæſenæ, & Civitatem lis, & controverſia ſænius compromiſſa in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio ſuper oneribus extraordinariis in dies occurrentibus, ad quorum ratam partem ſolvendam Civitas Comitatum gravare prætendebat; cum ipſa ratam ſuam ex redditibus publicis ſolveret juxta deciſionem Cameralem a bon. mem. Epiſcopo Narnienſi anno 1569. factam, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, multos annos duraverit, maxima utriuſque partis impenſa, & incomodo. Cumque ea, & Civibus, & Comitativis conſentientibus a Reverendiſſimo Domino Alexandro Centuriono Cameræ Apoſtolicæ Clerico Viſitatore Apoſtolico dirempta, & compoſita fuerit, ut in Inſtrumento compoſitionis, & concordiæ die ſecunda Januarii 1588. per acta Domini Andreæ Martini Cameræ Apoſtolicæ Ntarii, ad quod habeatur pro veritate relatio. Proinde Inſtrumentum hujuſmodi firmiter, & inviolabiliter utrinque obſervari, & adimpleri mandatur ſub pœnis centum ducatorum, Cameræ Apoſtolicæ, quoties contraventum fuerit applicandorum, ipſo facto per primo contravenientem perſolvendorum, expenſæque occaſione dictę concordiæ dumtaxat a duodecim Procuratoribus dicti Comitatus facta, illis acceptæ ferantur, & refundantur; ne ob negocium Comitatui utiliſſimum, quod geſſerunt, damnum conſequantur.

Duodecim tantum Procuratores pro toto Comitatu eligendi modo, & ſub pœnis hic pręſixis.

II. Curetur omnimodo, ut numerus Procuratorum Comitatus non ſit ampliua, vel minus duodecim, videlicet trium pro quolibet ex quatuor quarteriis juxta formam Capitulorum ex ordine Sacræ Conſultæ tempore fælicia recordationia Gregorii Papæ XIII. factorum, & ut hæc exequutio fiat, ſi ex aliquo dictorum Quatteriorum ultra tres Procuratores ex aliquo vero minus tribus inventi fuerint, Procuratores ejus Quarterii, ſeu Quatteriorum, qoi trium Procuratorum numerum, ut præfertur exceſſerint, omnes imbuſſulentur, cum præſentia, & interventu dicti Gubernatoris Cæſenæ.& ſorte ex illis extrahantur tres, qui officium exerceant. Ceteri autem removeantur ab officio, & adminiſtratione: qui vero poſt hujuſmodi imbuſſulationem, & extractionem uſque ad numerum duodecim deficiant, ex eo Quarterio, quod minus quatuor Procuratoribus habebit juxta prædicta Capitula ſuppleantur. Et ut quantocitius ad haoc exequutionem duodecim Procuratorum in totum deveniant. Interim inhibeatur Procuratoribus illius Quarterii, qui tres exceſſerint, ne officium exerceant donec imbuſſulatio, & extractio prædicta facta fuerit, quin etiam ex nunc inhibiti, & ſuſpenſi cenſeantur ſub pœoa quinquaginta ducatorum, ex quibus duæ quartæ partes Cameræ Apoſtolicæ, reliquæ duæ quartæ partes inter Procuratorem Fiſci, & accuſatorem dividantur. In Procuratoribus vero in locum deficientium eligeodis, tam quo ad Scrutinium, & imbuſſulationem faciendam, quam quoad eligeudorum qualitatem, ſervetur omnino forma dictorum Capitulorum, eaque executioni mandetur.

A Miniſtris quolibet anno ſuæ adminiſtrationis ratio reddenda cum interventu quatuor perſonarum a quolibet Quarterio eligendarum.

III. Quatuor Priores, ſive Regentes Comitatus in fine anni eorum officii, Exactoreſque, ac ceteri Miniſtri teneantur reddere legitimam, & debitam rationem omnium, & ſingulorum per eos geſtorum, & adminiſtratorum coram Domino Gubernatore Cæſenæ cum interventu aliorum hon duodecim, ut hodie non ſine magna confuſione, & litium fere immortalium fomento fit, ſed quatuor tantum hominum, unius ſcilicet pro ſingulo Quarterio in præſentia dicti Domini Gubernatoris annis ſingulis eligendorum, qui pro riſcontro inſervire debeant juxta formam ſupradictorum Capitulorum ex ordine Sacræ Conſultæ compilatorum: quorum quatuor ſic eligendorum facultas ad aliud non ſe extendat, quam ad reviſionem computorum prædictorum.

Hujuſmodi quatuor reviſores non per alios, ſed per ſeipſos Computa examinare teneantur.

IV. Teneanturque quatuor reviſores hujuſmodi intra quindecim dies a die eorom deputationis computandos per ſe ipſos perſonaliter, non autem per Procuratores, vel ſubſtitutos revidere rationes, & computa tam adminiſtrationis Regentium, & Priorom, quam exactoris generalis, ut poſſint cognoſcere quid exactum, quidve, & quomodo expenſum fuerit, & quidquid circa computa, & rationes ejuſmodi dum ea revident dicendum illis occurrerit, generali conſilio Comitatus intra dictos quindecim dies referant, quo facto, eorum facultas expiret, nec ulteriua ſe ſuper hia ingerere poſſint ſub pœna centum ducatorum Cameræ Apoſtolicæ pro tertia, Comitatui pro alia, & accuſatori pro alia tertia applicandorum.

Si in tali Cōputorum redditione, diſcordiæ exoriantur, has diſcordias expendet Præſes Romandiolæ.

V. Et ſi in redditione computorum hujuſmodi diſcordiæ orientur, eas audire, terminare, & decidere debeat Dominus Præſes Provinciæ intra alios quindecim dies omnimodo maou regia, & appellatione remota.

VI. Et

Digitized by Google

Sequitur declaratio, & confirmatio Officiorum Vice-Cancellarii Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

SIXTUS PAPA V.

Motu proprio, &c.

Vice-Cancellarius habet, & ad ſui commodum concedit Officia hic aſſignata. Quoad Officium Abbreviatorum extat clara Sixti IV. aſſignatio in ejus Conſtit. XIX. Divina T. III. P. III. fol. 165. §. 5.

§. 1. CUM Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Vice-Cancellarius pro tempore exiſtens, Regentis Cancellariæ Apoſtolicæ, ac ſex majoris cum aſſignatione emolumentorum Officii minoris gratiæ, & quindecim minoris Præſidentiæ Abbreviatorum, & viginti quinque Sollicitatorum literarum Apoſtolicarum, ac duodecim Notariorum Auditorum cauſarum Palatii Apoſtolici, ac tria Cubicul ariorum, & ſeptem Scutiferorum de numero Participantium, ac viginti ſex S. Petri, & treſdecim S. Pauli, necnon duo de Lilio, & viginti Piorum Militum, ac Cuſtodis, Notariatuſque, & Oſtiarii ejuſdem Cancellariæ, atque unum Notariorum contradictarum, & aliud de conſuetis nuncupata, ac nonnulla alia ipſius Vice-Cancellarii, ſeu Cancellariæ Officia, tam per obitum, reſignationem, & privationem, quam forſan alias pro tempore vacantia, perſonis eidem Vice-Cancellario benevisſis ad vitam recipientium conſerre, & aſſignare, neque illis ad ejuſdem Vice-Cancellarii libitum, ſimili modo quo Romanus Pontifex de aliis Romanæ Curiæ Officiis diſponere ſolet, diſponere conſueverit, & in poſſeſſione, ſeu quaſi diſponendi de eiſdem Officiis, ut præfertur capreſſione Roman. Pontificum, vel forſan conceſſione, ſive indulto Apoſtolico, per plures annos fuerit, prout eſt etiam de præſenti.

Hic Pontifex hujuſmodi Vice-Cancellarii facultatẽ comprobat.

§. 2. Nos ad quorum notitiam devenit, Vice-Cancellarium pro tempore exiſtentem conſueviſſe, & ſolitum fuiſſe de dictis Officiis, etiam pacto pretio ad libitum ſuum, ut præfertur diſponere, dignitati prædicti Officii Vice-Cancellariatus ad illud pro tempore obtinentis, necnon ab eo officia prædicta recipientium quieti, & ſecuritati in præmiſſis providere volentes, Motu ſimili, non ad dilecti filii noſtri Alexandri S. Laurentii in Damaſo Diaconi Cardinalis Montalti ejuſdem S.R.E. Vice-Cancellarii, ac etiam literarum Apoſtolicarum Summatoris, noſtri ſecundum carnem ex Sorore pronepotis, vel alterius pro eo nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, certaque ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſionem, indulta, conſuetudinem, permiſſionem, & poſſeſſionem hujuſmodi (etiamſi de applicatione dictorum Officiorum, aut aliquorum ipſorum eidem Vice-Cancellariatus Officio, aut facultate, ſive conceſſione, vel indulto, illa, aut aliqua ipſorum, vendendi, aut ad libitum ſuum de eis diſponendi non appareret, ac etiam quandoque conſtet, præfatum Vice-Cancellarium de prædictis Officiis, aut eorum aliquo, ſemel tantum, aut bis, vel pluries diſpoſuiſſe, & in ſuppreſſione eorum, vel aliquorum ex eis, novaque erectione, nullam eidem Vice-Cancellario de illis diſponendi facultatem fuiſſe conceſſam, Apoſtolica auctoritate confirmamus, & approbamus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, & aliarum ſolemnitatum omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem.

Ampliatque & extendit.

§. 3. Et nihilominus potiori pro cauthela, ne quicquam præmiſſorum in dubium aliquo tempore revocari contingat, Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſtatuimus, & ordinamus, eidemque Alexandro Cardinali, & pro tempore exiſtenti Vice-Cancellario concedimus, & indulgemus, ut quotieſcumq. Officia præfata, quorum omnium quantitates, qualitates, & jura, inſtitutiones, & erectiones, cum quibuſvis qualitatibus, decretis, conditionibus, & formis, præſentibus haberi volumus pro expreſſis per ceſſum, vel deceſſum, aut promotionem, privationem, ſeu quamvis aliam dimiſſionem eorum, qui Officia præfata pro tempore obtinebunt vacare contigerit, quæ omnia, & ſingula Officia præfatis vacationibus quemadmodum Officia noſtra ſubjecta ſunt, etiam ſubjacere volumus, decernimus, & declaramus illa omnia ad liberam ipſius Alexandri Cardinalis, & pro tempore exiſtentis Vice-Cancellarii voluntatem, & diſpoſitionem, etiam pacto pretio, pertinere. Poſſitq. idem Alexander Cardinalis, & pro tempore exiſtens Vice-Cancellarius, aut per eum ad hoc ſpecialiter deputatus, illorum omnium, & ſingulorum, capta ſolita impoſitione, reſignationes recipere, & admittere, ac per ſuas literas ſuo ſigillo pendente munitas, de illis dum pro tempore vacaverint, etiamſi illa, eorumque emolumenta ab initio, ſive io eorum prima erectione ex Indulto Apoſtolico alienabilia non ſint, & quandocumque appareat de hujuſmodi officiis, aut aliquo eorum Roman. Pont. diſpoſuiſſe, per ſe ipſum, aut ejus Locumtenentem, aut ad hoc ſpeciale mandatum habentem, quibuſvis perſonis, cum quarumcumque Conſtitutionum, & literarum Apoſtolicarum in contrarium facientium derogatione, in omnibus, & per omnia ad inſtar Roman. Pontificis providere, ſeu illa vendere, & alienare abſque pœnarum, & cenſurarum, etiam Eccleſiaſticarum incurſu, & exigentibus perſonarum meritis, & ſufficientia, ſuper earumdem perſonarum, quibus ipſe providerit de hujuſmodi officiis requiſitarum qualitatum, defectu, cum ſibi placuerit, diſpenſare, & eaſdem perſonas ad ipſa Officia, Conſtitutionibus præfatis, quarum tenoribus non obſtan., habilitare, & illi, quibus de eiſdem Officiis dictus Alexander Cardinalis, & pro tempore exiſtens Vice-Cancellarius, ſeu deputandus, ſuis literis duxerit providendum, ad Officia ipſa, abſque aliqua contradictione, aut aliarum literarum expeditione, recipiantur, & admittantur, ita quod literæ præfati Alexandri Cardinalis, ſeu deputati, vel pro tempore exi-

Digitized by Google

Qui appellaverit a Judicio Regentis, debet ante Judiciũ cautionem dare, in caſu &c.

VI. Et quoniam experimento deprehenſum eſt, multos pro reviſione computorum, ut præfertur electos indebite Regentibus moleſtias intuliſſe, multoſque Regentes judicia diu ſuſtinere affectaſſe uon propriis expenſis, ſed Comitatus, cum cujus jactura utrique locupletari procurarunt, idcirco, ut huic malo poſthac remedium afferatur, ii, qui ſuper mala adminiſtratione, vel non legitima computorum redditione adverſus Regentes, ſeu Procuratores judicia movere voluerint, teneantur in primis cavere idonee de reficiendis, de eorum proprio expenſis, damnis, & intereſſe io caſum ſuccumbentiæ tam univerſitati, quæ ſumptum fecerit, quam Regentibus, qui fuerint indebite moleſtati.

Qui in judicium tracti fuerint, de proprio expẽſas ſolvere debent.

VII. E converſo vero Regentes, Procuratores, & alii, qui in judicium tracti fuerint lites expenſis Comitatus ſuſtinere nequeant, ſed pro propriis, & particularibus in caſum Victoriæ a moleſtatoribus, qui ſuccubuerint recuperandis.

Reficiendæ a victis expẽnſæ.

VIII. Debeatque dictus Præſes Victos Victoribus condemnare nedum in expenſis litis, ſed etiam in mercedibus dietarum, quas in litigando conſumpſerint per dictum Dominum Præſidem arbitrio ejus taxandis.

Status exactionis Partimenti.

IX. Factis diligenter computis accepti, & expenſi uſque in tempus Viſitationis, ſcilicet per totum annum repertum eſt exactorem Comitatus remanere debitorem librarum 2388. pro pecuniis jam ab eo exactis, ad quas ſolvendas ſtatim manu regia cogatur, præterea reſtabant per exactorem exigenda a Debitoribus antiquis liberæ 5000., & a debitoribus reſidui partimenti anni 1586., & 1587. libræ 9975., quæ omnes ſummæ omni adhibita diligentia exigantur, ut ex illis onera Cameralia ſolvi poſſint, & impoſitio Collectarum pro illis ratis evitetur.

Acta conſilii duplici in Libro adnotanda.

X. Propoſitiones, & partitæ, ſeu bollettationes omnes in conſiliis faciendæ a Notario, ſeu Cancellario annotentur, juxta Capitula ex ordine Sacræ Conſultæ, ſed non in uno libro, tantum ſcilicet ipſius Notarii, ſed in alio etiam libro, qui pro riſcontro inſerviat, & apud Regentes conſervetur, in quo ab eodem Notario eademmet die, qua partita, & bollettationes, aliaque acta facta fuerint ſcribi, & annotari debeant.

Bona ex æſtimo Comitatus in æſtimũ Civitatis Cæſenæ tranſlata ad priſtinum locum reducantur.

XI. Quoniam occulte, & ſine conſenſu Comitatus ablata fuerunt a libro æſtimi, ſeu cataſtro Comitatus multa bona Comitativorum, qui ad Civitatem Cæſenæ domicilium tranſtulerunt, & annotata in cataſtro Civitatis contra formam ſtatutorum ejuſdem Civitatis, breve fe: re: Leonis Papæ X., & Decreta Reverendiſſimi Domini Seghæ olim Præſidis dictæ Provinciæ in grave præjudicium Comitatus, Dominus Præſes Provinciæ manu regia, & appellatione remota faciat omnino dicta bona in priori æſtimo, ſeu cataſtro Comitatus reponere, & reſcribere, contrariis quibuſcumque oon obſtantibus.

XII. Cum fuerit a fe: re: Gregorio XIII. per ſuas in forma Brevis expeditas literas conceſſa licentia Comitatui Cæſenæ ſe affrancandi a ſolutione onerum ruſticalium, nempe taxarum equorum mortuorum, & Taxarum Bariſellorum, Paleæ, & lignorum pro Illuſtriſſimo Legato Provinciæ prædictæ aſcendentium in totum ad libras 1708. ſ. 8. fuerintque ad effectum dictæ affrancationis empta hic in Urbe 40. Loca Montis Alumeriarum, & plures annui cenſus in Civitate Cæſenæ; Verum literæ prædictæ ſuum ſortitæ non fuerint adhuc effectum, ſed fructus dictorum locorum montis, ac cenſuum in alios uſus converſi, & propterea Comitatus, & particulares duplex onus ſubire cogantur, cum quotidie novæ portiones pro dictis oneribus ruſticalibus ſuper ipſis, & eorum bonis fiant. Propterea, ut montes, & cenſus hujuſmodi d. uſui, & fini inſerviant ad quem empti ſunt, & Comitatus beneficium affrancationis prædictæ omnino conſequatur; Teneantur Procuratores, & Regentes ſupradicti aſſignare dicta quadraginta loca montis Cameræ Apoſtolicæ ad hoc, ot illius depoſitarii recta via poſſint fructus dictorum locorum montis Alumeriarum ad ſcuta 200. monetæ annua aſcendentia in poſterum perpetuis futuris temporibos in computum dictorum onerum ruſticalium exigere, & pro reſiduo ſcilicet uſque ad ſummam librarum 1708. ſ. 8. tot ex cenſibus nomine Comitatus in Civitate Cæſenæ, ut præfertur emptis ſi ſufficerint, quod ſi redempti fuerint, tunc pecunia converti debeat in emptionem tot locorum dicti montis Alumeriarum, vel aliorum montium non vacabilium arbitrio Cameræ Apoſtolicæ, qui cenſus, ſeu loca montium prædicto modo empta affrancationi, & liberationi prædictæ applicati perpetuo ſint, & a Theſaurariis, ſive Vice-Theſaurariis Provinciæ, ſeu aliis Cameræ Officialibus, nomine ejuſdem Cameræ recta via perpetuo exigantur, & ex nunc, & in poſterum Procuratores, aut Regentes, per ſeipſos, vel Procuratores, aut agentes eorum dictos fructus locorum montium, & cenſuum nullo modo exigere, aut de illis diſponere, vel pro oneribus prædictis, ſeu illorum occaſione partitiones aliquas ſuper Comitativis, aut eorum bonis facere, aut imponere poſſint ſub pœna mille ducatorum toties quoties contravenerint incurren. Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applicandorum privationis ab officio Regentatus, ſeu procurationis, aliiſque pœnis arbitrio Reverendiſſimi Domini Præſidis Provinciæ.

Modus ſe affrancandi a ſolutione onerum Ruſticalium.

Conficiendus Liber Collectarum.

XIII. Conficiatur liber coram Notario publico in quo particulariter deſcribantur omnes Collectæ, quæ pro tempore imponentur tam ordinariæ, quam extraordinariæ deſcriptionique ita faciendæ, nedum aſſiſtat Dominus Gubernator Cæſenæ, verum etiam ipſe decretum ſuum interponet, illudque in libro extendatur, cum expreſſione quantitatis, & cauſæ, ob quam collecta imponitur, & in eodem libro annotentur annis ſingulis ſolutiones earumdem Collectarum.

XIV. For-

De Archivio.

XIV. Formetur Archivium majori, quam nunc extat diligentia, cum inventariis integris, & fidelibus omnium, & ſingulorum ſcripturarum libris collectarum, & filſis receptionum, & quietantiarum.

De Notario.

XV. Qnoniam Dominicus Valiſciauns Notarius, qui ſuit Notarius, & Procurator duodecim Procuratorum Comitatus convenit, & ſe obligavit omnia inſtrumenta, & ſcripturas pro Comitatu neceſſarias conficere pro ſalario ſcutorum viginti quinque anno quolibet, & de multis contractibus, aliiſque ſcripturis ad Comitatum pertinentibus rogatus eſt, illaſque conſignare recuſet ſub prætextu, quod debetur ſibi merces præter dicta ſcuta viginti quinque, teneatur omnino nulla interpoſita mora conſignare Regentibus dictos contractus, & ſcripturas per eos in Archivio ſupradicto reponendas, & aſſervandas, recepto dicto ſalario annuo ſcutorum viginti quinque justa ejus obligationem abſque eo, quod aliud quidquam petere, aut prætendere poſſit.

De Exactoribus, & exactionibus.

XVI. Debita Comitatus quoniam debitis temporibus non ſolvuntur, & propterea Commiſſariorum repreſſalias, aliaſque expenſas quotidie ſuſtinet, idque, ut experientia docuit, accidit facto, & culpa exactorum, qui communis boni obliti, ac propriæ dumtaxat utilitatis ſolliciti a debitoribus Comitatus esigere negligunt, illiſque dilationes, quam longiſſimas eorum arbitrio concedunt, vel ut illis gratificentur, vel ut interim, quo diutius exactio protrahitur, eo majus ipſi ſalarium lucri faciant, idcirco, ut indemnitati Comitatus conſulatur, pœnaque ſuos auctores teneat, teneantur duodecim Procuratores invenire exactores, qui eorum damno periculo, & expenſis accipiant pro exactis, quaſcumque taxas tam ordinarias, quam extraordinarias, alias de eorum proprio perſolvant, & refundant, & de his omnibus implendis idoneam cautionem præſtent, eorumque officium, nec diem quidem ultra triennium duret, ſed lapſo triennio expiret, neque poſſit ſequenti triennio eligi, qui antecedenti exactor fuerit.

De ſervitio Præſidi, & Officialibus Provinciæ a Comitatu pręſtando.

XVII. Non teneantur Comitativi Cæſenæ Domino Præſidi Provinciæ aliiſque Officialibus, & Miniſtris Cameralibus cum vecturis, ſeu carrigiis ultra id, quod importat eorum Territorium, inſervire, ſerventurque in ceteris quoad dicta carrigia dicta Capitula es Sacræ Conſultæ ordine per quæ circa modum ſerviendi cum dictis carrigiis eſt optime proviſum.

Extinguitur officium Procuratoris, & Agentis Comitatus Romæ, & Factoris.

XVIII. Ad reſecandas impenſas ſuperfluas, & inutiles non poſſit amplius dictus Comitatus habere Procuratorem, quem dicta Capitula ſibi tenere permittunt cum ſalario annuo ſcutorum viginti quatuor auri in auro, quæ conſtituunt libras 101., neque habere agentem Romæ, quem dicta Capitula cum ſalario annuo librarum 120. tenere concedunt, neque habere factorem, quem nunc tenent cum ſalario annuo librarum quinquaginta, ſed hi omnes removeantur, eorumque officia penitus extinguantur, ſalariaque prædicta illis, ac etiam Regentibus, ſeu Prioribus ſalarium librarum viginti quinque, quæ omnia ſalaria libras 471. in totum conſtituunt, omnino adimantur, & de cetero non ſolvantur ſub pœna dupli eorum, quæ ſoluta fuerint tam perſolvi mandantes, & mandata facientes, quam per Depoſitarium, qui ſolverit, & eum, qui receperit incurrenda Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto, ſoluta quinta parte accuſatori, applicanda, dicta vero ſumma inſerviat pro ſalario exactoris, & aliis expenſis neceſſariis pro dicto Comitatu faciendis modo, & forma, & cum ſolemnitatibus ſupradictis.

Expenſæ extraordinariæ niſi de conſenſu conſilii minime faciendæ.

XIX. Non poſſint Regentes, ſeo Procuratores aliquas expenſas extraordinarias facere, etiam quantomvis ńrgentiſſimas, & neceſſarias cujuſvis etiam minime quantitatis, niſi prius facta propoſitione a Prioribus pro tempore in conſilio duodecim, obtentoque partito ex voto ad minus duorum ex tribus partibus dicti conſilii in præſentia dicti Gubernatoris Cæſenæ, a quo re mature diſcuſſa, expenſæ ipſæ taxari, & limitari debeant, & aliter facta damno facientium non autem Comitatus cedant, & propter illarum refuſionem de proprio incidant facientes in pœnam dupli Cameræ Apoſtolicæ ipſo facto applican. ſoluta quinta parta accuſatori.

Rātæ habentur ſententiæ omnes antehac prolatæ ſuper reviſione Computorum.

XX. Sententiæ omnes ſuper reviſione dictorum computorum, & redditione rationum dictorum XII. Procuratorum, & Regentium ſcilicet de anno 1573. a Domino Hieronymo Mattbeuccio tunc Auditore bonæ mem. Cardinalis Sfortiæ Legati dictæ Provinciæ, de anno 1576. a bo: me: Lactantio Lactantio, de anno 1577. a R.P.D. Sancti Georgii, de anno 1579. a bo: me: Ghiſleſio dictæ Provinciæ Præſidibus a Domino Grifone Baldrino, a Domino Andrea Longo, & a Domino Vincentio Jotto Cæſenæ Gubernatoribus de anno 1586. a Reverendiſſimo Domino Alexandro Centuriono Viſitatore Apoſtolico, quæ omnes ſervata forma dictorum Capitulorum ex ordine Sacræ Conſultæ compilatorum cum interventu trium pro quolibet quarterio ſunt latæ, & aliæ ejuſmodi, ſi quæ ſint, obſerventur, & adimpleantur omnino, prout jacent, perpetuumque ſilentium, es nunc impoſterum ſuper præmiſſis impoſitum eſſe cenſeatur, prout cum effectu imponitur. Quod ſi quis, vel ſub prætextu mandati a duodecim Regentibus, vel a Comitatu quandocumque dati lites ſuſcitatas tentaverit, tamquam perſonam idoneam non habens, ſtatim a limioe Judicii per Judicem repellatur, expenſaſque per partem adverſam factas ſtatim inſtituat, neque quidquam, aut ſalaril cujuſvis, aut dictarum expenſarum nomine, aut a quarteriis, aut hominibus Comitatus exigere poſſit ſub pœna dupli, aliiſque poenis arbitrio Reverendiſſimi Domini Præſidis.

Præſentia Capitula inviolabiliter obſervanda.

XXI. Sæpedicta Capitula es ordine Sacræ Conſultæ tempore felicis recordationis Gregorii XIII. de anno 1577. formata, &

per

perdictos duodecim Procuratores Convocato Conſilio ſub die vigeſimaſeptima Januarii 1578. accepta, in his omnibus in quibus per ſupraſcripta decreta imminuta, ſuppleta, derogata, abrogata, aut alias utcumque immutata, & innovata, dictiſque decretis contraria, & repugnantia non ſunt approbata, & pleniſſime confirmata intelligantur, implerique, & obſervari ad unguem, & inviolabiliter debeant.

Eorumdẽ executor Provinciæ Præſes.

XXI. Præmiſſorum decretorum, omniumque, & ſingulorum in illis expreſſorum exequutor ſit Reverendiſſimus Dominus Præſes Provinciæ pro tempore, qui per ſe ipſum omnino, ſi fieri poterit, ſin autem per Judices, vel Locumtenentes ab eo deputandos, qui uſque ad ſententiam diffinitivam excluſive tantum cauſas, & differentias audiant, & Reverendiſſimo Domino Præſidi, ab eo ſummarie &c. & manu Regia decidendas, & terminandas referant ea omnia executioni mandari, firmiterque, & inviolabiliter obſervari, & adimpleri curet, & faciat ſub pœnis in illis comminatis, aliiſque ejus arbitrio, etiam gravioribus imponendis, & moderandis.

Dat. die 20. Januarii 1590 An. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 20. Januarii 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

CLXVIII.

Juriſdictio, & facoltates Theſaurarii generalis, Romani Pontificis, & Collectoris Spoliorum ad Rever. Cameram Apoſt. quoquo modo ſpectantium.

Officium Theſaurarii liquet eſſe antiquiſſimum, ex lectura Bullæ XVII. Eugenii IV. Inter cetera. *Tom III. Par. III. fol.20. Et Theſaurarium verum Papæ Familiarem pronunciavit Calliſtus III. in Conſt. I.* Quæ laudabilis. *Ibidem fol.740 Et circa dictum officium varias ediderunt nonnulli Pontifices Conſtitutiones, quas tamquam minus neceſſarias (præter hic, & in apoſtillis indicatas) conſulto præterii, præſertim quod hæc Bulla plene omnia continet. At circa Cancellarios criminales Status Eccleſiaſtici, vide Theſaurarii auctoritatem, & in Cancellarios juriſdictionem, in Conſt. XV. Pauli IV.* Romanus. *Tom. IV. Par. I. fol. 333., & Conſt. XCVII. Pii IV.* Superna. *Tom. IV. Par. II. fol.181. Spoliorum autem appellatione veniunt, bona Eccleſiaſticarum perſonarum ſine licentia Sedis Apoſtolicæ de eis diſponentium, juxta Conſtitut. XXXIX. Pauli III.* Romani Pontificis. *Tom IV. Par. I. fol.206., & Conſtitut. LXI.* Romanus Pontifex. *Ibidem fol.241., ac Pii IV. Conſt. IX.* Grave Nobis. *Tom. IV. Par. II. fol.18. Et acquiſita ob illicitam negotiationem, juxta Conſtitut. XXVIII.* Decens eſſe. *Ibidem fol.58. Necnon bona Regularium extra Clauſtra decedentium juxta Conſtitut. LXIV. Gregorii XIII.* Officii noſtri. *Tom. IV. Par. III. fol.330. Clericorumque extra reſidentiam*

Bull. Rom. Tom. V. Par. I.

morientium, juxta Conſt. CV. Pii IV. In Suprema. *Tom. IV. Par. II. fol.207. Fructus beneficiorum Italiæ, Sedi Apoſtolicæ reſervatorum, vel affectorum, dum vacant, juxta Conſt. XXXIX.* Cupientes malitiis. *Ibid. fol.79. Bona decedentium extra reſidentiam, fructuſque beneficiorum inexacti, juxta Conſt. VII. Julii III.* Cum ſicut. *Tom. IV. Par. I. fol.268. Vel ante literarum Apoſtolicarum expeditionem, aut alias male percepti, ut hic.*

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei.

Dilecto filio Magiſtro Bartholomæo Cæſio Clerico Romano, utriuſque juris Doctori, Cameræ Apoſtolicæ Theſaurario generali, ac Cappellano, & familiari noſtro, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

IN conferendis præcipuis Romanæ Curiæ, & Cameræ Apoſtolicæ officiis, illud potiſſimum Nobis curæ eſt, ut juxta commiſſum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis munus, ſalubri directioni, indemnitati, & conſervationi ærarii Apoſtolici opportune conſulatur, utque illius adminiſtratio talibus perſonis committatur, quarum opera, ſtudio, induſtria, ac fide, bona, res, & jura prædictæ Cameræ provide, ac diligenter conſerventur, & augeantur.

Officiũ Theſaurariatus vacans.

§.1. Cum itaque officium Theſaurariæ generalis ejuſdem Cameræ quod dilectus filius noſter Guido Sanctorum Coſmæ, & Damiani Diac. Cardinalis Pepulus nuncupatus, tempore aſſumptionis per Nos de perſona ſua ad Cardinalatus honorem factæ nuper obtinebat, ex eo quod Nos ipſum officium per aſſumptionem hujuſmodi vacare decrevimus, vacaverit, & vacet ad præſens.

Cæſiæ familiæ laudabiles qualitates referentur, & Officiũ Theſaurariæ, ac Collectoriæ ſpoliorum, ac fructuum, & proventuum beneficiorum Eccleſiarum, & Monaſteriorum in univerſa Italia, & bonorum in Urbe, & toto Statu Eccleſiaſtico vacantium, aliiſque illi annexis cum juribus & emolumentis, ac gratiis Prædeceſſoribus Theſaurariis, ſeu Collectoriæ conceſſis confertur in perſonã Bartholomæi Cæſii Romani. *Sed omiſſi pe-*

§.2. Nos ad generis nobilitatem, eximiamque doctrinam, necnon fidei ac juſtitiæ zelum, integritatem, ac ſingularem probitatem, ceteraſque virtutes quibus tu qui Notarius Apoſtolicus de numero participantium, & Cameræ præfatæ Clericus, & in utraque Signatura noſtra Referendarius, ac Prælatus noſter domeſticus exiſtis, & ex nobili Cæſiorum Proſapia, ex qua quamplurimi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, Epiſcopi, Prælati, & aliæ egregiæ perſonæ de Sede Apoſtolica benemerentes hactenus prodierunt, & in dies prodeunt, originem trahis clarere dignoſceris, noſtræ dirigentes conſiderationis intuitum, & indubie ſperantes quod ea quæ tibi duxerimus committenda, ſumma cum prudentia, & exacta diligentia exequeris, quodque dextera Domini tibi aſſiſtente propitia dictum officium poteris laudabiliter exercere, dignum quin potius debitum fore cenſemus, ut perſonam tuam Nobis, & Apoſtolicæ Sedi admodum devotam condignis honoribus, & gratiis proſequamur. Te itaque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis,

mere has Bullas præcedentes, quia hic omnia comprehenduntur; quæ in eis continentur.

nis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſiquibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore ceoſentes. Motu proprio non ad tuam, vel alterius pro te Nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dictum officium per aſſumptionem prædictam, ſive alio quovis modo quem haberi volumus pro expreſſo, aut es alterius cujuſcumque perſona vacans, cum officio Collectoriæ etiam generalis ſpoliorum, ac fructuum, & proventuum quorumcumque beneficiornm Eccleſiaſticorum, necnon Eccleſiarum, & Monaſteriorum in univerſa Italia, ac bonorum in Urbe, & toto Statu Eccleſiaſtico vacantium, aliiſqne illi annexis, necnon omnibus, & ſingulis illius honoribus, privilegiis, necnon ea diſmembratione, & ſeparatione (quinque millium ſcutorum annuorum monetæ ex fructibus dicti officii Theſaurariæ per Nos nuper ex certis cauſis animum noſtrum moventibus factis, Monti Theſaurariæ per Nos nuper erecto applicatorum, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur remanentibus) juribus, regalibus, & emolumentis conſuetis, ac facultatibus, juriſdictionibus, exemptionibus, immunitatibus, præeminentiis, antelationibus, prærogativis, favoribus, indultis, & gratiis tam eidem Guidoni, quam dilecto filio noſtro Benedicto S. Mariæ in Coſmedin diacono Juſtiniano nuncupato Cardinalibus, dum in minoribus conſtituti hujuſmodi officinm Theſaurariæ obtinerent, quam ceteris omnibus ante eos generalibus Theſaurariis, & Collectoribus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, in genere vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, estenſis, & innovatis, ac alias ad Theſaurariæ generalis, & Collectoriæ hujuſmodi officia, de jure, fundatione, privilegio, uſu, conſuetudine, vel alio quocumque modo, & titulo pertinentibus, ceteriſque omnibus, & ſingulis quibus Benedictus, & Guido Cardinales prædicti dum hujuſmodi officium Theſaurariæ obtinuerunt, & alii quicumque eorum in officiis hujuſmodi anteceſſores, tam antiquis, quam modernis temporibus uſi, potiti, & gaviſi fuerunt, ac uti, potiri, & gaudere potuerunt, ſeu etiam debuerunt, ſive de illis per literas Apoſtolicas, vel patentes, aut ſcripturas, ſeu libros Camerales, vel quæcumque alia publica, vel privata documenta, fidem tamen facientia appareat, quæ omnia, & ſingula illorum tenores præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis haberi volumus harum ſerie Apoſtolica auctoritate confirmamus, approbamus, & innovamus, tibique de novo concedimus, ita ut tu illis, omnibus, & ſingulis, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeas in omnibus, & per omnia, ac pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia, perinde acſi per præſentes ſpecialiter, & expreſſe conceſſa fuiſſent, eadem tibi auctoritate concedimus, & aſſignamus. Teque ad Theſaurariæ, & Collectoriæ officia hujuſmodi, illorumque liberum exercitium ex nunc recipimus, & admittimus, ac in locum dicti Guidonis Cardinalis quoad officia hujuſmodi ſubſtituimus, & ſubrogamus, ac noſtrum, & Sedis, ac Cameræ prædictæ Theſaurarium generalem conſtituimus, & deputamus, ac per dilectos filios ejuſdem Romanæ Eccleſiæ Camerarinm, præfatæque Cameræ præſidentes, Clericos, alioſque ad quos ſpectat, & ſpectabit, tam in eadem Camera, quam alibi recipi, & admitti, tibique de juribus, regalibus, localibus, taxis, proventibus, obventionibus, & emolumentis quibuſcumque, ad Theſaurariæ, & Collectoriæ officia hujuſmodi quomodolibet ſpectantibus, (dictis quinque millibus ſcutis, ut præfertur, diſmembratis pro eadem Camera remanentibus) integre reſponderi mandamus.

Locus in Camera, in Capella, & aliis actibus datur.

§.3. Tibique quod in eadem Camera, aliiſque actibus Cameralibus, ac quibuſcumque aliis locis in loco ſolito poſt Vicecamerarium immediate, ſed in Cappella noſtra, & quibuſcumque ſeſſionibus, proceſſionibus, equitationibus, aliiſque actibus tam publicis quam privatis, in noſtro, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis conſpectu, & præſentia, vel etiam abſentia faciendis, ante omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & Patriarchas, immediate tamen poſt Auditorem cauſarum curiæ Cameræ hujuſmodi ſedere, & incedere.

Et in Signatura Gratiæ.

§.4. Ac in noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis ſignatura continuo intervenire, & aſſiſtere.

In Congregationibuſque de intereſſe Cameræ tractantibus.

§.5. Ac in omnibus, & quibuſcumque cameris, & Congregationibus, intereſſe Cameræ præfatæ ſive generaliter, ſive particulariter concernentibus, vocari, & adeſſe, ac intervenire.

Facultas agendi cum Papa de Affictibus Cameræ conceditur.

§.6. Necnon capitula, & conventiones appaltuum, & jurium dictæ Cameræ, ac apochas ſuper illorum, & aliorum jurium conceſſione in dicta Camera conſignandas, ſervato ſtylo in eadem Camera ſervari ſolito, per te ipſum ad Nos deſerre poſſis, & debeas, auctoritate, & tenure prædictis indulgemus.

Penſio domus & victus familiæ aſſignatur.

§.7. Necnon ſcuta ducenta pro penſione domus, ac victum quotidianum Theſaurariis generalibus, pro ipſis, & octo eorum familiaribus, ac duobus equis præſtari ſolita,

Proventuſque ſpoliorum,

§.8. Ac omnia, & ſingula jura, obventiones, proventus, ſalaria, regalia, ſpoliorum, etiam cum diverſis Capitulis, & Cleris ſæcularibus hactenus, cum dicta Camera compoſitorum, & in poſterum componendorum,

Bonorum etiam vacan-

§.9. Ac bonorum vacantium, necnon reddituum, & proventuum, literis non expedi-

Digitized by Google

tium, ac redditionum, non expeditis literis, aut alias male perceptorum.

peditis, aut alias male, & indebite, ac contra formam Conſtitutionis felicis recordationis Bonifacii Papæ Octavi, & Julii Secundi, Tertii, & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum perceptorum.

Illicitæque negociationes. *De his Spoliis vide in Pii IV Con. XXVIII. Decens T. IV. Par. II. fol. 58 ubi notavi.*

§.10. Ac etiam illicitæ negociationis per quaſvis perſonas quavis auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore factæ, & aliorum jurium, & fructuum inferius declarandorum, decimas, taxas, & etiam emolumenta, ordinaria, & extraordinaria, undecumque, & quomodocumque provenientia, quæ per pro tempore exiſtentem dictæ Cameræ Theſaurarium, & Collectorem ſpoliorum, ac fructuum, & bonorum ad eamdem Cameram ſpectantium, exigi, & levari quomodocumque, & quocumque titulo, vel cauſa conſueverunt, ſeu etiam potuerunt, & debuerunt.

Excipiuntur provētus per Nuncium Regni Neapolis percipi conſuetos, vel quatuor Cancellariis Annatarum aſſignati a Gregorio XIII.

§.11. Demptis tamen his, quæ per nunc, & pro tempore exiſtentem, noſtrum, & Sedis prædictæ in Regno Neapolitano, tam citra, quam ultra Pharum, Nuncium hactenus percipi, & colligi conſueverunt, niſi compoſitionem, aut cauſæ terminationem in Curia fieri contingat, quo caſu decima tibi debeatur, necnon proventibus quatuor Cancellariis annatarum per piæ me. Gregorium Papam XIII. etiam Prædeceſſorem noſtrum conſtitutis, & aſſignatis, ad quamcumque ſummam aſcendant, conſequi, exigere, & levare, ac realiter, & cum effectu percipere poſſis, & valeas.

Spolia in Italia eidē Theſaurario aſſignantur.

§.12. Ac tam in Urbe, ejuſque diſtrictu, dominioque temporali ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, quam tota Italia, omnia, & quæcumque bona, mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, necnon ſpolia, aliaſque res, & bona quomodolibet nuncupata.

Fructus beneficiorum male percepti.

§.13. Necnon fructus, redditus, & proventus menſarum Abbatialium, Epiſcopalium, Archiepiſcopalium, Patriarchalium, & aliarum etiam Parochialium Eccleſiarum, & Monaſteriorum, ac quorumcumque beneficiorum quomodocumque, & qualitercumque qualificatorum, ex quovis titulo, etiam infecto, aut alias male, & indebite perceptos.

Bona quoquo modo vacantia.

§.14. Necnon bona ſine hæredibus decedentium, aut alias in Curia prædicta, vel extra eam ubique quomodolibet vacantia.

Illegitimis relicta contra Bullā CLXI. Pii V. *Quæ Ordini* T. IV P. III. fol. 142

§.15. Et de quibus contra Conſtitutionem recolendæ memoriæ Pii Papæ Quinti ſimiliter Prædeceſſoris noſtri contra illegitimos editam diſponi contigerit, aut jam diſpoſitum fuerit.

Male acquiſita.

§.16. Aut ex cauſa illicitæ negociationis, vel alias male acquiſitos.

Relicta pro Religioſos extra clauſtra degentes contra Bullam Gregorii XIII. num. LXIV. T. IV. P. III. fol. 330.

§.17. Et quæ ab Apoſtatis, aut aliis extra clauſtra degentibus Religioſis, tempore eorum obitus detinentur, & poſſidentur, quæque per obitum ipſorum Apoſtatarum, & aliorum regularium extra clauſtra ſuorum Monaſteriorum exiſtentium, & alias contra formam literarum dicti Gregorii Prædeceſſoris deſuper editarum.

Acquiſita de fructibus Eccleſiaſticis, de quibus legitime diſpoſitū non fuit.

§.18. Ac etiam illa, necnon ædificia, & loca quæ ex fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis profecta, ædificata refecta, & reſtaurata fuerint, ſeu alias ex eiſdem fructibus, redditibus, & proventibus quomodolibet provenerint per obitum quarumcumque perſonarum Eccleſiaſticarum beneficia Eccleſiaſtica etiam ſimplicia, de quorum tamen ſimplicium fructibus, vel ex privilegio Apoſtolico, vel ex conſuetudine legitime præſcripta, diſpoſitum non fuerit, tam in titulum, quam adminiſtrationem obtinentium, ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularium, quavis etiam Pontificali dignitate fulgentium in omni Italiæ parte pro tempore decedentium.

Bona non reſidentium. *Hæc vide in Pii IV. Conſtit. CV. T. IV. Par. II. f. 407*

§.19. Necnon quarumvis perſonarum beneficia perſonalem reſidentiam requirentia obtinentium, extra eamdem reſidentiam, ac ubilibet etiam in dicta Curia decedentium remanſura, etiamſi in auro, argento, gemmis, & aliis pretioſis rebus cujuſcumque generis, qualitatis, & ſpeciei fuerint.

Fructus beneficiorum reſervatorum, vel affectorū, pro tēpore quo vacātes. *Ad hoc habes etiam in Pii IV. Conſtitut. XXXIX. Tomo IV. P. II. fol. 97.*

§.20. Ac etiam fructus, redditus, & proventus menſarum Eccleſiarum, & Monaſteriorum in ipſius Cameræ libris taxatorum, necnon beneficiorum etiam in Dioec. quæ pactum cum dicta Camera iniverunt, ex quacumque cauſa Sedi prædictæ reſervatorum, ſeu affectorum, ex die vacationis uſque ad diem præfectionis, ſeu proviſionis, & adeptæ poſſeſſionis illorum, ſeu commendæ de illis faciendæ, quos omnes fructus, redditus, & proventus, ad Nos, & dictam Cameram ſpectare, & pertinere volumus, & decernimus, eidemque Cameræ applicamus, & appropriamus.

Fructuſque omnes male percepti.

§.21. Necnon omnia, & quæcumque bona relicta, & quoſcumque hujuſmodi fructus, redditus, & proventus male perceptos, cujuſcumque qualitatis, & quantitatis fuerint, etiam percipere, exigere, & recuperare poſſis, & valeas.

Facultas Theſaurario datur, procedendi etiam ex officio in præmiſſis, & contra exemptos.

§.22. Ac etiam tam ex officio Curiæ tuæ, ſeu Cameræ prædictæ, illique adhærentium, quam etiam ad ſolam inſtantiam denunciantium, ſeu inſtigatorum inquirendi, & inveſtigandi omnibus viis, & modis, tam ſuper illis, quam aliis quibuſcumque ſpoliis, quæ hactenus ex bonis relictis, & fructibus hujuſmodi per ſimilium perſonarum obitum, aut alias ut præfertur, ſeu quomodolibet remanſeront, & indebite quocumque prætextu uſurpantur, & uſurpari contigerit, noſtro, & dictæ Cameræ nomine colligere, percipere, & exigere, etiam cum facultate pro faciliori inquiſitione qualcumque perſonas cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, & præeminentiæ fuerint etiam exemptas.

Officialeſque ad reddendā rationem cogendi.

§.23. Necnon præteritos, & pro tempore exiſtentes collectores, & ſubcollectores, vel officiales, coram te, vel alio, ſeu aliis a te deputando, ſeu deputandis, ad reddendum computum, & rationem de adminiſtratis, exactis, & receptis ab eiſdem.

Teſtes ad ſe examinādum aſtringendi.

§.24. Illoſque quorum teſtimonio indigere cognoveris, ad ſe examini ſubiiciendum.

1590.

Occupatores ſpoliorum coercendi.

§.25. Et ſpoliorum, ac fructuum, redditnum, & proventuum, ac bonorum hujuſmodi occupatores, & detentores ad ſpolia, fructus, redditus, & proventus hujuſmodi reſtituendum, & relaxandum.

Illaque arbitrio ſuo vendendi.

§.26. Ac tibi ad effectum vendendi, ſubhaſtandi, deliberandi, diſtrahendi, & alienandi, arbitrio tuo in vim hujuſmodi facultatum prout tibi viſum fuerit, & etiam abſque aliqua ſubhaſtatione, ſeu incantu, & abſque interventu, & inſtantia alterius officialis, etiam prædictæ Cameræ pro tempore exiſtentis Commiſſarii, in pecuniam convertendi, illa conſignandum, & ſolvendum.

Delinquentes in præmiſſis puniendi.

§.27. Eoſque qui in præmiſſis, vel circa ea, quomodolibet deliquerint, etiam ad perſonaliter, coram te, ſeu a te, deputando, vel deputandis hujuſmodi comparendum, ſub confiſcationis bonorum, & privationis beneficiorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, ac etiam pecuniariis, quæ tibi videbuntor, ac demum excommunicationis, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, tuo arbitrio infligendis, moderandis, & applicandis, monendi, citandi, & compellendi, ac etiam carceribus mancipandi, ac quoties tibi videbitur relaxandi, contradictores quoslibet, & rebelles, ac contumaces, pœnas, ac cenſuras prædictas incurriſſe declarandi, illaſque etiam ſæpius aggravandi, auxiliumque brachii ſæcularis invocandi.

Deſuperque componendi.

§.28. Ac ſuper eiſdem ſpoliis, fructibus, redditibus, & proventibns, ac bonis, toties quoties tibi videbitnr, cum quibuſvis perſonis quacumque auctoritate fungentibus componendi, & concordandi, ac ſolventes de compoſitis, & ſolutis per eos, ac de receptis qnietandi, liberandi, necnon ad eos reverſos ſi id humiliter petierint a cenſuris, & pœnis, prævia ſatisſactione ſimpliciter, & etiam alias cum reincidentia, ſeu ad cautelam, ſeu ad effectum agendi, abſolvendi, & liberandi, ac a carceribus relaxandi.

Summarie procedendi.

§.29. Et in præmiſſis omnibus, & ſingulis, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, etiam privative quoad alios quoſcumque quavis auctoritate fungentes, & functuros, procedendi, ſententiandi, fineque debito terminandi.

Cauſas ſpoliorum, eiſque annexas, ab omnibus Judicibus reaſſumendi.

§.30. Cauſaſque hujnſmodi, etiam cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, connexis, & annexis a quibuſcumque aliis judicibus ordinariis, & delegatis, quacumcumque auctoritate fungentibus, & etiam Cauſarnm Palatii Apoſtolici Auditoribus, ſeu Locatenentibus, vigore ſuæ ordinariæ juriſdictionis, ac facultatis reaſſumendi, ac illis, aliiſque quibus opus fuerit, etiam ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis pœnis tuo arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis, inhibendi, ipſaſque cenſuras, & pœnas, quoties opus fuerit incidiſſe declarandi, aggravandi, & reaggravandi.

Vice Theſaurarium, Auditores, Collectores &c. deputandi. & ſuo arbitrio removendi.

§.31. Necnon Vice-Theſaurarium, aut Locumtenentem generalem, ac unum, ſeu plures Auditores loco tui, cum ſimili, aut limitata poteſtate, toties quoties tibi expedire videbitur, & ad omue tuum beneplacitum deputandi, conſtituendi, & faciendi, ac revocandi, necnon quoſcumque collectores, ſubcollectores, Commiſſarios, Subcommiſſarios, ac Depoſitarios, & exactores pecuniarum, & jurium dictæ Cameræ ſeu alios Officiales hactenus deputatos, ſeu deputandos, revocandi, ſeu confirmandi, & alios quoſcumque illorum loco per tuas literas tuo ſigillo munitas, in qoibuſcumque Civitatibus, Oppidis, Terris, & Locis, deputandi, & ſubdelegandi, toties quoties tibi videbitur expedire, ceteraque omnia faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint quomodolibet, & opportuna, plenam tibi, & liberam per præſentes concedimus facultatem.

Cauſas ſpoliorum, & inde dependentium, privative quo ad alios cognoſcendi.

§.32. Et inſuper ut ſpoliorum, fructuum, redditunm, & proventuum, ac bonorum, juriumque hujuſmodi exactio celerius, commodiuſque fiat, ſtatuimus, quod omnes, & quæcumque ſimiles lites, cauſæ, & controverſiæ, ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus, ſpoliis, bonis, aliis prædictis, & illorum occaſione, & aliæ quæ ab ipſis litibus, & cauſis, quomolibet dependent, ſeu cum illis connexitatem habuerint, nunc, & pro tempore quocumque locorum pendentes etiamſi ſuper ſpoliis, ſeu fructibus male perceptis, & aliis prædictis fuerit facta compoſitio in Camera & inter partes adhuc aliqua controverſia pendeat, nullo alio quam a te, ac tuis, ſeu aliis ſuper ſpoliis, & fructibus, rebuſque, bonis, ac aliis præmiſſis a te pro tempore deputandis, Collectoribus, Snbcollectoribus, & aliis Officialibus, & Miniſtris ſpecialibus, vel generalibus.

Appellationes a ſententiis Nunciorum, Collectorum, & aliorum deſuper ferendis, ad Theſaurarium ſolummodo concedduntur.

§.33. Necnon cauſæ appellationnm a ſententiis latis per tuos Commiſſarios, vel etiam pro tempore exiſtentibus Sedis Apoſtolicæ Nunciis in Neapolitano, Hiſpaniarum, Portugalliæ, ſeu Algarbiornm Regnis, ac Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontium, aliiſque quibuſcumque Regnis, & Provinciis, ac ubicumque locorum reſidentibus, necnon Viſitatoribus, & aliis quibuſcumque, quomodocumque, & qualitercumque, & ſub quovis nomine, titnlo, aut munere, & aliis collectoribus generalibus deputatis, & pro tempore deputandis, ad te ſolum, & tuos deputatos prædictos in ſecunda inſtantia, ſeu alia pertineant; omneſque appellationes deſuper interpoſitas, & interponendas, a te tuiſque prædictis, & non alio, juxta formam dicti Gregorii Prædeceſſoris cognoſci, nec alteri niſi per commiſſionem mann noſtra ſignatam, vel per noſtras literas, & citato dictæ Cameræ Commiſſario generali, & Notario ſpoliorum, & cauſarum hujnſmodi pro tempore a te deputato, cognoſci, & terminari poſſint. Quodque monitoria, citationes, inhibitiones, proceſſus, ſententiæ, & mandata, quæ

Digitized by Google

quæ alias quam ex citatione, commiſſione, vel literis noſtris emanaverint, quoad earumdem cauſarum introductionem, & litis pendentiam, ſeu tuam tuorumque miniſtrorum ad id a te deputandorum juriſdictionis, & proceſſuum impedimentum, retardationem, vel perturbationem, nullius, roboris, vel momenti.

Appellatio a Theſaurario devolutive tantum conceditur non retardata executione.

§.34. Sed nec niſi præſtita cautione idonea in forma depoſiti, a ſententiis per te, ſeu Locumtenentem, vel Auditorem, aut Miniſtros prædictos, ſuper præmiſſis pro tempore latis, ullo modo appellari, niſi poſt factam executionem ad effectum devolutivum tantum, nec earum executio differri aut ſuſpendi poſſit.

Locorum Montium, reſignationes, juxta ſolitum admittuntur, ab eodem, & eadem venduntur.

§.35. Necnon quaſcumque reſignationes, & ceſſiones quorumvis locorum, ſeu creditorum Montium Julii, ac primi, & ſecundi ſuccurſus Avinionen. aliorumque ſiquæ ſiut reſignationes, ſeu ceſſiones quas Theſaurarius pro tempore exiſtens admittere conſueverit, admittendi: & ipſa loca, ſeu credita, tam per reſignationem, ſeu ceſſionem bujuſmodi, quam per aliam quamcumque dimiſſionem, ver amiſſionem pro tempore vacantia conſerendi, & aſſignandi juxta formam aliarum ſacultatum tuis anteceſſoribus conceſſarum, & quaſcumque patentes literas tuo ſigillo munitas expediendi, ac Secretarium, & Cappellanum, ac Computiſtam, ſen Ratiocinatorem, alioſque Officiales juata ſolitum quoties tibi videbitur deputandi. & revocandi.

Cura introituum, & conſtructionis Civitatis Terracinen. eidem datur.

§.36. Necnon curam, & adminiſtrationem introitnum Civitatis noſtræ Terracinen., ac conſtruendi Civitatem novam jam inceptam in loco ſalubriori, juata formam aliarum ſacultatum tuis prædeceſſoribns conceſſarum gerendi licentiam, facultatem, poteſtatem, & auctoritatem tenore earumdem præſentium concedimus, & impartimur.

Sortes & Lottos permittendi &c. eidem Theſaurario facultas datur.

§.37. Præterea cum nonnulli, tam Prælati, quam Urbis prædictæ cives, incolæ, & curiales, quam aliæ diverſæ perſonæ totius ditionis noſtræ Eccleſiaſticæ, ære alieno quandoque gravati, & aliis neceſſitatibus oppreſſi pro eorum debitorum ſatisfactione, aut neceſſitatum hujuſmodi ſublevamine, ac alias ipſorum arbitrio propria jocalia, aurumque, & argentum, & alia bona, tam mobilia, quam immobilia, domos, vineas, & alia quæcumque vendere cupientes, ut plurimum illa niſi ſatis minori pretio eorum veri valoris cum maximo eorum detrimento vendere, neque emptores invenire poſſint, tibi quibuſvis perſonis cujuſcumque ſtatus, gradns, & conditionis exiſtentibus, ut eorum jocalia, aurum, argentum, & alia bona, tam mobilia, quam immobilia, ut ſupra ſub ſortibus quas lottos vocant, etiam cum buſſula, & pallis aut alias tui arbitrio exponere, ac ſortes, ſeu lottos hujuſmodi facere, publicare, & caercere, prævia extimatione peritorum a te deputandorum, privative ad quoſcumque alios poſſis, & valeas, ſoluta tamen Cameræ prædictæ rata, & portione tibi bene viſa, ac decima tibi, & iis qui ſortes, ſeu lottos hujuſmodi fecerint quaſcumque licentias concedendi, ipſiſque ut dictam ratam eidem Cameræ, ac decimam prædictam ſolvendam, una cum expenſis realibus, & neceſſariis deſuper faciendis, in & ſuper eiſdem lottis recuperare poſſint, quibus tibi bene viſum fuerit indulgendi, ac peritos extimatores eligendi, & deputandi, & deſuper edicta, ſeu publicationem necnon quaſcumque patentes literas tibi bene viſas, tam in dicta Urbe, quam extra illam in quibuſcumque Civitatibus, Oppidis, & Locis Status Eccleſiaſtici mediate, vel immediate Sedi prædictæ ſubjectis publicandi, ac locis publicis affigendi, & tuo ſub ſigillo expediendi, necnon omnes, & ſingulos qui hactenus ſimiles licentias obtinuerunt, ad ſolvendum ratam, & portionem hujuſmodi tibi bene viſam, etiamſi in eorum licentiis aliter expreſſum ſit cogendi, ac licentias hujuſmodi, quoad illos qui illas ſolvere recuſaverint, aut diſtulerint revocandi.

Cauſæ ſpoliorum, lottorū, & aliorum prædictorum a Theſaurario cognoſcuntur privative quo ad alios.

§.38. Necnon omnes, & ſingulas cauſas, lites, & controverſias deſuper, tam occaſione ſpoliorum, & bonorum vacantium, ac Montium, illorumque locorum, ac fructuum, quam etiam lottorum hujuſmodi, aliorumque omnium, & ſingulorum præmiſſorum, tam civiles, quam criminales, & mixtas, quomodolibet ortas, & quas pro tempore oriri contigerit inter quaſcumque perſonas, quacumque auctoritate, dignitate, & præeminentia ſuffulias, una cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & conneais, & ex ufficio tuæ Curiæ ſimpliciter, ſummarie, & de plano, ſola facti veritate inſpecta audiendi, cognoſcendi, decidendi, fineque debito, omni, & quacumque appellatione ad effectum ſuſpenſivum tantum, remota, terminandi, & finiendi, ac quæcumque mandata executiva decernendi, relaxandi, & quacumque appellatione, aut recurſu, vel inhibitione illius prætextu, ſeu alias forſan emanatæ non obſtantibus, exequi faciendi privative ad omnes, & ſingulos alios; ita quod nullus etiam vigore commiſſionis, niſi manu noſtra, aut pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis ſignata fuerit, in cauſis hujuſmodi ſeſe intromittere poſſit, & debeat.

Reaſſumantur que ab omnibus aliis judicibus.

§.39. Ac etiam quaſcumque cauſas coram quibuſcumque aliis Judicibus ordinariis, vel Delegatis, etiam noſtri Palatii Auditoribus, ſeu Locumtenentibus ut ſupra, nunc, & pro tempore introductas, tua ordinaria auctoritate, & in vim hujuſmodi facultatum reaſſumendi, illiſque quibus opus fuerit inhibendi.

Notarium unum in ejus cauſis deputetur.

§.40. Ac tam in dictis lottis, quam etiam cauſis, & litibus ab eis quomodocumque, & qualitercumque dependentibus, etiam illorum extractionem, & præmiorum conſignationem, unum ex Cameræ prædictæ Notariis tibi bene viſum ad tuum beneplacitum, toties quoties tibi videbitur, & placuerit, eligendi, & deputandi, ac omnes, & ſingulos hactenus deputatos, & ſeu

& ſeu in futurum deputandos ad tuum libitum revocandi, ae alium, ſeu alios ſimiliter deputandi.

Inſtrumenta &c. habentes quæ Theſaurarii juriſdictionem concernunt, ei conſignare cogantur.

§.41. Omneſque, & ſingulas literas ſcripturas, inſtrumenta, & acta, tam lottos hujuſmodi, quam omui, & ſingula alia juriſdictionem generalis Theſaurarii, vel collectoris ſpoliorum concernentia, tibi conſignari faciendi, & quos opus fuerit cogendi, & compellendi, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, plenam, liberam, & abſolutam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem ſimiliter concedimus, & impartimur.

Decima omnium dictorum proventuum, ei aſſignatur.

§.42. Necnon ut accuratius, & diligentius præmiſſis invigilare, ae perſonas, quæ præmiſſorum curam ſuſcipere valeant, retinere valeas, tibi decimam omnium, & ſingularum pecuniarum, ſeu aliarum rerum ex dictis ſortibus, ſeu lottis, ſub quibuſvis modo, & forma hactenus ſactis, & publieatis, quam de cetero ſacendis, & publicandis, ad Cameram, & Sedem prædictas provenientium aſſignamus, tibique deeimam hujuſmodi propria auctoritate retinendi, etiam abſque aliquo aliu mandato, & ordinatione a qnibus opus ſuerit recipiendi, exigendi, levandi, ac in tuos uſus, & ntilitatem convertendi ſacultatem pariter elargimur. Præterea tibi, ut de omnibus compoſitionibus, & incamerationibus quomodolibet per te, ſeu Collectores, alioſque tuos Officiales, & Miniſtros ex quacumque cauſa qnomodolibet factis, & pro tempore faciendis, etiam pro ſructibus, redditibus, & proventibus male perceptis, ac aliis præmiſſis in quibuſcumqne locis, & Tribunalibus, factis, ſeu faciendis, ac etiam a Camerario, ejuſqne Auditoribus civiliter, vel criminaliter quaeumque ex cauſa expediendis, integram decimam illarum partem ultra ratam eidem Camerario tangentem habere, & exigere poſſis, & debeas, & ex iis incamerationibus, & compoſitionibus, deducere, & retinere pariter volumus, & mandamus.

Bannimenta promulgandi ſuper præmiſſis Theſaurario facultas datur.

§.43. Inſuper, qnod tu quæcumque edicta, bannimenta, literas, ſeu ordinationes, ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, & illorum obſervatione facere, edere, publicare, & denunciare, ac ad illorum obſervationem quoſcnmq; in eis comprehenſos.

Debitoreſque Cameræ ad ſolvendum cogendi.

§.44. Necnon quoſvis Cameræ præfatæ, ex quavis cauſa, vel occaſione debitores, ad ſolvendum, vel ſatisfaciendum omnibus viis, ac juris, & facti remediis, cogere, & compellere.

Sigillo proprio utendi, & ejus emolumenta percipiendi.

§.45. Proprioqne ſigillo uti, in omnibus actibus, & ſcripturis, quæ hactenus ſub ſigillo Theſaurarii expediri conſueverunt, emolumentaqne exinde provenientia, tam occaſione literarum patentium Commiſſariorum, Depoſitariorum, & aliorum Officialium, quam ex conceſſione, & aſſignatione quorumvis locorum Montium, & aliarum quarumcumque expeditionum, quibus ſigillum tuum quomodolibet apponendum fuerit percipere, ad inſtar Theſaurariorum aliorum anteceſſorum tuorum, & juxta ſolitum, nec alias etiam libere, & licite valeas, licentiam eadem tibi auctoritate impartimur.

Penſiones uſque ad ſcuta quatuor mille transferendi &c.

§.46. Necnon ut qnicumque loei Ordinarins, ſeo utriuſque, ſen alterins Signaturæ Referendarins, aut Metropolitan., vel alterins Cathedralis, aut Collegiatæ Eccleſiæ Canonicus, ſeu perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, ad id per te eligendns ſeu eligenda, quaſcumque penſiones annuas ſuper quarumvis menſarum Epiſcopalium, ſeu Archiepiſcopalium, ſen aliarum Eccleſiarum, necnon Monaſteriorum, Prioratnum, Præpoſiturarum, Dignitatum, aliorumque Beneficiorum Eeeleſiaſtieorum, cum eura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum regularinm, fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis univerſis, neenon diſtributioniöus quotidianis, ſeu illorum loco, ſructus, redditus, proventus, jura obventiones, & emolumenta, ac diſtributiones hujuſmodi, tibi auctoritate prædicta reſervatas, & reſervata, ac reſervandas, & reſervanda, etiamſi penſionis, ſeu fructuum hujuſmodi ſolutiones, exactiones, ſucceſſoribus Beneficiorum, & Eccleſiarum aliorum prædictorum incipere habnerint, uſque ad ſummam mille ducatorum auri in anro de Camera novorum, in dicta Cnria, vel extra eam, nbique locorum, etiam in Eceleſiis quas te obtinere, aut perſonam tuam illis præeſſe contigerit non reſidente, etiam in mortis artieulo de tuo etiam poſt dimiſſionem officii Theſaurariatus hujuſmodi expreſſo conſenſu caſſare, extinguere, & annullare, & poſtquam caſſæ, extinctæ, & annullatæ ſuerint, alias ſimiles penſiones annuas ſuper eiſdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & diſtributionibus hujuſmodi, ſeu ſructus, redditus, proventos, jura, obventiones, emolumenta, & diſtributiones prædictas, nſque ad eamdem ſummam, uni ſeu pluribus perſonis ad id per te nominandis, & quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, ciſdem modo, forma, conditionibus, ac cum immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, donationibus, indultis, decretis, & aliis quibus tibi reſervatæ, ſen reſervata ſuerint, etiam abſqne conſenſu ſolvere habentis, ſeu ſructus, aut obtinentium Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, dignitates, & alia beneficia hujuſmodi, dicta auctoritate reſervare, concedere, conſtituere, & aſſignare, ac etiam transferre libere, & licite valeas, ac etiam reſervationis, ſeu translationis penſionum, ſeu fructuum hujuſmodi vigore præſentium ſaciendæ valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, in omnibus, & per omnia, perinde acſi per Nos, & pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem de conſenſu ſolvere habentis penſiones, ſeu obtinentium Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, dignitates, & alia beneficia bujnſmodi ſactæ ſuiſſent.

§.47. Tibique etiam, ut de ſingulis Domibus,

Teſtandique de bonis etiã juriſdictionalibus, & acquiſitis de rebus eccleſiaſticis &c.

mibus, Prædiis, Poſſeſſionibus, Oppidis, Caſtris, Terris, & aliis Locis etiam juriſdictionalibus, aliiſque bonis mobilibus, & immobilibus, ac ſemoventibus, cujuſcumque qualitatis, valoris, ſpeciei, pretii, etiam notabilis, & notabiliſſimi, ac conditionis exiſtentibus, necnon pecuniis, juribus, & actionibus ad te, tam ratione quarumvis etiam Patriarchalium, & Cathedralium, ac Metropolitanarum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum etiam Conſiſtorialium, Prioratuum, Præpoſiturarum, dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, etiam militiarum, quæ ex quibuſvis conceſſionibus, & diſpenſationibus Apoſtolicis, in titulum, commendam, administrationem, aut alias quomodolibet obtines, & in poſterum obtinebis, ac ratione fructuum, reddituum, & proventuum Eccleſiaſticorum quarumcumque menſarum Patriarchalium, Archiepiſcopalium, Epiſcopalium, & Monaſteriorum, Prioratuum, dignitatum, & aliorum beneficiorum, ut præfertur qualificatorum, ac penſionum annuarum, ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus, & forma præmiſſis reſervatarum, & aſſignatarum, ac reſervandarum, & aſſignandarum, quos, & quas percipis, & percipies in futurum, necnon emolumenta Theſaurariatus, & aliorum quorumcumque ejuſdem Curiæ officiorum, & Montium, necnon legationum, ac alias quocumque modo, via, forma, & occaſione ad te ſpectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis fructibus, redditibus, & proventibus, ac penſionibus, necnon quomodolibet, & undecumque licite acquiſitis, & acquirendis, ac alias quomodolibet, etiam ex officiis quæ exercuiſti, aut te exercere contigerit, & alias quavis occaſione, vel cauſa, ſeu contemplatione ad te perventis, & perventuris, etiamſi in pecunia numerata, jocalibus, gemmis, aliiſque precioſioribus rebus, ac alias quomodolibet, nunc, & pro tempore conſiſtunt, etiamſi eſſent de tua Cappella, illiuſque ornamentis, vaſis, & denique tota illius ſacra ſuppellectili, tam in dicta Curia, quam extra ubique locorum exiſtentibus, quorum omnium qualitates, & veros annuos valores, etiamſi talia eſſent, quæ generali appellatione bonorum, vel ſuppellectilium non venirent, ſed ſpecialibus indigerent vocabulis, præſentibus, acſi ſpecifice, & ſigillatim exprimerentur, & denotarentur, pro ſufficienter expreſſis, & narratis habere volumus, ac etiam de ipſis proventibus, & penſionibus debitis, & debendis, ac etiam nondum perceptis, & exactis, etiamſi eorum ſolutionis terminus nondum advenerit, pro illa rata quæ tibi debita erit uſque ad quamcumque, & quantumvis maximam, ac notabilem, & notabiliſſimam, ac inexcogitatam ſummam, tam pro decentibus, & honeſtis impenſis funeris tui, quam etiam remuneratione, illorum qui tibi viventi inſervierunt, etiam ultra ſervitii meritum, & in tuorum conſanguineorum, & affinium, ac etiam quarumvis aliarum perſonarum, etiam extranearum, necnon Conventuum, Univerſitatum, Collegiorum, & aliorum, etiam non Piorum locorum, dummodo non illegitimorum, aut alias quomodolibet incapacium, & quoad Cappellam tuam prædictam, dummodo in Eccleſiarum favorem, & uſum, & alias pro tuo arbitrio, & voluntate abſolutis teſtari, ac teſtamento, codicillis, fideicommiſſis, ſubſtitutionibus, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam cauſa mortis, & aliis quibuſcumque modis, & viis, etiam omiſſis quibuſvis ſolemnitatibus, etiam ſubſtantialibus, & formis, tam de jure, quam per noſtras, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Conſtitutiones, & Ordinationes, necnon ſtatuta, ac conſuetudines Urbis, Civitatis, Loci, & Provinciæ, ubi id fieri, vel te in eadem voluntate permanente mori contigerit, tam verbo, quam ſcriptura, etiam minus ſolemni, & ſine aliqua inſinuatione, ſeu ſubſcriptione teſtium, aut etiam coram duobus, vel tribus teſtibus tantum, aut etiam cedula ſola manu tua ſubſcripta, ac alias in omnibus, & per omnia, prout tibi quomodolibet videbitur, & in ipſa Curia, & extra eam, & ubique locorum, & in mortis articulo, & nulla facta mentione præſentis, vel aliarum tibi pro tempore conceſſarum ſimilium facultatum, quibus per præſentes nullatenus præjudicatum eſſe decernimus, aut quod in vim illarum teſtari, & diſponere velis, & intendas, ſemel atque iterum, & pluries diſponere, ſtatuere, & ordinare, libere, & licite valeas, prædicta auctoritate, tenore earumdem præſentium concedimus, & indulgemus.

Litteras Apoſtolicas quaſcumque tam gratiam, quã juſtitiam concernentes, etiã in Cancellaria, Camera, ſeu Curiæ officiis, per ſe, & Vice-Theſaurario, ſeu Locumtenente, ac duobus familiaribus gratis etiam poſt Officii Theſaurariatus dimiſſionem expediendi.

§.48. Necnon, quod omnes, & ſingulas literas Apoſtolicas, ſub plumbo, ac etiam in forma brevis, tam præſentes, quam alias ſuper quibuſvis gratiis, indultis, conceſſionibus, facultatibus, tam gratiam, quam juſtitiam concernentibus per te, ac Vice-Theſaurarium, ſeu Locumtenentem, & duos familiares tuos per te nominandos, a Nobis, & ſucceſſoribus noſtris, aut Sede prædicta pro tempore impetratis, ſeu etiam motu ſimili conceſſis, in omnibus Cancellariæ, Cameræ, & Curiæ prædictarum officiis, necnon plumbo, & regiſtro, ac Secretaria Apoſtolica, ac alias ubilibet gratis, & abſque ulla taxarum, annatarum, communium, minutorum, ſervitiorum, jocalium, aut aliorum quorumcumque jurium, aut regalium ſolutione expediri, & reſcribendarius taxam literarum prædictarum, cum ſubſcriptione Gratis pro perſona Theſaurarii, & aliorum prædictorum ſubſcribere, ac tam ipſe, quam alii Scriptores, Abbreviatores, Solicitatores literarum prædictarum, Archiviſtæ, Cubicularii, & Scutiferi Apoſtolici, Portionarii, & Præſidentes Ripæ, & Milites SS. Petri, & Pauli, Cancellarii, Secretarii, Protonotarii Apoſtolici, & Summiſta, necnon Magiſtri, & plumbi, Collectores, ac Plumbatores, Regiſtratores, & Viceeancellarios,

rios, & qnicumqne alii prædictæ Curiæ officiales, & expeditionum literarum hujuſmodi pro tempore Præſidentes, eorumque Miniſtri, etiam in annatis, communibus, localibus, minutis, ſervitiis, regalibus, & aliis juribus hujuſmodi participantes eaſdem literas, perſonam dicti Theſaurarii, ejuſque Vicetheſaurarii, & Locumtenentis, ac duorum familiarium ſuorum prædictorum concernentes, etiam poſt dimiſſionem officii Theſaurarii, ita quod te ſemel fuiſſe Theſaurarium, ad effectum omnium, & ſingulorum prædictorum, tibi ae dictis tuis ſufficiat, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & ſuſpenſionis, ac privationis ſuorum officiorum, fructuumque, & emolumentorum eorumdem amiſſionis pœnis, per eos ad quos pertinuerit, & qui eas gratis ſubſcribere, vel concedere, & expedire noluerint, eo ipſo incurrendis, abſque alio noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum, & Sedis præſatæ ulteriori mandato omnino gratis, & abſque alia taxarum, annatarum, communium, jocalium, minutorum, ſervitiorum, & aliorum modo præfatorum ſolutione, & exactione, in omnibus, & per omnia uſque ad plumbum, & regiſtrum, ipſarumque finalem expeditionem, & relaxationem incluſive, omni contradictione ceſſante expediri, ſubſcribi, ac relaxari facere, & permittere debeant, & teneantur, etiamſi in eorum officiis, & conceſſionibus caveatur expreſſe ut ad id non teneantur, & quod eorum officia fuerint eis conceſſa titulo oneroſo, volumus, & mandamus &c.

Clauſulæ hujus Bullæ preſervativæ.

§.49. Præſenteſque ibi in omnibus, & per omnia ſuffragari debere, illaſque, & in eis contenta quæcumque nullo umquam tempore, de ſubreptionis, obreptionis, vel nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus vel controverſiam revocari, aut adverſus eas, quodcumque juris, aut facti, vel gratiæ remedium impetrari, minuſque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antequam illæ emanarent, erant ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas, etiam ſub quacumque data per te eligenda, validaſque, & efficaces ſemper fore, & eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter Nos, & Sedem, ae Cameram præfatas ex una, & te ex altera partibus rite, & recte facti initi, & ſtipulati, ac etiam hinc inde acceptati, habere, & obtinere, ac inviolabiliter obſervari, ſemperque validas, & efficaces exiſtere.

Clauſula ſublata, & Decretum irritans.

§.50. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, & Camerarium, dictæque Cameræ Præſidentes, & Clericos, ac Palatii Apoſtolici Auditores præfatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia, ac ubique locorum judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore præmiſſis decernimus.

Executorum deputatio.

§.51. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Amerin., & Tudertin. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum ejuſdem Cameræ generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte tua fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, tibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant te approbatione, confirmatione, conceſſione, aſſignatione, receptione, admiſſione, ſubrogatione, conſtitutione, mandato, ſingulis indultis, voluntate, decretis, ſtatuto, impartitione, remiſſione, condonatione, obligatione, hypothecatione, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes te per Camerarium, Præſidentes, ac Clericos præfatos, ſeu quoſcumque alios, quavis auctoritate fungentes quomodolibet contra tenorem præſentium moleſtari, perturbari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & poenas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt. necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum, & Ordinum quorumcumque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis, illorumque Superioribus, & perſonis, dictæque Cameræ Clericis, & Collegio, ac quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum, ac forma in illis tradita, obſervata inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab

eadem

eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtol. non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptorum fides.

§.52. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, ac Notarii publici manu ſubſcriptis, tuoque ſigillo obſignatis, eadem prorſus fides, ubique locorum in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

D. P. An.V. 31 Januarii.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1590. decimo Kalend. Februarii, Poutificatus noſtri Anno Quinto.

CLXIX.

De Aquæ Felicis mox ad Urbem conductæ, ratione, & cura demandata Congregationi S. R. E. Cardinalium inſtitutæ ad Aquas, Vias, Ponteſque curandos; ac de Officio, & munere Civium Romanorum ejuſdem Aquæ Viſitatorum.

Hujus Congregationis inſtitutionem fecit hic Pont. in Conſtit. CXVII. Tom. IV. Par. IV. fol. 392. Immenſa *in Congr.* 13.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SUpremi cura regiminis, divina Nobis diſponente clementia commiſſi, Nos admonet, ut quæcumque pro locorum uſu, & incremento, necnon pro hominum vitæ neceſſitatibus ſublevandis, aut commoditatibus ipſorum augendis, in dies peraguntur, a Nobis, ea, quo ſecuriora, diuturnioraque divina favente gratia permaneant, providis ſolidiſque legibus fulcienda ſtatuamus.

Hic Pontifex Urbis ornatui intentus.

§.1. Cum igitur Urbem Romam Beatiſſimi Petri Apoſt. Principis firmam Sedem, ac honorabilem thronum, Chriſtianæ Religionis domicilium, communem fidelium omnium patriam, ac parentem, immo & cunctarum Nationum ad eam undique confluentium portum tutiſſimum, non ſolum ſacris, & ſpiritualibus præſidiis munitam, ſed humanis etiam, ac temporalibus commodis, ornamentiſque decoratam eſſe deceat; idcirco ab ipſo Pontificatus initio, publicis privatiſque Civium, ac Incolarum Urbis neceſſitatibus conſulere, ejus regiones ſacrarum ædium, privatarumque domorum ædificiis augere, & demum vetera renovando, nova perficiendo, & ſingula ad omnipotentis Dei gloriam, & ſanctæ Sedis hujus honorem referendo, totius Urbis amplitudinem atque ornatum, quantum in Nobis eſt, diutiſſime tueri, ac conſervare decrevimus.

Aquam in eminentioribus ejus locis conduci curavit, ad frequentiorem Urbis habitantium, ultra alia egregia opera hic enunciata.

§.2. Quare, cum ejuſdem Urbis colles præclariſſimis olim Quiritum ædibus, & foris, ſublimibus inde Cæſarum Palatiis ſuperbiſſimiſque theatris, & thermis, longiſſimiſque, & mirabilibus Aquæductibus, Sacroſanctis denique Chriſti D. N. fide ſuſcepta Chriſtianorum Imperatorum, aliorumque piorum hominum Baſilicis, & Templis extructis inſignes, frequentiſſime habitatos, deinde ob aquæductus, nonnullos quidem fera audaciſſimorum Barbarorum immanitate immanique crudeliſſimorum hoſtium feritate demolitos, nonnullos vero vetuſtatis injuria, ſeu tempeſtatum vi collapſos, a pleriſque jam ſæculis quaſi deſertos, & habitatoribus deſtitutos eſſe animadverterimus; inferiora autem Urbis loca quamplurimis ædificiis referta, ob ſitus acriſque humiditatem minus ſalubria eſſe, quinimmo crebris, ac plerumque ſubitis Tyberis Fluvii, qui aſſiduis Aquarum imbribus, & maris refluxu augeſcit, inundationibus patere, obruique experti fuerimus, prout ſummo cum animi dolore oculis etiam noſtris aliquando proſpeximus: His moti rationibus de Aqua copioſa, & ſalubri in ipſos colles, & eminentiora Urbis loca inducenda, nullis difficultatibus, nullaque impenſæ magnitudine deterriti cogitare cœpimus, eo nimirum conſilio, ut fontibus reſtitutis, & Aquis, quæ publicas privataſque utilitates hominum ſocietati præbent, ſalubritatemque corporibus afferunt, reductis, iterum iidem colles habitentur, ipſorumque regiones, quæ ſitus proſpectu, aeris ſalubritate, & loci amœnitate præſtant, frequentia populi, qui benedicente Domino in dies cumulatius augetur, priſtinæ jucunditati atque ſecuritati reſtituatur. Qua ſane deliberatione ſuſcepta, longas lataſque jamdiu per eoſdem colles vias, magna noſtra impenſa aperuimus, domos, & officinas ibidem extruximus, extruique ab aliis fecimus, nundinas commercii, hominumque conventus cauſa ad communem uſum inſtituimus, fontes publico uſui ſervientes extruximus, ædificantibus, & habitantibus immunitates, privilegiaque dedimus, Sacroſanctas Baſilicas in eiſdem collibus a Religioſiſſimis quondam Imperatoribus, aliiſque piiſſimis viris extructas, frequentioris viſitationis eis debitæ cauſa inſtauravimus, & obeliſcis, illuſtribus antiquorum monumentis, gentilitatis impuritate expiatis, Crucique invictæ felicius conſecratis, ad earum limina operoſe magnificeque translatis exornavimus.

Ab agro igitur Columnienſium, ad Montem Quirinalem Urbis conduxit, eamque Felicem de proprio ejus nomine appellavit.

§.3. Atque, ut Urbs in ipſis collibus tandem incrementum acciperet, ab eodem Pontificatus noſtri initio, Aquæ illius, quæ in agro Columnæ via Prænestina ſiniſtrorſum concipitur, quæque omnium prima ab Appio Claudio Craſſo Cenſore olim in Urbis inferiora, & depreſſiora loca, nempe ad ſalinas adducta eſt, ſuperiorem, & puriorem portionem, compluribus Aquarum ſcaturiginibus auximus, & potiſſimum Aquæ Martiæ, quæ quia gelida, & ſalubris, ideo omnium Aquarum jucundiſſima, & apud veteres celeberrima cenſebatur, ramo, quem ex proprio Aquæductu, magna tamen ex parte diruto deſumpſimus, ube-

uberioris Aquæ copiæ in Urbem adducendæ eauſa conjunximus (quæ ſimul junctæ ſeptingentarum, & plurium unciarum quantitatem faciunt, & admirabilem ſpecie pulchritudinem, immenſamque hauſtu jucunditatem oſtentant) ducto ſinuoſo a capite millium paſſuum duorum, & viginti, a priori receptaculo viginti, curſu ſubterraneo antea tredecim, tunc vero extructis nuper a capite uſque ad idem receptaculum ſubtus terram fornicibus quindecim, ſupra terram vero arcuato opere ſeptem commeare fecimus, eamque per duos arcus inſignes in eodem Aquæductu ad perpetuum rei monumentum erectos, alterum nimirum duobus ab Urbe milliaribus, in loco qui vulgo ad Formas dicitur, alterum vero intra Urbem ad portam S. Laurentii tranſire juſſimus, & ſumma totius Urbis lætitia atque hilaritate in Montem Quirinalem ad plateam S. Suſannæ tandem adduximus, & adductam de proprio noſtro nomine Felicem appellavimus.

Fontem propterea in platea S. Suſannæ ornatum conſtruxit.

§.4. In platea autem S. Suſannæ Fontem primarium quatuor columnis, & tribus arcubus ſplendide ornatum extruſimus; in quem Aquæductus tres perennes latices per totidem oſtia, larga Aquarum defluentium copia ſonoroque ſtrepitu effundit. Super oſtiis vero in arcu medio ſtat marmorea ſtatua Moyſis, qui petram, unde divinitus olim fluxerunt Aquæ, virga percutit; in dextero item arcu Sacerdos Aaron marmorea tabula, quæ multorum capita refert, expreſſus, populum Judaicum ſitientem ad Aquas ducit; a ſiniſtro vero figura Gedeonis Iſraelitarum Ducis cernitur, qui juſſu Domini milites ex bibendi modo probat. In ejuſdem vero Fontis conſpectu quatuor Leones, quorum duo ex albo, duo item ex nigro marmore ſculpti, ore aquam ad commodiorem uſum, & publicum oblectamentum emittunt. Quo vero fons ipſe in majori ſe oſtentaret proſpectu, & publico uſui commodior, & jucundior redderetur, dictam S. Suſannæ plateam ruderibus undequaque refertam, & maceriis plurimis inæqualem ac deformem, quantum opus fuit, depreſſimus, terram effodimus, atque ad vicina ejuſdem plateæ loca decliviora, ut æquarentur, tranſportari fecimus.

Vias & plateas adjacentes æquavit &c.

§.5. Verum, ne adjacentes viæ, plateæ, fontique prominentes, & proſpectum, & aditum offenderent, viam utramque æquavimus, tam eam, quæ a conſpectu fontis ad Palatium Apoſtolicum, quod in eodem colle Quirinali ædificavimus, tendit, & quæ a tergo ad portam Piam ducit, quam eam, quæ a latere ad templum S. Mariæ Angelorum in Thermis Diocletianis vergit, ambaſque depreſſimus, terram effodientes, maceriaſque diruentes, & lateritiis hinc inde deambulatoriis, altitudinis duorum pedum, latitudinis ſeptem circiter, penes domicilia fulcivimus, ut eas viatoribus faciliores exhiberemus, imo pleriſque fontibus, locis magis idoneis eas decoravimus. In hujus autem adducendæ Aquæ ratione, providos vigileſque Eccleſiæ Paſtores imitati ſumus, qui, cum ex Domini præcepto populos ſibi ſubjectos paſcere teneantur, non ſolum ſpiritualia, ſed & corporis uſui neceſſaria alimenta, ut totum hominem vere paſcant, ſubminiſtrare conantur.

Pro dictæ Aquæ conſervatione, ejus curam &, cuſtodiam remittit Cógregationi Cardinalium pro Viis, Pontibus, & Aquis curandis inſtitutæ.

§.6. Denique cum non ſatis ſit tantum opus ſummo labore, & tam largo ſumptu abſolviſſe, niſi in eo conſervando exacta quoque diligentia adhibeatur, præcipue cum nullum ædificium diligentioribus legibus cuſtodiri oporteat, quam quod Aquas ſuſtinere debet, ut Populus Romanus, ceterique, qui Urbem, & loca præſertim editiora incolunt, hoc publico commodo quam diutiſſime perfruantur; ad noſtram Pontificalem providentiam pertinere arbitrati ſumus, ut, quæ ad illius conſervationem neceſſaria ſunt, ſive ad temporis, ſive ad hominum injurias repellendas, quamprimum provide, & exacte ſtatuamus. Habita igitur ſuper his, cum venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Card. matura deliberatione, de eorumdem fratrum conſilio, & aſſenſu, ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſt. poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, univerſam ipſius Aquæductus, fontiumque cuſtodiam, & curam, Congregationi S. R. E. Card. pro viis, pontibus, & Aquis curandis a Nobis inſtitutæ, per præſentes committimus, & demandamus, eiſque in omnibus, quæ ad illorum conſervationem, & reparationem nunc ſpectant, & in futurum quomodolibet ſpectabunt, plenariam, & omnimodam poteſtatem, atque auctoritatem tribuimus, necnon de, & ſuper præmiſſis, & eorum occaſione, inter, & contra quaſcumque perſonas cujuſvis ſtatus, ordinis, & conditionis, ac tam Eccleſiaſtica, quam temporali dignitate, titulo, & honore fulgentes, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, manuque regia, & ſola facti veritate inſpecta, cognoſcendi, in illiſque procedendi, judicandi, & definiendi, ac quoſcumque, qui aliquid ad verſus hanc noſtram Conſtitutionem commiſerint, citandi, ipſiſque quatenus opus fuerit, inhibendi, & pœnas eorum arbitrio pecuniarias injungendi, atque ad illarum incurſus declarationem, & executionem, omni, & quacumque appellatione penitus remota, procedendi, procedique mandandi, & faciendi, aliaque neceſſaria, & oportuna, etiam privative quo ad quoſcumque Judices, & Officiales, gerendi, & exequendi, plenam, & liberam facultatem perpetuo concedimus, & impartimur. Si vero ipſa Congregatio ob cauſas eidem bene viſas in aliquibus caſibus ad graviorem pœnarum declarationem procedendum duxerit, tunc eidem Congregationi, auctoritatem concedimus, Gubernatori Urbis nunc, & pro tempore exiſtenti committendi, & mandandi, ut in hujuſmodi caſibus, prout eidem Congregationi viſum fuerit, contra quoſcumque delinquentes ad alias pœnas etiam corporis afflictivas, omni, & quacumque appellatione remota, procedat.

§.7. Cum

Annuumque proventũ pro Aquæductus, & Fontiũ conſervatione aſſignat.

§.7. Cum vero in hujuſmodi aquæductu, & fontibus conſervandis, & cum opus erit reparandis, quamplures impenſæ neceſſariæ futuræ ſint, Nos de aliquo certo, & ad id deſtinato proventu providere cupientes, hac eadem noſtra Conſtitutione, ac de eorumdem Fratrum noſtrurum conſilio, & aſſenſu, loca nonaginta, & unum Montis religionis nuncupati per noſtras deſuper expeditas literas certis modo, & forma nuper aucti, annuum redditum ſcutorum ſeptingentorum monetæ, & bononenorum ſeptuaginta conſtituentia, eidem aquæductus, & fontium operi, eorumque cuſtodiæ, & reſtaurationi perpetuo concedimus, & aſſignamus; ea nimirum lege, ut dictus annuus redditus, illiuſque ſors numquam imminuatur, neque in alios uſus convertatur. Quod ſi quandoque ipſum opus reſarcire non fuerit neceſſe, tunc præfatus annuus redditus ſorti accreſcat, & in emptionem aliorum locorum ejuſdem Montis in ſortis augmentum convertatur. Adminiſtrationem autem præfati redditus, & augmenti, necnon illius liberam diſpoſitionem nunc, & perpetuo penes eamdem Congregationem eſſe volumus: prædictumque redditum in toto, vel in parte, alias quam per dictæ Congregationis mandata Depoſitario ejuſdem Montis, nunc, & pro tempore exiſtenti dirigenda, exponi, & per dictum Depoſitarium ſine ejuſdem Congregationis mandatis ſolvi omnino prohibemus.

Viſitatores quotinus duos Cives Romanos eligi jubet.

§.8. Ceterum, ut præmiſſa, quæ debitæ executioni demandari cupimus, per aliquos diligentes, ac ſolertes viros, qui huic operi ſæpius aſſiſtant, prout omnino neceſſarium eſt. accurate perficiantur, ex nunc duos Cives Romanos ad munus viſitationis dictorum aquæductus, & fontium obeundum, per Nos, & Succeſſores noſtros annuatim in principio cujuslibet anni, tempore, quo ceteri Pop. Rom. Officiales eligi, ac deputari, & per eos fidelitatis juramentum in manibus noſtris, & Succeſſorum noſtrorum de more per alius Officiales præſtari ſolitum, præſtari volumus.

Viſitatorum munus præſcribit.

§.9. Eorum autem præcipuum munus ſit, ſingulis tribus menſibus ſemel ſaltem ipſum aquæ caput per ſe ipſos inviſere, ſingula receptacula, omnes portas, quas ibidem ad purgandos alveos extruximus, quaſque, ne facile irruptioni pateant, ferro munivimus, puteoſque, & foramina inſpicere, deinde ipſas aquæductus partes, quæ ſpecubus continentur, & quæ nec gelicidiis, nec caloribus expoſitæ, limo in cruſtam dureſcente, iter aquæ coarctare, aut in alveum delapſæ aquam corrumpere videbuntur, ſæpius perluſtrare, & ſordibus egeſtis repurgari facere, & ne aqua, quæ alveo ſuo puriſſimo labitur, pluviis cœlo cadentibus, aut humo fluentibus aquis inficiatur, provide cavere, forniceſque ſupra terram, parieteſque univerſos uſque ad præfatum fontem S. Suſannæ, & ipſos fontes diligenter integros tueri, atque curare. Quæcumque vero ipſi Viſitatores in qualibet viſitatione reparatione indigere repererint, ea quamprimum Congregationi prædictæ Cardinalium, in qua, quotieſcumque opus fuerit, interveniant, referre debeant: ipſa vero Congregatio Nos, & Succeſſores noſtros in rebus gravioribus conſulere teneatur. Quod ſi eorumdem Viſitatorum culpa, & negligentia aliquid incommodi aquæductus forma contraxerit, aut id, quod contractum erit, confeſtim reparatum non fuerit, id totum ipſorum Viſitatorum ſumptibus reparetur. Ne autem ipſa reparatio diutius protrahatur, quocumque tempore aliquid reparari oportuerit, confeſtim reparetur, ne modica irruptio majorem conſequentem diſſolutionem gignens, totum, ut ſolet, aquæ alveum diruat. Quod ut opportuna ſemper celeritate fiat, cœmenta, & alia neceſſaria antea præparentur. Artificibus vero operi deſtinatis, liceat ex agris privatorum, terram, limum, lapides, teſtam, arenam, ligna, ceteraque, quibus ad eam rem opus eſt, undequaque earum proxime tollere, & tranſportare, dominis prius pretio perſoluto: talia vero exportantibus itinera, & aditus ubique libere pateant. Præterea ſpatia circa ductum ejuſdem aquæ, tam intra, quam extra Urbem exiſtentia, ædificiis quibus vicinum opus obſtruitur, & arboribus, quarum radicibus concamerationes, & latera ſolvuntur, viginti ad minus pedes, ne rivi violentur, utraque ex parte vacent: ipſique fontes, fornices, & muri vacui totidem pedes ſimiliter pateant. Siquæ item nunc arbores intra id ſpatium, aut ſiquæ ſalicta, arundineta, vepres, vites, caprifici, aut ſentes ſunt, infra menſem a die publicationis præſentium computandum, ſtatim excidantur, & eradicentur. Si quæ autem in poſterum, ſolis calore, & humore aquarum, aut alia cauſa accedente, occultiſque ſeminibus auctæ, aut conſertæ adnaſcentur, ſtatim in Viſitatione recidantur. Putei etiam ad aeris exhalationem, & faciliorem aquæductus expurgationem aſſervati, & ex polito lapide obducti, præter neceſſitatem publicam non aperiantur, nec formæ ſpecus perforentur, nec aqua, ſive clandeſtine, ſive palam per vim propria auctoritate a quoquam alio derivetur, nec amplius, quam impetratum fuerit, & non aliunde, quam ex ſupradicto fonte primario, aut ex fontibus minoribus infraſcriptis: videlicet primo in loco extra Portam Sancti Jo: in ſupranominato loco, qui dicitur ad formas, ad viatorum commodum, ſecundo ad Portam S. Laurentii, tertio ad Portam Majorem ad uſum tranſeuntium a Nobis extructis, nec ex his abſque dictæ Congregationis Cardinalium conſenſu, & ſine noſtro, vel Succeſſorum noſtrorum conſenſu, nec latiore modulo, aut fiſtula deducatur.

Contravenientibus his quæ hic præcipiuntur, pœnas imponit.

§.10. Et, ut univerſa iſta, quæ ad unguem obſervari cupimus, pœna contravenientibus irrogata, ab omnibus diligentiſſime cuſtodiantur, hac eadem noſtra Conſtitutione perpetuo ſancimus, ut, qui ſciens dolo

dolo malo rivum, qood abſit, noxiis ſordibus inſecerit, aut aquam ad corporum perniciem corruperit, bonorum omnium amiſſione, & capitali ſententia per dictæ Urbis Gubernatorem, nunc, & pro tempore exiſtentem ſerenda plectatur. Si quis item contra ea, quæ ſupra dicla ſunt, aliquid commiſerit, in primis damnum, quod aquædoctui culpa ipſius illatum fuerit, ejus ſumptibus quamprimum ſarciatur. Qui vero, quaſcumque aquæductus commeat formas utriuque præſcripto, ut præſertur, ſpatio vacuas reddere, & integras conſervare neglexerit, ultra ædificiorum demolitionem, & arborum eradicationem, prædii adjacentis privatione mulctetur. Qui denique aquam propria auctoritate derivare, aut aliunde, quam ex præſcriptis fontibus, aut alio quam ſupra ſtatutum eſt, modo elicere præſumpſerit, ſi domicellus fuerit, mille, ſi inferioris ordinis, quingentorum aureorum in pœna ſingulis caſibus hojuſmodi ſine ulla remiſſionis ſpe exigenda, & in ſupradicti operis reparationem convertenda puniatur.

Aquam prædictam de cetero impetrantes, id Congregatione Cardinaliũ ſignificent.

§.11. Volumus etiam, & ita mandamus, quod ſiquis etiam pretio, vel liberali largitione a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris aquam obtinuerit, teneatur eidem Congregationi Cardinalinm reſcriptum exhibere, & infra menſem ibi regiſtrari facere; quo non exhibito, & non regiſtrato, gratia omnino privatus cenſeatur.

Veteres pœnas cõtra inobedientes innovat.

§.12. Et in his omnibus, ac aliis ſimilibus caſibus nulli ſuper hujuſmodi pœna veniam, ant remiſſionem liceat impetrare. Si quid autem etiam jure communi Urbiſqoe ſtatutis, de cuſtodiendo aquæductu ſub quibuſvis pœnis conſtitutum eſt, id omne hac præſenti noſtra Conſtitutione perpetuo innovamus.

Viſitatores de contraventionibus curent.

§.13. Et, ut in omnibus caſibus ſupra expreſſis, ea, quæ ſtatuta ſunt obſerventur, & contra inobedientes omnino procedatur, volumus, ut præfati duo Cives Romani Viſitatores, præmiſſa diligenter cuſtodiri curent; & quoties caſus contraventionis evenerit, coram dicta Congregatione Cardinalium comparere, & contra transgreſſores pro damni reparatione, & præfatarum pœnarum in eoſdem inflictarum executione, ex officio inſtare teneantur.

Quibus propterea ſalariũ conſtituit.

§.14. Etſi autem præfatos Cives ſua, & patriæ cauſa omnia ſemper, & hæc præſertim, quæ ad Urbis ornatum, & ipſorum, ac aliorum Civium Rom. commoditatem maxime ſpectant, ſponte ſua curaturos, diligenterque, & fideliter exequuturos plane confidamus, tameo ut in eo monere obeundo minus diſpendii, quam fieri poſſit, patiantur, loca ſexdecim ejuſdem Montis Religionis a Nobis, ut præfetur, aucti annuum redditum ſcutorum centum viginti trium, & booonenorum viginti conſtituentia, per Depoſitarium ejuſdem Mootis de ordine, & mandato dictæ Congregationis perſolvendom, & inter eos æquis portionibus dividendum perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Clauſulę præſervativæ apponit.

§.15. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula, per eos ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, firmiter, & inviolate perpetuo obſervari debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a qooquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulas derogatorias addit.

§.16. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſius Cameræ ordinationibus, & privilegiis juramento, cunfirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, & longi temporis præſcriptione, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus inſuper præſentes literas in valvis Lateranen., Principiſque Apoſtolorum de Urbe Baſilicarum, ut moris eſt, affigi, & publicari, & in Camera Apoſtolica inter ceteras perpetuo valituras Conſtitutiones deſcribi, & regiſtrari, earumdemque præſentium tranſumptis, etiam impreſſis mann Notarii poblici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis plenam in judiciu, & extra illud ſidem adhiberi, perinde ac ipſis originalibus adhiberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo &c.

D. P. An. V. 19. Februarii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Domioicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo, 11. Kalend. Martii, Pontificatus noſtri Anno V.

Papæ ſubſcriptio.

✠ Ego Sixtus Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus, ſubſcripſi.



Cardinalium ſubſcriptiones

✠ *Ego Joann. Epiſc. Oſtien. Card. Sancti Georgii.*

✠ *Ego Alph. Epiſc. Portuen. Card. Geſualdus.*

✠ *Ego Inaicus Epiſc. Tuſculan. Card. de Aragon.*

✠ *Ego Mar. Ant. Epiſc. Præneſt. Card. Columna.*

✠ *Ego Ptolomæus Epiſc. Sabinen. Cardinal. Comen.*

✠ *Ego Gabriel Epiſc. Albanen. Card. Paloettus.*

✠ *Ego Marcus Siticus, tit. S. Mariæ Tranſtyberim, Card. de Altemps.*

✠ *Ego F. Michael Bonellus, tit. S. Laurentii in Lucina, Card. Alexandrinus.*

✠ *Ego Lud. tit. Sanctæ Anaſtaſiæ, Card. Madrutius.*

✠ *Ego*

✠ *Ego Nicolaus, tit. S. Praxedis, Card. Senon.*

✠ *Ego Julius Antonius, tit. S. Bartholomæi in Inſula, Card. Sanctæ Severinæ.*

✠ *Ego Hieronymus, tit. S. Suſannæ, Card. Ruſticucius.*

✠ *Ego Jo: Hieronymus, tit. S. Jo: ante Portam Latinam, Card. Albanus.*

✠ *Ego Hieronymus, tit. S. Priſcæ, Card. Simoncellus.*

✠ *Ego Petrus, tit. S. Hieronymi Illiric. Card. Deza.*

✠ *Ego Ant., tit. SS. Jo., & Pauli, Card. Carafa.*

✠ *Ego Jo: Ant. Card. Sanctorum Quatuor.*

✠ *Ego Jo: Bapt. Card. S. Marcelli.*

✠ *Ego Julius, tit. Sancti Euſebii, Card. Canaus.*

✠ *Ego Ant. Maria, tit. S. Mariæ de Pace, Card. Salviatus.*

✠ *Ego Vincentius, tit. S. Clementis, Card. Montis Regalis.*

✠ *Ego Philippus, tit. S. Sabinæ, Card. Spinula.*

✠ *Ego Scipio, tit. S. Salvatoris in Lauro, Card. Lancellottus.*

✠ *Ego Vincentius, tit. S. Alexii, Card. Gonzaga.*

✠ *Ego Jo. Baptiſta. tit. S. Mariæ in Araceli, Card. Caſtruccius, Signaturæ Juſtitiæ Præfectus.*

✠ *Ego Pedericus, tit. S. Stephani in Monte Cœlio, Card. Cornelius.*

✠ *Ego Dominicus, tit. S. Laurentii in Panepernа, Card. Pinellus, S. M. Majoris Archipresbyter.*

✠ *Ego Hippolytus, tit. S. Pancratii, Card. Aldobrandinus, Major Pœnitentiarius.*

✠ *Ego Hieronymus, tit. S. Petri ad Vincula, Card. de Ruvere.*

✠ *Ego F. Conſtantius, tit. S. Petri in Monte Aureo, Card. Sarnanus.*

✠ *Ego Guilelmus, tit. S. Martini in Montibus, Card. Alanus.*

✠ *Ego Scipio, tit. S. Mariæ de Populo, Card. Gonzaga.*

✠ *Ego Antonius, tit. Sancti Vitalis, Card. Saulius.*

✠ *Ego Evangeliſta, t. S. Matthæi in Merulan. Card. Cuſentin. Archipresbyter Sancti Petri.*

✠ *Ego Joannes, tit. S. Mariæ Tranſpontinæ, Card. de Mendoza.*

✠ *Ego Marianus Perbenedictus Sanct. Petri, & Marcellini, Card. de Camerino.*

✠ *Ego Franciſcus, S. Mariæ in Via-Lata, Diac. Card. Sfortia.*

✠ *Ego Alexander, Sancti Laurentii in Damaſo, Diac. Card. Montaltus Vice-Cancellarius.*

✠ *Ego Hieronymus, S. Euſtachii, Diac. Card. Matthæjus.*

✠ *Ego Benedictus, S. Mariæ in Coſmedin, Diaconus Card. Juſtinianus.*

✠ *Ego Aſcanius S. Nicolai in Carcere, Diac. Card. Columna.*

✠ *Ego Federicus, S. Agathæ, Diac. Card. Borromæus.*

✠ *Ego Auguſt. S. Adriani, Diac. Card. Cuſanus.*

✠ *Ego Franciſcus Maria, S. Mariæ in Domnica, Diac. Card. a Monte.*

✠ *Ego Guido, SS. Coſmæ, & Damiani, Diac. Card. Pepulus.*

CLXX.

Cardinali Comenſi Archipresbytero Eccleſiæ Sancti Petri de Urbe, cognoſcendi cauſas, tam dictam Eccleſiam, ejuſque perſonas, quam ejuſdem Fabricam quomodolibet concernentes, & facultas, & juriſdictio conceditur.

Quoad primam juriſdictionem, habes conceſſionem Clem. VII. in Conſtitut. III. Admonet *Tom. IV. Par. I. fol. 31. Et quo ad ſecundam habes conceſſionem Pauli III. in ſua Conſt. XLII.* Cum Dilectus *ibid. fol. 212.*

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilecto filio Evangeliſtæ tit. S. Matthæi in Merulana, Presbytero Cardinali Cuſentino, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUM ex debito Paſtoralis Officii, omnium Eccleſiarum indemnitati, utilitati, & bono regimini ſalubriter conſulere teneamur, tum vero ad venerandam Sanctamque Principis Apoſtolorum in Alma Urbe noſtra Baſilicam, condiligentiori ſtudio aciem dirigimus noſtræ mentis, quo & illa dignitate, ac præſtantia ceteris antecellit, & noſter ſingularis, quem gerimus erga eumdem Beatum Petrum, ad cujus Cathedram, licet imparibus meritis, a Domino vocati ſumus, ſinceræ devotionis affectus id impenſius requirit. Exordium.

§. 1. Quare ejuſdem Baſilicæ, ac dilectorum filiorum illius Capituli Canonicorum, & Miniſtrorum commodis, ac jurium conſervationi, ac ne ad diverſa Tribunalia perſonæ prædictæ trahantur, earum quieti, & litium diſpendio providere cupientes, deque tua integritate, prudentia, & circumſpectione, cui nuper Archipresbyteratum ejuſdem Baſilicæ tunc vacantem, ad vitam commendavimus, plurimum in Domino confidentes, Motu proprio non ad tuam, vel eorumdem Capituli, & Canonicorum, aut pro te, aut pro illis oblatæ Nobis petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, & ex certa ſcientia, omnes, & ſingulas juriſdictiones, poteſtates, & privilegia, exemptiones, libertates, prærogativas, antelationes, indulta, etiam ſuper collatione beneficiorum quorumcumque Eccleſiaſticorum auctoritates, & facultates per fel. rec. Paulum III., Pium IV., & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, bo: me: Alexandro Epiſcopo Oſtien. Cardinali Farneſio Confirmatio juriſdictionis alias a Paulo III. & Pio IV. conceſſi, Cardinali Archipresbytero S. Petri.

Digitized by Google

neſio nonenpato, alias dictæ Baſilicæ, & prius, uti Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Majoris, etiam de Urbe Archipresbytero, quoad Baſilicam, & Eccleſiam prædictas reſpective, & illius perſonæ intuitu, & ad ejus vitam dumtaxat, in genere, vel in ſpecie conceſſa, ad te quamdiu Archipresbyteratum prædictum obtinueris, tuumque, & dictæ Baſilicæ Vicarium, per te nunc forſan deputatum, & pro tempore a te deputandum, tenore præſentium extendimus, & ampliamus.

Cõceſſio amplioris juriſdictionis, in cauſis cognoſcendis, Canonicorum, Beneficiatorũ Clericorum, & aliorum.

§.2. Et nihilominus motu, & ſcientia ſimilibus, omnes, & ſingulas cauſas, & beneficiales, Eccleſiæ, ſpirituales, meras, prophanas, & mixtas, etiam compromiſſas, tam civiles, quam criminales (citra tamen pœnam ſanguinis, & corporis afflictivam) inter dictos Canonicos, & Capitulum, & Beneficiatos, & Clericos, necnon Cappellanos, Miniſtros, & Servientes reſpective, ſeu quemcumque eorum ex una, & quaſcumque alias perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, necnon Hoſpitalia, Pia loca, & Collegia, Communitates, vel Univerſitates, ex altera partibus, ſive inter dictos Capitulum, & Canonicos prædictos, vel eorum quemlibet, ac Beneficiatos, Clericos, ſeu Cappellanos prædictos, vel quoſcumque eorum, coram quibuſcumque Judicibus ordinariis, extraordinariis, Commiſſariis, & Exequutoribus, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac Rotæ, & cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, & Locatenentibus, ſuper quibuſcumque rebus, bonis, & pecuniarum ſummis, etiam vigore obligationis in forma Cameræ Apoſtolicæ vertentes, & pendentes reſpective, omnium, & ſingularum ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina, & qualitates, tam partium, & perſonarum prædictarum, quam etiam rerum ſuper quibus pendent, pro expreſſis habentes, ad Nos per præſentes avocantes, illaſque in ſtatu, & terminis in quibus ad præſens reperiuntur, & quas in futurum moveri de novo contigerit, tam active, quam paſſive, etiam per prædictos Canonicos, Capitulum, Beneficiatos, Clericos, & Cappellanos, ſeu eorum quemlibet contra quaſcumque perſonas, Conventus, Collegia, Capitula, Univerſitates, Societates, Hoſpitalia, & loca quæcumque, ſæcularia, & quorumvis Ordinum, Militiarum, & Hoſpitalium Regularia, privilegiata etiam per prædictos Canonicos, & Capitulum contra Beneficiatos, Clericos, & Cappellanos prædictos, ſuper quibuſcumque pecuniarum ſummis, beneficiis Eccleſiaſticis, Cenſibus, Canonibus, tritici, grani, vini, pecuniarum, aut aliarum rerum reſponſionibus, prædiis, rebuſque, & bonis ad quamcumque pecuniarum ſummam, numerum, quantitatem, & valorem aſcendentibus, ad dictam Baſilicam, aut illi unitas, vel annexas Eccleſias, & Parochiales, ſeu ejus Capitulum, Canonicos, Beneficiatos, Clericos, & Miniſtros, etiam privatim, ac ratione ſingularum perſonarum quomodolibet ſpectantibus, aut eorum intereſſe, directe, vel indirecte, communiter, vel diviſim, ac eorum cujuslibet concernentibus, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & deducendis, & illorum occaſione, cum omnibus, & ſingulis ſuis incidentibus, dependen., emergen., annexis, & connexis, tibi, tuoque prædicto Vicario, nunc & pro tempore per te deputato.

Cum poteſtate ſummarie &c. & appellatione poſtpoſita procedendi.

§.3. Summarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepito, & figura judicii, ſola veritate facti inſpecta, & quatenus opus ſit, exequutive, etiam manu regia, abſque terminorum ſubſtantialium, & alicujus telæ judiciariæ obſervatione, ſive confectione regeſtri, ſive extractus, quacumque appellatione poſtpoſita, etiam non frivola, audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas, auctoritate Apoſtolica tenore earumdem præſentium committimus, & mandamus eiſque præſentibus perpetuis temporibus duraturis.

In Curia, & extra eam citandi.

§.4. Cum poteſtate dictas partes reſpective, & alios omnes, quos opus fuerit, ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, in exequutione citationis nominandos, in Romana Curia, & extra eam, etiam per edictum publicum, conſtito ſummarie, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu, citandi.

Judicibus inhibendi, & cauſas avocandi, & reaſſumendi.

§.5. Ac omnibus Judicibus ſupradictis, & quibus, & quoties opus fuerit, & ſub cenſuris Eccleſiaſticis, & pecuniariis pœnis, tuo arbitrio moderandis, & applicandis, etiam per ſimile edictum inhibendi; cauſaſque ipſas coram quibuſvis eorum de facto forſan introductas, ſeu introducendas, ab eis avocandi, & reaſſumendi, & in eventum non paritionis, pœnas, & cenſuras prædictas damnabiliter incurriſſe, & incidiſſe declarandi, illaſque etiam iteratis vicibus aggravandi, & reaggravandi, interdictum Eccleſiaſticum apponendi, & brachii ſæcularis auxilium invocandi.

Mandata executiva decernendi, & exequendi.

§.6. Loco vero ſententiæ, ſeu ſententiarum prædictarum, & mandata exequutiva, in forma ſolita, & conſueta decernendi, illumque, vel illa, & quicquid per te, & Vicarium prædictum, vel alterum veſtrum judicatum fuerit, exequendi.

Expenſas taxandi.

§.7. Expenſas quaſcumque taxandi, ac moderandi.

Singulis diebus in honorem Dei non feriatis procedendi.

§.8. Atque in cauſis omnibus, & ſingulis præmiſſis, vel eorum quolibet, ſeu quomodolibet præmiſſorum, etiam ſingulis diebus, & horis, præterquam in honorem Dei feriatis procedendi.

Canonicos, & alios a juramento abſolvendi ad effectum agendi, &c.

§.9. Necnon Canonicos, & Capitulum, ac Beneficiatos, Clericos, & Cappellanos prædictos, ſive eorum quemlibet, a vinculo juramenti, ad effectum agendi, aliiſque cenſuris Eccleſiaſticis, & pœnis, quatenus oportuerit, abſolvendi.

Ceteraque in præmiſſis faciendi.

§.10. Omniaque, & ſingula alia faciendi, gerendi, & exercendi in præmiſſis neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna.

§.11. Ac inſuper, ac in præjudicium aucto-

Commiſſiones cauſarum non ſignatas manu Papæ non attendendi.

auctoritatis, juriſdictionis, & facultatum prædictarum contingat cauſas ſub diverſis prætextibus, a te, ſeu tuo Vicario avocari, ac aliis Judicibus committi, omnes, & quaſcumque commiſſiones tam gratiæ, quam juſtitiæ, intereſſe Baſilicæ, Capituli, & perſonarum prædictarum quomodolibet concernentes, aliter quam manu noſtra, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, teque ad id vocato ſignatas, & inhibitiones earum prætextu emanandas, proceſſuſque per eaſdem habendos, & inde pro tempore ſequuta quæcumque, nullius roboris, vel momenti eſſe, ac illis non obſtantibus, te, tuumque Vicarium, ad ulteriora in cauſis hujuſmodi procedere poſſe, atque ad parendum commiſſionibus prædictis, earumque prætextu emanatis inhibitionibus, minime teneri, ac ob non paritionem, cenſuras, aut pœnas aliquas minime incurrere poſſe decernimus, atque declaramus.

Pontificalia munia, & juriſdictionem ordinariã ſuper Canonicos &c. exercendi.

§.12. Dantes etiam tibi facultatem exercendi munia Pontificalia in Baſilica prædicta, ac ordinariam etiam in ſpiritualibus juriſdictionem, ſuper Canonicis, Beneficiatis, Clericis, ac Miniſtris prædictis, ita ut a te, vel de tua licentia tantum, nec alias a quocumque Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ habente, per te deputando, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines promoveri. Tuque, & Antiſtites hujuſmodi eos promovere abſque noſtra, vel ſucceſſorum noſtrorum, aut Vicarii, vel cujuſvis alterius Ordinarii licentia, dimiſſoriis, aut examine, licite poſſitis, ac debeatis.

Collegii Fabricæ S.Petri ſuperioritatẽ habendi, Officialeſque reformandi &c.

§.13. Poſtremo attendentes, quod licet alias piæ mem. Clemens Papa VII. Prædeceſſor noſter, unum Collegium deputatorum Fabricæ prædictæ Baſilicæ nuncupati crexerit, ac tam ipſe, quam diverſi alii Rom. Pontifices noſtri Prædeceſſores, ipſi Collegio Officiales creandi, cauſas, privative quoad omnes, & quoſcumque alios Judices cognoſcendi, & plures ampliſſimas facultates, juriſdictiones, exemptiones, immunitates, indulta, & privilegia conceſſerint, ac in ſpecie Collegium, & Fabricam hujuſmodi, illiuſque perſonas, ſub immediata ſua, & pro tempore exiſtentis Rom. Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ protectione ſuſceperint, ſibique, & Sedi prædictæ, itaut nullum alium, quam Romanum Pontificem ſuperiorem recognoſcerent, immediate ſubjecerint, eximendo Fabricam, & Collegium hujuſmodi etiam ab ipſius Archipresbyteri dictæ Baſilicæ pro tempore exiſtentis, omnimoda ſuperioritate, & juriſdictione; nihilominus valde expedit, ut tu Fabricæ prædictæ tua auctoritate, conſilio, & laudabili ſtudio incumbas, te quamdiu vixeris, & Archipresbyteratum prædictum obtinueris, Fabricæ, ejus Collegii prædicti Protectorem, & Superiorem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium committimus, & deputamus. Dantes, & concedentes tibi, & tuo Vicario, plenam, & liberam, ac omnimodam facultatem Congregationis Collegii prædicti, ubi, quando, & quoties tibi videbitur convocandi, in eiſdem præſidendi, Officiales, Deputatos, Miniſtros, ac perſonas dictæ Fabricæ reformandi, & corrigendi, & ab eis, adminiſtrationis, & muneris cuilibet contra commiſſi, ac tam accepti, quam expenſi rationes exigendi, ſalaria cum conſilio Collegii prædicti conſtituendi, minuendi, & ſi opus fuerit augendi, eoſque, qui in cauſis Fabricam prædictam concernentibus ſententias tulerint, aut alias judicaverint ſyndicandi, & in creationibus Officialium, & admiſſionibus perſonarum, ſeu deputatorum Collegii prædicti ſuffragium ferendi, ita ut tu, ſi aderis, ſuffragium duplex habeas, abuſus quoſcumque tollendi, ſtatuta cum conſilio ejuſdem Collegii de novo condendi, immutandi, declarandi, & corrigendi.

Cauſas dictæ Fabricæ intereſſe concernentes cognoſcendi. *In vide Bullam Clementis VII. citatam in rubr.*

§.14. Cauſas quaſcumque intereſſe dictæ Fabricæ concernentes in quocumque tribunali pendentes, tam motas, quam movendas, perſonæ, ſeu perſonis tibi beneviſis, de ejuſdem tamen Fabricæ Collegio exiſtentibus, committendi, eaſque ſi videbitur etiam ab iis, coram quibus introductæ, & inſtructæ fuerint, avocandi, & per te ipſum cognoſcendi, audiendi, terminandi, ſeu aliis, vel aliis ejuſdem Collegii Fabricæ perſonis committendi, omniaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, mandatum decernendi, & exequendi.

Clauſulæ dictæ conceſſionis præſervativæ.

§.15. Decernentes quoque præſentes ad vitam tuam, ſeu quamdiu Archipresbyteratum hujuſmodi obtinueris, tam noſtris, quam etiam Succeſſorum noſtrorum Romanorum Pontificum temporibus durare, ſuamque vim, & roboris firmitatem obtinere, nec eaſdem præſentes ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium facultatum, & gratiarum derogationibus, revocationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per Nos, vel Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore, & motu ſimili ex certa ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine edendis comprehendi, nec per eas immutari, ſuſpendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci poſſe, ſed eaſdem præſentes perpetuo validas, & efficaces fore, & quoties hujuſmodi contraria emanabunt, toties illas in priſtinum, & validiſſimum, & eum, in quo antea erant ſtatum, reſtitutas, & ſub poſteriori data, per te, ſeu Vicarium tuum eligenda, de novo conceſſas cenſeri, & quicquid illarum vigore alias rite geſtum, ſtatutum, factum, mandatum, indultum, & exequutum fuerit, perpetuam vim, & roboris firmitatem obtinere.

Clauſula ſublata, &c.

§.16. Sicque per quoſcumque Judices, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & diffiniri debere. Necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ cõtrariorum derogatoriæ.

§.17. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Or-

Digitized by Google

& Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, ſtylo Palatii, Regula Cancellariæ Apoſtolicæ prohibente mandata exequutiva alias quam ſub plumbo expediri, facultatibus, & juriſdictionibus prædictæ Fabricæ, illiuſque Collegio deputatis Officialibus, necnon Vicario noſtro in Alma Urbe, ac Senatori, Auditori cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Cardinalibus, & quibuſvis Urbis Judicibus ſupradictis, ſub quavis verborum forma, & ex cauſis urgentiſſimis per Nos eiſdem conceſſis, & innovatis, quas etiam ſi in eis caveatur expreſſe, quod illis, aut non niſi certis modo, & forma in eis expreſſis, derogari valeat, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum ſpecialis mentio facta foret, præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo &c.

D. P. An. V. die 4. Martii. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo, 4. Nonas Martii, Pontificatus noſtri Anno V.

CLXXI.

Erectio Burgi Felicis, S. Bernardi in Regione Montium Almæ Urbis, & privilegia pro inibi Habitantibus, & Ædificantibus.

Hæc privilegia vide in Conſtitut. CII. Decet *Tom. IV. Par. IV. fol.* 347.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium. DUm ad uberes, ſalutiferoſque fructus, quos benedicente Domino præcipue circa pauperes puellas educandas, & Deo conſecrandas, venerabilis dilectorum filiorum Sacerdotum, & aliorum utriuſque ſexus Chriſtifidelium S. Bernardi Confraternitas in hac Alma Urbe noſtra in dies proferre non ceſſat, attendimus, facere nullo modo poſſumus, quin eos ſpeciali quadam hujus Sedis benevolentia proſequentes, ea ſibi favorabiliter concedamus, per quæ eorum, ac Monaſterii Monialium, & Collegii Puellarum per ipſam Confraternitatem apud Eccleſiam S. Suſannæ de d. Urbe inſtitutorum utilitati, cum dictæ Urbis ornatu valeat ſalubriter provideri.

Cauſæ hujus conceſſionis. §. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres prædictæ Confraternitatis, quod ipſi pro ejuſdem Monaſterii commoditate, ac illius, & dicti Collegii cum officinis neceſſariis conſtructione quamdam partem vineæ exiſtentis in Regione Trivii in loco nuncupato Caput Domorum, a dilecto Fratre noſtro Henrico S.R.E. Camerario Cardinali Cajetano nuncupato, & venerabili Fratre Camillo Patriarcha Alexandrino, ac dilecto filio nobili viro Honorato Duce Sermonetę, Fratribus germanis de Cajetanis, pretio duorum millium, & quingentorum: deinde reſiduum dictæ vineæ cum illius domo, viridario, & aliis quibuſcumque ſuis juribus, & pertinentiis pretio duodecim millium, & quingentorum ſcutorum monetæ emerunt; pro quibus ſolvendis nonnulli ex dictę Confraternitatis Confratres impoſuerunt ſuper eorum bonis ſtabilibus diverſos cenſus, ſub acceſſionibus etiam propriis nominibus dilectorum filiorum Petri Fulvii U.J.D. Prioris, & Franciſci Contugii, ac Dominici Hattoni Cuſtodom, necnon Ludovici Rivaldi Camerarii, ac Marcelli de Sancta Cruce, & Andreæ Alberini Officialium, ac aliorum Confratrum dictæ Confraternitatis; quorum bonam fidem ipſam Confraternitas cum promiſſione relevationis indemnitatis recognovit; reſiduum vero dictorum quindecim millium ſcutorum interim ad cenſum accipere, pro quorum extinctione alios canones, & reſponſiones dictæ Confraternitatis extinguere, necnon reſiduum dictæ vineæ ſtratis viis publicis ad ornatum dictæ Urbis, & fabricare volentium commoditatem diverſis perſonis, aut liberum vendere, aut ad fabricandum in emphyteuſim ſub annuo canone concedere intendunt, & jam forſan vendiderunt, & ſeu conceſſerunt, prout in ſingulis inſtrumentis publicis, ac aliis ſcripturis forſan deſuper confectis plenius dicitur contineri. Cumque dicti Officiales, & Confratres cupiant, ut homines ad fabricandum in ſitu dictæ vineæ aliquibus privilegiis, & gratiis alliciantur, ipſumque ſitum privilegiis, & gratiis decoratum in Burgum Felicem Sancti Bernardi nuncupandum erigi, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum deſiderio hujuſmodi annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

§. 2. Nos ut in Monte Quirinali, & apud eamdem viam Felicem per Nos annis præteritis apertam, quaſi nova Civitas conſtruatur, ac propterea homines inibi pro tempore habitantes, ſeu ædificantes, ſpecialibus favoribus, & gratiis invitare volentes, ac dictæ vineæ qualitates, & veros annuos valores, ac ſingulorum inſtrumentorum, & ſcripturarum deſuper forſan confectarum, aliorumque de neceſſitate exprimendorum, & inde ſecutorum quorumcumque tenores etiam veriores, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Emptionem dictæ vineæ, cenſuum impoſitiones, venditiones, fidejuſſiones, recognitiones bonæ fidei, necnon etiam dictæ vineæ diviſiones, venditiones, liberas conceſſiones, etiam in emphyteuſim factas, & faciendas ſub pactis hinc inde conventis, & conveniendis, ac cum omnibus inde ſecutis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, ac confirmamus; ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumque etiam de jure, aut ex forma ſtatutorum dictæ Urbis, vel alias quomodolibet requiſitarum, & omiſſarum, alioſque defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus: dictaſque emptiones validas, & bene factas fuiſſe, & eſſe Erectio Burgi Felicis.

decla-

Digitized by Google

declaramus, dictamque vineam cum viis publicis apertam, & diviſam, in Burgum Felicem S. Bernardi nuncupandum, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Privilegia fabricantium, vel habitantium in eo.

§.3. Illique ſic erecto, & inſtituto, ac omnibus utriuſque ſexus perſonis cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus in eo, & tota via Pia nuncupata uſque ad portam Piam, ac etiam in aliis viis prope, & circa ſupradictas forſan aperiendis, nunc, & pro tempore fabricantibus, vel habitantibus, omnia, & ſingula privilegia, gratias, favores, & prærogativas, ac indulta, domibus, & ædificiis facta, & fienda, ac fabricantibus, & habitantibus in Monte Quirinali, & in via Felici per alias noſtras literas ſub dat. videlicet Idibus Septembris, Pontificatus noſtri anno tertio conceſſa, eiſdem auctoritate, & tenore perpetuo concedimus, eaque omnia, & ſingula, acſi præſentibus expreſſa, ac de verbo ad verbum inſerta fuiſſent, ad dictum Burgum Felicem S. Bernardi, & in eo, ac tota via Pia, uſque ad portam Piam hujuſmodi fabricantes, & habitantes extendimus, illiſque omnibus, & ſingulis uti, frui, potiri, & gaudere poſſe volumus, & declaramus, atque decernimus.

Facultas Cōfraternitatis S. Bernardi locandi quæcūque bona &c.

§.4. Præterea ipſius Confraternitatis Priori, Cuſtodibus, & Officialibus nunc, & pro tempore exiſtentibus, quæcumque alia bona ſtabilia, & immobilia, ſeu quaſi ſtabilia cujuſcumque qualitatis, & valoris, & in quocumque loco exiſtentia, ad Confraternitatem, Monaſterium, & Collegium hujuſmodi quomodolibet ſpectantia, pro pretio, vel affictu, ac ſub pactis, & conditionibus hinc inde conveniendis, in emphyteuſim, ſeu ad livellum, aut locationem ad longum, vel aliud tempus concedere, ac pecuniæ inde redigendæ in extinctionem cenſuum pro ſolutione dictorum quindecim millium ſcutorum impoſitorum, vel in emptionem aliorum bonorum ſtabilium in Confraternitatis, Monaſterii, & Collegii prædictorum commodum, vel utilitatem convetere, libere, & licite poſſint, & valeant, etiam concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§.5. Decernentes omnia, & ſingula præmiſſa valida perpetuo, & efficacia fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, ac ſingulis, quos illa concernunt, & pro tempore concernere poterunt, ſuffragari, ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ordinarios, & delegatos, etiam S. R. E. Cardinales, necnon Camerarium, & Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarium, Præſidentes, & Clericos, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executorum.

§.6. Quocirca dilectis filiis dictæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, Præſidentibus, & Clericis, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Officialium, & Confratrum prædictorum, aut alicujus eorum, quos illæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac domorum, ſeu ædificiorum in Burgo Felici S. Bernardi, & tota via Pia hujuſmodi hactenus factorum, & pro tempore conſtruendorum, illorumque conductoribus, habitatoribus, incolis, dominis, eorumque hæredibus, & ſucceſſoribus, artificibus, & quibuſcumque aliis in Burgo Felici S. Bernardi, & via Pia hujuſmodi quomodolibet ædificantibus, vel habitantibus, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque, per eos, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, perpetuo firmiter, & inviolabiliter obſervari, illaſque debitæ executioni demandari procurent. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; invocato ad hoc etiam ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Urbis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, & novis reformationibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Populo Romano, ejuſque Magiſtratibus, & Conſulatibus Artium, aut illarum Conſulibus, & quibuslibet aliis perſonis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda, ſeu quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino, &c. Si quis &c.

D. P. An. V. die 11. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die 11. Aprilis 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

CLXXII.

Privilegium Fratrum Militum S. Stephani, quod etiam bigami, & abſque habitu Clericali incedentes, annuas penſiones Eccleſiaſticas, uſque ad ducatos ducentum retinere, & transferre poſſint.

Inſtitutionem, & alia de hac Militia vide in Conſtit. LXX. Pii IV. His quæ, *Tom. IV. Par. II. fol.* 138.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Circumſpecta Romani Pontificis providentia, gratias, quæ ea benignitate Sedis Apoſtolicæ emanarunt, libenter corroborat, & in priſtinum, ac validum ſtatum reponit; cum præſertim per eas, & Catholicorum, nobiliumque, & Magnorum Principum honori, ac juſtis deſideriis, & fortium Chriſtianæ Religionis, & Catholicæ fidei propugnatorum, ſub approbati alicujus Ordinis Regula, & inſtituto, pro Chriſto adverſus infideles militantium, qui pro ejuſdem Religionis, & fidei defenſione, & propagatione ſuam vitam, & opes prompte quibuſvis periculis exponunt, commodis, & congruæ ſubſtentationi opportune conſulitur.

Pius IV. Milites iſtos exemit a juriſdictione Ordinariorum, ſolutioneque decimarum, et aliaque indulta conceſſit.

§. 1. Cum itaque alias fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor poſt erectionem, & inſtitutionem Militiæ S. Stephani, ſub Regula S. Benedicti, per claræ mem. Coſmum, tunc Florentiæ, & Senarum Ducem, in Ducatu Florentiæ, de licentia Sedis Apoſtolicæ, ipſi Coſmo Duci per literas ejuſdem Pii Prædeceſſoris attributa, antea factam, ipſi Coſmo Duci Magno Magiſtro, necnon Conventui, Militibus, Priori, ceteriſque Miniſtris Eccleſiæ dicti Conventus, & aliis perſonis, etiam in Sacris, & Presbyteratus ordinibus conſtitutis, etiam quæcumque, quoſcumque, & qualiacumque, cum cura, & ſine cura, Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, eorumque beneficiis, commendis, rebus, & bonis diverſas exemptiones, etiam a Juriſdictione Ordinariorum, libertates, immunitates, etiam a contributione decimarum, & onerum, indulta, privilegia, facultates, indulgentias, & gratias ſpirituales, & temporales benigne conceſſerit, atque elargitus fuerit.

Facultatem quoque dedit Militibus etiam bigamis penſiones obtinendi, & transferendi, uſque ad ſummam ſc. 200. auri de Camera, ut ibidem.

§. 2. Atque in ſpecie hoc quoque inter alia indulſerit omnibus, & ſingulis, dictæ Militiæ S. Stephani Militibus conjugatis, ac etiam bigamis, aliiſque Presbyteris, ut ſingulas penſiones annuas, uſque ad ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera, ſuper quarumvis Cathedralium, & Metropolitanarum, & aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Canonicatuum, & præbendarum, dignitatum, perſonatuum, adminiſtrationum, & officiorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, alias ſibi canonice reſervandas, accumulative, cum quibuſvis penſionibus annuis, quas illos ea quovis alio privilegio Apoſtolico pro tempore percipere contigerit, & continget, ad vitam percipere, exigere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere libere, & licite valerent, prout in ejuſdem Pii IV. Prædeceſſoris binis literis, prioribus nimirum ſub datis Kalendis Februarii, poſterioribus vero ſub dat. Nonis Julii, Pontificatus ſui Anno III. confectis plenius continetur.

Pius vero V. ejuſmodi indulta generaliter revocavit.

§. 3. Poſtmodum vero piæ mem. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor noſter, per ſuam quæ incipit: Sacroſanctum; deſuper editam Conſtitutionem inter cetera revocaverit, & aboleverit omnia, & quæcumque privilegia, facultates, diſpenſationes, & indulta obtinendi ſimiles penſiones, fructus, & alias res Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum ſæcularium, & regularium dictæ S. Stephani, ceteriſque Militiis, ac Hoſpitalibus, earumque Militibus, Fratribus, & perſonis, tam Clericis, quam conjugatis, quibuſvis modo, & forma, ac quibuſcumque de cauſis conceſſa, & approbata, ita quod ipſi, ſive conjugati, ſive bigami, ſive Clerici, ſive etiam Presbyteri, nullas de cetero reciperent, ſed eas ſolas, quas tunc habebant, retinerent, & ea quoque per futurum contractum Matrimonii extinctæ cenſerentur, prout in eadem Conſtitutione latius continetur.

Hic autem Pontifex ob cauſas hic expreſſas, approbat antedictas Pii IV. Conſtitutiones, & Pii V. Bullam revocat, quoad iſtos Milites, & quo ad dictas penſiones

§. 4. Nos animadvertentes, noſtris potiſſimum temporibus hujuſmodi Milites, pro Dei, & Chriſtiani nominis gloria, ac fidei Catholicæ defenſione, non ſolum ſæpius, in diverſis expeditionibus contra infideles fortiter, & magna cum laude dimicaſſe, ſed eorum triremes, & maritimas copias, ad Maris Mediterranei, & oræ maritimæ totius fere Italiæ tuitionem, & ad coercendas Turcarum, & aliorum Piratarum incurſiones, magnum jugiter adjumentum afferre, ipſamque Militiam nunc maxime ſub felici regimine, & gubernio dilecti filii nobilis viri Ferdinandi Magni Etruriæ ſibi ſubiectæ Ducis, ac moderni Magni Magiſtri in dies magis florere, & complurium Militum, qui regularem illius habitum ſuſceperunt nobilitate, opibus, & virtute præſtantium, quaſi egregio, ac numeroſo fœtu multiplicato auctam eſſe, & quotidie augeri, ac præterea, tam ipſum Ferdinandum Magnum Ducem, armis, opibus, potentia, virtute, inclitarum Civitatum, & Populorum ejus ditioni ſubiectorum amplitudine, ac Militum copiis inter Chriſtianæ Reipublicæ Principes valde inſignem, præcipua vero erga Nos, & Sedem Apoſtolicam reverenta, & devotione, ſummoque Catholicæ ſidei tuendæ, & propagandæ zelo accenſum, quam etiam eoſdem Milites, qui in tam egregio, & laudabili exercitio non ſolum ingentes ſum-

ptus

ptus aſſidue faciunt, ſed ſanguinem ipſum, & vitam, cum ſe offert occaſio, prompte, & libenter profundunt, pro noſtra erga illos paterna caritate, Apoſtolica beneficentia, & gratia dignos reputantes, aliiſque juſtis, & rationabilibus de cauſis adducti, eoſdemqoe Ferdinandum Magnum Ducem, & ſingulos Milites, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ac tenores dictarum Pii IV. Prædeceſſoris literarum, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra liberalitate, & certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, facultatem, & indultum, percipieodi, & exigendi penſiones annuas præfatas, uſque ad ſummas hujuſmodi ducentorum auri de Camera, Militibus præfatis conjugatis etiam bigamis, aliiſque etiam presbyteris, etiam accumulative, cum quibuſvis aliis penſionibus annuis, qoas illos ex quovis alio privilegio Apoſtolico pro tempore contigerit, aut continget in futurum habere, ut præfertur, per Pium IV. Prædeceſſorem conceſſa, & deiode per Pium V. etiam Prædeceſſorem, ut diximus revocata, adverſus ipſam revocationem, abolitionem, prohibitionem, & Conſtitutionem dicti Pii V. Prædeceſſoris, cujus tenorem pariter præſentibus haberi volumus pro expreſſo, in integrum, priſtinum, & validiſſimum, & eum, in quo antequam Conſtitutio ipſa emanaret, quomodolibet erant, ſtatum, non ſolum juxta formam, continentiam, & tenorem dictarum Pii IV. Prædeceſſoris literarum, ſed omni meliori, validiori, atque ampliori modo, & forma plenarie Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reſtituimus, reponimus, reintegramus, & revalidamus: ipſamque Pii Quinti Prædeceſſoris Conſtitutionem, quo ad dictos Milites S. Stephani, præſentes, & futuros, locum non habere, eiſque minime obeſſe, ac nihil prorſus præjudicii afferre poſſe decernimus, & declaramus, quinimmo dictæ Conſtitutioni ad effectum præmiſſorum dumtaxat, latiſſime derogamus, eique plene, & ſufficienter derogatum eſſe volumus.

Indultumque circa eas penſiones iterato concedit.

§.5. Et nihilominus, eiſdem Militibus, omnibos, & ſingulis, etiam conjugatis, & bigamis, aliiſque etiam presbyteris, ut ſingulas penſiones, uſque ad ſummam prædictam ducentorum ducatorom auri de Camera ſuper hujuſmodi fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, aliiſque prædictis, alias ſibi canonice reſervandas, accumulative, cum quibuſvis aliis penſionibus annuis, quas eos ex quovis alio privilegio, ſeu indulto, aut diſpenſatione Apoſtolica eis in genere, & communiter, ſeu eorum cuilibet nominatim, & ſigillatim, etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, ante vel poſt datam præſentium quandocumque conceſſa, aut concedenda, uſque ad quamcumque ſummam, etiam dictis ducentis ducatis longe majorem, pro tempore percipere contigerit, & continget, ad vitam percipere, exigere, & levare, inque ſuos uſus, & utilitatem convertere libere, & licite valeant, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi ipſa revocatio, abolitio, & Conſtitutio dicti Pii V. Prædeceſſoris non emanaſſet, aut ipſi Milites S. Stephani ſub ea comprehenſi non eſſent, de novo concedimus, & indulgemus.

Exemitque ab onere deferendi habitum, & tonſuram clericalem; Necnon concedit, per contractũ matrimonii, & exercitium Militiæ, penſiones non vacare.

§.6. Decernentes nihilominus, & declarantes, eoſdem Milites, tam laicos, quam Clericos, etiam conjugatos, & non conjugatos, penſiones ſuper quibuſvis præfatarum Cathedralium, & Metropolitanarum, aut aliarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuum, Canooicatuum, præbendarum, dignitatum, perſonatuum, & adminiſtrationom, officiorum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorom, cum cura, & ſine cura, ſæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac diſtributionibus etiam quotidianis, alias eis canonice, & ex præfato, vel alio quocumque privilegio, aut indulto Apoſtolico, ad quamcumque ſummam, ſeu ipſos fructus, redditus, & proventus, eorumve partem aliquam loco penſionum earumdem ſibi reſervatos, aut aſſignatos, percipientes ad incedendum in habitu, & tonſura Clericali, deferendumque veſtes talares juxta noſtram deſoper editam Conſtitutiooem, quæ incipit Sacroſanctom, cujus pariter tenorem præſentibus baberi volumus pro expreſſo, minime teneri, neque ad id obligatos exiſtere, aut aliqua ratione cogi, aut compelli poſſe. Neque ipſas ponſiones, aut illarum, vel fructuum, redditaum, & proventuum hujuſmodi reſervationes, per non delationem habitus, tonſuræ, aut veſtium hujuſmodi, aut per contractum matrimonii, vel per bigamiam quamcumque ſupervenientem, aut per exercitium Militiæ, & quoſcumque actus bellicos, Clericis, & Eccleſiaſticis perſonis, de jure, & per Sacros Canones prohibitos, nimirum Militares, etiam Sanguinis effuſione, membrorum mutilatione, & morte infidelium ſubſequuta minime ceſſare, expirare, aut caſſatas, vel extinctas dici, aut cenſeri poſſe, ſed ipſos Milites nihilominus, ut prius illas percipere, & exigere poſſe, & debere, & dummodo habitum Militarem, veſtes nimirum communes laicales, cum inſignibus Crucis ejus Militiæ conſuetis, juxta alias noſtras ſuper declaratione hujuſmodi habitus Militaris, ſub Datum Pridem Kalend. Februarii, Pontificatus noſtri Anno IV. quæ etiam incipit: Paſtoralis, editas literas deferant, utique Conſtitutioni noſtræ plene ſatisfacere.

Clauſulas hujus conceſſionis præſervativas appon.

§.7. Nec præmiſſa, aut præſentes literas, de ſubreptionis, obreptionis, aut nulli-

litatis vitio, intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci poſſe. aut debere, nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum ſuſpenſionibus, revocationibus, limitationibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus, a Nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac Sede præfata, quavis de cauſa, quantumcumque juſta, pro tempore emanatis, & emanandis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties eaſdem præſentes in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & de novo conceſſas eſſe, & cenſeri. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, necnon irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.8. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Florentino, & Piſano Archiepiſcopis. ac dilecto filiu cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, ubi, & quoties pro parte ipſorum Ferdinandi Magni Ducis, & Militum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eos, & eorum quemlibet, eiſdem præſentibus, ac in eis contentis quibuſcumque pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, eos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contrariis derogat.

§.9. Non obſtantibus recol. me. Bonifacii Papæ VIII. pariter Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio generali edita, de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium, ad judicium non trahatur, ac dicti Pii V. Prædeceſſoris, qua inter alia voluit, gratias hujuſmodi ſuis explodi temporibus, & quod ſibi licere non eſt paſſus, id ſuis ſucceſſoribus indicavit, necnon præfatis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, & quarumcumque Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Ordinum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, literis Apoſtolicis eiſdem Ordinibus, Eccleſiæ, & Monaſteriis, eorumque Capitulis, Conventibus, Superioribus, Prælatis, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis conceſſis, etiam ſæpius approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque: aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, de indulto hujuſmodi mentionem, Nulli ergo, &c.

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ 1590. decimo Kalen. Junii, Pontificatus noſtri Anno VI.

D. P. An. VI. die 23. Martii

CLXXIII.

Inſtitutio Præpoſiti, Sacriſtæ, Cappellanorum, Clericorum, & Oſtiarii, ad Scalas Sanctas, prope Baſilicam S. Joannis Lateranen. de Urbe.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
Ad perpetuam rei memoriam.

Hic Pontifex ex cauſis hic expreſſis, Scalam Sanctam de exteriori, & ſanctiori loco ante auguſtiſſimam Salvatoris noſtri Capellam, prope Baſilicam S. Joannis Lateranen. repoſuit, & ne Opificum pedibus dictæ Scalæ gradus calcarentur modum hic enarratũ obſervavit.

§.1. CUM ſingularum rerum, quas Dominus noſter Jeſus Chriſtus, pro noſtra omniumque ſalute geſſit, aut paſſus eſt, pia, & aſſidua meditatio cunctis fidelibus mirifice fructuoſa, ac propemodum ſalutaris exiſtat, atque ad miſeros peccatores a recta via aberrantes ad veram pœnitentiam revocandos, juſtos vero ad ardentioris devotionis fervorem inflammandos, vehementem vim habeat, idcirco præcipuo enitendum eſt ſtudio, quo ſancta illarum memoria cunctorum mentibus piorum fortius imprimatur, & tenacius retineatur. Hinc Sancta Mater Eccleſia non modo jugi Prædicatorum Verbi Dei admonitione, aliiſque multis, & variis cohortationibus, verum etiam per Sanctiſſimæ Paſſionis Dominicæ veneranda myſteria, ſalutifera monumenta, Sacraſque Imagines, quæ noſtris oculis devote contemplanda proponit, intimis cordis noſtri viſceribus id ipſum perpetuo foveri, & conſervari pia cogitatione procurat. Cum itaque ex ſacris illis locis, per quæ tranſiens ipſe Chriſtus Dominus humanæ ſalutis myſterium operabatur, inter cetera quamplurima monumenta, ſingulari Dei beneficio, Almæ huic Urbi jampridem conceſſa, ſit etiam illud præclarum, atque inſigne quaſi egregium Divinæ erga Nos caritatis pignus Scalæ nimirum Sanctæ, quæ ejuſdem Salvatoris noſtri, dum multa jam paſſus, morti appropinquaret, ſacris, & precioſiſſimo ejus cruore reſperſis veſtigiis calcatæ, & juxta antiquiſſimam Patrum traditionem pietatis cauſa ab Hieroſolymis e Prætorio, ubi Pilatus præfuerat, Romam advectæ, apud Venerabilem Sancti

Digitized by Google

ſti Joannis Lateranenſis Baſilicam aſſervantur, eaſque intueremor propter ſuperiorum temporum injurias, Urbis excidia, direptiones, & alias calamitates jacere quodammodo in loco abjecto, ſitu, & ſqualore, ac ſordibus obſito, vetuſtate pene collapſo, atque ad eſeurrentis, ac tranſeuntis turbæ tumultum omnifarie patenti, atque palam expoſito, ut ex hoc ipſo utriuſque ſexus perſonarum ſummo non populi modo Romani, ſex exterarum quoque Nationum ex remotiſſimis regionibus concurſu, & celebritate ad eas confluentium, mentes a pia meditatione non mediocriter abducerentur, ac diſtraherentur, & earum devotio maximam perturbationem, moleſtiam, atque impedimentum pateretur: illud potiſſimum Nobis cordi fuit, ut nullis parcentes impenſis, eas integre, diligenter, ac omni qua potuit, religione transferri curaremus. Id vero ut decenter, ac debita cum reverentia perficeretur, ac ne ſanctos illos gradus non aliter, quam ſupplicum genibus contrectari liceret, cum aliqua irreverentia immundis opificum pedibus profano quodam modo teri, & conculcari contingeret, Deo illuminante excogitavimus, noſtroque ſolerti ſtudio curavimus in ipſa translatione eam diligentem adhiberi cautionem, ut qui gradus Scalarum earumdem ſanctarum infimo in loco veteris ſtructuræ ſitus, & collocatus erat, is nunc omnium primus ſuo loco motus, ac transferentium humeris impoſitus ſummo, ac ſupremo in loco conſtitutus fuerit, & ſimiliter, qui antea poſt aſcenſum infimi gradus ſecundus erat, is modo infra ſummum, & ſupremum Scalæ Sanctæ gradum proximus, eique immediate conjunctus habeatur, ac idem prorſus ordo præpoſtera hujuſmodi commutatione hac de cauſa inverſus, eademque ſeries, & conſideratio gradatim, & ſigillatim in tertio, quarto, ad deinceps reliquis ſingulis ejuſdem Scalæ Sanctæ gradibus trasferendis, collocandis, & adjungendis ſervati extiterint, ſicque ipſas Scalas Sanctas pedibus mortalium intactas, minimeque calcatas, juſta inſignem illam, ac præcipua ſanctitate toto Terrarum Orbe inter omnia Urbis, & Orbis ſanctiora loca celeberrimam Cappellam, quæ antiquiſſima, & maxima majorum noſtrorum veneratione jam inde ab ipſa creſcentis Eccleſiæ priſca ætate Sancta Sanctorum appellatur, & quam ob loci religionem prorſus intactam, ſuaque primæva Sede immotam reliquimus, decentiori, ac ſanctiori, atque a multitudinis curſitantis ſtrepitu magis remoto, & ad excitandam devotionem aptiore in loco reponeremus. Ubi, & qui per ipſas flexis genibus proſtrati, ut moris eſt, pie Deum precantes aſcendunt, nihil prorſus ante oculos habeant, quod eorum animum a devota contemplatione avocet, ſed potius auguſtiſſimam Salvatoris Imaginem, quæ in prædicta ſanctiori Cappella ſingulari, & ex omni antiquitate longiſſima plurium ſæculorum ſerie repetita memoria, ſummaque Patrum religione colitur, intuentes, ipſa loci Sanctitate, ad exhibendum ferventiori ſtudio, ſinceroque cordis affectu Divinæ Majeſtati cultum, majorem in modum accendantur, & eædem Scalæ, in eam qua par eſt, dignitatem, ac ſplendorem reſtitutæ ad æternam poſteritatis memoriam debito cum honore, & reverentia conſerventur. Etenim ſi præcipua veneratione digniſſima ſunt ea omnia, quæ per contactum Sacratiſſimi Corporis Domini noſtri Jeſu Chriſti, in quo omnis plenitudo divinitatis corporaliter inhabitat, ſanctificata jure optimo cenſentur; quanta demum reverentia, animique demiſſione colendæ, quanta etiam honorificentia, & decore ornandæ, & aſſervandæ erunt hæ Sacroſanctæ Scalæ, quas idem Dominus, ac Redemptor noſter jam antea flagellatus, & ſpinea corona Caput circum vulneratus, non modo nudis ſacrorum pedum plantis, ſed eo ipſo, quem pro Nobis effundebat, inæſtimabili ſanguine aſperſit, ſimulque glorioſis Beatorum Pedum, & cruoris ex ſanctis vulneribus copioſe manantis veſtigiis, quæ adhuc extant, impreſſas, ac notatas reliquit? Adorabimus, inquit Propheta, in loco, ubi ſteterunt pedes ejus, & rurſus: Adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum eſt: apud Iſaiam quoque legimus, locum pedum meorum glorificabo, & ad Sanctam Civitatem Hieruſalem adorabunt veſtigia pedum tuorum: & apud Ezechielem, locus ſolii mei, & locus veſtigiorum pedum meorum.

Porticum ante dictam Scalam ſatis ornatam extruxit.

§.2. Hoc igitur pro opere tandem, licet ingenti ſumptu, feliciter Dei benignitate abſoluto, Porticum quoque ante eas ſatis amplam, atque ornatam eſtruximus, eamque ingentibus, ſolidioribus, ac robuſtioribus ferreis cratibus ad ſingula illius intercolumnia poſitis, undequaque ſeptam, ut par erat, clauſimus, & communivimus, clavesque illis aptari, ut congruis horis, & temporibus oſtia aperiri, & obſervari queant, opportune curavimus. Alteras præterea ſcalas, binas videlicet ad dexteram, ac totidem ad ſiniſtram, ne quis per eaſdem Scalas Sanctas alia quam orandi cauſa, & genibus flexis congrua cum reverentia tranſeat, neve ob confertam Populorum ex omnibus Mundi partibus eo concurrentium multitudinem, ſummamque frequentiam in aſcenſu, & deſcenſu Chriſtifideles ſe invicem impediant, latas, atque amplas.

Sacella duo apud dictam Capellã Salvatoris ędificavit.

§.3. Superius autem Sacella duo a lateribus dictæ ſanctioris Cappellæ magna impenſa ædificavimus, necnon Altare in uno ex dictis Sacellis ſub S. Laurentii Martyris, in altero autem ſub S.Silveſtri invocationibus ereximus. Illas vero omnes opere tectorio marmorato, eoque etiam inaurato, piis, & ad devotionem Chriſtifidelium excitandam accommodatis picturis exornavimus. Ea nimirum ratione habita, ut in gradibus hinc inde poſitis, eorumque fornice figuræ veteris Teſtamenti, futuræ noſtræ redemptionis ſymbola ſint depicta.

§.4. In ipſis vero Scalis Sanctis ejuſdem

Sacra-

Digitized by Google

In parietibus juxta dictam Scalam, Paſſionis Domini Myſteria depingi fecit.

Sacratiſſimæ Paſſionis myſteria fuerint expreſſa, atque hoc modo qui eas, ut diximus, genibus flexis devote aſcendunt, religioſiſſimam eodem tempore Salvatoris Imaginem adorent, & quoquo ſe vertant, undequaque ſalutiferæ Crucis, & Paſſionis Dominicæ monumenta, pia contemplatione meditentur.

Sacella prædicta eorumque Sacriſtiā ornamētis Eccleſiaſticis ornavit.

§.5. Quoniam vero maxime convenit, ut in ſacro hujuſmodi loco, Dominicæ Crucis, & Paſſionis memoria non ſolum in marmore, ac lapidibus, picturiſque, & Imaginibus, ſed multo etiam magis in tremendo illo Miſſæ ſacrificio, veraque, & actuali Corporis, & Sanguinis Domini Noſtri Jeſu Chriſti oblatione perpetuo recolatur; Diviniſque cultus non temporalibus modo, ſed ſpiritualibus quoque ædificiis augeatur, primum quidem eadem Sacella, & Altaria, eorumque Sacriſtiam, paramentis, atque ornamentis Eccleſiaſticis, Sacris nimirum Veſtibus, Stulis, Manipulis, Amictibus, Pluvialibus, Caſulis, ceteriſque indumentis Sacerdotalibus, necnon Calicibus, Patenis, Corporalibus, Candelabris, Lampadibus, Urceolis, Vaſculis, Mantilibus, Linteis, Palliis, ac etiam Miſſalibus, ceteriſque Sacris Libris, atque Eccleſiaſtica ſuppellectili, & utenſilibus omnibus neceſſariis, abunde inſtruximus, atque ornavimus.

Modo unam Præpoſituram, unum Sacriſtæ Officiū, quatuor Capellanias, quatuor Clericatus, unumque Oſtiariatum, ibidem inſtituit.

§.6. Mox etiam decrevimus inibi unam Præpoſituram ad Scalas Sanctas appellandam, unum Sacriſtæ Officium, necnon quatuor Cappellanias, & quatuor Beneficia Eccleſiaſtica Clericatus nuncupata, & unum Oſtiariatum erigere. Ex redditibus vero novorum locorum Montis Religionum, quæ ultra aſſignationem Aquæ Felicis perpetuæ conſervationi per Nos factam, ſuperſunt, nunquam antea Cameræ Apoſtolicæ applicatis, neque incorporatis, ſed noſtra diligentia, induſtria, & cura, ſine ullo Cameræ Apoſtolicæ, aut cujuſvis alterius gravamine, vel detrimento, de novo inventis, ac penſione annua perpetua quadringentorum ſcutorum monetæ ſuper fructibus, redditibus, proventibus, ac diſtributionibus, etiam quotidianis, Prioratibus Eccleſiæ Eſinæ per Nos ad hunc effectum reſervata, & aſſignata, Dotem Præpoſituræ, Sacriſtiæ, Cappellaniis, & Beneficiis prædictis aſſignari poſſe cenſuimus. Motu igitur proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam ſed ex mera noſtra deliberatione, ac certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, ac in honorem, & memoriam Paſſionis Domini Salvatoris Noſtri Jeſu Chriſti, Divinique cultus ad Scalas Sanctas, ac in novis Sacellis prædictis incrementum, unam Præpoſituram, quæ inibi dignitas cenſeatur pro uno Præpoſito in Presbyteratus ordine conſtituto, vel qui in ea ætate ſit, ut intra annum promoveri ad Presbyteratum poſſit, & debeat, qui Cappellanorum, & Clericorum hujuſmodi caput exiſtat, ibidemque præſit, ac præterea perpetuum Sacriſtæ Officium pro uno Sacriſta, qui curam Altarium, Scalarum Sanctarum, ac ipſius Sacriſtiæ gerere, illamque cuſtodire, atque ut omnia nitida, ſarcta tecta, ut par eſt, cuſtodita ſint, diligenter providere, necnon quatuor Cappellanias pro totidem perpetuis Cappellanis Presbyteris, ſeu intra annum pariter ad Presbyteratum promovendis, & quatuor Clericatus nuncupanda Beneficia Eccleſiaſtica, pro totidem Clericis in minoribus ordinibus conſtitutis ad Scalas Sanctas appellandis.

Munus ſuum cuique præſcribit.

§.7. Qui quidem Præpoſitus, Sacriſta, & Cappellani Terni qualibet hebdomada, & ſic unuſquiſque eorum alternis hebdomadis Miſſam in novis Sacellis prædictis per ſe ipſos, aut ſi quo die ejuſdem Præpoſiti arbitrio legitime impediti fuerint, per alium Presbyterum ab ipſo Præpoſito ad hoc ſpecialiter approbandum, celebrare, ac miniſtrare: Clerici autem illis inſervire: ac unum Oſtiariatum pro Oſtiario ad nutum Sacriſtæ deputando, & amovendo, qui ipſas Scalas, omniaque Sacella, & Altaria, ac Porticum mundare, congruiſque horis, & temporibus oſtia, & feneſtras claudere, & aperire, aliaque juxta providam ordinationem a dilecto filio noſtro in Alma Urbe Vicario, nunc & pro tempore exiſtente eis deſignandam, facere, & exequi, dictoque Præpoſito tanquam membra capiti obedire debeant, & teneantur, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Annuoſque reddittus eiſdem aſſignat.

§.8. Eiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro illorum dote, ac illa obtinentium congrua ſubſtentatione, ultra penſionem ſuperius expreſſam, etiam centum nova loca Montis Religionum prædicta per Nos erecta, ſive annua emolumenta inde provenientia, & inſimul ad mille centum, & ſeptuaginta ſcuta monetæ Romanæ annnatim aſcendentia, ex eis nimirum Præpoſituræ prædictæ ducenta, Sacriſtæ vero pro tempore exiſtenti centum quadraginta ſcuta monetæ (ex quibus tamen idem Sacriſta triginta pro mercede, ſeu ſalario Oſtiarii quotannis erogare debeat) ſingulis vero Cappellaniis centum & decem, ac denique ſingulis Clericatibus prædictis, quinquaginta ſcuta etiam monetæ ſimilia annua, motu, ſcientia, ac auctoritate ſimilibus perpetuo applicamus, & appropriamus. Quod vero ex illis reliquum erit, ad centum, & nonaginta ſcuta ſingulis annis aſcendens, id ipſis novis Sacellis pro Divino cultu manutenendo, & augendo, & in ea, quæ pro tempore reficienda erunt, paramenta, ac ornamenta Eccleſiaſtica, ſive in reparationem, & conſervationem Scalarum, & Porticus, ac totius continentis ædificii erogandum pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus. Quibus quidem impenſis deductis, totum, id quod ſupererit, in emptionem aliorum locorum Montium non vacabilium quotannis converti, & eorum fructus pro rata ſupradictæ proportionis ratione habita, inter ipſos Præpoſitum, Sacriſtam, Cappellanos, & Clericos diſtribui volu-

ſumus: Necnon Præpoſito, Sacriſtæ, Cappellanis, & Clericis emolumenta locorum Montium hujuſmodi, ac penſionem eis aſſignatam, per ſe, vel Procuratorem legitimum, & ſi eis videbitur, per Camerarium, qui de eorum gremio exiſtat, & ad quem peculiaris cura recuperationis, exactionis, diſtributionis, & repartitionis fructuum, redditnum, ac proventuum hujuſmodi ad communem maſſam pertinentium ſpectet (ita tamen, ut de receptis, & adminiſtratis, rationem, & computa ipſi Collegio reddere teneatur) per eos, eorumve majorem partem, pro tempore deputandum, a Priore Eccleſiæ Eſinæ, necnon Depoſitario Montis prædicti, nunc, & pro tempore exiſtentibus reſpective, qui ſine ulla mora, aut contradictione, etiam abſque aliquo Judicis decreto, aut miniſterio, & ſine alia noſtra, aut pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, Cameræ Apoſtolicæ, ejuſve Miniſtrorum licentia, aut mandato, ſeu Patentium expeditione, vigore præſentium literarum perſolvere debeant, exigendi, & percipiendi, ac inter ſe, ut præfertur, diſtribuendi, plenam, & liberam per præſentes facultatem concedimus, & impartimur. Volentes ipſum Collegium, ejuſque ſingulares perſonas, nimirum Præpoſitum, Sacriſtam, Cappellanos, & Clericos prædictos, quo ad centum loca dicti Montis, eis ut dictum eſt, aſſignata, & applicata, eorumque fructus, ſeu emolumenta eiſdem privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, necnon juribus etiam anterioribus, & potioribus actionibus, hypothecis, obligationibus generalibus, & ſpecialibus, antelationibus, & facultatibus (non tamen illa alienandi) perpetuo, uti, frui, potiri, & gaudere, quibus ceteri ejuſdem Montis locorum, ſeu portionum emptores, aut quovis titulo etiam oneroſo creditores, ſeu montiſtæ, quo ad loca, & portiones ad eos pertinentia, utuntur, potiuntur, & gaudent, ſive uti, frui, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter, & ſine ulla prorsùs differentia, perinde ac ſi ipſi quoque Præpoſitus, Sacriſta, Cappellani, & Clerici, vere, & realiter perſoluto pretio, illa titulo oneroſo acquiſiviſſent.

Eleemoſynas ibi elargiendas certo modo diſtribuendas eſſe decernit.

§.9. Ac inſuper ſtatuimus, & ordinamus, ut de cetero perpetuis futuris temporibus, omnes, & quæcumque piorum Chriſtifidelium oblationes, & eleemoſynæ, dictis Scalis Sanctis, & Sacellis, & Altaribus elargiendæ, per unum, vel duos es dictis Sacriſta, Cappellanis, & Clericis pro tempore ad hoc deputandos, fideliter cuſtodiantur, & aſſerventur, & ſesto quoquo menſe partim in Sacriſtiæ uſus, & divini cultus augmentum erogentur, partim vero inter ipſum Præpoſitum, Sacriſtam, Cappellanos, & Clericos dictis Scalis Sanctis, & Sacellis in divinis perſonaliter inſervientes tantum, atque inibi aſſiſtentes, ultra portionem ordinariam prædictam eis applicatam, quaſi diſtributionum quotidianarum loco, juxta ordinationem dicti Urbis Vicarii ſuper hoc faciendam dividantur.

Juſpatronatus & præſentandi ad dicta beneficia, Michaeli Peretto ejus Pronepoti, & deſcendentibus maſculis, aliiſque hic nominatis concedit.

§.10. Poſtremo, Juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas etiam alienigenas ad Præpoſituram, Officium Sacriſtæ, quatuor Cappellanias, & alia Beneficia Clericatus nuncupata hujuſmodi dilecto filio nobili adoleſcenti Michaeli Peretto Marchioni de Eneiſia, nunc autem Burgi Sancti Petri, Militumque Cuſtodiæ noſtræ Præfecto, noſtro ſecundum carnem ex ſorore Pronepoti, ejuſque maſculis ex maſculis deſcendentibus legitimis, & naturalibus, ac ex legitimo matrimonio natis, & procreatis. Ita tamen, quod præſentatio fieri debeat ſolum a primogenito, & ipſius primogeniti primogenito, uſque in infinitum, eiſque deficientibus, & ſecundogeniti, & aliorum ſucceſſive lineas, & denique in maſculorum omnium defectu, jus hujuſmodi ad fœminas, earumque deſcendentes tranſeat, eiſdem modo, & forma, quibus præſentatio ad aliam Præpoſituram, Sacriſtiam, Cappellanias, & Beneficia per Nos in Cappella ad Præſepe Domini in Eccleſia Sanctæ Mariæ Majoris erecta, ejuſdem Michaelis etiam illorum Patroni deſcendentibus reſervata fuit, prout in literis Apoſtolicis deſuper expeditis, quarum tenorem haberi volumus pro expreſſo, ac ad verbum inſerto, plenius continetur. Et poſtmodum ſi defecerint omnes a dicto Michaele deſcendentes, juſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi tranſeat ad dilectam in Chriſto filiam Flaviam etiam Perettam dicti Michaelis ſororem germanam, ſi extabit, & poſt eam, vel ſi ipſa non extabit, ad filios maſculos ipſius, & ab eis maſculos deſcendentes, uſque in infinitum, & ceſſantibus maſculis, ad fæminas a dictis maſculis deſcendentes, & ceſſantibus omnibus, tam maſculis, quam fęminis deſcendentibus a dicta Flavia, ſuccedat dilecta in Chriſto filia Urſina ſimiliter Peretta ejuſdem Michaelis etiam ſoror germana, & poſt eam, vel ſi ipſa, tunc non extabit, ejus filii maſculi ex maſculis deſcendentes. Deficientibus autem omnibus, & ſingulis maſculis, fæminis deſcendentibus a dictis Michaele, Flavia, & Urſina, tunc ſuccedat in dicto Jurepatronatus, qui Nobis fuerit ſanguine proximior, ſervato ſemper in omnibus caſibus ſupradicto ordine primogenituræ, tranſeundo ſcilicet de primogenito in primogenitum, & præferendo lineam primogeniti lineæ ſecundogeniti, & maſculos ex maſculis deſcendentes natis ex fæminis, ac maſculos ex fæminis ipſis fæminis, ac alias in omnibus, & per omnia prout in linea filiorum, & deſcendentium a dicto Michaele, ut præfertur, alias in literis prædictis ordinatum eſt. Ita quod jus præſentandi hujuſmodi ad unum ſolum ſucceſſorem in ſolidum, & poſt illum ad alium ſemper deveniat, abſque eo quod inter plures Succeſſores dividi poſſit.

Inſtitutionem Præpoſituræ, Vicario Urbis, aliorum,

§.11. Inſtitutio vero ad præſentationem hujuſmodi Vicario Urbis prædicto quo ad Præpoſituram tantum, quo ad Sacriſtiam

vero

autem beneficiorum ipſi Præpoſito tribuit.

vero, Capellanias, & Beneficia, ſeu Clcricatus hujuſmodi, ipſi Præpoſito pro tempore exiſteoti conceſſa ſit, & ad eos pertinere cenſeatur, ac in forma ſolita fieri debeat, idque, tam hac prima vice, & ab eorum primæva erectione, & inſtitutione, quam quoties ex nunc in futurum, illas, & illa, quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, etiam noſtris, aut Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, ſeu cujuſvis Cardinalis etiam tunc viventis familiaribus, continuis commenſalibus, ſeu Romanæ Curiæ Officialibus, aut alias quomodolibet reſervationem inducentibus, ſeu per liberas, vel ex cauſa permutationis reſignationes, de illis in dicta Curia, vel extra eam quomodolibet factas, & admiſſas, aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici quavis auctoritate collati, ſeu illa pro tempore obtinentium deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, miſſionem, privationem, matrimonii contractum, Religionis ingreſſum, aut alias quomodocumque, etiam apud Sedem prædictam ſimul, vel ſucceſſive vacare contigerit, motu, & ſcientia ſimilibus, auctoritate, & tenore prædictis, pariter, perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſigoamus. Decerneotes jus patronatus, & præſentandi hujuſmodi Laicorum Nobilium, & Illuſtrium exiſtere, ac Michaeli, & aliis futuris Patronis prædictis, & eorum cuilibet perpetuo ſuffragari debere, in omnibus, & per omnia, abſque ulla prorſus differentia, perinde ac ſi illis, & eorumdem cuilibet, ratione veræ, realis, actualis, plenæ, & integræ fundationis, ac perpetuæ dotationis per eos de eorum propriis, & mere patrimonialibus, & laicalibus bonis dumtaxat competeret, & conceſſum eſſet, ac ut tale ſub quacumque derogatione, etiam cum quibuſvis prægnantiſſimis, efficaciſſimiſque verbis, clauſulis, & decretis, cum clauſula, quorum tenores in quacumque diſpoſitione, etiam per viam Conſtitutioois, legis, regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ, aut alias quomodocumque facta, nullatenus compreheudi, nec illi umquam quovis tempore etiam ratione cujuſvis litis pendentiæ, vel vacatiouis Præpoſituræ, Sacriſtiæ, Cappellaniarum, & aliorum Beneficiorum hujuſmodi apud Sedem prædictam, etiam ex cauſa permutationis, vel devolutionis, ſeu alio quocumque prætextu, ex quacumque cauſa quantumvis urgenti, & legitima, per Nos, ſeu quoſcumque alios Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, vel Sedem prædictam, aut illius Legatos etiam de latere, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu cujuſvis intuitu, & contemplatione, per quaſcumque literas Apoſtolicas etiam in forma Brevis, & quaſvis etiam derogatoriarum derogatorias, ac fortiores, & inſolitas clauſulas, necnon irritantia, & alia contraria decreta quæcumque derogari, aut derogatom cenſeri poſſe, neque debere, niſi in illis de toto tenore, ac data præſentium, necnon Patroni pro tempore exiſtentis nomiue, cognomine, ac qualitate, ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio facta fuerit, ac ejuſdem Patroni pro tempore exiſtentis ad hoc expreſſus acceſſerit aſſenſus, & aliter factas derogationes, necnon quaſcumque collationes, proviſiones, commeodas, præſeotationes, inſtitutiones, vel alias diſpoſitiones, de Præpoſitura, Sacriſtia, Cappellaniis, & aliis Beneficiis prædictis, ut præfertur, & alio quovis modo, etiam apud Sedem eamdem pro tempore vacantibus, quibuſvis perſonis alias quam ad præſentationem Michaelis, & aliorum Patronorum prædictorum, ſeu de eorum expreſſo conſenſu, etiam cum ſpeciali, & expreſſa derogatione Juriſpatronatus hujuſmodi pro tempore factas, proceſſuſque deſoper habitos, ac inde pro tempore ſequuta quæcumque, nulla, & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe; ac pro nullis, & infectis haberi, & cenſeri, nec jus, aut coloratum titulum poſſidendi cuiquam tribuere, vel per illa acquiri poſſe, ſed præſentationes per Michaelem, & alios futuros Patronos prædictos pro tempore factas, & ſubſequutas inſtitutiones, validas, & efficaces fore, ſuoſque effectus ſortiri, ipſiſque præſentatis, & inſtitutis, tale jus in re, & ad rem acquiri debere, quale acquiritur præſentatis, & inſtitutis ad Beneficia de vero, & reali jurepatronatus laicorum Nobilium, & Illuſtrium, ratione primævæ, & integræ fundationis, ac perpetuæ dotationis ex boois mere laicalibus, & patrimonialibus dumtaxat exiſtentia.

Clauſulas præſervativas apponit.

§. 12. Necnon Præpoſituram, Sacriſtiam, Cappellanias, aliaque Beneficia Clericatus nuncupata hujuſmodi per Nos erecta, ſub quibuſvis ſpecialibus, vel generalibus reſervationibus, uoionibos, annexionibus, incorporationibus, ſuppreſſionibus etiam perpetuis, vel temporalibus, expectativis, & aliis etiam præventivis gratiis, ac uniendi, annectendi, & incorporandi, necnon couferendi, providendi, & aliis facultatibus, conceſſionibus, literis, mandatis etiam de providendo, & indultis quibuſcumque, illorumque, & illarum revalidationibus, quibuſvis perſonis, etiam prædictæ Rom. Eccleſiæ Cardinalibus, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac cum quibuſvis ſuſpenſivis, reſtitutivis, ac etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, irritantibuſque, & aliis etiam vim contractus inducentibus decretis, atque alias quomodolibet nunc, & pro tempore conceſſis, necnon quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Cancellariæ regulis, quomodolibet, & cum quibuſvis clauſulis, & decretis, quantumvis ampliſſimis, ac prægnantibus, & cum clauſula quorum tenores editis, & edendis, nullatenus compreheoſa eſſe, aut fore, minimeque comprehendi poſſe, aot debere, ſed ſemper ab illis excepta, & excluſa eſſe, & ceoſeri debere, ac omnia, & ſingula præmiſſa, necnoo præſentes literas, oullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio

quovis

quovis defectu, etiam ex eo quod cauſæ, propter quas eadem præmiſſa facta ſunt, coram locorum Ordinariis, vel alio Judice examinatæ, verificatæ, & ab eo approbatæ, ac intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, nec deſuper ſuum conſenſum præſtiterint, ſeu ex quavis alia cauſa, vel quocumque prætextu, quæſito colore, vel ingenio notari, impugnari, invalidari, retractari, ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, & attento quod noſtra cura, ut præfertur, dos ipſa Locorum Montium prædictorum inventa eſt, in Cameræ prædictæ præjudicium nequaquam redundare dici, aut cenſeri poſſe, nec ſub illis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antea erant ſtatum reſtituta, repoſita, & plenarie reintegrata, ac de novo etiam ſub Data per eos, quorum intererit, quandocumque eligenda conceſſa, valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, ac perpetuo ſuffragari, perinde ac ſi in Conſiſtorio noſtro ſecreto de unanimi Fratrum noſtrorum conſilio emanaſſent.

Decretum irritans addit.

§.13. Sicque in præmiſſis univerſis per quoſcumque, & ſingulos Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores hujus Conſtitutionis deputat.

§.14. Quocirca venerabilibus Fratribus noſtris Oſtien. Sabinen., & Tuſculan. Epiſcopis, motu ſimili per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte pro tempore exiſtentium Patroni, necnon Præpoſiti, Sacriſtæ, Cappellanorum, & Beneficiatorum hujuſmodi, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari: necnon Patronum, Præpoſitum, Sacriſtam, Cappellanos, & Beneficiatos pro tempore exiſtentes prædictos, eorumque ſingulos, illis pacifice frui, & gaudere, eiſque de emolumentis locorum ſeu portionum Montis hujuſmodi, & penſione prædicta, perpetuo, & integre reſponderi, & ſolutiones eis faciendas, tam a Camera Apoſt. ejuſque Miniſtris, quam ab aliis, ad quos ſpectat, aut ſpectabit in futurum, ratas haberi, etiam alio particulari, aut novo mandato, licentia, aut decreto, minime expectato, nec requiſito. Non permittentes, ipſos vel quempiam ex eis per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari. Contradictores quoſlibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulas derogatorias ſubdit.

§.15. Non obſtantibus præmiſſis, ac piæ memoriæ Bonifacii PP. VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne quis extra ſuam Civitatem, vel Diœceſim, niſi in certis expreſſis caſibus, & in illis ultra unam dietam a fine ſuæ Diœceſis ad judicium evocetur, ſeu ne Judices a Sede prædicta deputati, extra Civitatem, vel Diœceſim, in quibus deputati fuerint, contra quoſcumque procedere, aut alii, vel aliis vices ſuas committere audeant, ſeu præſumant, & in Concilio generali edita de duabus dietis, necnon, quatenus opus ſit, Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati ſuper bonis Romanæ Eccleſiæ, & Sedis earumdem omnquam, aut niſi ex certis tunc expreſſis cauſis alienandis, ac ſanctæ memoriæ Symmachi, non liceat Papæ, ac Innocentii VIII., Volentes incipien., & Pauli Secundi, necnon Pii Quarti, ſuper gratiis intereſſe Cameræ prædictæ concernentibus in eadem Camera regiſtrandis. Ita ut præſentes literæ etiamſi in dicta Camera intra certum in ea præfixum tempus, necnon umquam poſtea præſentatæ, inſinuatæ, admiſſæ, aut regiſtratæ fuerint, nihilominus perpetuo valeant, ac etiam lapſo hujuſmodi tempore, iis, quos concernunt, ſuffragentur: non ſecus ac ſi inſinuatæ, admiſſæ, & regiſtratæ fuiſſent: ac noſtra de unionibus committendis ad partes vocatis, quorum intereſt, & dicti Lateranen. noviſſimi, & aliorum generalium Conciliorum unionès perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri, aut unius Diœceſis Beneficia alterius Diœceſis Beneficiis uniri prohibentium, necnon aliorum Romanorum Pontificum noſtrorum Prædeceſſorum, ceteriſque noſtris Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, & edendis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Baſilicæ Sancti Joannis Lateranen. Eccleſiæque Æſinæ, ac Congregationum, & Ordinum, Montiſque Religionum, & Cameræ prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, primæviſque fundationibus, erectionibus, & inſtitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Archipresbytero, & Capitulo Baſilicæ prædictæ, ac Priori Æſino, Præſidentibuſque, Clericis, & quibuſvis Miniſtris, & Officialibus Cameræ, ſeu Collegio Montis Religionum hujuſmodi, ac dilectis filiis Senatui, Populo-

que Romano ſuper dignitatibus, Cappellaniis, & Beneficiis in ipſa Urbe conſiſtentibus, illa aliis quam Civibus Romanis originariis conferri prohibentibus, & quibuſvis aliis conceſſis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, vel forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice ad effectum præſentium dumtaxat derogamus, contrariis quibuſcumque, aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Sanctio pœnalis.

§.16. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ erectionis, inſtitutionis, applicationis, appropriationis, impartitionis, ſtatuti, ordinationis, reſervationis, conceſſionum, aſſignationum, voluntatum, decreti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare &c.

D. P. An. VI. die 2. Junii.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono, 4. Non. Junii, Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brevi.

Confirmantur Conſtitutiones Monialium Congregationis Primitivæ Regulæ Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum editæ in Capitulo habito anno 1581.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

SAlvatoris, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus jugum ſuave eſſe, & onus leve, ipſe aſſeruit, & multi Sanctiſſimi Viri, & Mulieres per tot annorum ſæcula egregie teſtati ſunt, vices quamquam immeriti gerentes in Terris, eorum profectui, ac fælici regimini ſedulo proſpicere debemus, qui ſe hujus mundi deliciis ſponte abdicantes, jugum hoc ſuaviſſimum ſubiverunt. Ad ſanctimonialium vero ſtatum oculi noſtri aciem potiſſimum convertimus, atque ea, quæ pro earum ſpirituali ſolatio, & temporali etiam gubernio provide ſtatuta eſſe comperimus, ut firmiter perpetuo obſerventur, Apoſtolici munimінis firmitate roboramus,

S. Thereſia primitivã Carmelitarũ Regulam renunciata mitigatione Eugenii P. IV. in Ordinẽ Diſcalceatorum invexit.

§.1. Sane cum jam a viginti octo annis ſupra quondam Thereſia a Jeſu nuncupata mulier ex Civitate Abulen. oriunda tum generis nobilitate clara, tum rerum geſtarum gloria, ac mira quadam ſanctitatis opinione illuſtris, ſpretis, abjectiſque hujus ſæculi deliciis, ſub dulciſſimo Religionis jugo ſe totam cæleſti Jeſu dicaviſſet, multiſque ſuo exemplo, ac ſanctiſſimis documentis, virginibus, & mulieribus in eamdem ſententiam dum viveret ductis, viginti fere ſanctimonialium Monaſteria in diverſis Hiſpaniarum Civitatibus, & Oppidis ſub nuncupatione Diſcalceatorum Congregationis primitivæ Regulæ Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo extruxiſſet, in hiſque primitivam Regulam dicti Ordinis juxta formam olim a fæl. record. Innocentio Papa IV. noſtro Prædeceſſore, & bon. mem. Hugone tituli Sanctæ Sabinæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbytero Cardinali, ac Gulielmo Epiſcopo Antidaren. factam ſecundum normam a ſimilis mem. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano pridem Priori, & Fratribus Eremitis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo traditam, renunciata mitigatione per Eugenium Papam IV. etiam Prædeceſſorem noſtrum poſtea conceſſa, introduxiſſe, ejuſque piæ mulieris exemplo, & ſuaſu ducti aliquot Religioſi viri eamdem Religionem amplectentes nonnulla Cœnobia Fratrum ejuſdem Ordinis Diſcalceatorum nuncupatorum inſtituiſſent, quæ tantum deinde incrementi ob optimæ famæ, qua redoluerunt odorem, accepiſſe dicuntur, ut ad præſens ſexaginta, & ultra forſan Cœnobia, & Monaſteria tum virorum, tum mulierum, qui omnes eamdem Thereſiam matrem, & Fundatricem reverentur, in univerſa Hiſpania reperiantur, in hiſque duo fere millia perſonarum aſſiduis orationibus, meditationibus, & aliis divinis obſequiis in ſpiritus humilitate, & carnis mortificatione, gratam Deo exhibeant ſervitutem.

Viginti Sanctimonialium Monaſteria in Hiſpaniis erexit.

Extructiſque poſtea ſimilibus virorum Monaſteriis.

Ad præſens ſexaginta, & ultra Monaſteria utriuſque ſexus in Hiſpania reperiuntur.

Hæc autem comprehenſa ſub Congregatione Primitivæ Regulæ nuncupata plura privilegia a Sixto V. & Greg. XIII. obtinuerunt.

§.2. Qui ſuper hujuſmodi reformationis, & ſtatus confirmatione, atque ad ipſius Congregationis tam virorum, quam mulierum propagationem plures a fæl. rec. Gregorio Papa XIII. Prædeceſſore noſtro, & a Nobis literas Apoſtolicas obtinuerunt.

Fratres hujuſce Congregationis in Capitulo habito anno 1581. nonnullas Conſtitutiones ex ſcriptis, monitiſque Sanctæ Thereſiæ excerptas condiderunt.

§.3. Noviſſime, ſicut accepimus in Capitulo primodictæ Congregationis ad eos ab aliis Fratribus Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo mitigatis nuncupatis, ſegregandos in Oppido Compluten. Toletan. Diœceſis anno Domini 1581. celebrato dilectus filius Joannes de las Cuevas, tunc Prior Domus Sancti Geneſii de Talavera Ordinis Fratrum Prædicatorum in dicto Capitulo Commiſſarius Apoſtolicus, ac Hieronymus Gratianus a Matre Dei primus Provincialis dictæ Congregationis cum interventu Diffinitorum dicti Capituli nonnullas Regulas, & Conſtitutiones ex dictis, & ſcriptis, quibus eadem Tereſia diſcipulas ſuas inſtruere ſolita erat, excerptas, ac priſtinæ Regulæ hujuſmodi conformes, præterquam in recitatione Completorii, & electionibus Prioriſſarum ad Monialium Diſcalceatarum dictæ Congregationis ædificationem, & regimen ediderunt, ac in viginti capita redegerunt.

Eas Pontifex examini Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſubjecit, quæ nonnullas alias adjecit.

§.4. Quas pridem a dilecto filio, tunc Apoſtolicæ Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuntio approbatas, tum Nobis, ut Apoſtolica auctoritate, confirmarentur propoſitas, cum Nos dilectis filiis noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ſuper Con-

ſul-

ſultationibus Regularium deputatis examinandas commiſiſſemus, iidem Cardinales ad illas mature, & diligenter per eos perpenſas, examinatas, & emendatas aliqua alia capita maxime neceſſaria addiderunt, prout in Conſtitutionibus eiſdem, quas præſentibus ad verbum inſeri volumus plenius continetur.

Confirmat eaſdem Sixtus obſervarique præcipit.

§.5. Cum autem Nos fælicibus hujus Congregationis principiis vehementer in Domino gaudentes, fæliciores in dies progreſſus in ea præcipue per dictas Moniales fieri maxime cupiamus, ideo Conſtitutiones prædictas quippe optimas, & maxime ſalutares perpetuo obſervandas eſſe cenſuimus. Igitur Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine eaſdem Regulas, & Conſtitutiones, ut præfertur examinatas, correctas, & auctas, præſentibuſque inferius annotatas viginti quatuor capitibus comprehenſas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adiicimus, atque ut a Monialibus ipſis, aliiſque omnibus, quos concernunt, firmæ, & inviolatæ perpetuo obſerventur, ſub pœnis in eis contentis ſtatuimus, & mandamus, ſupplentes omnes, & quoſcumque tam juris, quam facti, ac etiam ſolemnitatum forſan requiſitarum defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerunt.

Facultatem alias Capitulo conceſſam alterandi, immutandique Cōſtitutiones revocat quoad Conſtitutiones præſentes.

§.6. Ac inſuper quia alias Apoſtolica auctoritate Capitulo dicti Ordinis Fratrum Diſcalceatorum, vel forte cuivis alio ſuperiori per diverſas literas Apoſtolicas, facultas edendi, alterandi, aut interpretandi Conſtitutiones, & Regulas ad dicti Ordinis, & Congregationis gubernationem conceſſa fuit: ne propterea aliquid contra præmiſſas Conſtitutiones editas, quæ tanta cum diligentia, cura, & maturitate audito etiam conſulto Fratrum Prædictorum, quem vocant aſſerto Procuratore, in Congregatione dictorum Cardinalium de mandato noſtro perpenſæ, examinatæ, & approbatæ fuerunt, editum pro tempore appareat auctoritate Apoſtolica tenore præſentium facultatem prædictam, quoad Moniales ipſas tantum perpetuo revocamus, nec cuique Conſtitutiones hujuſmodi alterandi, mutandi, moderandi, aut quovis pacto etiam ad evidentiſſimam dictarum Monialium utilitatem, alias Conſtitutiones, vel Regulas niſi ipſis petentibus, nec inconſulto Rom. Pont. edendi fas eſſe volumus.

Si quæ vero editæ ſunt pro Monialibus, irritas facit.

§.7. Et nihilominus, ſi quæ hactenus editæ fuerint vigore dictæ facultatis, aliæ Conſtitutiones, vel Regulæ, eas quoad prædictas Moniales nullis prorſus viribus ſubſiſtere, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, quid quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Solus Vicarius Generalis Ordinis, & hujus Congregationis ipſarum Superior.

§. 8. Ne autem Moniales prædictæ, quæ ſub una, & eadem Regula degunt, per plurium Superiorum gubernium, ubi ineſt confuſio, diverſimode regantur: auctoritate, & tenore prædictis ſtatuimus, quod ſolus Vicarius Generalis Ordinis, & Congregationis prædictæ ipſarum ſuperior exiſtat.

Qui tamen ad earum regimen quolibet triennio Commiſſariū eligere teneatur.

§.9. Qui ſingulis triennis cum voto, interventuque Capituli, & tam hac prima vice, quam quandocumque, cum neceſſitas tulerit tempore intermedio, eo modo, quo Provinciales in alicujus defectum deputari ſolent, unum Commiſſarium generalem ex fratribus dictæ Congregationis ætate, prudentia, pietate, ac ſcientia præſtantem ad gubernium dictarum Monialium, earumque Monaſteriorum, qui cum ſocio ſibi in eodem Capitulo eligendo, jus ſuffragii in quocumque Capitulo, & locum immediate poſt Vicarium generalem habeat, deputare debeat. Quidem Commiſſarius generalis cum plena juriſdictione, & poteſtate cumulative tamen non privative, quoad dictum Vicarium generalem earumdem ſanctimonialium Conventus viſitare, corrigere, & reformare poſſit, ac debeat, atque ita proſpere moderetur, & dirigat, ut ſuaviſſimi exinde Religionis, & ſanctitatis fructus, magis, magiſque in dies proferantur.

Cuilibet alteri, ipſis etiam Ordinariis Epiſcopis cavet, ne in dil. Monaſterio ſū regimen ullo modo ſe immiſceant.

§.10. Inhibentes propterea aliis quibuſcumque Provincialibus, ac Religioſis, etiam Conſiliariis dictæ Congregationis, nec non etiam locorum ordinariis, ne ſe in dictarum Monialium, & earum Monaſteriorum gubernium quovis prætextu ingerere audeant, ſeu præſumant, indignationem noſtram, ſi ſecus fecerint, incurſuri.

Ipſos locorum Ordinarios præſentis Cōſtitutionis exequutores deputat.

§.11. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiſcopis, Epiſcopis, aliiſque locorum ordinariis, per præſentes mandamus, ut quoties opus fuerit, aut pro parte Prioriſſarum, & Monialium prædictarum aliquis eorum fuerit requiſitus, præſentes literas, ac in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolate perpetuo obſervari: Contradictores per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna, juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria quæcumque tollit.

§.12. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis, ac dicti Ordinis, & Congregationis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, & nominatim prædicti Gregorii Prædeceſſoris ſub datum 22. Junii, Pontificatus ſui anno Nono, ac noſtris ſub datum 10. Julii, Pontificatus noſtri anno Tertio, & quibuſvis aliis gratiis eiſdem Superiori-

bus, & quibuslibet aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Fidem transũptis addit.

§.13. Volumus quoque, ut præſentes literæ cum inſertis Conſtitutionibus prædictis imprimi poſſint, iiſque impreſſis, aut alias tranſumptis etiam manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi originaliter exhiberentur. Tenor autem Conſtitutionum prædictarum eſt, qui ſequitur, videlicet:

Conſtitutiones, quæ præſenti Bulla confirmantur.

Conſtitutiones Monialium Carmelitarum Diſcalceatarum nuncupatarum primitivæ obſervantiæ auctoritate Apoſtolica factæ, & ordinatæ per prædictum Patrem F. Joannem de las Cuevas tunc Priorem Conventos Sancti Geneſii de Talavera Ordinis fratrum Prædicatorum Commiſſarium Apoſtolicum, ac etiam per Rev. Patrem Provincialem tunc Provinciæ Carmelitarum Diſcalceatorum, nec non Diffinitores Capituli ejuſdem Provinciæ Compluti Toletan. Diœceſis celebrati quarta Dominica Quadrageſimæ anni 1581. per Illuſtriſſimos, ac Reverendiſſimos Dominos Cardinales Sacræ Congregationis ſuper cauſis, & negociis Regularium reviſæ, correctæ, & approbatæ cum aliquibus additis per eos, quæ continentur in principio Capitis 3., & cap.21., & 22.

De Obedientia, & Electione Superiorum.

CAPUT PRIMUM.

CONſtituimus, & declaramus, ut Moniales primitivæ Regulæ, ſive Diſcalceatæ Ordinis Carmelitarum Reverendo Patri Generali totius Ordinis, ac Vicario Generali Fratrum Diſcalceatorum, nec non Commiſſario etiam generali Monialium ſint ſubjectæ, utque idem Pater Generalis eas, & earum Conventus perſonaliter, ſicuti etiam Patres Diſcalceatos, & eorum Conventus viſitare poſſit. Quod idem etiam Vicarius generalis facere poterit, ad quem ſolum recurſus ſuper viſitationibus, mandatis, aliiſque rebus per dictum Commiſſarium ordinandis haberi poſſit. Commiſſarius autem generalis Monialium eligatur in Capitulo generali Fratrum Diſcalceatorum quolibet triennio, qui per triennium aliud officium in prædicto Ordine obtinere, aut exercere non poſſit, ſed perſonaliter Moniales, & earum Conventus viſitet, & circa earum regimen, & gubernationem pie, & prudenter ita ſe gerat, & prout magis in Domino ei videbitur expedire, cumulative tamen, & ſubordinate, non autem privative quoad dictum Vicarium generalem, nulluſque alius Ordinis Religioſus, etiam Conſiliarius in regimine dictarum Monialium, & earum Conventuum ſe intromittat: Id enim ſolis Vicario, & Commiſſario generali ſpecialiter conceſſum eſt.

Electiones fiant per vota, ſeu ſuffragia ſecreta, juxta Sacroſancti Generalis Concilii Tridentini Decretum, electioneque facta Schedulæ coram omnibus comburantur, itaut nomina eligentium nullo modo publicentur.

Advertatur autem, nec Vicarium, nec Commiſſarium generales, & multo minus eorum ſocios in hujuſmodi electionibus Monialium aliquod habere votum, ſed dictus Vicarius, ſive Commiſſarius nominare, ſeu proponere univerſo Conventui tres, vel quatuor Moniales, ut ex illis, quam maluerint, eligant, non autem ad aliquam earum eligendum cogere poſſit, ſed nihilominus remaneat eiſdem Monialibus libera facultas alias, quæ ſibi idoneæ videbuntur eligendi; Superiori vero liceat electionem factam, prout juſtum fuerit, confirmare, vel infirmare, ſive caſſare.

Ad recipienda autem vota earum, quæ propter adverſam valetudinem ad crates ferreas, ſeu Cancellos accedere non poterunt, Præſidens electioni deſtinet duas Moniales moribus, & ætate graves, & nulli ſuſpectas, quæ ad excipienda vota ſe conferant, Schedulaſque deferant, quas eis non liceat aperire, vel mutare ſub periculo animarum ſuarum, & facta electione hujuſmodi, Schedulæ, ut & ſupra dictum eſt ſimiliter coram omnibus comburantur.

Præterea cum Monaſteria hujus Regulæ primitivæ ſint nova, & ideo multas Moniales ad regimen aptas non habeant, conceditur eis facultas ad viginti quinque annos ab earum Conſtitutionum confirmatione duratura, ut Prioriſſæ in eodem Conventu poſſint iterum eligi. Ita tamen, ut in his reelectionibus ex quatuor partibus votorum, tres partes reelectæ habere debeant, & abſque ipſis tribus partibus hujuſmodi reelectio nulla ſit. Non obſtantibus Regula, & aliis in contrarium facien quibuſcumque.

De receptione Novitiarum, ac profeſſione, & numero Religioſarum, quæ eſſe debent in unoquoque Conventu.

CAP. II.

Diligenter animadvertatur, ut quæ recipiendæ erunt Orationi deditæ ſint, & ad perfectionem omnino aſpirent, ac mun-

Digitized by Google

mundi contemptum diligent. Si enim a mundo ſejunctæ non fuerint, profecto obſervantias Religionis hujus non facile ferent, meliuſque eſt antea his proſpicere, quam poſtea illas eiicere, nec minoris ſint ætatis decem, & ſeptem annorum, ac ſint corpore ſanæ, intelligentes, atque idoneæ ad recitandum divinum officium, & in Choro aſſiſtendum.

Ad profeſſionem vero nullæ admittantur, ſi in Novitiatus anno in eis omnes conditiones, & qualitates requiſitæ ad obſervantiam approbatæ non fuerint, & ſi quicquam in præmiſſis in eis deerit, non recipiantur, niſi forte eas, tam ſpectatæ probitatis, & utilitatis, Monaſterio eſſe viſum fuerit, ut ex ipſis nihil inquietudinis oriri poſſe ſperetur: quod ſi ad præmiſſa etiam vocatio Domini noſtri, quæ ex ardentibus earum deſideriis proſpiciatur, non acceſſerit, non recipiantur.

Concurrentibus vero qualitatibus prædictis, & ſi recipiendæ nihil habuerint, quod Eleemoſynæ nomine Domui erogare poſſint, non propterea reiiciantur, ut hactenus fieri conſuevit, dummodo Monaſterium ex hoc indigentius non reddatur, ſed id, quod defuerit, ex facultatibus, & Eleemoſynis ſolitis ſuppleri poſſit, & ubi Religioſa recepta permiſſam dotem ſolvere nequeat, vel Parentes ejuſdem recuſent, itaut litibus agendum ſit, id maximo moderamine tractetur, ne inde ſcandala oriantur.

Nec vero Dotis magnitudo attendatur, in recipiendis Monialibus, ne paulatim ſerpere cupiditas incipiat, itaut magis Eleemoſynæ quantitas, quam probitas recipiendarum ſpectari videatur. Semper itaque ſibi paupertatem, quam profitentur, proponant, illamque in omnibus præſeferant. Scientes ſe non Eleemoſynis, ſed fide, & perfectione, & ſolius Dei confidentia eſſe ſuſtentandas; hecque Conſtitutio ipſis Monialibus frequenter legatur, & diligenter obſervetur.

Non poſſint Vicarius generalis, vel dictus Commiſſarius aliquam ad habitum, ſeu profeſſionem recipere abſque votis majoris partis Capituli, nec ullatenus valeant alterius ordinis Religioſas recipere in prædictis Monaſteriis, nec etiam es illis, quæ ſint Regulæ mitigatæ ejuſdem ordinis Carmelitarum.

Converſæ autem, quæ freylæ nuncupantur recipiendæ ſint validæ corpore, & quæ Deo famulari cupiant, illæque ſine habitu per annum probentur, an ad onera Monaſterii ſuſtinenda aptæ ſint, nec eis nigrum velum concedatur, ſed poſt expletum annum a die ſuſcepti habitus ad profeſſionem omnino admittantur, eiſque de cibo, & veſtitu, ut & reliquis charitative provideatur.

Ex nunc de extero profeſſio non in locutorio, ſeu apud crates ferreas, ſed in Capitulo fiat, præſentibus ipſius Domus Religionis Sororibus tantum, emittaturque profeſſio in manibus Prioriſſæ abſque præſentia alicujus Prælati.

Volumus autem, ut tam ad receptionem Novitiarum ad habitum, quam ad profeſſionem interveniant vota ſecreta majoris partis per fabas albas, & nigras, ac ſemper præcedente exploratione voluntatis earum per Epiſcopum, vel ejus Vicarium, vel alium ab ipſis deputatum juxta decretum Sacri generalis Concilii Tridentini.

Novitiæ a Parentibus, vel ab aliis conſanguineis, quibus tamen permittitur, viſitari poſſint, ſicut & profeſſæ, ut ſi qua animi moleſtia perturbatione, aut mœrore detineantur, facilius intelligi poſſit, cum Moniales nullo modo velint, aut debeant illas invitas, ſed nonniſi maxime voluntarias retinere, ac proinde ſi in Religione permanere nolnerint, detur eis ab eis facultas voluntates ſuas, quibus oportet, aperiendi, & manifeſtandi.

Declaramus Religioſas, quæ aliquod Monaſterium fundaverint, illius Monaſterii eſſe Conventuales, & proinde ex eo non poſſe eiici, vel dimitti, nec ad primum Monaſterium redire, niſi ex valde urgenti cauſa arbitrio ſuperioris aliter viſum fuerit expedire, & tunc de ſpeciali licentia, vel privilegio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, aut niſi in tranſitu a primo aliud a Sede Apoſtolica fuerit expreſſum.

Quia vero ex diſpoſitione Sacrorum Canonum, & decreti dicti Concilii Tridentini cavetur, numerum Monialium in quolibet Monaſterio juxta facultatem redditutuum, & Eleemoſynarum eſſe præſcribendum; propterea, ut in his Monaſteriis, cum majori quiete, & minori ſolicitudine degatur, mandamus, ne cujuslibet Monaſterii Moniales numerum viginti excedant, tribus Converſis computatis, niſi forte aliqua ſingularis probitatis, & fervoris ſpiritus offeratur, quæ ſi a toto Capitulo, nemine diſcrepante, per vota ſecreta fuerit approbata, huic numero præſcripto poterit ſuperaddi, dummodo Monaſterio gravis futura non ſit, & dotem ſecum afferat competentem ad ſui congruam ſuſtentationem.

Cum autem ex aliqua juſta cauſa, de licentia tamen Sedis Apoſtolicæ contigerit aliquam Monialem transferri ad aliud Monaſterium ibi in perpetuum, vel ad longum tempus remanſuram, poterit alia in ejus locum licite ſubrogari. Nullum vero Monaſterium plures, quam tres Converſas, habere poſſit.

Declaramus etiam, ut in Monaſteriis, quæ cum redditibus fundabuntur, quoad redditus ſufficientes habuerint pro prædicto numero alendo, non ultra quatuordecim Moniales degere, aut recipi poſſint, donec ibi de amplioribus redditibus fuerit proviſum, niſi forte aliqua ad habitum recipiatur, quæ facultates ad majorem numerum ſuſtentandum afferat, nec Prioriſſa contrarium facere poſſit ſub pœna privationis officii, & nullitatis receptionis earumdem.

In admittendis novitiabus ad habitum diligens ratio habeatur valetudinis, ingenii, & intellectus, & inde ſic admittendis

Digitized by Google

diſperandum ſit illas facile poſſe incommoda regularis obſervantiæ tolerare. Et quia poſt admiſſionem difficilius remedium invalidis, & Infirmis afferri poteſt, ideo per annum novitiatus in hoc diligenter animadvertatur, & ſi apparuerit non eſſe tales, ut ea eis regularis obſervantia, & commodum Religionis ſperari poſſit, non admittantur ad profeſſionem, in quo Prioriſſæ, ac Novitiarum matris aliarumque Religioſarum Conſcientias oneramus.

Novitia, quæ ſemel ex uno Monaſterio hujus noſtræ Congregationis fuerit ejecta, non recipiatur in alio ejuſdem Congregationis, niſi de voto omnium ejuſdem Monaſterii, a quo ejecta fuerit, & illius, in quod ingredi tentat, Monialium: In priori vero Monaſterio nunquam recipiatur.

De Clauſura

C A P. III.

Moniales a nullo cerni, ſeu conſpici poſſint abſque interpoſito velo, niſi a Parentibus, & germanis fratribus, ac Sororibus, aut in caſu, quo videatur ita juſtum eſſe, ut in prædictis propter aliquam neceſſariam, vel rationabilem cauſam permitti, & tunc ab illis tantum perſonis, quæ exercitiis Orationis, & Conſolationum Spiritualium magis adjumento ſint, quam recreationi, idque ſemper, adhibita una ſaltem auſcultatrice, vel ipſa etiam prioriſſa.

Claves locutorii, ſeu Cratium ferrearum, & Portæ Monaſterii, pœnes Prioriſſam cuſtodiantur, & ingredientem Confeſſarium, Medicum, & Chirurgum, vel alias perſonas neceſſarias ſemper duæ Moniales ætate magis graves ad id deputatæ comitentur. Cumque Monialem aliquam infirmam peccata ſua confiteri contigerit, aliqua ſemper in proſpectu ſit Monialis, ita, quod Confeſſarium videre, non tamen vocem audire, poſſit, ipſum vero Confeſſarium nulla alia præter infirmam alloquatur: In hujuſmodi vero ingreſſu Tintinabulo ſignum detur Monialibus intra Monaſterium exteram perſonam adeſſe, ut ſecedant.

Nè Moniales ullo modo de ſeptis Monaſterii egredi contingat juxta decreta Sacri generalis Concilii Tridentini, & Summorum Pontificum, præſertim vero Sanctæ memoriæ Pii Papæ V. Conſtitutiones ſuper hujuſmodi Sanctimonialium Clauſura editas, eis diſtricte prohibetur, nè ſub cenſuris, & pœnis in eiſdem decretis, & Conſtitutionibus contentis ad Eccleſiam, vel ad Monaſterii veſtibulum, ſeu Portam principalem etiam cauſa illam recludendi ullatenus ſe conferant, aut accedant, ſed Sacriſtam Clericum, ſeu Presbyterum, aut Famulam aliquam extra Clauſtra habeant, qui, quæve tam Portam Eccleſiæ, quam etiam Monaſterii a parte exteriori, necnon, & veſtibuli ſera, & clave, & ferro vectæ diligenter occludat.

Secularia negotia, nec curent, nec tractent Moniales, niſi forte remedium aliquod eis, qui de illis loquuntur afferre in rebus moleſtis vitæ fuerint, quod ſi alicujus etiam fructus, & ſpes abfuerit, cito hujuſmodi ſermones terminent. Multum enim refert, ut aliquid lucri, non autem temporis jactura, ex ipſarum monialium Viſitatione reportetur. Ad ipſum autem diligenter curet Auſcultatrix, & quoties hoc non obſervabitur, id Prioriſſæ ſignificet, quod ſi non ſignificaverit, in eamdem pœnam, & ipſa cum contraveniente incidat ſed tunc tamen ubi ſemel, & iterum Monialem de eo admonuerit, tertia vero vice. ſi contumax fuerit, per novem dies in carcere permaneat, & tertio quoque die in Refectorio diſciplina puniatur, cum id quidem plurimum Religionis interſit.

A' Sermonum prolixitate, cum Parentibus aliiſque Cognatis, quam fieri poteſt maxime abſtineant, nam præterquam quod Cognatorum negocia valde animo hæreat, difficillimum erit aliqua etiam ſecularia negocia non immiſcere.

In univerſum vero cum extraneis quamvis conſanguineis, vel propinquis etiam valde conjunctis, quam rariſſime fieri poteſt colloquantur, niſi de divinis rebus ſit ſermo, & tunc quamcitiſſime ſe expediant.

Animadvertant diligenter Vicarius, & Commiſſarius Sacri Concilii Tridentini Decretis, ac fe. re. Gregorii XIII. Conſtitutionibus ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœnis prohiberi, nè quis cujuſcumque ætatis, ſtatus, & qualitatis etiam Prælati, Superioreſque in Monialium Monaſteria ingrediantur, niſi ex cauſa neceſſaria, & urgenti, & de Prælati licentia, ex hujuſmodi cauſa in ſcriptis danda, curentque ejuſdem Concilii Decreta, & Conſtitutiones prædictas ad unguem obſervari, necnon cauſam neceſſariam, & urgentem judicent, niſi eam ſine qua Monaſterii perſonæ abſque opera externorum, quæ vel ex neceſſitate, vel ex imminenti periculo, vel proviſione fieri oportet, exequi non poſſunt, ut ſunt fabri, operarii, ſeu miniſtri ad opera facienda, Medici, Chirurgi, ac alii hujuſmodi.

Quia vero Religioſi ſpectaculum facti ſunt Deo, Angelis, & hominibus (ut Apoſtolus ait) nihilque Populum magis offendit, quam facilis acceſſus ad moniales, & eo amplius ingreſſus in Monaſteria, nulla cogente neceſſitate; Ideo mandamus præcipue curari, ut Religioſi ad Monaſteria dictarum Monialium nullatenus accedant, imo Vicario etiam, & Commiſſario generalibus interdicimus, nè eadem Monialium Monaſteria ingrediantur, niſi pro rebus adeo neceſſariis, ut mediante locutorio, ſeu cratibus ferreis, illa effici, aut pertractari nequeant. Ac propterea declaramus hortationes, admonitiones, ac Sermones Spirituales ſub hujuſmodi neceſſitatis cauſis minime contineri. Quare illa apud crates, ſeu locutoria peragantur, & correctiones cul-

culparum in Viſitatione faciendæ, vel in locutoriis fiant, vel peragi mandentur: & quando ex juſta cauſa urgebit neceſſitas ingrediendi Clauſuram Monaſterii: eo caſu Vicarius, ſeu Commiſſarins generales, aſſumpto ſene, & probo ſocio, qui ab eo per totum tempus, quo in Monaſterio manſerit minime ſejungatur, Viſitationi incumbat, nec quemquam omnino, ſive intra, ſive extra Monaſterium, apud locutorium cibum ſumere permittat, nec ipſe ſumat.

In electionibus etiam vota in ipſo locutorio, ſive ante crates ferreas juxta ipſius Concilii decreta accipiantur, totaque electio cum præcedentibus, & ſubſequentibus ad eam in locutorio abſque ingreſſu in Monaſterium omnino fiat.

Confeſſarii quoque nullo caſu Monaſteria ingrediantur,niſi occaſione audiendiConfeſſiones Infirmarum,quæ ad ſolitum locum Confeſſionis venire non poſſint, hocque ex concilio Medici, qui teſtatus fuerit, quod neceſſitas urgeat, ac illis Sacramenta Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ac extremæ unctionis adminiſtrandi: quod ſi poſt eorumdem Sacramentorum receptionem, eadem Infirma aliquo teneatur ſcrupolo, poſſit Confeſſarius ad eamdem reconciliandam, ingredi, nec non ejus ex hac vita tranſitum adjuvare.

Item quoque,ſi quæ ex Monialibus diuturno morbo detenta fuerit, ex quo ad locutorium, vel Confeſſionis locum accedere non poſſit, liceat Confeſſario, ſi requiratur, quandoque ad ipſam accedere, etiam mortis periculo non inſtante: verum non aliter ingrediatur, niſi Cotta, ſeu ſuperpelliceo, & Stola indutus, ac a duabus Monialibus deputatis ſemper comitatus, ut ſupra præmiſſum eſt, atque etiam infra dicetur.

Is vero Confeſſarius, qui iis de cauſis Clauſuram ingredietur, recta via pergat, ac deinde egrediatur, nec alicubi immoretur: quod eidem Prioriſſæ, ſeu Præſidenti, ut curet, & ſervet enixe mandamus: Monialium quoque, quæ Confeſſarium comitabuntur, conſcientias oneramus, ut recta via cum eo pergant, nulloque modo cum illo immorentur.

Prohibemus etiam, nè Sorores, illarumve Prioriſſæ, vel Præſectæ ullo modo ad loquendum abſque licentia Generalis Vicarii, vel Commiſſarii, ex cauſa juſta, & rationabili tantum, & in ſcriptis concedenda, vel in caſibus ab his Conſtitutionibus, & Generali Capitulo permiſſis in ſua Monaſteria ad locutoria, Tornos, aut crates quoſcumque Fratres,& Religioſos etiam ſui ordinis, & Congregationis admittant, ſeu venire patiantur ſub pœna gravioris culpæ, in quam ipſo facto incurrant. Ipſi vero Fratres, aut Religioſi, qui ad ea aliter accedere præſumpſerint, aut quomodolibet contrafecerint prima, & ſeconda vice officio, ac voce activa, & paſſiva privati exiſtant, tertia vero vice in ceteras pœnas, & cenſuras, quæ contra ingredientes Clauſuram Sanctimonialium a Sacroſancto generali Concilio Tridentino, ac a Summis Romanis Pontificibus memoratis in diverſis eorum Conſtitutionibus poſtmodum ſtatutæ ſunt, ſimiliter ipſo facto abſque alia declaratione ſe noverint incurſuros, aliis quoque, & carceris pœnis etiam ab Ordinario loci merito coercendi,

De cibi ſumptione, & recreatione.

C A P. IV.

Licet comedendi hora certa eſſe non poſſit, quibus eſt incertum, quando id, quod edant, ſint habituræ, tamen hyeme, ac Jejuniorum ab Eccleſia ſtatutorum tempore, ſignum prandii, ſeu cœnæ dabitur hora undecima, cum dimidia, tempore vero Jejuniorum Ordinis hora undecima, æſtatis autem tempore hora decima.

Quod ſi antequam menſæ accumbatur, aliqua ex Monialibus, divino Spiritu ducta fuerit, ad aliquam mortificationem faciendam, petita prius licentia id agat, ne devotionis Spiritum, ex quo magni fructus proficiſcuntur, amittat, id tamen brevi compleatur, ne lectio impediatur.

Extra horam prandii, vel Cœnæ nulla Monialis cibum, vel potum ſumat inconſulta Prioriſſa.

Ubi vero Sorores de prandio, ſeu cœna egreſſæ fuerint, dicta Prioriſſa eis concedere poterit, ut omnes ſimul congregatæ, prout magis libuerit, Sermones habere queant, dommodo inter eas de rebus honeſtis, & quæ Religioſas decet, tractetur, & tunc etiam iis operibus incumbant, quæ manibus exercere ſolitæ ſunt.

Nullo modo ludus aliquis permittatur: ſubminiſtrabit enim Dominus, ut piæ, ac religioſæ altera alteri conſolationi, ſeu recreationi eſſe poſſit: ſi ſic ſervabunt, tempus hoc bene expenſum erit.

Curent vero ne ſibi invicem ſint moleſtæ, ſed joci, & verba modeſte, & diſcrete proferantur.

Completa autem hora ſimul permanendi, æſtate quidem per horam dormiant, vel ſi quæ dormire noluerit, ſilentium ſervet.

Nulla ex Religioſis aliam complectatur, nec faciem, nec manus ejus tangat, minuſque privatas amicitias alat, ſed omnes invicem ſe ſe diligant, ut Dominus noſter Jeſus Chriſtus Apoſtolis ſuis ſæpius mandavit, & quod, cum ipſæ numero conſtent exiguo, facile implere poterunt. Satagentes imitari ſuum Sponſum, qui pro Nobis omnibus ſe ipſum tradidit. Mutua enim hujuſmodi dilectio generalis plurimum eis profectum, & magnam afferet utilitatem.

De horis Canonicis, & rebus Spiritualibus.

C A P. V.

Officium matutinum poſt nonam noctis horam recitetur, & non ante, nec etiam poſt, ne deinde illo expleto per quartam

tam horæ partem exacti temporis ejus diei examen facere impediantur.

Ad hujuſmodi examen faciendum Campanellæ Signum dabitur, illaque, cui a Prioriſſa injunctum fuerit, legat aliquid vulgari idiomate de miſterio, de quo ſequenti die meditandum erit. Tempus vero, quod in hujuſmodi examine conſumetur, ita præſcribatur, ut undecima hora parum plus, vel minus ad Campanellæ Sonum Moniales omnes ſeſe recipiant ad dormiendum, ſeu quieſcendum.

Hoc autem tempus examinis, & lectionis ab omnibus ſimul in Choro expleatur, nullaque ex Religioſis è Choro poſt cœpta officia ſine licentia egrediatur.

Æſtivo tempore hora quinta ſurgant, atque in Oratione permaneant uſque ad ſextam horam; Hieme vero ſexta ſurgant, & ad ſeptimam uſque in Oratione permaneant: qua expleta, Canonicæ horæ recitentur, & ſi Prioriſſæ videbitur illæ omnes ſimul recitentur, vel unam, aut etiam alteram ipſarum ante Miſſarum Solemnia recitandam relinquat. Ita tamen, ut omnes compleantur ante Miſſæ Celebrationem.

Diebus dominicis, & aliis feſtivis Matutinum, Veſperæ, & Sacræ Miſſæ decantentur. Primis vero diebus Paſchæ, & aliis Solemnioribus, laudes etiam cantari poterunt, præcipue vero die glorioſi Sancti Joſephi, cantuſque ſit ſemper in tono vocibus æqualibus abſque modulationibus (& præter hujuſmodi dies feſtos) ſubmiſſa voce. Miſſa quoque Conventualis ſingulis quibuſque diebus celebrabitur, quam omnes Religioſæ audiant, ſi id commode fieri poterit: ex levi etiam cauſa a Choro non abſint, & expletis horis ſua quæque obeant officia.

Octava hora æſtate, & nona hyeme Miſſa dicatur.

Moniales vero Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento reficiendæ paululum in Choro commorentur.

Paulo ante prandium ad ſonum Campanellæ omnes conveniant ad examen faciendum eorum, quæ ad eam uſque horam commiſerint, & in quo magis delinquerint, emendare proponant: quod ut a Domino facilius conſequantur, ſemel Orationem Dominicam ex corde genuflexæ recitent, atque ſuum examen peragant cum brevitate.

Poſt prandium actis gratiis eant ad Chorum decantando Pſalmum MISERERE, paritерque poſt cœnam a die Paſchæ Reſurrectionis uſque ad feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis.

Significata hora ſecunda pomeridiana dicant Veſperas, poſt quas lectioni incumbatur, dummodo tam in Veſperis dicendis, quam in lectione unica tantum hora expendatur, ſive Veſperæ fuerint Solemnes, ſive non: Hoc tamen non intelligitur in Quadrageſima, cum Veſperæ ante refectionem diebus ferialibus dicantur, & tunc lectio a ſecunda ad tertiam horam habeatur, & per integram horam perſeveretur in ea. Quod ſi reperiantur Spiritu ferventes, ut & Orationi tunc vacare velint, fiat, quod magis ad ipſarum mentis collectionem in Domino cognoverint expedire.

Cum juxta regulam teneantur Religioſæ Silentium obſervare a completorio uſque ad alium diem poſt Primam, præcipimus, ut completorium per totum annum dicatur poſt cœnam, ſeu refectionem Veſpertinam, ut, completorio finito, Silentium cuſtodiatur, ſecundum mandatum regulæ, & Conſtitutionum.

Orationis autem hora, quæ poſt quintam horam ſerotinam obſervatur, ſit ante cœnam, ſeu refectionem, cum hujuſmodi tempus ad id magis commodum videatur.

De Sacra Euchariſtiæ Communione, Cappellano, ſeu Confeſſario.

CAP. VI.

UNiverſæ Moniales generaliter ſingulis Dominicis, & feſtis diebus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ejuſque Sanctiſſimæ genitricis ſemper Virginis Mariæ, ac Sancti Alberti, necnon Sancti Joſeph, & feſti cujuſque Domus, Inſuper quinta feria hebdomadæ majoris, & die feſto Sacratiſſimi Corporis Chriſti, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum, niſi juſto detineantur impedimento, percipere debeant, necnon & aliis diebus, quibus Confeſſario pro devotione, & Spiritu ſumentium Religioſarum videbitur, de licentia tamen Prioriſſæ, ſine qua Moniales (exceptis ſupradictis diebus) Sacram Euchariſtiam ſumere nequeant etiamſi Confeſſario videatur. Prioriſſæ vero conſcientiam oneramus, ne abſque rationabili cauſa cuiquam Sacram prohibeat communionem. Ad evitandam moleſtiam, & diſtractionem Religioſorum Ordinis in eundo, & redeundo pro Celebratione Miſſarum in Monaſteria Monialium, mandamus, ne quis Religioſus, tam fratrum Carmelitarum, etiam Diſcalceatorum primæ Regulæ, quam cujuſvis alterius Ordinis in Vicarium, vel Cappellanum Ordinarium dictorum Monaſteriorum conſtitui poſſit; ſed Prioriſſa una cum Vicario, vel Commiſſario Generalibus Presbyterum ſæcularem perquirant ætate maturum, vita, & moribus commendatum, & probatum, qui præter Miſſarum Celebrationem, ſi ad id idoneus fuerit, etiam earumdem Religioſarum Confeſſarius ab eiſdem inſtitui, ſeu deputari poſſit: & nihilominus liberum ſit eidem Prioriſſæ etiam præter hujuſmodi Confeſſarium Ordinarium, non ſolum ter in anno, ut Sacroſanctum generale Concilium Tridentinum mandat, ſed etiam ſæpius ad audiendas Confeſſiones earumdem Monialium, & ſimiliter ad Sermones, & conciones habendas aliquos, tam ex dictis fratribus Diſcalceatis, ſeu quorumcumque Ordinum regulares, quam etiam ſæculares Sacerdotes pios, & eruditos, atque ab Ordinario loci approbatos admittere, de quorum

rum tamen doctrina, & virtute ipſa Priorisſa antea certior facta ſit: hujuſmodi vero facultatem, nec Vicarius generalis, nec alius quiſpiam Prælatus Ordinis eis adimere poſſit.

De obſervantia Paupertatis.

CAP. VII.

Cunctis Monialibus noſtræ Congregationis perpetuo vivendum eſt ex eleemoſynis, & ex redditibus. Verum in Conventibus ſitis in Oppidis, & locis populoſis, ac opulentis, in quibus commodius ſuſtentari poterunt non multum attendatur, ſed redditus annuos. In locis vero ubi ex ſolis eleemoſynis vivere non permittitur, redditus ſufficientes habere ſtudeant in communi: ceterum nulla ſit differentia inter Monaſteria, quæ redditus habent, & illa, quæ redditibus carent.

Nec petant eleemoſynam, dum ſine ea ſuſtentari poterunt. Quare ad eam petendam nonniſi magna neceſſitate adducantur, ſed potius laboribus manuum ſuarum victum ſibi procurent, ut Sanctus Paulus Apoſtolus faciebat. Dominus enim ancillis ſuis pro ſua cæleſti providentia neceſſaria ſubminiſtrabit: nam etſi ſuperflua non quærant, & frugali victu contentæ ſint, nihil ad ipſarum vitæ ſuſtentationem deeſſe poterit. Porro ſi ex omnibus viribus ſuis Domino ſervire, ac placere ſtudebunt, ipſe Pater noſter cæleſtis providebit, ne deficiat eis merces laborum manuum ſuarum, qua ſuſtentari queant.

Nihil omnino proprii poſſideant Moniales, nec ut habeant eis concedatur etiam vel ad cibum, vel ad veſtitum, minuſque arcas, aut arculas retineant, niſi ea dumtaxat, quæ ex neceſſitate ad officia Conventus deſtinantur: ſed inter eas omnia ſint omnino communia, quod & magni refert; nam etiam in paucis ſtudet Diabolus perfectionem paupertatis infringere. Quare animadvertat diligenter Prioriſſa, ut cum viderit aliquam ex Monialibus ſpeciali affectu, ſeu complacentia circa quidpiam trahi ſive circa libros, ſive cellas, ſive aliud quidpiam videns ſtatim prohibeat: quod quidem in omnibus Monaſteriis enixe cuſtodiendum eſſe cenſemus, ſive redditus habeant, ſive non, idque ſevere Prioriſſa exequatur, nec permittat hanc Conſtitutionem ullatenus infringi: quod ſi compertum fuerit illam in aliquo violari Vicarius, aut Commiſſarius generalis acriter in eamdem Prioriſſam animadvertat.

Sed neque ulla Monialis dare, petere, aut recipere quidpiam etiam a propriis Parentibus poſſit abſque Prioriſſæ licentia, cui etiam totum id, quod eleemoſynæ nomine ad Monaſterium, vel Moniales afferetur, erit oſtendendum.

Pecuniæ, quæ ex Chriſtifidelium oblationibus, ſeu eleemoſynis Monaſterio erogabuntur, ſtatim in arcam, quæ tribus clavibus claudatur reponantur, niſi cum ſumma fuerit minor novem, aut decem ducatis; tunc enim uni ex Depoſitariis, clavariis nuncupatis, quæ Prioriſſæ videbitur, conſignabuntur, quæ deinde Procuratrici Monaſterii illas expendendas juxta mandatum Prioriſſæ ſubminiſtrabit, & veſpere ſingulis diebus antequam ad ſilentium campanella pulſetur, eadem Procuratrix, ſive Prioriſſæ, ſive clavariæ exactam, & particularem expenſarum rationem reddat, ac ſtatim ſumma hujuſmodi rationum in libro Monaſterii deſcribatur, ut Vicario, vel Commiſſario generali ſingulis annis reddi poſſit.

De Jejuniis, & Veſtitu.

CAP. VIII.

Obſervent Jejunium a die feſtivitatis Exaltationis Sanctæ Crucis de menſe Septembris uſque ad diem Paſchæ Reſurrectionis Domini, exceptis diebus Dominicis; Ab æſu autem carnium perpetuo abſtineant, niſi ex neceſſitate, & in caſibus a Regula præſcriptis.

Jejuniorum ab Eccleſia ſtatutorum diebus, necnon qualibet ſexta feria per totum annum: præterquam inter Paſcha, & Pentecoſtem ova, & lacticinia in Refectorio prohibemus; Poterit tamen Prioriſſa cum Infirmis, ſeu neceſſitate aliqua oppreſſis, quibus Piſcium æſus eſt noxius ſuper hoc diſpenſare, & tunc hæ, quibus ovis, & lacticiniis veſci permittitur, id faciant extra Refectorium, & ab aliis ſeparatim.

In veſtitu utantur Moniales panno rudiore Sajal nuncupato, ſeu Biſſonæ coloris Buculadi nuncupati abſque tintura.

Habitus vero quam maxime fieri poterit anguſtus fiat, manicas quoque anguſtas habeat, non ampliores in ingreſſu, quam exitu manus, careantque plicis: tota autem veſtis ſit rotunda, nec magis lata a tergo, quam anterius, & ad pedes uſque dimiſſa.

Scapularium quoque ejuſdem ſit generis quatuor digitis veſte altius.

Cappa autem Chori ex eodem panno ac biſone albo æqualis Scapulario conficiatur minori panni quantitate quoad fieri poterit, prout neceſſitas tantum exigit, ac omni ſublata ſuperfluitate.

Scapularium ſupra velamina, ſeu Toccas deferant, ipſæque Toccæ ſint ex canape ſive lino craſſo carentes plicis.

Tunicæ itidem, & linteamina ex ſtamina ſint.

Calcei ſimiliter ex cordulis contextis, & caligæ honeſtatis cauſa ex panno, ſeu tela craſſiori, aut alia re ſimili aptentur.

Pulvilli etiam ex ſtamina fiant, verum ſi ſuaſerit neceſſitas ex tela.

In lectulis non habeantur culcitræ, ſed ſacco oblongo pleno ſtramine, ſeu palea culcitrarum loco utantur: uam & experientia docuit, etiam in Infirmis id ſatis eſſe.

Nihil ad ornamentum deſuper apponatur, verum ſi neceſſitas exigit ſtora, & ſpartho, aut velamen ante porterium vo-

catum es panno de alſamar, vel ſajal, aut ſimili alio viliore de Præfectæ licentia poterit apponi.

Unaquæque particularem lectum teneat nullum tapete, nullum auleum ibi habeatur: ſtrata, ſeu breviores pulvilli etiam rejiciantur, niſi ad Eccleſiæ uſum; Ea enim Religioſas non decent.

Hæc autem omnia cum ex Inſtituto Religionis exiſtant, & taliter obſervanda ſint, ideo hic ſigillatim memorantur, ne ex relaxatione oblivioni quandoque tradantur ea, quæ ad hujuſmodi Inſtitutum, & obligationem ſpectant.

In veſtitu, & cubilibus varium colorem etiam in re minima non apponant, nunquam deferant veſtes pellibus ſoderatas, ſed ſi aliqua infirma fuerit, veſtem zubbonum vocatum ex eodem biſone confectam deferre poſſit: capillos tonſos, ſeu præciſos habeant, ne tempus in illis petendis fruſtra terant.

Speculum nunquam habeant, nec rem aliam curioſam, niſi ad ſui omnimodum contemptum.

De labore manuum.

CAP. IX.

Non faciant Moniales opera curioſa, ſed earum labores ſint ducere filum, aut res aliæ, vel operæ ſimiles, quæ non ſint adeo primariæ, ut ipſarum mentes occupent, & a Dei meditatione diſtrahant non ex auro, neque ex argento.

De hujuſmodi vero operum mercede non contendant, ſed quidquid eis dabitur, pacifice accipiant, verum potius cum congruam mercedem perſolvi non vident, ab hujuſmodi operibus abſtineant.

Taxatum aliquod opus abſolvendum Monialibus non detur, ſed unaquæque enitatur laborare, ut pro ceteris victum quærat.

Magna quidem ratio habeatur ejus, quod in regula ſtatutum eſt, manducare volentem oportere laborare, quemadmodum, & Sanctus Apoſtolus Paulus faciebat operans manibus ſuis.

Si vero interdum Moniales ſponte ſua aliquod certum, ſeu taxatum opus ſingulis a ſe diebus perficiendum accipere voluerint, id facere poſſint, nullatenus eis pœnitentia injungatur, ſi illud non abſolverint.

De ſilentio, & reddita ad Cellas.

CAP. X.

Silentium obſervetur a fine Completorii uſque ad ſequentem diem poſt Primam, idque accurate cuſtodiatur. Reliquo vero tempore Monialibus non liceat abſque licentia invicem ſe alloqui, niſi eis dumtaxat, quæ officia in rebus neceſſariis exercent.

Licentia vero tunc per Prioriſſam colloquendi concedatur cum viſum fuerit inde aliquam Monialium majori erga ſponſum ſuum amore accendi, utpote ſi de divino amore verba habenda ſunt, aut ſi qua neceſſitate, vel tentatione prematur, & conſolationis ſpiritualis cauſa alia aliam alloqui velit.

Id autem minime cenſeatur in unica ſimplici interrogatione, ſeu reſponſione, aut paucioribus aliquibus verbis; Hæc enim abſque hujuſmodi licentia agere poterunt.

Curet Prioriſſa, ut ſpirituales tantum ac approbati libri perlegantur: præcipue vero vitæ Sanctorum Patrum, ac Paſſiones Sanctorum Martyrum, & aliorum Sanctorum vitæ, Dionyſius Carthuſianus de quatuor Novitiis, Thomas de Kempis, ſeu Joannes Gerſon de contemptu mundi, Flores Sanctorum Didaci de Villegas, opera Fratris Aloyſii de Granata nimirum memoriale, ſeu de Oratione dux pœnitentium Peccatorum vulgo *Guia de Pecadores*, Meditationes de Vita Chriſti, Catechiſmus de amore Dei, Opera Fratris Petri de Alcantara ſcilicet de oratione, & meditatione, opera fratris Didaci Stellæ de vanitate mundi, & amore Dei, Oratorium Religioſorum Antonii de Guevara Epiſcopi Mintonienſis, opera Joannis Avilæ, videlicet illud, quod inſcribitur: Audi filia, & ejus Epiſtolæ, liber fratris Aloyſii de Leon inſcriptus nomina Chriſti, & alii libri ſpirituales probati, hujuſmodi nunquam lectio non minus ex parte neceſſaria eſt ad animi refectionem, quam cibus ad corporis alimoniam.

Per totum illud tempus quo in rebus communibus, vel officiis Conventus Moniales ipſæ non occupabuntur, unaquæque in ſua Cellula, vel Hæremitorio ſibi per Prioriſſam deſtinando ſeorſum moretur. Demumque in loco ſuæ quietis, ſeu recollectionis aliquid interim operetur ſi dies non ſint feſtivi, & in iſto receſſu ſervabit præceptum Regulæ, ut ſeparatim una ab altera remanere debeat.

Non liceat ulli Moniali alterius cellulam abſque licentia Prioriſſæ ingredi.

Nunquam habeatur opificii Domus communis in quam ad illud ſimul conveniant, ne præbeatur occaſio, ut dum ſimul commorantur ſilentium violetur.

De humilitate, & Pœnitentia.

CAP. XI.

Tabula, qua verrendi domum ordo præſcribitur ab ipſa Prioriſſa incipiat, ut in omnibus bonum ſui præbeat exemplum.

Diligens cura habeatur, ut quibus officium aliquod incumbit cuſtodiæ, & proviſionis bonorum, ſeu rerum temporalium tam de neceſſariis ad victum, quam de aliis magna cum charitate Monialibus provideant.

Prioriſſa, aliæque antiquiores non curioſius, aut luculentius, quam reliquæ, ſed omnes æqualiter juxta Regulam tractentur, Verum neceſſitas, ac ætatis ratio tantum habeatur, ut potius neceſſitatis, quam

quam ætatis ſæpius enim, quæ major eſt ætate minore neceſſitate urgetur. Ut autem id generaliter ſervetur ab omnibus, magna adhibeatur cura, expedit enim multis ex cauſis.

Neque Prioriſſæ, neque aliis Monialibus denominationis prærogativa aliqua addatur, quæ aliquando honoris cauſa conceditur ſcilicet Domina, ſeu Domna, aut ſimile, ſed invicem verbis humilibus agant. Prioriſſam quidem, & Supprioriſſam, aut eam, quæ jam Prioriſſæ officio perfuncta eſt matrem, & veſtra reverentia, cæteras vero Moniales, Sorores, & veſtra charitas vocent.

Domus, excepta Eccleſia curioſe non extruatur, ligna vero Domus ſatis rudia, ac domus ipſa parva, & illius habitationes demiſſæ ſint, itaut neceſſitati, non autem ſuperfluitati conſulatur.

Parietes, ut magis fieri poterit validi ſtatuantur, clauſuræ altæ appareant, campuſque intus adſit ad hæremitoria conſtruenda, ut Moniales orationi ſeparatim exemplo Sanctorum Patrum vacare poſſint.

Cetera alterius defectus redarguere non præſumat, niſi culpæ gravitas id requirat, & tunc errantem ſeorſum charitative moneat, quod ſi illa ter monita reſipiſcere non curaverit, Prioriſſæ non autem alteri Sorori eam denunciet. Cumque non deſint officiales zelantes vocatæ, quæ aliarum culpas, ſeu defectus obſervant, hanc curam ſibi non aſſumant, & quæ viderint prætermittant, ſed potius ſuos defectus, ſeu culpas recogitent, & emendent; neque etiam in adminiſtrandis officiis aliis commiſſis, ſi quæ defecerit, ſeu erratum commiſerit, non ſtatim, ac temere id reprehendant, niſi quid grave contigerit, tunc enim hujuſmodi culpas modo ſuperius dicto denunciare tenentur.

Moniales magnopere caveant, ne ſua peccata excuſent, niſi quantum rei neceſſitas poſtulat: Hine enim plurimum in humilitate proficient.

Pœnæ quidem, & pœnitentiæ pro culpis, ſeu defectibus, qui in prædictis committentur imponantur graviores, aut leviores, prout ex Regulæ ordinatione, ſeu præſcripto inferius exprimentur.

In his autem omnibus Prioriſſa, ut juſtum fuerit cum diſcretione, & charitate arbitrari, ſeu diſponere poterit, nec pro pœnæ, ſeu pœnitentiæ hujuſmodi obſervatione obliget ad peccatum, ſed ad pœnam dumtaxat corporalem.

Præter diſciplinas nuncupatas de varellas, quæ in ordinario præcipiuntur cum ſit officium de feria tempore Quadrageſimæ, vel Adventus, & reliquo anni tempore feria ſecunda, quarta, & ſexta ſuſcipiantur, & fiant, nihilominus etiam diſciplinæ ſingulis ſextis feriis totius anni pro fidei Catholicæ incremento, ac felici ſtatu S.R.E. pro qua vita, & ſtatu Philippi Regis Catholici, necnon pro Benefactoribus, atque etiam pro Animabus in Purgatorio detentis, afflictis quoque, & captivis, ac exiſtentibus in peccato mortali, & in eis recitetur Pſalmus *Miſerere mei Deus*, & aliæ orationes pro ſupradictis, & pro Sancta Eccleſia Dei.

Fiat autem hujuſmodi diſciplina in Choro poſt recitationem Matutini, nec aliqua Monialis aliam ſibi faciat diſciplinam, aliamve pœnitentiam ſibi aſſumat abſque licentia Prioriſſæ.

De Infirmis.

CAP. XII.

Magna cum charitate, & pietate omnique obſequio curentur Infirmæ pro noſtræ paupertatis modo, & cum abunde neceſſaria ſuppetunt, gratias Deo perſolvant.

Cum vero aliquid eiſdem fuerit, eorum, quibus divites in ſuis infirmitatibus abundant. non contriſtentur, ſiquidem in ingreſſu Religionis hoc ſibi certo ſtatuere debent. Id autem eſt vere pauperem eſſe, ſcilicet cum major neceſſitas urget, neceſſariis indigere.

In eo autem plurimum incumbat Prioriſſa, ut potius neceſſaria validas, quam pietatis officia deſint Infirmis, quas, & viſitare, & conſolari reliquæ ſorores debent.

Conſtituatur Infirmaria, quæ in exercendo huiuſmodi officio charitate præſtet: Infirmæ vero ſtudeant tunc oſtendere perfectionem, quam dum ſanæ eſſent lucratæ ſunt, & acquiſierunt, ut & ægritudinem patienter ferant, & niſi morbi gravitas premat, minorem moleſtiam, ſeu importunitatem præbeant, atque Infirmariæ pareant, ut ipſæ ex infirmitate proficiant, & cum aliqua utilitate exurgant, ac ſuo exemplo ſorores ædificent.

Infirmitatis tempore linteaminibus, & Pulvillis, & ex lino utantur, lectoſque cum calcitra habeant, magnaque cum munditia, & charitate pertractentur.

De cibo, & potu, ejuſve qualitate, & quantitate, aut præparatione nulla ſoror obloquatur. Prioriſſa tamen, & quæ providendi victum curam habet diligenter inſpiciant, ut juxta ea, quæ Dominus dederit bene parentur, & ex his, quæ ſubminiſtrantur cum aliud non habeant vivere poſſint.

Sorores neceſſitates, quibus laborant Prioriſſæ, Novitiæ vero ſuæ magiſtræ, tam in his, quæ ad veſtitum, quam in his, quæ ad cibum pertinent ſignificare teneantur, & ſi indigeant re aliqua ſupra id, quod ordinarie cuique tribui ſolet, etiamſi magna neceſſitas non adſit antea id Domino commendent. Sæpe enim noſtra natura appetit plus, quam opus habeat, ac Diabolus aliquando etiam ſuggerat cauſas timoris, ut a jejunio, & pœnitentia deterreat.

De Defunctis.

CAP. XIII.

Sacramenta quidem morituris miniſtrentur juxta Ordinarium Ordinis. Pro

mortuis vero, quæ in eodem Conventu deceſſerint exequiæ cum una vigilia, & Miſſa cantata de Requiem peragantur, & ubi commode fieri poterit celebrentur, etiam Miſſæ Sancti Gregorii, ſin minus fiat, ut poterit, omneſque Sorores Monaſterii recitent Officium Defunctorum.

Pro ſingulis Fratribus, ſeu Monialibus primitivæ Regulæ, qui deceſſerint, quælibet Monialis Officium Defunctorum ſeparatim, vel omnes ſimul in Choro recitent, & ſi fieri poterit etiam Miſſa decantetur.

Quæ vero Choriſtæ non ſunt dicant triginta vicibus Orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam; Ita enim reciproce fit a Fratribus Religioſis pro qualibet Religioſa defuncta.

Exortationes ad ea, quæ tam Prioriſſa, quam ceteræ Moniales in ſuis officiis tenentur.

CAP. XIV.

Prioriſſa.

Prioriſſæ officium eſt diligenter curare ut in omnibus Regula, & Conſtitutiones ſerventur, plurimumque zelare, & invigilare circa honeſtatem, & clauſuram Monaſterii, ac videre quomodo officia, & functiones exerceantur, necnon etiam, ut neceſſaria, tam ſpiritualia, quam temporalia provideantur, materno affectu quo maxime ſtudeat obedientiam filialem ſibi comparare.

Conſtituat Prioriſſa.

Sanitricem, & Sacriſtiæ præfectam, Sacriſtanam nuncupatam fideles, ſed ad ſui libitum amovibiles, ne detur occaſio ut in officio nimius apponatur affectus, ceteras etiam officiales ipſa conſtituat præter Subprioriſſam, & Clavarias, quæ per vota ſecreta eligantur: Hæc quidem ſcribere, & numerare norint ſaltim vero duæ.

Subprioriſſa.

Subprioriſſæ munus eſt Choro præeſſe, illiuſque curæ incumbere, ut rite, moderate, & diſtincte recitetur, & cantetur divinum Officium, in quo ſedula opera impendat.

Cum Prioriſſa defuerit, ejus loco præſidebit, ſemperque erit cum Monialibus quando ſimul conveniunt defectus, & errata, ſi quæ committentur tam in Choro, quam in Refectorio corripiet, ſi tamen præſens Prioriſſa non fuerit.

Clavaria.

Clavariæ ſingulis menſibus a Depoſitaria, Receptrice nuncupata rationem exigent Præſente Prioriſſa.

Ab ipſis etiam in rebus gravioribus eadem Prioriſſa conſilium petet.

Habeatur Arca, quæ tribus Clavibus obſeretur pro Conventus ſcripturis, & depoſitis cuſtodiendis, & aſſervandis, quarum unam Prioriſſa, reliquas duas clavariæ antiquiores penes ſe retineant.

Sacriſtana.

Sacriſtanæ officium eſt curare omnia, quæ ad Eccleſiam pertinent, ac ut ſumma cum diligentia, & munditiæ Deo ſerviatur.

Curet etiam, ut Sorores ordinate ad peccatorum confeſſionem accedant, atque ſub poena gravis culpæ ullam abſque licentia ad confeſſionis locum ire permittat, niſi illa fuerit, cui conſtitutum eſt tunc ſua peccata confiteri.

Receptrix, ſeu Depoſitaria Fornaria nuncupata.

Ad Receptricis, & Fornariæ majoris (quæ una eſſe debet) officium pertinet providere emenda pro Monaſterio, ſi Dominus opportune modum dederit.

Dimiſſa voce, & cum ædificatione loquatur apud Tornum, ſive Rotam, atque curet cum charitate proſpicere neceſſitatibus Sororum.

Habeat, ſcribatque rationes accepti, & expenſi.

Non contendat cum aliquid emit, ſed una, vel altera tantum reſponſione, aut emat, aut dimittat.

Nullam Monialem ad Tornum ſinat accedere abſque licentia. Cum vero ad locutorium ſive crates acceſſerit, auſculiatricem, quæ intereſſe debet ſtatim avocabit.

Nemini niſi ſoli Prioriſſæ ſignificabit, quid apud Tornum, aut Crates tractatum fuerit. Præterea ſub pœna gravis culpæ literas miſſivas nulli, tam intra, quam extra Monaſterium reddet, aut conſignabit, niſi antea illa Prioriſſæ, ſeu Prælatæ legendas tradiderit, neque etiam ſimiliter intra & extra Monaſterium quidque alterius nomine nuntiabit, aut ſignificabit, niſi prius admonuerit Prioriſſam.

Zelatrices.

Zelatrices curent, ut culpas, ſeu defectus, quos admitti viderint explorent, & deferant Prælatæ, & ejus quandoque mandato peccantes publice arguant, etiam ſi ipſæ Zelatrices minores, & illæ majores exiſtant, ut in humilitate exerceantur. Quæ autem corripientur, etiamſi ſine culpa ſint, nihil repliceut, aut cenſentur.

Magiſtra Novitiarum.

Magiſtra Novitiarum ſit magnæ prudentiæ, orationis, & ſpiritus, frequenterque Conſtitutiones Novitiabus perlegat, illaſque doceat quidquid agere debent tum cœremonias, tum carnis, & ſenſuum mortificationem.

Majorem curam eadem Magiſtra adhibeat

beat circa ea, quæ ad interiorem hominem, quam quæ ad exteriorem pertinent ſingulis diebus a Novitiabus rationem exigens quantum in oratione profecerint, & qualiter ſe ſe habere debeant in miſterio, quod ſibi meditandum erit, & quem fructum inde percipiant. Doceatque quomodo etiam ſe ſe habere debeant tempore guſtus, & ariditatis ſpiritus, & quærere proprias reſtringere voluntates etiam in rebus modicis, & minutis.

Caveat vero huic muneri propoſita, ne qua in re ſit negligens, aut remiſſa, nam illud eſt educare animas, in quibus Dominus permanet.

Novitias quidem cum pietate, & charitate pertractet, nec de illarum culpis turbetur, aut commoveatur. Paulatim enim unamquamque prout ejus ſpiritus ferre poterit, mortificare curabit, pluſque momenti, in interiorum virtutum adeptione, quam in externo pœnitentiæ vigore poſitum eſſe arbitretur.

Mandet quoque Prioriſſa aliquibus ſororibus, ut in docendis legere Novitiabus, eamdem magiſtram adjuvent.

Cum Prioriſſa viderit nullam eſſe ex Monialibus ad hujuſmodi officium Magiſtræ Novitiarum idoneam ipſamet illud exerceat, huncque laborem in re, tam gravi libenter ſuſcipiat, ac mandet alicui ex Sororibus, ut ſibi in eo opem ferat.

Sorores omnes ſemel ſingulis menſibus Prioriſſæ rationem reddant, quomodo, & quantum in oratione profecerint, & qualiter omnipotens, & miſericors Deus eas ducat, & cum ipſis agat, Dominus namque lucem eis præbebit, ut ſi non recte ambulant ſuo auxilio dirigantur; id enim agere, & humilitatis, & mortificationis, & magni profectus eſt, atque ad alia multa prodeſſe poterit.

Id tamen, ut Novitiæ, ſeu Magiſtræ, & reliquæ Moniales Prioriſſa de oratione, & illius profectu rationem reddant, ita intelligatur ac fieri debeat, & id potius ab earum voluntate, quæ rationem reddituræ ſunt propter magnum inde provenientem fructum ſpiritualem proficiſcatur, quam quoad illud ex neceſſitate cogantur. Quare mandamus Prioriſſis, & Magiſtris Novitiarum, ne ſibi ſubditas ad id arctius compellant.

Subditæ autem omnes noverint, tam iſtud, quam aliæ, quæ in his Conſtitutionibus continentur, ipſas ad culpam minime obligare, ut etiam infra Cap. XXII. dicetur.

Quandocumque Sorores officiales propter ſua officia occupatæ debita orationis hora illi vacare non poſſunt, alia hora, qua minus fuerint impeditæ id faciant. Quod tamen intelligendum eſt cum per totam horam, vel majorem ejus partem orationi vacare non poterunt.

De Capitulo Culparum.

C A P.˚ XV.

Capitulum culparum ſemel in hebdomada celebretur in quo juxta Regulam culpæ Sororum per Capituli Præſidentem ſumma cum charitate corrigantur; Habeatur autem hora magis commoda, & congruente.

Pulſato igitur ſigno cum omnes ſimul ad Capitulum conveniant Soror, cui legendi munus incumbit, ad ſignum, ſeu nutum Prioriſſæ, ſive Præſidentis aliquid ex his Conſtitutionibus, & ex Regula perlegat incipiens: *Jube Domne benedicere*: & Præſidens reſpondeat regularibus diſciplinis: *Nos inſtruere dignetur magiſter Cæleſtis*, ac omnes reſpondeant: *Amen*. Tunc ſi Præſidenti videbitur aliquid boni dicere conveniens lectioni, ſeu correctioni faciendæ antequam loquatur dicat: *Benedicite*: Reſpondeant: *Dominus*, & tum ad terram ſe proſternant, & proſtratæ jaceant, quoad eis mandetur, ut ſurgant. Poſtquam vero ſurrexerint, ſedeant, abſoluto vero ſermone, datoque ſigno a Præſidente, ſurgant omnes ad dicendas ſuas culpas, ac Novitiæ primum incipiant, & mox converſæ, deinde autem antiquiores proſequantur; omnes vero binæ in medium Capituli veniant, manifeſtaſque ſuas culpas aperiant Præſidenti; Verum antea Novitiæ, & Converſæ, ac aliæ, quæ vocem, & locum in Capitulo non habent correctæ a Capitulo dimittantur.

Dum Capitulum tenetur Sorores non loquantur, niſi propter duo, videlicet cum proprias, & ſororum culpas ſimpliciter referunt, vel Præſidenti ſuper eo, de quo interrogantur, reſpondeant.

Caveat autem, quæ accuſata fuerit, ne aliam accuſet ob ſolam ſuſpicionem, quam de illa habet, quod ſi ſecus egerit ejuſdem criminis pœna plectatur, qua accuſanda punienda foret.

Idem quoque ſervetur in eam, quæ detulerit alterius culpam, pro qua fuerit ſatisfactum.

Ne vitia, & defectus aliquo modo obtegantur, liceat Sorori etiam extra hujuſmodi Capitulum denunciare Prioriſſæ, id quod vidit, vel audivit, vel etiam Vicario, aut Commiſſario generali.

Eadem etiam pœna puniatur, quæ Sorori falſo aliquid objecerit, atque etiam ad famæ reſtitutionem quantum poterit teneatur.

Quæ vero accuſata fuerit non reſpondeat niſi juſta, & tunc primum humiliter dicat *Benedicite*, & ſi quid minus patienter protulerit, gravius corripiatur, juxta Præſidentis diſcretionem. Correptio autem in tempus quo paſſio jam deferbuerit, differatur.

Caveant vero Sorores ne ulla ratione cujuſcumque Capituli ſecreta evulgent, aut propalent.

Quæ a Præſidenti in Capitulo fuerint correpta, & diffinita, nulla ex Monialibus extra illud renovet per modum murmurationis. Hinc enim diſcordiæ exoriuntur, pax Monaſterii perturbatur, factiones naſcuntur, & Præſidentium officium uſurpatur.

Prioriſſa, ſeu Præſidens zelo charitatis, & amore juſtitiæ corrigat culpas abſque ſimulatione, eas quidem, quæ claræ deprehendentur, vel quas Moniales ipſæ confeſſæ fuerint ſecundum ea, quæ inferius declarabuntur.

Poterit Præſidens mitigare, aut breviare debitam pœnam ob culpam ſine malitia commiſſam, præſertim vero prima, ſecunda, vel & tertia vice, eis vero, quas ex malitia, vel prava conſuetudine peccare deprehendet pœnis, ſive pœnitentiis jam alias incurſis, graviores pœnas, ſive pœnitentias addat, quas nec etiam abſque auctoritate alicujus ex ſuperioribus dimittere, aut relaxare poſſit.

Iis, quæ ex conſuetudine leves culpas crebro committere ſolent, pœnitentia majoris culpæ imponatur; aliis quoque pœnæ præterita augeantur ſi ex conſuetudine peccare conſueverint.

Auditis, & correctis culpis dicant Pſalmum: *Deus miſereatur noſtri*, cum reliquis, quæ in ordinario continentur ſub hac forma videlicet Pſalmum: *Deus miſereatur noſtri &c. Gloria Patri &c. Sicut erat &c.*, & Pſalmum: *Ad Dominum cum tribularer clamavi. Gloria Patri. Sicut erat*, & Pſalmum: *Ad te levavi oculos meos. Gloria Patri. Sicut erat*. Hebdomadaria dicet: *Kyrie eleyſon.* ℟. *Chriſte eleyſon. Kyrie eleyſon. Pater noſter.* ℟. *Et ne nos inducas in tentationem.* ℟. *Sed libera nos a malo.* ℣. *Memento Domine Congregationis tuæ.* ℟. *Quam poſſediſti ab initio.* ℣. *Salvas fac Ancillas tuas.* ℟. *Deus meus ſperantes in te.* ℣. *Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.* ℟. *Ut digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Oremus.

Concede nos famulos tuos quæſumus Domine Deus perpetua mentis, & corporis ſanitate gaudere, & glorioſa Beatæ Mariæ Virginis interceſſione a præſenti liberari triſtitia, & æterna perfrui lætitia.

Eccleſiæ tuæ quæſumus Domine, preces placatus admitte ut de cunctis adverſitatibus, & erroribus univerſis, ſecura tibi ſerviat libertate.

Omnipotens ſempiterne Deus, qui facis mirabilia magna ſolus prætende ſuper ancillas tuas, & ſuper Congregationes illis commiſſas ſpiritum gratiæ ſalutaris, & ut in veritate tibi placeant, perpetuum eis rorem tuæ benedictionis infunde. Per Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.*

Deinde pro Defunctis.

Pſalmum: *De profundis clamavi. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis.* ℣. *A porta inferi.* ℟. *Erue Domine animas eorum.* ℣. *Requieſcant in pace.* ℟. *Amen.* ℣. *Domine exaudi orationem meam.* ℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

Oremus.

Abſolve quæſumus Domine animas omnium famulorumque tuorum Benefactorum noſtrorum ab omni vinculo delictorum, ut in reſurrectionis gloria inter ſanctos, & electos tuos reſuſcitati reſpirent.

Quæſumus Domine pro tua pietate miſerere animabus famularum tuarum, & a contagiis mortalitatis exutas in æternæ ſalvationis partem reſtitue.

Deus, cujus miſeratione animæ fidelium requieſcunt famulis, & famulabus tuis omnibus hic, & ubique in Epiſcopo quieſcentibus, da propitius veniam omnium peccatorum, ut a cunctis reatibus abſoluti tecum ſine fine lætentur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. *Amen.* ℣. *Requiem æternam.* ℟. *Et lux perpetua.* ℣. *Requieſcant in pace.* ℟. *Amen. Animæ ipſorum, & omnium fidelium defunctorum per miſericordiam Dei requieſcant in pace.* ℟. *Amen.*

Tunc Præſidens finito Capitulo dicat: *Sit nomen Domini benedictum.* Omnes reſpondeant: *Ex hoc nunc, & uſque in ſæculum. Amen.*

De levi culpa.

C A P. XVI.

Levis culpa eſt ſi qua poſt datum ſignum nimis immoretur ſeparare, ut ad Chorum ordinate, & compoſite veniat.

Si qua etiam poſt cæptum officium, Chorum ingredietur, aut male leget, vel cantabit, ſeu ſi errabit, & mox non ſe humiliaverit, aut proſternet coram omnibus.

Si qua ſimiliter lectionem ſtatuto tempore non præviderit.

Si qua ex negligentia librum non habeat, ex quo in Choro recitare debet.

Si qua in Choro riſerit, vel alias ad riſum moverit.

Si qua etiam ad res divinas, vel ad labores, ſeu opifera tarde devenerit.

Si qua præterea parvi fecerit, aut debite non obſervaverit proſtrationes, inclinationes, aliaſque cæremonias.

Aut ſi aliqua in Choro, Dormitorio, vel Cella ſtrepitus, ſeu inquietudines fecerit, aut aliis moleſta fuerit.

Si qua ulterius ad Capitulum, Refectoriom, vel opificium hora debita venire tardaverit.

Si qua etiam verba otioſa protulerit.

Si qua negligenter tractaverit, fregerit, vel amiſerit quidpiam eorum, quæ ad Conventum, vel ejus uſum pertinent.

Si qua pariter abſque licentia comederit, vel biberit.

Illis autem, quæ de hujuſmodi, vel aliis ſimilibus culpis accuſantur in pœnitentiam injungatur oratio, vel orationes juxta culparum qualitatem, vel aliquod humilitatis opus, aut ſilentium, præſertim vero propter ſilentii in ordine præcepti violationem, aut abſtinentia ab aliquo cibo, vel refectione, aut etiam integra comeſtione.

Digitized by Google

De media culpa.

CAP. XVII.

Media culpa eſt ſi qua expleto primo Pſalmo ad Chorum non venerit, & tunc cum tarde ingreditur humile proſternat, & ita maneat quoad Prioriſſa, ſeu Præſidens illi mandaverit, ut ſurgat.

Si qua, vel cantare, vel legere præter ſolitum modum præſumpſerit.

Si qua Divino Officio non attenta oculis elevatis lenitatem mentis demonſtraverit.

Si qua ornamenta Altaris irreverenter tractaverit.

Si qua ad Capitulum, vel ad manualia exercitia, vel ad ſermonem non venerit, ſive communi Refectioni non interfuerit.

Si qua ſcienter, quod communiter proficitur tacere omiſerit.

Si qua in officio ſibi commiſſo negligens reperta fuerit.

Si qua in Capitulo abſque licentia loquetur.

Si qua dum accuſatur alta voce ſe exculpabit ſuper hujuſmodi accuſatione.

Si qua aliam ejuſdem criminis in vindictam accuſare præſumpſerit, de quo ipſa eodem die accuſata fuerit.

Si qua in veſtitu, vel capitis ornamentis inordinate inceſſerit.

Si qua juraverit, vel extra rem locuta fuerit, vel aliquid dixerit ex quo aliæ Sorores offendantur.

Si qua offenſam ab alia paſſa, veniam petenti denegaverit.

Si qua officinas Monaſterii abſque licentia ingreſſa fuerit.

Hujuſmodi culpæ corrigantur in Capitulo unica, quam diligenter Præſidens, aut illa, cui ipſa delegaverit, infligat.

Accuſatrix accuſatæ pœnam non infligat, nec Antiquioribus Juniores.

De gravi culpa.

CAP. XVIII.

Gravis culpa eſt, ſi qua deprehenſa fuerit injuriis aliam afficere, vel in eam maledicta, vel imprecationes, aut verba indecentia, & minus religioſa, aut iracunda proferre.

Si qua præterea pejeraverit.

Si ex induſtria mendacium dixerit.

Si præteritam culpam alicui Sorori, quæ pro ea jam ſatisfecit improperaverit, aut illi naturales defectus, aut parentum ſuorum exprobraverit.

Si aliqua culpas ſuas, vel alterius defenderit.

Si qua ſilentium violare conſueverit.

Si qua Jejunia ordinia, & ſpecialiter quæ ſunt de præcepto Eccleſiæ abſque cauſa, & licentia fregerit.

Si qua ſine licentia rem alterius, aut Conventus, ſeu Communitatis acceperit, aut Cellam, ſeu veſtitum ſuo uſui conceſſum mutaverit, vel permutaverit.

Si qua etiam dormiendi, vel alio tempore Cellam alterius abſque licentia, aut manifeſta neceſſitate ingrediatur.

Si aliqua apud Torqum, vel Locutorium, aut eum locum, in quo fuerint ſæculares abſque licentia Prioriſſæ reperiatur.

Si qua Soror, irato animo, alteri comminata fuerit, vel ut eam percutiat, manum, vel aliud quidpiam in illam elevaverit, & duplicata pœna gravis culpæ irrogetur.

Petentibus veniam pro hujuſmodi culpis, vel nondum accuſatis binæ correctiones in Capitulo injungantur, ac biduo in pane, & aqua jejunent, comedentes in poſtremo loco, ſine menſa, & apparatu coram univerſo Conventu; eis autem, quæ accuſabuntur addatur alia correctio, & alius dies ſimilis jejunii in pane, & aqua.

De graviori culpa.

CAP. XIX.

Gravior culpa eſt ſi aliqua auſa fuerit cum Prioriſſa, ſeu Præſidente ſuper quovis negotio irreverenter contendere, aut ei quidpiam non moleſta dicere. Si qua aliam dolo percuſſerit, quæ etiam propter hoc ſententiam excommunicationis incurrit, ac ab omnibus evitare debet.

Si qua deprehenſa fuerit diſſentiones inter diſſeminare, aut ſolere abſenti detrahere, & contra aliam murmurare.

Si qua abſque licentia Prioriſſæ, aut ſine auſcultatrice, quæ teſtis adſit, & ipſam clare loquentem audiat cum externis loqui præſumpſerit.

Quæ autem hujus culpæ accuſata, & convicta fuerit, ſtatim ſe proſternat, humiliter veniam petat, nudatiſque humeris ſententiam recipiat ſuis demeritis condignam cum diſciplina, quæ videbitur Prioriſſæ, ac ubi ſurgere juſſa fuerit, vadat ad Cellam, quæ ſibi a Prioriſſa fuerit deſignata, nullaque alia ad eam accedere audeat, ut cum illa colloquatur, vel ad eam aliquid mittere, ut ſic intelligat ſe a Conventu ſegregatam, atque privatam Angelorum ſocietate: Donec vero in hujuſmodi pœnitentia manſerit non communicet, non alicui præficiatur officio, nec aliqua ei obedientia committatur, neque aliquid ei demandetur, quinimo officio, quod antea exercebat privare debeat, neque habeat vocem, aut locum in Capitulo, niſi ad dicendas ſuas culpas, ſit quoque omnium poſtrema uſque ad plenariam, & integram ſatisfactionem, menſæ cum reliquis non accumbat, ſed in medio Refectorii cappa, ſeu manto induta in nudo ſolo pane tantum, & aqua veſcatur, niſi aliquid ſibi miſericorditer concedatur, mandato Prioriſſæ, quæ alioquin pie cum ipſa agat, ac aliquam ex Sororibus ad eam conſolandam mittat. Quod ſi veram cordis humilitatem oſtenderit ejus propoſitum adjuvetur, cui

cui etiam adjumento ſit totus Conventus, neque Prioriſſa recuſet miſericordia in ea uti citius, vel tardius plus, vel minus, ut delicti qualitas poſtulat.

Si qua manifeſte in Prioriſſam, vel Superiores inſurrexerit, aut ſi quid illiciti, vel inhoneſti adverſus eos falſo comminiſcatur, ſeu machinetur, vel commenta, ſeu machinata fuerit per quadraginta dies agat pœnitentiam ſupradictam voceque, & loco in Capitulo, ac quolibet officio ſi quo fungitur, privetur. Et ſi ex aliqua hujuſmodi conſpiratione, vel malicioſo conſenſu ſeculares perſonæ quovis modo ſe ſuper his intromiſerint, in confuſionem, vel infamiam, aut damnum Sororum, aut Monaſterii, Sorores, quæ id admiſerint, carceribus mancipentur, atque pro gravitate ſcandali, quod inde ſequitur in eis detineantur, ſed & ſi ob eam cauſam in Monaſterio factiones, vel diaſiones aliquæ exortæ fuerint, tam illæ, quæ id committunt, quam quæ opem, & favorem ad id præſtiterint ſententiam excommunicationis incurrant, & in carceres coniiciantur.

Si quæ tentaverit impedire Sororum pacationem, aut exceſſuum correctionem dicens Superiores propter odium, vel favorem procedere, aut alia ſimilia eadem pœna puniatur, quæ conſpirantes in Prioriſſam.

Si qua literas miſſivas recipere, vel dare, aut legere, ſine licentia Prioriſſæ, ſive quidriam extra Monaſterium mittere, aut ſibi data ſibi ipſi appropriare, aut retinere præſumpſerit, ſimiliter, etiam ſi propter alicujus Sororis exceſſum aliquis in ſeculo fuerit ſcandalizatus præter pœnas in his Conſtitutionibus ſtatutas tempore horarum Canonicarum, & actionum gratiarum poſt prandium proſtrata permaneat ante portam Chori, dum Sorores pertranſibunt.

De graviſſima Culpa.

C A P. XX.

Graviſſima culpa eſt incorrigibilitas illius, quæ culpas committere non veretur, & pœnitentiam peragere recuſat.

Si qua apoſtaſiam incurrerit, vel extra limites Conventus egreſſa fuerit ſciat, ſe in ſententias excommunicationis, omneſque alias cenſuras, & pœnas ex decretis Sacri generalis Concilii Tridentini, ac aliis Apoſtolicis Summorum Romanorom Pontificum Conſtitutionibus contra hujuſmodi delinquentes inflictas ipſo facto incurrere, & ideo in eas incurriſſe declarandam fore, ac graviter coercendam, & puniendam eſſe prout etiam declarari, coerceri, & puniri mandatur.

Graviſſima etiam culpa eſt ſi qua fuerit inobediens, & ob manifeſtam rebellionem mandato Prioriſſæ, ſeu Superioris ſibi ſpecialiter, vel omnibus generaliter facto non obtemperaverit.

Si qua, quod Deus, qui eſt fortitudo omnium in ſe ſperantium non permittat, in peccatum carnis inciderit.

Si qua proprium habuerit, vel ſe habere confeſſa fuerit, quod ſi etiam ita eſſe in ejus obitu deprehendatur, Eccleſiaſtica careat ſepultura.

Si qua in Prioriſſam, vel in aliquam aliam Sororem violentas manus injecerit.

Si qua crimen alicujus ex Sororibus, vel Conventus quovis modo perſonis extraneis, ex quo Soror, vel ipſe Conventus infamari poſſit, alioſve actus ſecretos Conventus detexerit.

Si qua pro ſe, vel aliis aliquid ambitioſum, aut officia, aut aliud quidpiam contra ordinis Conſtitutiones procuraverit; hæ quidem Sorores in carcerem mittantur, ibique Jejuniis, & abſtinentiis plus, vel minus juxta quantitatem, aut qualitatem delicti coerceantur pro prudentia, ſeu diſcretione Prioriſſæ, aut Vicarii, vel Commiſſarii generalis, quamlibet autem iſtarum delinquentium Sorores ceteræ ſtatim, atque Prioriſſa mandaverit ſub rebellionis pœna in carcerem ducere teneantur, eamque exceptis Cuſtodibus non alloquantur, nec ulla ad eam Soror aliquid mittat ſub eadem pœna. Quod ſi ipſa carcerata a carcere aufugerit, Soror cujus cuſtodia commiſſa fuerit, vel quæ fugiendi cauſam præbuerit ſi de hoc convicta fuerit, in eodem carcere juxta delicta Reæ fugientis, detineatur.

Adſit carcer deſtinatus pro ſic delinquentibus, a quo detentæ ob hujuſmodi culpas Scandaloſas non niſi per Vicarium, aut Commiſſarium generalem liberari poſſint.

Apoſtata, & quæ Carnis, vel aliud peccatum, quod in ſeculo pœnam capitalem mereatur, commiſerint, vel quæ humiles eſſe, ſuaſque culpas agnoſcere recuſaverint, ſeu incorrigibiles ſe oſtenderint in carcerem detrudantur, nec inde unquam liberentur, niſi earum emendatio, & patientia hoc pœnitentiæ tempore præclare perſpecta, & comprobata fuerit, adeont ex conſilio, & interceſſione omnium Sororum, cum conſenſu Prioriſſæ per Vicarium generalem, vel Commiſſarium liberari, aut habilitari mereatur.

Quæcumque autem in hujuſmodi carcere detenta fuerit, noverit ſe voce tam activa, quam paſſiva, ac etiam loco, omnique actu legitimo ex officio perpetuo privatam eſſe: Quare, & si a carcere liberetur, non propterea ad prædicta reſtituta erit, niſi ſpecifice, & expreſſe hoc ei beneficium concedatur, & quamvis ad locum reſtituatur, non tamen ad vocem in Capitulo reſtituta cenſeatur: quod ſi etiam ad vocem activam reſtituta fuerit, non tamen ad paſſivam reſtituta intelligatur, niſi tamen id ei, ut dictum eſt ſpecialiter, & expreſſe fuerit conceſſum.

Et nihilominus, quæ in prædictos caſus incurrerit nunquam habilitari poſſit, ut ad aliquod officium eligi valeat neque pro Socia, ſive Auſcultatrice ad tornum, aut locutorium, aut ad aliam partem deputari.

Quæ vero in carnis peccatum lapſa fuerit, quamvis compuncta, & dolens, ſua ſponte, ad pœnitentiam reverſa miſericor-

ricordiam, & veniam petat, nullo modo recipiatur, niſi de conſilio, & licentia Vicarii generalis, vel Commiſſarii, aut aliqua rationabili cauſa interveniente.

Si qua unquam convinta fuerit coram Prioriſſa falſum dixiſſe teſtimonium, aut conſueverit alias infamare, pœnitentiam agat, hora comedendi abſque manto, ſed induta Scapulario, ſuper quo duæ linguæ panni albi anterius, & poſterius appareant vario modo conſutæ, ac in medio Refectorii humi pane, & aqua veſcatur, ut vel ex hoc cognoſcatur ipſam, ob grave linguæ vitium taliter puniri, ac inde in carcerem conjiciatur, & ſi quando a carcere liberetur voce careat, & loco.

Si autem Prioriſſa (quod Deus avertat) in linguam ex dictis culpis incurrat, ſtatim ab officio deponatur, ut poſtmodum graviſſime puniatur.

Ne Prælati Monialium facile Cenſurarum, & Excommunicationis ſententias in ſuis præceptis, niſi ex gravi cauſa apponant.

CAP. XXI.

Interdicimus Vicario generali, & Commiſſario ipſarum Monialium Superioribus, ne cenſurarum, excommunicationis ſententias, ſive pœnas paſſim ſuis præceptis, & mandatis etiam in concernentibus peccatum adjiciant, ſed potius privationis vocis activæ, & paſſivæ, vel ſimiles pœnas imponant, ne ex eo quod ad medelam inductum eſt, majores animarum laquei ſcrupulique, & inquietudines generentur, niſi forte tam gravis cauſa fuerit, ut cenſurarum, ſive excommunicationis pœna neceſſario expedire videatur, ſuper quo eorumdem Superiorum conſcientia oneratur, nec tunc etiam latæ ſententiæ pœna abſque magna conſideratione apponatur.

Præſentes Conſtitutiones, & Superiorum præcepta niſi in duobus caſibus ad peccatum mortale non obligare.

CAP. XXII.

Declaramus autem præſentes noſtras Conſtitutiones, ac Superiorum prædictorum præcepta, & mandata Sororibus, vel alicui ipſarum per eos pro tempore facienda ad pœnam peccati mortalis non obligare, niſi contra ipſarum Conſtitutionum præceptum aliquid per contemptum committatur, aut niſi per Prælatum quidpiam præcipiatur in ſcriptis in virtute Spiritus Sancti, & Sanctæ obedientiæ.

Ut Ordinis Officiis Rubricis, & Cæremoniis, in reliquis vero Congregationis fratrum Diſcalceatorum Ordinationibus, cum his Conſtitutionibus non præſcribuntur uti debeant.

CAP. XXIII.

Mandamus, ut in omnibus ſuper quibus præſentes Conſtitutiones non diſponunt quantum ad officia, & cæremonias divini cultus attinet prædicta Monaſteria ſequantur Rubricas, & ordinationes Ordinarii totius Ordinis Carmelitarum: In his vero, quæ ad regimen, vel ad culpas, aut alia ſimilia his Conſtitutionibus non expreſſa ſpectabunt, utantur Conſtitutionibus Congregationis Fratrum Diſcalceatorum, cum conſilio, & aſſenſu pro tempore exiſtentia Vicarii generalis.

Ut in ſingulis Conventibus habeantur ſaltem duo Codices harum Conſtitutionum, & de earum lectione.

CAP. XXIV.

In ſingulis Conventibus præter plurimos Regulæ libellos, habeantur ſaltem duo Codices, ſeu libri, in quibus hæ Conſtitutiones ſint deſcriptæ, vel impreſſæ, quorum unus aſſervetur in Arca tribus Clavibus obſerata, & alter præmanibus habeatur, ut ſemel in hebdomada omnibus Sororibus ſimul convenientibus tempore, quo Prioriſſa mandaverit pars illarum perlegatur. Quas quidem Conſtitutiones ſingulæ Sorores memoria maxime retinere ſtudeant, quando quidem magnum hinc profectum ſint conſecuturæ.

Curent quoque illas ſæpius perlegere, ac propterea mandatur plures earumdem Conſtitutionum libros in ſingulis Conventibus haberi, ut unaquæque, cum libuerit illas in ſuam Cellam deferre, & commodius legere poſſit.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 5. Junii 1590. Anno Sexto. Dat. die 5. Junii 1590. An.VI.

CLXXV.

Confirmatio facultatis ViceCamerario conceſſæ ſuper cognitione cauſarum appellatorum damnorum datorum ſupra Summam decem ſcutorum in toto Statu Eccleſiaſtico interponendarum. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex in ſuprema Juſtitiæ Sede a Domino conſtitutus pro injuncto ſibi Apoſtolicæ ſervitutis officio diſponere, & ordinare, & quæ jam diſpoſita, & ordinata reperiuntur declaratione, & ampliatione indigere noſcuntur pro perſonarum commoditate, & minori diſpendio declarare, & ampliare conſuevit, prout rerum, & temporum qualitate penſata conſpicit in Domino ſalubriter expedire. Exordium.

§.1. Nuper ſiquidem per alias noſtras literas erectionis officii Vice Camerariatus, & conceſſionis de illo dilecto filio Alphonſo Guevara Clerico Neapolitano J. U. D. & in utraque ſignatura noſtra Referendario ſub datum Kal. Auguſti Pontificatus noſtri Anno Quinto inter cætera eidem Alphonſo, Sixtus ViceCamerario facultatem cognoſcendi cauſas appellationum damnorum datorum totius Status Eccleſiaſtici ultra ſummã 10. Ducat.

ſo, & ſuis in dicto officio ſuceeſſoribus ſacultatem conceſſimus omnes, & ſingulas cauſas appellationum, & recurſuum damnorum datorum totius Status noſtri Eccleſiaſtici ſupra ſummam decem ſcutorum cognoſcen., & deciden.

Explicat qui mentem habuerit in hujuſmodi conceſſione.

§.2. Et qnia mentis, & intentionis noſtræ fuit, quod confirmatio Judicum cauſarum eorumdem damnorum datorum, in quolibet loco dicti Status, tam intee damnum iuferentes, & patientes, quam appellatores, & damnorum illatores, aliaſque quaſcumque perſonas non ſolum ſuper eiſdem damnis datis, & illorum refectione, & ſatisſactione, verum etiam quacumque alia cauſa, & re ab eiſdem dependen. ortarum, & quæ pro tempore poterunt esoriri per Appellatures eorumdem damnorum datorum eligendorum, & nominandorum, quodqne deputaiio ſimilium Judicum in ſecundis Iuſtantiis, & appellationum in cauſis infra ſummam ſcutorum decem pro tempore vertentibus, quas pro minori partium diſpendio in partibus per Judices ab eodem Alſonſo Viceeamerario, & ſucceſſoribns ſuis pro tempore deputato, & deputan. finiri, & terminari volumus ad ipſum Alfonſum, & ejus in dicto Officio ſucceſſores dumtaxat ſpectent, & pertineant, ipſique Alſonſo, & Succeſſoribus prædictis Jus cognoſcendi cauſas appellationum ſupra dictam ſummam decem ſcutorum, quæ inter prædictos Appellatores, & Uuiverſitates Siatus noſtri Eccleſiaſtici, & quaſcumque alias particulares perſouas, vel alios quoſcumque, etiam Jus a Camera haben., ſeu habere prætenden. de, & ſuper dictis damnis datis, ſeu illorum occaſione quomodolibet verten., & quod pro tempore vertere contigerit, reſervat, remaneat, & iuſuper quod cognitio omnium cauſarum contraventionum, Bannimentorum, ſeu quarumcumque literarum a quibuſvis etiam Romanæ Curiæ Judicibus, & a Camera ipſa, ſeu quocumque alio Judice ordinario, vel delegato ſuperdictis damnis datis, vel eorum dependen., & emergen. quomodolibet emanatarum, quæ tam civiliter, quam criminaliter quomodocumque, & qualiter, cum quo motæ reperiuntur, & quæ pro tempore moveri contigeret ad eumdem Alfonſum, & ſucceſſores prædictos ſpectet, & pertineat.

Cauſas ipſas infra ſummã 10. Ducator. privative ad Vice Camerarium, appellationes autem Cauſarũ u tra d. ſummam ſpectare declarat.

§.3. Ideirco mentem, & intentionem noſtram hujuſmodi expreſſe declarare, & omnibus, ad quos pertinet, & ſpectat, pertinereque, & ſpectare poterit notam facere volentes dictarumque literarum erectionis, & conceſſionis dicti officii, & aliorum præmiſſorum tenores, præſentibus pro expreſſis haben., ipſumque Alſonſum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, motu proprio non ad ipſius Alfonſi, ſeu alterius pro eo ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & deliberatione noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine harum ſerie volumus, decernimus, & mandamus, ac espreſſe declaramus quaſcumque confirmationes in prima, & deputationes eorumdem Judicum in ſecunda Inſtantiis in eiſdem cauſis in quibuſvis locis, & partibus dicti Status eligendorum, & deputandorum nec. non cauſarum appellationum, & recurſuum infra ſummam ſcutorum decem committendarum, ac contraventionum, Bannimentorum, & literarum prædictarum a quibuſvis, ut præfertur, emanatarum, ac illarum non paritionis, tam civiliter, quam criminaliter quomodocumque, & qualitercumque motarum, ſeu movendarum ad ipſum Alfooſum, & ſucceſſores prædictos dumtaxat privative ad quoſcumque alios quavis auctoritate, dignitate, & præeminentia ſuffultos ſpectare, & pertinere neminique alteri licere in eis quovis prætextu, aut quavis occaſione, vel cauſa ſe ingerere, aut intromittere, illique facultatem concedimus, omnes, & ſingulas cauſas dictam ſummam decem ſcutorum excedentes, aliaſque prædictas cauſas etiam inter Appellatores, & Univerſitates, ae alios a Camera Jus habentes, verten., & quæ pro tempore vertere contigerit, ac contraventionum, & non paritionis prædictarum coram quocumque, aut quibuſcumque Judice, ſeu Judicibus Ordinariis, ſeu delegatis, etiam vigore ſpecialis reſcripti in Signatura noſtra Juſtitiæ, aut alibi præterquam iu noſtra Signatura Gratiæ manu noſtra propria in futurum tantummodo ſignau. nunc, & pro tempore introductas, & introducen. auctoritate ſua ordinaria vigore præſentium ab illis reaſſumendi, & eiſdem Judicibus, ac Partibus toties, quoties opus fuerit, etiam ſub pœnis pecuniariis, & cenſuris Eccleſiaſticis inhiben., & cenſen., & pœnas hujuſmodi non paren., & inobedientes incidiſſe, & incurriſſe, ſervata forma Concilii Tridentini declarandi, aggravandi, reaggravandi, ac brachium ſeculare invocan., & mandatum executivum decernen., & relaxan., ac exequi facien., necnon quemcumque Notarium adſcriben. iu eiſdem cauſis Alfonſo, & ſucceſſoribus prædictis gratum arbitrio ſuo deputan.

Hanc vero conceſſionem fore perpetuam.

§.4. Decernentes præterea, ac volentes, ac mandantes Juriſdictionem, & facultatem per præſentes eiſdem Alſonſo, & ſucceſſoribus, ut præfertur conceſſam perpetuis futuris temporibus durare, & Alfonſum, ac ſucceſſores prædictos illas exercere poſſe, & debere, tam durantibus moderno, & aliis quibuſcumque, ſiquos poſtea fieri contigerit appaltibus, & conceſſionibus damnorum datorum hujuſmodi, quod illis finitis, & ceſſantibus, necnon etiam ſi ipſa officia, ſeu emolumenta damnorum datorum, ſeu eorum aliqua Communitatibus, & Univerſitatibus Civitatum, Terrarum, & locorum dicti Status per Nos, & ſuc-

& Succeſſores noſtros, aut Sedem, & Cameram Apoſtolicam, ſeu quoſcumque Legatos, Vicelegatos, & Gubernatores, aut alios quacumque facultate ad id ſuffultos concederentur, ſeu reſtituerentur, aut in quemvis alium ſtatum, & formam mutarentur, & redigerentur.

Nec in dubiũ revocari poſſe.

§.5. Præſentes quoque de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quopiam alio defectu notari, impugnari, aut invalidari, ſeu ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium, aut aliarum gratiarum revocationibus, limitationibus, reductionibus, aut declarationibus comprehendi non poſſe, aut debere, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, & quoties illæ emanabunt toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & reintegratas fore, & eſſe, ſicque, & non alias per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cameræ Apoſtolicæ Clericos, & Sacri Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & deffiniri debere, irritum quoque, & inane decernimus, quidquid ſecus a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogat obſtantibus.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac eorumdem officiorum damnorum datorum, & cujuslibet eorum erectionibus, ſi quæ ſint conceſſionibus, privilegiis, gratiis, immunitatibus, facultatibus, & Indultis, ac quarumcumque Civitatum, Terrarum, Caſtrorum, & locorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, reformationibus, privilegiis, uſibus, ſtylis, & conſuetudinibus, necnon fœlicis rec. Pii PP. IV. Prædeceſſoris noſtri de gratiis, & conceſſionibus, etiam minimum Cameræ Apoſtolicæ jus, aut intereſſe concernen. in eadem Camera infra certum inibi expreſſum terminum inſinuandis, & regiſtrandis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis ſub quibuſvis limitationibus, Decretis, & Indultis, & quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis. Quibus omnibus etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut quævis etiam exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, acſi præſentibus de verbo ad verbum inſerti forent pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes: illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Julii 1590. An. VI.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 15. Julii 1590. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

CLXXVI.

Conceſſio diverſorum Privilegiorum, & gratiarum Civitati, Civibus, & Incolis Civitatis Lauretanæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

MAgnifica Sedis Apoſtolicæ providentia non ſolum Civitates, & Loca ſuæ ditioni immediate ſubjecta ſuis antiquis gaudere permittit privilegiis, ſed prout dignum temporum, & locorum penſata qualitate, judicat, favoribus, gratiis, & privilegiis amplioribus proſequitur.

Laureti qualitates commemorat Sixtus, & quæ ipſe fecerit ad illius decorẽ promovendũ.

§.1. Cum igitur Nos conſiderantes Oppidum olim Lauretanum nuncupatum in Provincia Piceni ſitum nullius Diœceſis, Sedi Apoſtolicæ immediate ſubiectum in toto Orbe celeberrimum, & in eo unam inſignem Collegiatam Eccleſiam ſub invocatione B. M. V. Dei Genitricis fundatam exiſtere, in cujus medio illud ſacrum cubiculum divinis Myſteriis conſecratum, in quo eadem Virgo Maria nata fuit, & ibidem ab Angelo ſalutata Mundi Salvatorem de Spiritu Sancto concepit, miniſterio Angelorum illuc translatam, & ad dictam Eccleſiam ob miracula, quæ in dies Omnipotens Deus interceſſione, & meritis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis in eodem cubiculo operari dignatur, Chriſtifideles ex omnibus Mundi partibus devotionis cauſa confluere, ac propterea cupientes Oppidum, & Eccleſiam hujuſmodi dignioribus titulis, & nominibus decorare, Oppidum in Civitatem Lauretan. nuncupat., Eccleſiam vero hujuſmodi in Cathedralem Apoſtolica auctoritate perpetuo erexerimus, & inſtituerimus, ac Montem illi imminentem deprimi, Civitatemque ampliari, arcemque Turronem nuncupat. includi, aliaque pro illius ornamento, & Civium commoditatibus fieri mandaverimus.

Civitati, Civibus, & Incolis renovat privilegia, quibus S. Domus fruitur, & quibus gaudebãt ante erectionem Lauret. in Civitatem.

§.2. Ne igitur in reliquis defuiſſe videamur motu proprio non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris eidem Civitati Lauretan., ac illius Civibus, & Incolis omnibus, omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, exemptiones a quibuſvis gabellis impoſitis, & in futurum imponendis, militumque receptionibus, & hoſpitiis, ceteraſque immunitates, quibus Sacra Domus Lauretan., & Oppidum prædict., illiuſque Oppidani, & antequam in Civitatem erigeretur utebantur, & fruebantur, ac gaudebant, necnon Arcem, ſeu Turronem prædict. cum illius adjacentiis, & pertinentiis univerſis pro Palatio publico conſtruendo, ita quod ipſi Cives vigore præſentium abſque cujuſvis Judicis, vel poteſtatis miniſterio, illius corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem capere, & apprehendere libere, & licite valeant, perpetuo concedimus, & elargimur.

Nundinas publicas ibidem pro die 15. Novembris indicit.

§.3. Inſuper, ut illorum utilitati, & commoditatibus provideamus Nundinas pu-

publicas impoſterum die 15. Novembris, quo die nundinæ in Civitate Recanaten. quot annis celebrari ſolitæ finire oſcuntur cum omnibus, & ſingulis facultatibus, privilegiis, & Immunitatibus, quibus Cives Recanaten. utuntur, potiuntur, & gaudent iu eadem Civitate Lauretan. perpetuis futuris temporibus incipiendas, & per totum menſem Decembris annis ſingulis finiendas ſine præjudicio alicujus, nec exemptionem habeant niſi ad dictam Civitatem Laoretanam auctoritate Apoſtolica tenore præſentium inſtituimus, & fieri præcipimus, & mandamus.

Clauſulæ ad conceſſionis ſtabilitatem.

§.4. Decernentes Cives Lauretanos, necnon Advenas, & Mercatores confluentes ſuper præmiſſis a nemine moleſtari, aut perturbari poſſe, vel debere, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungeotes, ſublata illis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§.5. Quo circa Venerabilibus Fratribus Maceraten., & Lauretan. Epiſcopis, & dilecto filio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per præſentes committimus, & maodamos, qoatenus ipſi, vel duo, aot unus eorum eiſdem Civibus Lauretan. in præmiſſis efficacis deſenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes ipſos deſuper a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter quomodolibet indebite moleſtari, vel perturbari: Contradictores quoslibet per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo invocato etiam ad buc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Derogat obſtantibus.

§.6. Non obſtantibos fe. rec. Pii PP.IV. Prædeceſſoris noſtri ſuper gratiis qualecumque minimom intereſſe Cameræ Apoſtolicæ concernen., in eadem Camera regiſtrandis, ita quod præſentes in eadem Camera præſentari, aut regiſtrari facere nullo modo teneantur, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Civitatis Lauretan., etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatotis, & conſuetudioibus, privilegiis quoque iodultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Augusti 1590 An.VI.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 22. Auguſti 1590. Pontificatus noſtri Anno VI.

CLXXVII.

Inſtitutio Univerſitatis Studii generalis, diverſarum ſcientiarum, & bonarum artiom, io Collegio Presbyterorum Societatis Jeſo, a Carolo Auſtriæ Archiduce in Oppido Græcen. Salzburgenſis Diœceſis fundato, & a Gregorio XIII. erecto, cum reddituum aſſignatione, & privilegiorum elargitione.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

CŒleſtis Patris providentia ad Summi Apoſtolatus apicem evecti, tamquam de excelſo monte ad ima agri irrigui militantis Eccleſiæ noſtrum dirigentes intuitum, ac conſiderantes, quod per literarum ſtudia, ad bene, beateque vivendum via præbetur, veritas agnoſcitur, juſtitia colitur, ceteræque virtutes illuſtraotur, ac humanæ proſperitatis conditio augetur, fides Catbolica, & cultus divinus protenditur ad ea per quæ ſtudia hujuſmodi ubilibet, maxime in regionibus ubi major neceſſitas urget, propagentur, & humiles perſonæ ad excelſum felicitatis faſtigium pervenire cupientes in hoc pro eorum propoſito utilius confoveri, ac laborum ſuorom honores, & præmia conſequi valeaot, præſertim dum Priocipum Chriſtianorum vota id expoſcunt libenter intendimus, & in his partes Apoſtolicæ providentiæ impendimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Carolus Archidux Auſtriæ ad fidem Catholicam retinendam, & augendam, in Oppido Græcen. Salzburgen. Diœceſis Collegium Presbyterorum Societatis Jeſu fundavit, & Gregor. XIII. illud erexit, & inſtruit.

§.1. Sane exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii nobilis viri Caroli Archiducis Auſtriæ, qui etiam Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Dux exiſtit, petitio continebat, quod poſtquam alias fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter, in Oppido Græcen. Salzburgen. Diœc. dicti Caroli Archiducis dominio in temporalibus ſubjecto, Collegium Presbyterorum Societatis Jeſu propriis ſumptibus ipſius Caroli Archiducis fundatum, & extructum, auctoritate Apoſtolica perpetuo erexit, & inſtituit, ac inter alia eidem Collegio pro illius Magiſtrorum, Scholarium, & aliorum dictæ Societatis Religioſorum ſubſtentatione, penſionem anouam duorum millium, & ducentorum florenorum Remenſium ſuper Monaſterii, ſeu Domus de Milſtade nuncupati ejuſdem Diœc., quod ſeu quæ olim Ciſtercien., ſeu alterius Ordinis, poſtea vero Ordine ipſo, ac ſtatu, & eſſentia regularibus, necnoo Conventualitate, ac forſan nomine Monaſterii in eo ſuppreſſis, & extinctis, Militiæ, ſeu Ordinis Militaris Sancti Georgii etiam tunc forſan extinctæ, ſeu extincti, licet aliquot Sacerdotes in Militia, ſeu Ordine Militari hujuſmodi adhuc tunc remanerent, & qood, ſeu quæ de jurepatronatos ejuſdem Caroli, ac pro tempore exiſtentis Auſtriæ Archiducis, & ſeu prædictæ Carinthiæ Ducis ex fundatione, vel dotatiooe, aut ex privilegio Apoſtolico, cui

non

Digitized by Google

non eſt hactenus in aliquo derogatum, eſſe dignuſcitur, ac in quo, ſeu qua a quadraginta annis, & ultra ex quo Militia, ſeu Ordo Militaris hujuſmodi defecit, unus Administrator conſtitui, & per eumdem Adminiſtratorem illud, ſeu illa gubernari, ac per ipſum de ejuſdem Domus fructibus, redditibus, & proventibus hujuſmodi dicta auctoritate ſub certis modo, & forma tunc expreſſis conſtituit, & aſſignavit, volens, ut quandocumque, & quotieſcumque dictus Carolus Archidux, vel ejus ſucceſſores aliqua alia bona etiam Monaſterii, ſeu Domus hujuſmodi, quorum annui redditus deductis oneribus ad parem valorem aſcenderent, ipſi Collegio aſſignaviſſent, penſio præfata caſſata, & nulla cenſeretur eo ipſo aſſignatio vero vim applicationis eadem auctoritate factæ obtineret, prout in eiſdem Prædeceſſoris literis deſuper confectis plenius continetur.

Et modo idē Carolus hunc Pontifici pro erectione ſtu dii generalis in d. Collegio ad majorem ejus profectum inſtat.

§.2. Prædictus Carolus Archidux, avitam, & a majoribus ſuis acceptam Catholicam religionem ſarctam tectam, & inviolatam in locis ſibi ſubjectis ubi viget conſervare, ſicubi vero collapſa eſt, hac potiſſimum ratione reſtituere, ſuoſque ſubjectos quamplurimos ad literarum ſtudia, navandamque bonis artibus operam excitare cupiens, atque utraque in re prædictæ Societatis operam, & induſtriam, laboreſque ea de cauſa ſuſceptos valde utiles, & fructuoſos in dies magis expertus, & ampliores manipuli, & diverſarum nationum, aut linguarum agris, quarum Provincia dictus Carolus Archidux poſſidet opitulante Deo colligi poſſint, ſtudii generalis Univerſitatem in dicto Collegio potiſſimum auctoritate prædicta erigi, ejuſque curam, ac regimen prædictæ Societati committi, & mandari deſiderat, cumque ad hunc effectum, etiam hortum ipſi Collegio contiguum pleno jure ad prædictum Carolum Archiducem ſpectantem, & certam etiam tunc expreſſam quantitatem Salis, ex Salinis ibidem ad eumdem Carolum Archiducem pertinentibus per ejus Miniſtros eidem Collegio quotannis in certis terminis ſimiliter, tunc expreſſis porrigendam partem, etiam tunc deſignatam Mure Fluvii Oppidi Græcen. præfati, cum omnibus ſuis emolumentis, commodis, & juribus, ut piſcium copia eis non deeſſet, eidemque Collegio pie, ac liberaliter in perpetuum conceſſerit, & amplioribus etiam immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, privilegiis, & gratiis ipſum Collegium, & Studium generale ſic erigen. ornaverit, & cumulaverit, ac ad ſubſtinenda onera, impenſaſque pro ipſius Studii generalis conſervatione, & amplitudine Collegii præfati redditus annuos augendos eſſe neceſſario exiſtimet, ac quantum in eo eſt ſedulo providere intendat. Propterea Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus ſubditorum ſuorum ſaluti, & commodo conſulentes, in præfato Oppido, & Ædibus d. Collegii, Studii generalis Univerſitatem, in qua Societatis religioſi hujuſmodi Theologiam, Philoſophiam, ac ingenuas artes publice profiterentur, & juvenes quoſcumque docerent, auctoritate prædicta perpetuo erigere, & inſtituere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Et illud erigit ſub regimine d. Societatis Jeſu.

§.3. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod literæ reſervationis, vel aſſignationis cujuſvis penſionis annuæ, ſuper alicujus beneficii Eccleſiaſtici fructibus expediri non poſſent, niſi de conſenſu illius, qui d. penſionem perſolvere tunc haberet, præfatum Carolum Archiducem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, ſententiis, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, in Oppido prædicto, & Ædibus dicti Collegii ubi nunc Scholæ ſunt, ſeu forſan in ampliorem formam conſtruentur, Univerſitatem Studii generalis, in qua Religioſi Societatis hujuſmodi Theologiam, Philoſophiam, & ingenuas artes publice profiteantur, ac juvenes quoſcumque doceant, ad inſtar aliarum Univerſitatum Studiorum generalium, tam in tranſalpinis Provinciis, & Regnis, quam alias ubilibet erectorum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſine alicujus præjudicio perpetuo erigimus, & inſtituimus, ipſamque Univerſitatem, ac ſtudium generale ſic erectam, & inſtitutam, curæ, regimini, & adminiſtrationi Rectoris Collegii hujuſmodi pro tempore exiſtentis, qui totius Univerſitatis Rector exiſtat, prædicta auctoritate etiam perpetuo ſupponimus, & ſubmittimus.

Privilegiaque aliorum Studiorum generalium ei concedit.

§.4. Ac eidem Univerſitati illiuſque Rectori, Magiſtris, Scholaſticis, aliiſque præfatis univerſis, & ſingulis, ut omnibus, & quibuſcumque privilegiis, indultis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, gratiis, prærogativis, honoribus, & præeminentiis, hujuſmodi Univerſitatibus illarumque pro tempore exiſten. Rectoribus, Magiſtris, Doctoribus, Lectoribus, Præceptoribus, Scholaſticis, Procuratoribus, Bidellis, Nunciis, Officialibus, Miniſtris, & aliis perſonis in genere, vel in ſpecie, tam præfata, quam Imperiali, Regia, aut Ducali auctoritatibus, & aliis quomodolibet pro tempore conceſſis, non ſolum ad eorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia, uti, potiri, & gaudere. Inſuper Rectori ejuſdem Univerſitatis, & Collegii pro tempore exiſten., ut illos quos in ipſa erecta Univerſitate, vel etiam alibi in quavis alia per debitum tempus ſtuduiſſe, ac ſcientia, & moribus idoneos eſſe repererit in præfatis facultatibus artium, & Theologiæ ad Baccalaureatus etiam formati, Licentiaturæ, Laureæ, Doctoratuſque, & Magiſterii gradus, ſervata forma Viennen. Concilii, & alias juxta Univerſitatum aliorum Studiorum generalium conſuetudines, & erectæ

Uni-

Univerſitatis ſtatuta promovere, & ipſorum graduum ſolita inſignia eis exhibere, utque ad dictos gradus ſic per illum promoti poſtea publice & privatim, etiam in omnibus aliis Univerſitatibus Studiorum generalium facultates præfatas, interpretari, & alius docere, & de eis diſputare, graduſ, ſeu gradibus hujuſmodi convenientes actus exercere, ac in omnibus privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, & indultis quibus alii in prædictis, ſeu aliis Univerſitatibus, & alibi juxta illarum conſtitutiones, & mores ad gradus præfatos promoti jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, in omnibus, & per omnia, perinde acſi grados ipſe in Univerſitatibus hujuſmodi juxta illarum mores, & conſuetudines rite ſuſcepiſſent, uti, potiri, & gaudere.

Præpoſito generali d. Societatis dat facultatem ſtatuta pro illius felici regimine edendi.

§.5. Necnon moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Soeietatis Præpoſito generali, ut per ſe, vel dd. Collegii, & erectæ Univerſitatis Rectorem, aut alium, ſeu alios pro ſalubri, & felici directioue dictæ Univerſitatis erectæ, ae Rectoris, Magiſtrorum, Procuratorum, Bidellorum, Nunciorum, & aliorum Miniſtrorum, & Officialium muneribus, & functionibus modoque, & forma docendi, & alias ſua officia esercendi, ac Scholaſticorum manutentione, quæcumque ſtatuta, & ordinationes licita, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non contraria edere, & promulgare, eaque pro temporum rerum, & perſonarum qualitate mutare, corrigere, & reformare, ſeu illa caſſare, & abrogare, ac alia de novo edere, & ſub illorum obſervatione pœnas ejus arbitrio imponere.

Lectoreſque & Officiales omnes eligendi.

§.6. Dictæque erectæ Univerſitatis Doctores, Magiſtros, Lectores, Scholaſticos, Procuratores, Bidellos, alioſque Miniſtros, & Officiales eligere, & amovere, ſeu electiones factas confirmare licite valeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium hujuſmodi etiam perpetuo concedimus, & indulgemus.

Bona per Carolum Collegio donata, hic Pontifex perpetuo eidem applicat.

§.7. Demum bona, & jura a prædicto Carolo Archiduee, ut præfertur, Collegio, & illius Univerſitati per præſentes erectæ prædictis conceſſa, & donata, auctoritate, & tenore præfatis ſimiliter perpetuo applicatis, applicamus, & appropriamus.

Annuumque redditum aſſignat.

§.8. Præterea in augumentum dotis Collegii, & erectæ Univerſitatis hujuſmodi, utque d. Societatis Presbyteri, ac alii inibi pro tempore degentes commodius ſubſtentari valeant, eis de alicujus ſubventionis auxilio providentes, ultra prædictam tum ut præfertur aſſignatam aliam penſionem annuam aliorum duorum millium florenorum etiam Remenſium, itaut utraque penſio hujuſmodi in univerſum, & inſimul ad ſummam quatuor millium, & ducentorum florenorum ſimilium aſcendant, ſuper Monaſterii, ſeu Domus hujuſmodi fructibus, redditibus, & proventibus, etſi ſuper illis aliæ penſiones annuæ aliis perſonis aſſignatæ exiſtant, ac omnes penſiones hujuſmodi inſimul eorumdem fructuum reddituum, & proventuum medietatem excedant, ac omnes illos abſorbeat, pro tempore exiſtenti Rectori, vel alteri Superiori Collegii, & erectæ Univerſitatis hujuſmodi vel ejus Procuratori ad boc ab eo ſpeciale mandatum habenti per pro tempore exiſten. Monaſterii, ſeu Domus hujuſmodi Adminiſtratorem, & ejus ſucceſſores Monaſterium, ſeu Domum hujuſmodi pro tempore quomodolibet obtinentes, aut eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum fictuarios, ſeu alios Monaſterii, ſeu Domus hujuſmodi Officiales annis ſingulis in quatuor terminis ſingulo videlicet trimeſtri pro quarta parte penſionis quatuor millium, & ducentorum florenorum hujuſmodi prima ſolutione in principio menſis Januarii proxime præteriti incipien., & ſic deinceps pro quarta parte penſionis quatuor millium, & ducentorum florenorum hujuſmodi de trimeſtri in trimeſtri in fine cujuslibet trimeſtris non obſtante quacumque motatione ipſorum fructuum, reddituum, & proventuum, aut bonorum quorumcumque ad Monaſterium, ſeu Domum hujuſmodi pertinen. quibuſcumque temporibus, vel cauſis contingente, quam propter ea quocumque modo, aut titulo fieri contigerit, & quatenus eorumdem Collegii, & erectæ Univerſitatis ſundationi, ac ejuſdem Caroli Archiducis ordinationi, ac penſionis hujuſmodi reſervationibus, Conſtitutionibus, & aſſignationibus, præjodicet, ſubreptitiam, irritam, & inanem, nulliuſque prorſus roboris, vel momenti eſſe deeernimus, integre perſolvendam auctoritate Apoſt. tenore præſentium hujuſmodi pariter perpetuo reſervamus, conſtituimus, & aſſignamus, deeernenteſque priorem penſionem a d. Prædeceſſore, ut præfertur reſervatam etiam, non obſtante ejuſdem Prædeceſſoris decreto præfato per ipſum appoſito, propter præmiſſa minime ceſſare, neque priorem penſionem hujuſmodi caſſatam, vel extinctam eſſe, aut fore, ſed alias juxta prioris reſervationis formam, & tenorem in dictis terminis perſolvi debere, & in ſuo robore permanere, perinde acſi decretum Prædeceſſoris hujuſmodi appoſitum ab initio non fuiſſet.

Clauſulas hujus Conſtitutionis præſervativas apponit.

§.9. Ac præſentes literas nullo tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, ſeu impugnari poſſe, ſicque in præmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, necnon Adminiſtratorem præfatum, & Monaſterii, ſeo Domus hujuſmodi pro tempore exiſtentem ad integram ſolutionem penſionis qua-

quatuor millium, & ducentorum florenorum prædictis Rectoris, vel Superiori Collegii, & erectæ Univerſitatis hujuſmodi facien. juxta poſterioris reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis prædictarum tenorem fore efficaciter obligatos, ac volentes, & eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuentes, quod illa ex Adminiſtratore, & ſucceſſoribus præfatis, qui in dictis terminis, vel ſaltem intra triginta dies illorum ſingulos immediate ſequen. penſionem quatuor millium, & ducentorum florenorum hujuſmodi per eum tunc debitam non perſolverit, lapſis diebus eiſdem ſententiam excommunicationis incurrat, a qua donec Rectori, vel Superiori Collegii, & erectæ Univerſitatis hujuſmodi, vel eorum Procuratori præfatis de penſione quatuor millium, & ducentorum florenorum hujuſmodi per eum tunc debita integre ſatisfactum, aut alias cum dictis Rectore, ſeu Superiore vel eorum Procuratore præfato ſuper hoc amicabiliter concordatum fuerit, præterquam in articulo mortis conſtitutus, abſolutionis beneficium nequeat obtinere. Si vero per ſex menſes dictos triginta dies immediate ſequen. ſententiam ipſam animo quod abſit ſuſtinuerit indurato, ex tunc effluxis menſibus prædictis ipſis regimine, & adminiſtratione Monaſterii, ſeu Domus hujuſmodi perpetuo privatus exiſtat, illudque, ſeu illa vacare cenſeatur eo ipſo.

Exequutores quoque deputat.

§. 10. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris Salzburgenſi, & Amerinenſi Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi vel quo, aut unus eorum per ſe vel alium, ſeu alios, faciant penſionem quatuor millium, & ducentorum florenorum hujuſmodi Rectori, vel Superiori, vel eorum Procuratori præfatis juxta poſterioris reſervationis, conſtitutionis, & aſſignationis, & decreti tenorem integre perſolvi, & nihilominus quemlibet ex adminiſtratore Monaſterii, ſeu Domus, & ſucceſſoribus ſuis præfatis, quem hujuſmodi excommunicationis ſententiam incurriſſe eis conſtiterit, quoties ſuper hoc pro parte Rectoris, vel Superioris prædictorum fuerint requiſiti, caſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, tamdiu Dominicis, & aliis feſtivis diebus in Eccleſiis, dum major inibi populi multitudo ad divina convenerit, excommunicatum publice nuncient, ac faciant, ab aliis nunciari, ac ab omnibus arctius obſervari, & evitari, donec Rectori, vel Superiori, aut Procuratori præfatis de penſione quatuor millium, & ducentorum florenorum hujuſmodi tunc debita fuerit integre ſatisfactum, ipſeque excommunicatus ab hujuſmodi excommunicationis ſententia abſolutionis beneficium meruerit obtinere. Contradictores per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Contrariis quibuſcumque derogat.

§. 11. Non obſtantibus voluntate priori, & ordinationibus noſtris præfatis, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſterii, ſeu Domus, & illius Ordinis, ac Univerſitate præfatorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Adminiſtratori, & Succeſſoribus ſuis præfatis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod ad præſtationem, vel ſulutionem penſionis alicujus minime teneantur, & ad id compelli, aut quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Sanctionem pœnalem ſubjicit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, erectionis, inſtitutionis, ſuppoſitionis, ſubmiſſionis, indulti, applicationis, appropriationis, reſervationis, Conſtitutionis, aſſignationis, decreti, voluntatis, ſtatuti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An. I. 1. Januarii.

Datum Romæ, apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1585. Kalend. Januarii, Pontificatus noſtri Anno I.

BE-

BENEVOLO LECTORI

S.

ABUSI quidem patientia tua, Lector Amica, diuturna quatuor annuorum expectatione videmur. Etenim, quum anno milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſeptimo Tomi Quarti Partem Quartam hujus noſtræ collectionis ediderimos, nunc tantùm alterum Volumeu publici Juris facimus. Hanc tamen diuturnitatem noſtræ negligentiæ ne immatoro nimis judicio tribuas precor. Vulgatis enim eadem Tomi Quarti Parte Quarta Conſtitutionibus, quas Sixtus Quintus primis tribus Pontificiæ ſuæ adminiſtrationis annis edidit, proſequendo operi manum continuò appoſueramus, & jam ceteras ab eo latas Conſtitutiones prælo ſubjiceramus; Cum fortuito caſu nonnullæ aliæ ejuſdem Pontificis Bullæ ad manus noſtras devenere, quas omiſſas fuiſſe doluimus. Opus promovebat, vehementerque urgebat Vir Clariſſimus Joannes Franciscus Bancherios, qui ſumma induſtria, & vigilantia Pontificio Ærario præeſt: ægrè ferens tamdiù Literariam Rempublicam, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſtudioſos, Pontificiæque Auctoritatis propugnatores hujus generis monumentis defraudari, Sed cum Conſtitutiunum, quæ noſtram cognitionem effugerant, numerus in dies augeretur; Satis diligenter perluſtrata non fuiſſe Regeſta ſuſpicati ſumus, & fortaſſe alias adhuc in Romanæ Eccleſiæ Archiviis deliteſcere Pontificias Bullas, quas noſtræ collectioni addere, neceſſarium foret. Confugimus itaque ad laudatiſſimum Virum precantes, Regeſta omnia ubique locorum diligentiùs perquiri juberet. At ille pro ſingulari, quo fervet, bonarum artium, Hiſtoriæ cùm ſacræ, tùm prophanæ, ſcientia umque ſtudio, omuia, quotquot ſunt, Archiva adiri, Regeſtaque diligentiſſimè pervolvi, excriptaque magnâ impensâ Bullarum omnium Sixti, Succeſſorumque Pontificum exempla ad uos deſerri mandavit. Hinc factum eſt, ut Quinquaginta Bullæ Sixti Quinti, quæ Nobis anteà ignotæ fuerant, excriberentur, & ſequenti Appendice comprehenderentur.

Hoc autem Vir Cl. eductus exemplo Regeſta quoque perquiri juſſit illorum Pontificum, quorum Bullas vulgata jam Volumina complectuntur, & ſi quæ Amanuenſium oculos fugerunt, deſcribi: itaut certa fide ſpondere non dubitemus, nihil imposterum prætermiſſum iri, quod publica notitia dignum videatur.

Quo verò opus hoc omnibus abſolutum numeris in lucem proferatur nonnullos præclariſſimos Viros Pontificiâ auctoritate deſignari impetravit Bancherios, qui huic editioni præeſſent. Ii ſunt, eoſque honoris causâ nomino, Ludovicus de Valentibus Protonotarius Apoſtolicus, qui acceptam a majoribus ſuis, ac potiſſimùm ab immortali Viro Ferdinando Patruo gloriam ſua doctrina, ac virtute ſingulari cumulavit. Omittimus hoc loco recenſere, quam egregiè præclara munia ipſi a Summis Pontificibus demandata ſuſtineat, & quantâ cum laude Promotoris Fidei, ac R. C. A., & Fiſci Advocati officio perfungatur; Nicolaos Antonellos Latinarum, Græcarumque Literarum peritiſſimus, quem Literati omnes ob inſignia monumenta in lucem edita magnopere commendant, & poſteritas admirabitur: Marius Marefuscus, quem hiſce diebus Sacræ Congregationi Rituum à Secretis conſtitutum pro illius doctrina, Rerumque Liturgicarum peritia, boni omnes unanimi conſenſu gratulantur, Tantis prætidibus, Lector Benevole, optimo jure ſperandum eſt, fore ut Opus hoc non ſolùm abſolutiſſimum, ſed etiam brevi tempore perficiatur. Nunc ſeriem temporum proſequentes eas, quæ à Clemente VIII. ad Clementem IX. interjacent Conſtitutiones, ſervato Volominum ordine, vulgabimus. Habes noſtro prælo jam vulgatas Bullas Pontificum, qui Clementi IX. ſucceſſere; habes etiam, quas ediderunt Pontifices, qui Petri Sedem tenuerunt ab ævo Sancti Leonis Magni, uſque ad ſecundum Clementis VIII. annum. Nunc vulgandæ ſuperſunt, quas tulere Clemens ipſe VIII. à tertio ſui Pontificatus anno ad diem obitus, Leo XI., Paulus V., Gregorius XV., Urbanus VIII., Innocentius X., Alexander VII., & Clemens IX., ut hæc collectio, quam à Sancto Leone ſumus exorditi, noſtris temporibus concludatur. Quum primum verò hæc à Nobis confecta fuerint, uno alterove Volumine Bullas omnes, quæ in vulgatis deſiderantur, publicaque notitia digna videbuntur, complectemur, Puto enim, Te, Lector Amice, oblitum minimè fuiſſe illorum, quæ in primo collectionis noſtræ Volumine præfati ſumus. Fruere itaque noſtro labore, moramque patere, quam tuo commodo interponere neceſſe fuit. Vale,

AP-

APPENDIX

AD CONSTITUTIONES SIXTI PP. QUINTI.

I.

Ex Regeſt. in Secr. Cam. Ap.

Erectio Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ in loco de Almerin a Regia Cappella diſtinctæ cum aſſignatione dotis pro Rectore, duobus Cappellanis, ac Theſaurario.

SIXTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Ulixbonen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

CONgruit, & convenit honeſtati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu Literæ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum.

Joannes Primus Rex Cappellam de Almerin erexerat.

§. 1. Dudum ſiquidem fe. me. Gregorio PP. XIII. Prædeceſſori Noſtro pro parte chariſſimi in Chriſto Filii Noſtri, tunc ſui, Philippi Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Illuſtris expoſito: Quod, poſtquam antea claræ memoriæ Joannes Primus ejus nominis dictorum Regnorum Rex quædam Palatia in loco de Almerin Ulisbonen. Diœc. ædificari, & in illis unam Cappellam erigi, & inſtitui fecerat; eidemque Cappellæ decimas quarumdam terrarum, & poſſeſſionum tunc incultarum, certoſque alios fructus, & decimas, quæ in ſui tunc, & pro tempore exiſtentium Regum Portugalliæ Cappellani majoris, ac duorum Cappellanorum, qui in dicta Cappella Divina officia celebrarent, ſuſtentationem cedebant, Apoſtolica auctoritate perpetuo uniri, ſeu applicari, & appropriari obtinuerat; & ab inde uſque ad tempus ſimilis me: Joannis III. eorumdem Regnorum Regis prædictus Cappellanus major fructus, & decimas hujuſmodi pro ſe, & dictorum Cappellanorum ſuſtentatione ad ejus libitum & arbitrium recipere, & exigere conſueverat; ac Venerabilis frater noſter tunc ſuus Joannes Archiepiſcopus Braccaren., tunc in minoribus conſtitutus, de dicti Joannis III. Regis, & ejus tunc Cappellani majoris conſenſu fructus, & decimas hujuſmodi dicta auctoritate ſibi, quoad viveret dumtaxat, concedi, & reſervari obtinuerat, illoſque longo tempore percæperat; Et in loco prædicto plures aliæ ædes fabricatæ fuiſſent, & plures habitatores ibi conveniſſent, nec poſſent in Regia Cappella ob illius anguſtiam, aut alias, Miſſas, & alia Divina Officia commode audire; dictuſque Joannes III. Rex volens ſaluti aliorum incolarum dicti loci conſulere, unam Eccleſiam a Cappella prædicta ſeparatam, & diſtinctam, in qua incolæ prædicti ad Miſſæ Sacrificium, & alia Divina Officia audiendum convenirent, de licentia Ordinarii fundari, & conſtitui fecerat, & curaverat; Nec non ſimilis me: Henricus dictorum Regnorum Rex attendens, quod præsbyteri, qui in dicta Eccleſia noviter conſtructa curam animarum Incolarum hujuſmodi exercebant, nullum aliud ſtipendium, aut redditum habebant, quam oblationes, quas Incolæ prædicti pro vivis atque defunctis ſponte offerebant: quodque popolus in dicto loco in dies magis creſcebat, & tam Incolarum, quam Curialium, & aliorum Curiam pro tempore Regum Portugalliæ ſequentium, & in eumdem locum affluentium animarum cura, ob paupertatem dictæ Eccleſiæ, unitos, annexos, & incorporatos, ac eidem Joanni Archiepiſcopo tunc in minoribus conſtituto conceſſos, & reſervatos, ut præfertur, ad valorem annuum quadringentorum ducatorum auri de Camera tunc aſcendentes, cum primum conceſſionem, & reſervationem dicto Joanni Archiepiſcopo factas prædictas per illius obitum, ſeu alias quovis modo ceſſare contingeret, ab ipſa Cappella perpetuo ſeparari, & diſmembrari, ac dictam Eccleſiam in Parochialem Eccleſiam ejuſdem loci, & illius diſtrictus, ac illorum Incolarum, & habitatorum ſub Invocatione Sancti Joannis Baptiſtæ cum Fonte Baptiſmali, & aliis Parochialibus inſignibus pro Præsbytero ſæculari futuro ipſius Eccleſiæ Rectore, qui curam animarum Parochianorum ejuſdem exercere, & ipſis Parochianis Sacramenta Eccleſiæ miniſtrare, aliaſque ipſi Eccleſiæ in divinis inſervire; nec non in eadem Eccleſia duo perpetua ſimplicia ſervitia ſacerdotalia, & perſonalem reſidentiam requirentia Beneficia Eccleſiaſtica pro duobus inibi futuris beneficiatis perpetuis, qui dictum Rectorem in exercitio curæ animarum, & Sacramentorum prædictorum adminiſtratione, ac divinorum officiorum celebratione coadjuvare; quique ac etiam Rector miſſas, & alia divina officia ab ipſo Henrico Rege, ſeu loci Ordinario ordinanda celebrare tenerentur; & inſuper unum ſimplex Officium Eccleſiaſticum, Theſauraria nuncupandum, pro uno Præsbytero aut Eccleſiaſtico ſæculari Theſaurario nuncupando, qui paramentorum, & ornamentorum, ac rerum cultui divino neceſſariorum curam haberet; nec non in dicta Cappella unam perpetuam Cappellaniam ſine cura pro uno perpetuo Cappellano, qui inibi perſonaliter reſidere, & juxta ordinationem Regis Portugalliæ pro tempore exiſtentis miſſas diebus per dictum Ordinarium ſtatuendis celebrare, & curam ipſam Cappellam ab immunditiis purgandi, ſeu purgari faciendi, habere deberet, & teneretur, ſimiliter perpetuo erigi, & inſtitui, ipſiſque Eccle-

Eique accedente beneplacito Apoſtolico nonnullas decimas univerat.

Joannes III. pro incolarum commodo aliã Cappellam a Regia diſtinctam erexit.

Henricus Rex erectam a Jo: III. Cappellam Parochiam conſtitui cen vit, Præbendaſq. nonnullas, inſtitui pro Rectore, duobus Cappellanis, Theſaurario, &c.

Eccleſiaſticis Beneficiis Theſaurariæ, ac Cappellaniæ ſic erectis, & inſtitutis pro eorum dote, ac fabricæ reparatione, & manutentione paramentorum, & ornamentorum Eccleſiaſticorum, aliorumque divino cultui neceſſariorum emptione omnes & ſingulos fructus, & decimas prædictas arbitrio Henrici Regis, ac ſeu Ordinarii prædictnrum diſtribuenda, & cuique Eccleſiæ, Beneficiorum, & Theſaurariæ, ac Cappellaniæ prædictorum aſſignanda; Nec non quæcumque alia bona mobilia, & immobilia ipſis Eccleſiæ, beneficiis, & Theſaurariæ per dictum Henricum Regem, & Succeſſores ſuos, ac etiam quoſcumque alios pro tempore quomodolibet relicta itidem perpetuo applicari, & appropriari; ac etiam limites ipſius Parochiæ a prædicto Ordinario poſſe deſignari; nec non Juſpatronatus, & præſentandi perſonas idoneas ad Eccleſiam, Beneficia, Theſaurariam, & Cappellaniam hujuſmodi loci Ordinario aut Romano Pontifici illorom pro tempore occurrente vacatione, & apud Sedem Apoſtolicam, & per Ordinarium, aut Romanum. Pontificem prædictum ad præſentationem hujuſmodi inſtituendas, prædicto Henrico, & pro tempore exiſtenti Portugalliæ, & Algarbiorum Regi pariter perpetuo reſervari, & concedi; aliaque ab eorum Prædeceſſore obtinuerat, prout in Literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continebatur.

Rectoris, Cappellanorũ ac Theſaurarii præſentationem ſibi, ſuiſque Succeſſoribus reſervavit.

Quæ tamen cum temporibus Philippi II. Regis exequutioni demandata non fuerint, idem Rex alio modo provideri petiit a Gregorio XIII.

§.2. Et in eadem expoſitione ſubjuncto, qood licet Literæ prædicto Ordinario præſentatæ fuiſſent, ac conceſſio, & reſervatio fructuum, & decimarum eidem Joanni Archiepiſcopo factæ per proviſionem de ejus perſona tunc Eccleſiæ Braccharen. certo modo paſtoris ſolatio deſtitutæ factam, & muneris conſecrationis ſuſceptionem, ceſſaviſſent; nihilominus ad diſtributionem fructuum, & decimarum, illorumque aſſigoationem Parochiali Eccleſiæ, Beneficiis, Theſaurariæ, & Cappellaniæ prædictis eatenus deventum non fuerat; Nec Rector, aut Beneficiati, vel Theſantarius, vel Cappellanus in Eccleſia, & Cappella hujuſmodi inſtituti fuerant, & propter ſtatus Regnorum Portugalliæ mutationem ceſſabant cauſæ, propter quas præmiſſa diſpoſita, & ordinata fuerant; & propterea idem Philippus Rex deſiderabat eadem præmiſſa pro tunc temporis exigentia in parte moderari.

Quare Gregorius Papa Archiepiſcopo Ulixbonen. mandavit, ut certam dotem modo tunc deſignato unicuique conſtitueret.

§.3. Quare pro parte dicti Philippi Regis eidem Gregorio Prædeceſſori humiliter ſupplicato, quatenus in eiſdem præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaretur, prædictus prædeceſſor, qui ad reddituum beneficiorum Eccleſiaſticorum decentem moderationem juxta eorumdem ſtatus exigentiam, & prout vota Catholicorum Regum expoſcebant, libenter intendebat, dictum Philippum Regem a quibuſvis excommunicationis, &c. nec non dictarum Literarum tenorem pro expreſſis habeos, hojuſmodi ſopplicationibus inclinatus ſub Datum V. Idus Martii Pontificatus ſui Anno XIII. voluit, & conceſſit Fraternitati tuæ committi, & mandari, ut Parochiali Eccleſiæ pro illius Rectoris pro tempore exiſtentis ſuſtentatione quinqnaginta cruciatos monetæ Portugalliæ io pecunia numerata, ac duos tritici, & alios duos hordei modios, nec non ſex cantara olei annuatim valorem annuum centum ducatorum auri conſtituentia, ac duas ex quatuor partibus oblationum pedis Altaris, vel alias nuncupatarum, eidem Parochiali Eccleſiæ, illiuſque Miniſtris a Chriſtifidelibus pie erogandarum, uni autem ex dictis duobus beneficiis, ut præfertur erectis, pro illius perpetui beneficiati, qui omnia & ſingula in dictis Literis contenta adimplere deberet, & teneretur, ſuſtentatione triginta cruciatos etiam in pecunia numerata, ac duos tritici, & unum hordei modios, nec non alteram ex duabus remanentibus oblationum partibus annuatim valorem annuum ſexaginta ducatorum au. de ca. excedentes; Theſaurario vero alios triginta cruciatos ſimiles in pecunia numerata, & unum tritici modium, & reliquam tertiam partem oblationum prædictarum valorem annuum quinquaginta duc. ſimilium excedentes, ac pro fabrica, & reparatione Eccleſiæ, & paramentorum, aliorumque neceſſariorum triginta cruciatos ſimiles; Cappellaniæ aut Præsbyteris, pro illius perpetuo Cappellano, qui miſſam quotidie, excepto uno die in qualibet hebdomada, celebrare, aliaque in dictis Literis expreſſa adimplere, ac viſitationi, correctioni, & obedientiæ Cappellani majoris Regum Portugalliæ ſobjacere deberet, pro illius manutentione quinquaginta Cruciatos ſimiles itidem in pecunia numerata, ac duos tritici modios etiam annuatim ſeptuaginta duc. ſimilium valorem annuum excedentes; Reſiduum vero fructuum, & decimarum prædictorum ducentos ducatos ſimiles annuatim non excedens Cappellæ Regum Portugalliæ nuncupatæ in Civitate Ulixbonen. inſtitutæ in diſtributiones quotidianas Presbyteris, & Eccleſiaſticis actu illi inſervientibus manualiter erogandas, vel altari prædicto loco per dictum Philippum Regem deſignando convertendum, altero ex dictis duobus beneficiis ſuppreſſo, & extincto, ac reliquis omnibus in dictis Literis contentis ſalvis remanentibus, perpetuo applicare, & appropriare auctoritate Apoſtolica curares; Non obſtantibus Literis prædictis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Cum tamen Apoſtolicæ literæ ſuper hoc non fuerint expeditæ.

§.4. Ne autem de abſolutione, voluntate, & conceſſione prædictis pro eo, quod ſuper illis ipſius Prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitn, Literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſeque Philippus Rex illarum fruſtretur effectu; volentes, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate decernentes, quod abſolutio, conceſſio, & voluntas Prædeceſſoris hujuſmodi perinde a dicta die Idus Martii ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Prædeceſ-

Digitized by Google

deceſſoris Literæ ſub ejuſdem diei Datum &c. confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur; quodque præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, voluntatem, & conceſſiooem Prædeceſſoris hujuſmodi obique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculom reqoiratur: eidem fraternitati tuæ &c. mandamus, quatenus fructus, & decimas prædictas juxta voluntatem, & conceſſionem Prædeceſſoris hujuſmodi auctoritate noſtra applicare, & appropriare procures.

Sixtus PP. eidem Ulixbonen. Archiepiſcopo committit, ut omnia juxta Gregorii mētem exequatur.

§.5. Non obſtantibus omnibus ſupradictis.

Datum Romæ apud S. Petrum &c. Kal. Maii Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Dat. die 1. Maii 1585. An. I.

I I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Conceſſum a Paolo PP. III. Anconitanæ Communitati jus eligendi, amovendique Notarios pro Cauſis Civilibus confirmat.

Innovationem Apoſtolicarum Conſtitutionum ſuper regimine ejuſdem Anconitanæ Civitatis, & Confirmatione Privilegiorum ejuſdem Civitatis hac die 8. Octobris anni 1585. edidimus ſuo loco Tom. IV. Par. IV. pag. 150. num. xvi.

Dilectis Filiis Antianis, ac Communitati, & Hominibus Aoconitanis.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium ab Anconitanorum erga Apoſtolicam Sedem meritis petitum.

LAndabilis conſtantia, qua hanc Apoſtolicam Sedem ſemper obſervaſtis, promeretur, ut. quæ Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri in veſtri commodum conceſſerunt, approbemus, ac perpetuæ firmitatis robur adjiciamus.

Guido Aſcanius Cardinalis Sforza de mandato Pauli III. Communitati Anconitanæ jus reſtituit Notarios pro cauſis civilibus eligendi.

§.1. Sane per Dilectos Filios Comitem Joannem Baptiſtam de Ferrettis J. V. Doctorem, ac Franciſcum Todinum Oratores veſtros ad nos, dictamque Sedem deſtinatos nuper nobis exponi feciſtis, quod alias bo: me: Guido Aſcanius S. Mariæ in Via-Lata, tunc Sanctorum Viti, & Modeſti Diaconus Cardinalis de S. Flora nuncupatus S. R. E. Camerarius, de mandato fe. re. Pauli Papæ III., ſui Camerariatus officio, nec non ex Decreto in Camera Apoſtolica facto, Vos, veſtramque Communitatem in eum ſtatum, io quo ante annum 1532. quomodolibet eratis, & erat, reſtitoit, repoſuit, & plenarie reintegravit, & inter alia, quod ex Notariis dictæ Civitatis per Vos, dictamque Communitatem ad libitum ponendis, & amovendis, qui coram Gubernatore, Locumtenente, & Auditoribus ſuis, nec non Judice appellationum civilium, in cauſis civilibus tantum, quæcumqne acta, ſcripturas, & alia neceſſaria conſcriberent, cum ſolitis ſalariis, & emolumentis eligerentur, & deputarentur, plenam facultatem conceſſit.

Hujuſmodi reſtitutionem approbarunt Succeſſores Pontifices.

§.2. Ac poſtmodum fe. re. Julius Papa III., ac Paulus IV., nec oon Pius etiam IV., ac Pius V., & oltimo loco Gregorius XIII. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, reſtitutionem, repoſitionem, reintegrationem, & ordinationem hujuſmodi approbarunt, & confirmarunt, ac perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicierunt, illaſque innovarunt, prout io dicti Guidoois Aſcanii Cardinalis, ac Prædeceſſorum prædictorum Literis plenius continetur.

Eam confirmari a Sixto Anconitanorum Oratores efflagitant.

§.3. Petentes reſtitutionem, reintegrationem, & conceſſionem hujuſmodi facultatis ponendi, & amovendi Notarios Civiles pro illius ſubſiſtentia firmiori per Nos, dictamque Sedem approbari, & confirmari.

Confirmat, innovatque Sixtus.

§.4. Nos itaque Prædeceſſorum prædictorum Literas hic pro ſufficieoter expreſſis, & inſertis habentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, illaſque innovamus, nec non firmiori pro cautela facultatem deputandi Nntarios civiles hujuſmodi, qui coram Cubernatore, & Locumtenente, nec non Auditoribus ſuis, ac Judice appellationum civilium in cauſis civilibus tantum qoæcumque acta civilia. ſcripturas, & alia neceſſaria, ſicut præfertur, recipiant. & deſcribant, ac in notas, & regeſtra redigant, eum ſolitis ſalariis, & emolumeotis, nec non illos ad libitum ponendi, & amoveodi, qoatenus in poſſeſſione hujuſmodi deputandi exiſtatis, de novo concedimus, & indulgemus: omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Sicque in perpetuum obſervari jubet.

§.5. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Exequutores hujus Conſtitutionis deſignat Epiſcopos Anconitanum, & Aſculanum.

§.6. Mandantes Venerabilibus Fratribus Anconitano, & Aſculano Epiſcopis, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſeotes Literas, & in eis contenta quæcumque, nbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte veſtra fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, Vobiſque, & Deputatis veſtris in præmiſſis omnibus, & ſingulis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Vos eiſdem præſentibus Literis, omnibuſque, & ſingolis in eis contentis pacifice frui, & gaudere; ooo permittentes Vos, aut Deputatos veſtros, ſeu veſtrum aliquem contra præſentium teoorem, quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inqoietari. Contradictores quoslibet, & inobedientes, ac rebelles, etiamſi

Digitized by Google

etiamſi Epiſcopali, vel majori perfulgeant dignitate, per quaſcumque cenſuras, & pænas Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, arbitrio ſuo, imponen., moderan., & applican. opportune poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pænas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantibus derogat.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Auditoribus, Commiſſariis, ac aliis quibuſvis perſonis, ac locis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis Clauſulis, & Decretis, etiam Motu proprio, quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 8. Octob. 1585. An.I.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Octobr. 1585., Pontificatus noſtri Anno primo.

III.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Committitur Archiepiſcopis, & Epiſcopis Regnorum Portugalliæ, & Algarbiorum, ut Monaſteria Monialium ſuarum Diœceſium viſitent, appoſitaque Cratibus ferrea lamina, nonnulla ſtatuant ſuper Locutoriis, Colloquiiſque earumdem Monialium.

Venerabilibus Fratribus univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, illorumque Dominiis conſtitutis.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Venerabiles Fratres ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Gregorius XIII. mandavit Epiſcopis Portugalliæ, ut per Superiores Regulares Monialium Monaſteria viſitari, reformari, clauſuræ conſuli &c. curarent.

§.1. Cum ſicut accepimus, licet fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter accepto per eum, quod decens clauſura, & pia regularia Inſtituta in pleriſque Monaſteriis Sanctimonialium iſtorum Regnorum, & Dominiorum ex frequentibus colloquiis Sæcularium, & Eccleſiaſticarum, etiam Regularium Perſonarum cum ipſis ſanctimonialibus in dies relaxabantur, religioſaque animorum Sanctimonialium earumdem tranquillitas perturbationem patiebatur, ac dum colloquiis hujuſmodi aſſiſtebant, tempus ad debita, neceſſariaque ſervitia intra earum clauſuram exſolvenda, inaniter, & infructuoſe terebatur, & exinde bonæ ipſarum ſanctimonialium famæ, & opinioni præjudicium oriebatur, vobis dederit in mandatis, ut in veſtra quiſque Civitate, & Diœceſi, vocatis, & adhibitis Superioribus ſingulorum Monaſteriorum eorumdem, clauſuras diligenter inſpicere, & quæ circa eas corrigenda, & reformanda forent, corrigere, & reformare, aliaque tunc expreſſa facere, & exequi curaretis, prout in ipſius Prædeceſſoris literis in forma Brevis plenius dicitur contineri.

Variæ tamen obortæ ſunt difficultates, nec ſine gravi eorumdem Monaſteriorũ incommodo.

§. 2. Et qui veſtrum ad Mandati hujuſmodi executionem procedere voluerunt, varias difficultates in executione ipſa repererint, & compertum fuerit, per dictas literas incommodis ante dictis non plene fuiſſe conſultum, nec abſque aliis forſan gravioribus, & Monaſteriorum prædictorum detrimento obſervari poſſe.

Sixtus committit Epiſcopis, ut in ſua quiſque Diœceſi præcipiant in Locutoriis Cratibus præponi ferream laminam foraminibus eſſperſam.

§. 3. Nos commodiori alia ratione honeſtati, & debitæ clauſuræ Monaſteriorum eorumdem, ac quieti, & opinioni Sanctimonialium in illis Altiſſimo famulantium proſpectum iri cupientes, literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ac quidquid illarum vigore, quod præſentibus adverſetur, factum, geſtum, & ordinatum fuit, moderantes, & revocantes, fraternitati veſtræ, præſentium auctoritate, committimus, & mandamus, quatenus in veſtra quiſque Civitate, & Diœceſi, adhibitis Superioribus ſingulorum Monaſteriorum prædictorum, cujuſvis Ordinis illa fuerint, etiam Militiarum, exempta, & Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecta, univerſis, & ſingulis eorum Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis, ac ipſis Superioribus, ſub ſuſpenſionis a voce activa, & paſſiva, & privationis officiorum eo ipſo incurrenda, ſi contra fecerint, aliiſve pœnis veſtro arbitrio incurrendis præcipere, & mandare, ut in ſingulis Locutoriis Monaſteriorum ſuorum ante ferreas crates a parte interiori lamen item ferreum exiguis foraminibus, quæ anſeris calamum dumtaxat capiant, conſperſum configi faciant, & confixum perpetuo retineant, ita tamen, ut liceat ipſis in lamine hujuſmodi exiguam habere feneſtram, portula etiam ferrea, clauſam, cujus clavem Abbatiſſa, ſeu Prior habeat, & feneſtram hujuſmodi aperire, quando Superior Monaſterii illud, illiuſque Moniales viſitaverit, aut ſolitas electiones celebraverit, ſive examen Novitiarum ante profeſſionem per vos fuerit faciendum, vel quando propinqui ipſarum Monialium uſque ad ſecundum gradum incluſive admittendi erunt ad colloquium cum ipſis Monialibus.

In lamina vero ſit ferrea portula cum clave ab Abbatiſſa cuſtodienda.

Prohibeant quoque omnibus ne Moniales alloquantur extra Locutoria

Prohibere etiam ſub pœnis arbitrio veſtro univerſis, & ſingulis utriuſque ſexus perſonis cujuſvis dignitatis, gradus, conditionis, præeminentiæ, vel ſtatus etiam Eccle-

Eccleſiaſtici ; Sæcularis , & Regularis , etiam Superioribus ipſorum Monaſteriorum , ne ad oſtia , aut in alio quovis loco cujuſvis Monaſterii præterquam ad Locutoria deputata cum Monialibus colloqui audeant , ipſiſque Monialibus , & earum Abbatiſſis , ſeu Prioriſſis , ne perſonas hujuſmodi in alio loco ad colloquium admittant, exceptis his , qui actu Monaſteriis inſervient , & Confeſſoribus , qui in locis ad audiendum confeſſiones Monialium dumtaxat deputatis admitti poterunt , & ſalvis facultate Superioribus , & aliis a Tridentina Synodo attributa , quoad ingreſſum intra ſepta in ædibus neceſſariis , ac indultis Apoſtolicis ſingularibus perſonis conceſſis .

Et in ipſo Locutorio uas non alloquatur , niſi obtenta a Superioribus facultate in ſcriptis .

Interdicere præterea antedictis perſonis , demptis illis , quæ ſub exemptionibus comprebenſæ erunt, ne ad colloquium cum Monialibus , etiam in Locutoriis deputatis accedant abſque Superiorum ipſorum Monaſteriorum licentia in ſcriptis obtenta .

Ipſi Epiſcopi ſingulis annis cum Superioribus Monialium ſuper præmiſſorum obſervatione inquirant .

§. 4. Ad hæc ſingulis annis una cum Superioribus prædictis ſuper obſervatione præmiſſorum ioquirere , & tranſgreſſores tam ſæculares , quam regulares , quantumvis exemptos debitis pœnis , pro exceſſus qualitate , invocato , ſi opus fuerit , auxilio brachii ſæcularis afficere , aliaque in præmiſſis , & circa ea , pro regionis more, neceſſaria , & opportuna facere , & ordinare , auctoritate noſtra curetis .

Qui ſint intelligendi Superiores , a quibus licentia inſcriptis obtineri debeat accedendi ad Locutoria .

§. 5. Superiores vero , a quibus licentiæ erunt obtinendæ pro colloquiis babendis cum Monialibus ad crates, intelligantur juxta locorum conſuetudinem , ſiquidem ſi Monaſteria fuerint Superioribus regularibus ſubjecta , illorum ſufficiat licentia , niſi forſan conſuetudo obtinuerit , ut etiam Epiſcopi licentia requiratur , quæ ſervanda erit . Si vero Epiſcopo erunt ſubjecta , ab eo impetretur licentia , vel a perſona ab eo ad id deputata .

Obſtantibus derogat .

§. 6. Non obſtantibus literis Gregorii Prædeceſſoris prædicti , & quibuſvis aliis Conſtitutionibus , & Ordinationibus Apoſtolicis , dictorumque Monaſteriorum , & Ordinum , quorum illa fuerint , etiam juramento , confirmatione Apoſtolica , vel quavis firmitate alia roboratis , ſtatutis , & conſuetudinibus , privilegiis quoque, Indultis & literis Apoſtolicis , illis , illorumque Superioribus , & perſonis quomodolibet conceſſis , confirmatis , & innovatis , quibus omnibus , etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis , illorumque totis tenoribus habenda foret in præſentibus literis mentio ſpecialis , illis alias io ſuo robore permanſuris,hac vice dumtaxat ſpecialiter , & expreſſe derogamus , cæteriſque contrariis quibuſque .

Tranſumptis fidem addit .

§. 7. Ut autem præſentes literæ ad veſtrum quemlibet commodius pervenire valeant , volumus , ut illarum tranſumptis manu Notarii publici ſubſcriptis , & Perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis , eadem fides in judicio , & extra adhibeatur , quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ , vel oſtenſæ .

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Decembris anno 1585. Pontificatus noſtri Anno I. (a)

Dat. die 20. Dec. 1585. An. I.

IV.

Confirmatio cujuſdam Statuti a Capitulo Hildheſeimen. editi ſuper forma probationum nobilitatis a nov s Canonicis faciendarum .

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Dilectis Filiis Decano , & Capitulo Eccleſiæ Hildesheimen .

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem , & Apoſtolicam Benedictionem .

Proœmium .

Romanus Poutifex , cui oniverſalis Eccleſiæ regimen ex alto commiſſum eſt, inter cætera , quæ ad ejus curam , atque ſolicitudinem pertinent , ſolerti ſtudio providet , ne Eccleſiarum , præſertim Cathedralium , nobilitate Miniſtrorum , vel alias iofignium , laudabilia ſtatuta , & conſuetudines antiquæ , & obſervatæ violentur , neve contra illorum formam aliqui in ipſarum Eccleſiarum Canonicos , & Miniſtros, viis , ac modis indirectis cum fraude , fraudemque committentium Animarum periculo , & Eccleſiarum earumdem detrimento adſciſcantur , & iis , quæ ad hujuſmodi fraudibus , ac periculis obviandum provide ab aliis facta eſſe dicuntur , Apoſtolici muniminis libenter adjicit firmitatem , prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire .

Pro obſervatione ſtatuti , ne quis in Canonicum admittatur , niſi octum ſe nobili genere juridice probaverit , decreverant Canonici

§. 1. Exponi ſiquidem Nobis nuper feciſtis , quod alias Vos , ex quorum Eccleſiæ ſtatuto , ſive antiqua , & hactenus obſervata conſuetudine cavetur , & obſervatur , quod in Canonicos ejuſdem Eccleſiæ , pro tempore recipiendi , de nobili militari genere , & ex legitimo matrimonio , uſque in octavam generationem procreati , aut graduati eſſe , ac ſuper verificatione nobilitatis hujuſmodi per alios viros nobiles jurari debeat , conſiderantes perjuria , multaque alia inconvenientia in dictæ Eccleſiæ non modicum damnum , & interitum , animarumque periculum evenire , & exoriri poſſe ; ac volentes huic ingruenti malo , & incommodis , quantum in Vobis fuit, providere , & occurrere , matura deſuper præa-

---

(a) Hoc anno die 20. Decembris Summus Pontifex Conſtitutione , cui initium *Paſtoralis Officii* Congregationi Eremi & S. Michaelis de Murano Ordinis Camaldulenſium omnia , & ſingula Privilegia ab Anteceſſoribus Pontificibus conceſſa confirmavit . Literas Apoſtolicas hujuſmodi Confirmationis , conſulto omittimus . Solent enim Regulares Familiæ a ſingulis fere Pontificibus ſuorum Privilegiorum confirmationem obtinere , quæ eiſdem Brevi *in forma communi* , ut vocant , concedi ſolet : Privilegia ſiquidem non recenſentur . Cauſa autem hujuſcemodi Confirmationum omittendarum , quod in poſterum ſervandum nobis propoſuimus , enunciatis dumtaxat die , anno datarum Apoſtolicarum Literarum , earumque verbis initialibus , ea fuit , quod eiſdem omnino verbis ſoleant expediri .

præhabits deliberatione, & conſilio, ſtatutum, & ſeu conſuetudinem hujuſmodi in hunc modum reformaſtis, & declaraſtis; quod nimirum ex tunc deinceps in dictæ Eccleſiæ Canonicos, pro tempore recipiendi, ex legitimo matrimonio, & parentibus nobilibus prognati eſſe, ac pro hujus verificatione ſinguli per ſpatium unius Menſis ante requiſitionem eorum admiſſionis, Parentum, Avorum, Pro-Avorum, & Ab-Avorum, ex nobilitate prognatorum ad quartam, & totidem ex parte Matris, etiam ad quartam generationem inſignia exhibere debeant, ut ex illis examinari, & manifeſto conſtare poſſet, ſuper recipiendo hujuſmodi, ac illius nobilitate nihil differentiæ, nec erroris exiſtere: & quod ea omnia veritate fulciantur, iidem recipiendi octo nobiles militares offerrent, ex quibus Vos quatuor cognitæ nobilitatis, qui præmiſſa quantum ad nobilitatem recipiendi hujuſmodi, vera eſſe, medio juramento, & ſub ſigillo teſtarentur, & affirmarent ſub tenore aſſecurationis, etiam per Vos exhibendæ, evocandi, & deligendi liberam poteſtatem haberetis, vel ſi tales Nobiles haberi non poſſent, quibus, ad præmiſſa, fides adhiberetur, tunc id per proximiorum dictæ Eccleſiæ Canonicorum nobilium ſigillum; ita quod ſuper recipiendorum hujuſmodi nobilitate, nihil difficultatis inhæreret, ac ſic qualificati ad Eccleſiæ hujuſmodi Præbendas obtinendum capaces exiſterent, doceri etiam deberet; Et inſuper, quoad Graduatos, quod ex tunc in futurum graduati in dictæ Eccleſiæ Canonicos non admitterentur, nec reciperentur, niſi etiam ab utroque Parente ex ſimili Thoro prognati, & prius per tres, vel quatuor annos continuos publicum profeſſionis munus in facultate, in qua promoti fuerint, in quacumque Univerſitate Catholica, & approbata exercuerint, ac pro eorum verificatione promotionum ſuarum, ac triennalis, vel quadriennalis publicæ profeſſionis, per eos antea factæ hujuſmodi Literas teſtimoniales exhibere tenerentur, ac alias, prout in publico deſuper confecto Documento plenius dicitur contineri.

Probationes fieri modo hic indicato.

§.2. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus reformationi, & declarationi hujuſmodi, pro illarum ſubſiſtentia perpetua, & inviolabili obſervatione, Apoſtolicæ confirmationis robur adjicere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hujuſmodi formam Apoſtolica auctoritate firmari petierunt.

§.3. Nos igitur reformationis, & declarationis prædictarum, ac deſuper confecti documenti, dictæque Eccleſiæ ſtatutorum, & conſuetudinum tenores præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, voſque, & veſtrum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, Reformationem, & Declarationem, aliaque præmiſſa, & in dicto documento contenta, prout per Vos facta ſunt, perpetuo auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, dummodo Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Hildesheimen ad hoc expreſſus accedat aſſenſus, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis Apoſtolicæ robur adjicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, & alios quoſcumque defectus, ſi qui deſuper, quomodolibet, intervenerint, ac decernentes præmiſſa omnia per eos, ad quos nunc ſpectat, & ſpectabit in futurum firmiter, & inviolabiliter obſervari, & adimpleri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmat Sixtus.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Eccleſiæ, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam ipſi Eccleſiæ Heildesheimen, illius Præſuli, aliiſque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis; ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus illorum omnium tenores, eiſdem præſentibus, pro ſufficienter expreſſis habentes, latiſſime hac vice, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 27. Maii 1586., Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 27. Maii 1586. An.II.

V.

Regularibus Ordinum, etiam Mendicantium interdicitur acceſſus ad Monaſteria Monialium cujuſcumque Ordinis Ducatus Ferrarien., etiamſi illarum curam gerant, & eorum Juriſdictioni ſint ſubjectæ.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. REgimini univerſalis Eccleſiæ divina diſpoſitione præſidentes, ut in Monaſteriis Monialium cujuſvis Ordinis clauſura inviolata conſervetur, ipſæque Moniales ſponſo ſuo Jeſu Christo, cui voto perpetuo ſe dedicarunt, prout decet, ſanctius, & liberius famulari poſſint, noſque alacrius illarum rationem in extremo Judicio valeamus reddere, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, hac noſtra Conſtitutione perpetuo valitura ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero quicumque Regulares

Prohibet, quominus Regulares accedant ad Monaſteria Monialium in Ducatu Ferrarien.

gulares quoſumcumque etiam Mendicantium Ordinum non audeant accedere ad Monaſteria Monialium cujuſcumque Ordinis Civitatum, & Diœceſ. aliorumque quorumcumque locorum Ducatus Ferrarien., etiamſi illarum curam gerant, & eorum Juriſdictioni ſint ſubjectæ, excepto illarum Confeſſario, & Superiore, ſeu Viſitatore Ordinis cum uno Socio provectæ ætatis, & hi non poſſint ingredi clauſuram Monaſteriorum, niſi quando ſit viſitatio Monaſterii intra Clauſuram hujuſmodi.

Exceptis Cōfeſſario, & Superiore, ſeu Viſitatore Regulari cum ſuo ſocio.

§.2. Ac prædicti Confeſſarius, & Superior, ſeu Viſitator teneantur pro omni, & quocumque exceſſu, ſeu delicto, ſi quem, vel quod dictus ſocius perpetraverit.

Qui tamen tenentur pro quocumque delicto ſui ſocii.

§.3. Quodque Confeſſarii deputentur ii, qui ætate, & moribus ſint approbati, ac Ordinariorum ab eorum Superioribus, extraordinariorum loco confeſſariorum hujuſmodi a pro tempore exiſtentibus Epiſcopis Civitatum Ducatus hujuſmodi, ſeu eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus approbatio fiat.

Qualitates in Confeſſario requirendæ.

§.4. Ac Superior, & Confeſſarius prædicti non poſſint accedere ad aliud Monaſterium, præterquam ad illud, cujus curam habent; & ad ipſa etiam non accedant, niſi pro munere ſui officii, ac ejus executione, & occurrentibus caſibus, & neceſſitatibus Monialium, & Monaſteriorum hujuſmodi; Confeſſarius vero quotidie pro celebratione miſſarum, & adminiſtratione Eccleſiaſticorum Sacramentorum, nec ſecum adducant niſi unum ſocium.

Qua occaſione poſſint ad Monaſteria accedere.

§.5. Ac Moniales prædictæ non poſſint munera aliqua Regularibus prædictis dare, nec ipſi Regulares illa recipere.

Moniales non poſſunt Regularibus munera dare.

§.6. Et quod liceat ipſis monialibus proponere coram Epiſcopis, ſeu Vicariis prædictis querelas, ſi quas habeant contra dictos earum Superiorem, & Viſitatorem ſuper concernentibus clauſuram interiorem, vel exteriorem ſine aliquo ceoſurarum incurſu.

Poſſunt tamen coram Epiſcopis, vel eorum Vicariis, ſuum Superiorem, ac Viſitatorem accuſare ſuper iis, quæ ad Clauſuram pertinent.

§.7. Diſtrictius inhibentes omnibus, & ſingulis Regularibus, & Monialibus prædictis ſub pænis arbitrio prædictorum Epiſcoporum pro modo culpæ imponendis, & moderandis, ne præmiſſis contravenire audeant, vel præſumant.

Inobedientes arbitrio Ordinarii puniendi.

§.8. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & Ordinum eorumdem juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Monaſteriis, & ordinibus prædictis, illorumque ſuperioribus, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet, etiam pluries approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in illis expreſſis derogari poſſit, ac pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, uti de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & ſervata eorum forma infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris. hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorū.

§.9. Volumus autem, quod præmiſſa omnia, & ſingula notificentur dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Generalibus Ordinum, vel aliis Regularibus ſuperioribus, a quibus etiam Moniales hujuſmodi de præmiſſis admoneantur.

Præſentes Superioribus Generalibus, ipſiſque Monialibus notificandæ.

§.10. Quodque earumdem præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis &c.

Tranſumptis, que omnis adhibenda fides.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Maii 1586. Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 31. Maii 1586. An.II.

VI.

Declarat eum Eccleſiæ Præcepto non ſatiſfacere, qui a Dominica Palmarum per totam Octavam Paſchatis extra Parochiam ſine licentia proprii Parochi, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumpſerit Sacramentum.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

CIrcumſpecta Romani Pontificis providentia ad ea diligenter attendit, ut quæ ſalutem animarum, & quietem perſonarum Eccleſiaſticarum tam Secularium, quam Regularium, & earum conſcientiarum ſerenitatem reſpiciunt, nullis ſcrupulis ſubjaceant.

Exordium.

§.1. Licet itaque Fratres præcipue Mendicantes vigore indultorum, & privilegiorum eis Apoſtolica auctoritate conceſſorum, poſſint adminiſtrare Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum abſque licentia Parochi proprii laicis, & aliis toto anni tempore, præterquam in die Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, nihilominus in Terra de Tuſculano, & aliis forſan locis Diœceſis Brixien, circa adminiſtrationem dicti Sacramenti dubitatum fuit, an ſi quis refectus Sacra Communione ab ipſis Fratribus in uno ex diebus Octavæ ipſius Reſurrectionis animo, & intentione ſatiſfaciendi præcepto Eccleſiæ, de quo in *C. omnis utriuſque ſexus de pœnit. & remiſs.* ſatisfecerit dicto Præcepto; necnon quod limitatio illa, quæ excipit dictam diem Reſurrectionis, intelligatur reſtricta ad cam-

In Diœceſ. Brixien. dubitatum eſt: an Præcepto Eccleſiæ ſatiſfaciat, qui S. Euchariſtiam ſumpſerit, in Eccleſiis Ordinum Mendicantiū infra Octavā Reſurrectionis.

eamdem diem dumtaxat, aut potius ad omnes dies dictæ Octavæ, itaut quemadmodum ipſi Fratres non poſſunt adminiſtrare ipſum Sacramentum dicta die Reſurrectioois, nequeant pariter id facere in tota illius Octava. Poſtremo an ipſi Fratres, ſeu Presbyteri particulares debeant incipere tempus Paſchatis Reſurrectinois a die Dominica in Ramis Palmarum excluſive uſqoe ad diem Dominicæ Octavæ ipſius Reſurrectiouis incluſive, ſeu a die in Cœna Domini incluſive uſque ad ipſam Octavam.

Pontifex declarat Præcepto eum non ſatisfacere, qui extra propriam Parochiam ſine Parochi licentia S. Communionē acceperit.

§. 2. Nos dobia præfata de medio ſubmovere voleotes, de conſilio dilectorum filiorum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper conſultatione, & cauſis Regularium, harum ſerie decernimus, & declaramus, non poſſe dici ſatisfeciſſe Canoni, qui a Dominica Palmarum per totam Octavam Paſchatis extra propriam Parochiam ſine ſui Parochi licentia communicavit.

Contrariis non obſtantibus.

§. 3. Noo obſtantibus Indultis, & privilegiis prædictis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides harum tranſſiptis adhibenda.

§. 4. Cæterum qoia difficile foret præſentes Literas ad ſingula quæque loca, ubi neceſſe fuerit, deſerri, volumos, quod earum tranſumptis ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta munitis, & manu Notarii publici ſubſcriptis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 9. Auguſti 1686. An. II.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Auguſti 1586. Pontificatus Noſtri Anno II.

V I I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Unio officiorum Diaconi, & Subdiaconi Græcorum Cappellæ Pontificiæ Collegio Græco de Urbe cum omnibus honoribus, ſalario excepto; & conceſſio privilegii Alumnis ad id deputandis ſuſcipiendi Diaconatus, & Subdiaconatus Ordines extra tempora, non ſervatis interſtitiis, cum Dimiſſorialibus Rectoris, ad Titulum prædicti Collegii, & a quncumque Catholico Antiſtite.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Ab antiquo inſtitutum eſt in Cappellis Pōtificiis Epiſtolam, & Evangelium græce recitari.

§. 1. CUm ex antiquo, & ſolemni, ac a Prædeceſſoribus ooſtris uſque ad hæc tempora uſitato ritu inſtitutum fuerit, ut quoties Miſſa Pontificalis, per Romanum Pontificem publice, ac ſolemniter celebratur, Evangelium, & Epiſtola, nedum latino, ſed græco etiam ſermone conſcripta recitentur: Nos cupientes pro ipſius loci dignitate, & amplitudioe perſonas idoneas ad hujuſmodi functiones aſſumi, ac ſimul conſiderantes in Collegio Græcorum de Urbe, aoctoritate Apoſtolica inſtituto, complures Adoleſcentes ex diverſis ipſius Græciæ Provinciis oriundos, bonis moribus, Eccleſiaſticis, & Catholicis diſciplinis imbutos, & a teneris annis literarum, maxime ſacrarum, ſtudiis deditos non deeſſe, qoi aptius propria, & paterna lingua, prædictom munus exequi valeant, ideoque cum hujuſmodi Officia Diaconatus, & Subdiaconatus Græcorum, ſeu loca duo, Diaconi videlicet, & Subdiaconi ex noſtris Numerariis, ſeu Participantibus, quibus recitandi Evangelium, & Epiſtnlam græca Nobis, & Romano Pontifici pro tempore, publice, ac ſolemniter celebrantibus, cura, ut præfertur, incumbit, per liberas reſignationes dilectorum filiorum Balduini Felicis ouper Diaconi, & Sebaſtiani Chiavazzi noper Subdiaconi græcorum de illis, quæ tunc reſpective obtinebant, in manibus noſtris ſponte factas, & per nos admiſſas vacaverint, & vacent ad præſens; moto proprio, & ex certa noſtra ſcientia Cameram Apoſtolicam a ſolutione quorumcumque Salariorum, & ſtipendiorum ordinariorum, & extraordinariorum dictis Balduioo, & Sebaſtiano, ac pro tempore exiſtentibus Diacono, & Subdiacono græcis perſolvi ſolitorum, harum ſerie liberantes, ac penitus eximentes, ſive illa eidem Cameræ remittentes, & condonantes, ejuſdemque Cameræ, ac quoſcumque alios Palatii Apoſtolici, ſeu Cappellæ noſtræ Officiales, & Mioiſtros ad ea ulterius perſolvenda, ſeu illorum loco ad aliud quidpiam minime teneri. Decernentes eadem officia, ſeu loca Evangelium, & Epiſtolam græca in Miſſa hujuſmodi Pontificali recitandi, ſeu decantandi cum prædicto, ac aliis oneribus, & honoribos illorum conſuetis, dicto Collegio Græcorum de Urbe, & illius Alumnis per ipſos Alumnos Diaconos, & Subdiaconos ad nutum Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium modernorum, & pro tempore exiſtentium ejuſdem Collegii Protectorum, ad id munus deligendos, ſeu deputandos, & amoveudos, exercendum, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, perpetuo concedimus, & aſſignamus, ac unimus, annectimus, & incorporamus, eoſdemque Alomnos, ſicut præfertur, pro tempore delectos, & deputatos in noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Diaconos, & reſpective Subdiaconos Græcos Nnmerarios, non tameo participaotes; cum ex ipſios Collegii redditibus, aut aliunde congrua eis alimenta ſuppeditanda ſint, recipimus, & aliorum noſtrorum, & dictæ Sedis Diaconorum, & Subdiaconorum Numerariorum, non tamen participantiom, & ſine eorum præjudicio, numero, & cnnſortio, favorabiliter aggregamus, ac in loca dictorum Balduini, & Sebaſtiani quoad officia, ſeu loca hujuſmodi reſpective eorumque liberum exercitium, ac alia omnia, dicta officia quomodolibet concernentia, non tamen ſalaria, & ſtipendia prædicta ſubſtituimus, & ſubrogamus.

Quare Sixtus Diaconi, & Subdiaconi officium Græcorum Collegio Græcorum Urbis unit.

Alumnos ad hoc deputandos a Protectoribus dicti Collegii ſu-

§. 2. Decernentes eoſdem Alumnos ſic pro tempore delectos, & deputatos, ac eorum qoemlibet, quamdiu eorum deputatio hujuſmodi duraverit ad officia, & loca

ac

Digitized by Google

gulis Privilegiis, ſalario excepto, hujus officio cõpetẽtibus frui declarat ſub obedientia tamẽ Rectoris Collegii.

ac exercitia hujuſmodi, reſpective, nec non honores, onera, privilegia, & prerogativas illorum occaſione debitas, & debita, præmiſſis tamen ſalariis, & ſtipendiis exceptis, nullo alio a Nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice expectato mandato, in locum dictorum Balduini, & Sebaſtiani recipiendos, & admittendos fore, ac recipi, & admitti debere, ac volentes, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, honoribus, ſavoribus, exemptionibus, conceſſionibus, & gratiis, quibus dicti Balduinus, & Sebaſtianus, ac alii noſtri, & dictæ Sedis Diaconi, & Subdiaconi Græci reſpective uti, potiri, & gaudere ſoliti ſunt, potuerunt, aut debuerunt, in omnibus, & per omnia utantur, potiantur, & gaudeant, ac etiam in futurum uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, ita ut ſub obedientia Protectorum, Rectoris, & Superiorum dicti Collegii, ſicuti cæteri ejuſdem Collegii Alumni permaneant, & eis ut prius omnino ſubſint, ac pareant.

Alumnis ad hoc officium deputãdis privilegium concedit ſuſcipiẽdi Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines a quocumque &c. ad titulum Collegii.

§. 3. Et inſuper cum ad obeunda hujuſmodi munia expediat, dictos Alumnos ad ſacros hujoſmudi Ordines, prout occaſio, & temporis opportunitas exegerit promoveri, eiſdem Alumnis, ut de licentia dilecti Filii noſtri Julii Antonii Tituli S. Bartholomæi in Inſula Presbyteri Cardinalis S. Severinæ nuncupati, unius ex modernis, ſeu alterius ex pro tempore exiſtentibus Protectoribus, cui dicti Collegii adminiſtratio, & cura incumbit, aut ſimiliter incombet, ac ejuſdem Collegii Rectoris, ſeu aliorum per prædictos Protectores deputandorum examine præcedente, in quo quidem examine, & idoneitatis ad hujuſmodi officia exercenda ratio habeatur, etiam tempore a jure ſtatuto, etiam quibuſcumque Dominicis, vel aliis Feſtivis, aut etiam feriatis, ſeu non feriatis, etiam continuis diebus, interſtitiiſque temporum a Concilio Tridentino conſtitutis, non expectatis, etiam abſque ſuorum Ordinariorum Literis Dimiſſorialibus, ac ſine aliquo Beneficii, aut Patrimonii, ſed tantummodo dicti Collegii titulo ab eodem Julio Antonio Cardinale, ſeu uno ex pro tempore exiſtentibus Protectoribus prædictis, quibus adminiſtratio ipſa incumbet, ſive de ejus licentia, a quocumque Catholico Antiſtite gratiam, & communionem dictæ ſedis habente per ipſum eligendo in Urbe, ſeu Curia Romana reſidente, ad omnes, etiam Sacros Subdiaconatus, & Diaconatus Ordines promoveri, ac poſtquam promoti fuerint in illis, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, ipſique Antiſtiti ſic eligendo, ut Ordines hujuſmodi eis conferre libere, & licite valeant, dicta auctoritate indulgemus.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtante Regula noſtra de jure quæſito non tollendo, & de unionibus committendis, vocatis quorum intereſt, exprimendoque vero valore, nec non etiam Lateranenſis Concilii ultimo celebrati, uniones perpetuas niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohiben., ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, & Cappellæ, ſeu Collegii Diaconorum, & Subdiaconorum noſtrorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis illis, & pro tempore exiſtentibus Græcis Diacono, & Subdiacono, quomodolibet, conceſſis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 1. Septembris 1586., Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die prima Septemb. 1586. An. II.

VIII.

Confirmatio Statuti a Cardinale Albano, dum Gubernatoris officio in Provincia Marchiæ fungebator, editi pro Mercatorum ejuſdem Provinciæ indemnitate in deſcriptione bonorum ſub mulierum dote compræhenſorum.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cardinalis Albanus pro creditorũ indemnitate

§.1. EXpoſitum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum mercatorum Provinciæ Marchiæ Anconitanæ, quod alias dilectus filius noſter Joannes Hieronymos tituli S. Joannis ante Portam Latinam S. R. E. Cardinalis Albanus nuncupatus, dum Gubernatoris officio in eadem Provincia fungeretur, ut creditorum indemnitati conſuleretur, adverſus quorum legitima credita perſæpe fraudes moliri ab uxoribus debitorum comperiebat; quippe quæ comparentes in Curia Bullettinos obtinere ſolerent, quod pro debitis Viri, aut Soceri non moleſtarentur in earum bonis dotalibus, vel paraſrenalibus, curarentque deinde in Inventario, quod ex forma Bullettini conficiebatur, coram Ordinario loci deſcribi pro dotalibus, & tanquam dotalia omnia, & ſingula bona, quæ domi, vel alibi ſibi, & viro eſſe inveniebantur, nihil penitus excipientes; quod tunc de cætero dicti Bullettini illis mulieribus, quarum dotes in bonis ſtabilibus ſui viri ſervari poſſent, nullatenus ſuffragarentor, mandavit, & decrevit, ac ex tunc hujuſmodi Decreti auctoritate, omnem hypothecam, ſive generalem, ſive ſpecialem mulieri competentem ſuper bonis prædictis mobilibus, & ſe moventibus viri in alia ejuſdem viri bona ſtabilia, ſi tamen doti ſufficientia eſſent, & per maritum poſſiderentur, tranſtulit, voluitque, quod etiam infra quindecim dies poſt datam Bullettini hujuſmodi, Inventarium prædictom fieret, & dumtaxat in eo deſcriberetur, quod per Inſtrumenta, vel per fide dignos teſtes dotale, ſeu para-

Omnem hypothecam favore uxoris in bona mobilia viri trãſferri ſtatuit.

Et poſt quindecim dies fieri Inventarium bonorũ ad dotem uxoris ſpectantium.

ſienale eſſe, id eſt iu dotem vere traditum, & de domo mulieris in domum viri, tanquam dos, ſive uti paraſrenale portatum doceretur, ſub pæna contrafacienti, & deſcribenti in Inventario prædicto alia, quæ ut ſupra non docerentur per Teſtes, vel Inſtrumenta eſſe dotalia vel paraſrenalia, centum ſcutorum Cameræ Apoſtolicæ applicao., & privationis ab officio; & inſuper idem Joannes Hieronymus juſſit, quod examinatio Teſtium, & deſcriptio io forma pauperum fieret, id eſt pro dimidio debitæ mercedis, itaut pro ſingulo Teſte unus bononenus dumtaxat ſolveretur, & pro exhibitione, & productione Inſtrumenti, alius bononenus, ac pro regiſtratione, & aliis opportunis dimidium ejus, quod deberetur, & pro ſigno, nec non publicatione duo tantum bononeni, & pro declaratione Judicis, ſi fieri expediret, vel petita eſſet, quod illa bona vel dotalia, vel paraſrenalia eſſent, poſt quam ita Judici conſtaret, quatuor bononeoi ſulummodo ſulverentur: & nihilominus in caſu, in quo propter numerum Teſtium, & ſcripturarum magna deberetur merces, non poſſet tamen tota mercedis ſumma, computatis omnibus, quæ Judici, & Notario pro quibuſcomque darentur quatuor, bonenorum* quantitatem ſub pæna Judici recuſanti declarare, & alia ſacere, quæ teneretur, ac ſuum officium talibus perſonis impartiri, quinquagiota ſcutorum eidem Cameræ applican., privationiſque ab officio, & Notario renuenti, cum manſuetudine, & ſine mora, ac libenti animo talia ſcribere, & facere, omniaque alia ſui officii opportuna præſtare aliorom quioquaginta ſcutorum, ut ſupra applican., nec non privationis ab officio, aliiſque ejuſdem Joannis Hieronymi Cardinalis arbitrio infligendis pænis, excedere poſſent, & alias, prout in publico ejuſdem Joannis Hieronymi Cardinalis documcoto ſub dat. videlicet Maceratæ die 20. Februarii 1570. plenius continetur.

Inflixitque pænas in contrafacientes.

Taxam quoque Deſcriptionis, Teſtium, Productionis, Inſtrumenti, Declarationis Judicis &c. efformavit.

* *Sic.*

§.2. Cum autem Mercatores prædicti copiant prædicti Joannis Hieronymi Cardioalis mandatum, Decretum, voluntatem, & Juſſionem hujuſmodi pro eorum ſubſiſtentia firmiori, noſtro, & Sedis Apoſtolicæ patrocinio communiri, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eis in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Mercatorum Provinciæ Marchiæ inſtantia pro prædictorum Confirmatione.

§.3. Nos dictos Mercatores, & eorum ſingulos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pænis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, ejuſdem documenti veriores tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, mandatum, decretum; voluntatem, ac Juſſionem, omniaque in eodem documento contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, eiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui ioterveneriut quomodolibet in eiſdem, ſupplemus, eaque omnia per eos, ad quos nunc ſpectat, & pro tempore quomodolibet ſpectabit, perpetuo firmiter obſervari debere, nec ab illis ullo unquam tempore reſiliri poſſe, ſed ad illorum omnium obſervationem, ſub eiſdem pænis cogi, & compelli poſſe, ſicque etiam per quoſcumque Judices, & Commiſſarios Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & Legatos de latere in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicaodi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoqnam quavia auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Confirmat Sixtus, perpetuoque jubet obſervari.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtulicis, nec non ejuſdem Provinciæ ſtatutis, & conſuetudinibus, ac etiam novis Reformationibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Provinciæ, illiuſque Incolis, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, & expreſſa mentio habenda eſſet, ad effectum præſentium hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Contraria tollit.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 8. Novembris, 1586. Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 8. Nov. 1586. An. II.

I X.

Erectio Præſidatus Montis Alti, cui Terræ Montis Fortini, & Montis Monachi uniuntur: additis nonnullis Statutis, nonnulliſque conceſſis Privilegiis, & Exemptionibus.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Oppidum Montis-Alti in Civitatem erectum die 24. Novembris hujuſce anni legere eſt in Conſtit. LXXII., quæ incipit Super univerſas &c. *Tom. IV. Par. IV. pag. 274.*

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

POſtquam Nos nuper Patriam noſtram chariſſimam Montis-Alti debito Civitatis titulo decoravimus, ipſiuſque Incolas, & habitatores noſtri obſequentiſſimos Civitate perpetuo donavimus, id in præſentiatum

Proœmium.

rum nobis agendom eſt, ut illa eis, ac terris noſtri Præſidatus concedamus, qoæ felicem ſtatum, & communem utilitatem, & commoditatem eorom coocernere dicuntur.

Statuit Gubernatorem Præſidatus in Urbe Montis Alti reſidere.

§.1. Motu itaque proprio ſtatuimus, & ordinamus, quod Gubernium Civitatum, & Terrarum dicti Præſidatos apud eaudem noſtram Civitatem Montis-Alti perpetuo eſſe debeat, & pro tempore exiſtentes dicti Præſidatus Guberuatores perpetuam ibidem reſidentiam facere, & juſtitiam adminiſtrare teneantur.

Civitates Præſidatus Montis Alti a regimine, & contributionibus Provinciæ Marchiæ exēptas declarat.

§.2. Concedimus propterea ipſis Civitatibus, ac Terris perpetuum Gubernium diſtinctum, & ſeparatum, liberantes omnes, & ſingulas præfatas Civitates, ac Terras, ac perſonas, Incolas, & habitatores earumdem a Gubernio, & regimine Provinciæ Marchiæ, itaut perpetuis futuris temporibus, Terræ, & Civitates ipſius Præſidatus oec Coogregationi Provinciali, nec contributioni expenſarum per dictam Provinciam Marchiæ faciendarum adſtringaotur, ac Provinciales dictæ Provinciæ ſuas expenſas ſolvant, & ſubjecti Gubernio dicti Præſidatus, debeant dumtaxat ſolvere expenſas, quas facient, quæque ordinabuntur io eorum Congregationibus apud eandem Civitatem Montis-Alti perpetuis futuris temporibus fiendis, eiſdem modo, & forma, quibus ibidem antiquitus factum fuit.

Archivium ibi, Notarioſque conſtituit, qui Congregationis Sindicatui ſubſint.

§.3. Ut aotem dictum Gubernium firmius ſubſiſtat, ſtatuimus, & ordinamus, quod Notarii tam Civiles, quam Criminales debeant continuo habitare in eadem Civitate Montis-Altī, & inibi unum Archivium erigere, ubi cum magno ſtudio, fidelitate, & diligentia conſerventur omnes Scripturæ ad dictum Gubernium ſpectaotes, ipſumque Archivium inde nullo modo amoveri poſſit, ſub pæna privationis eorum officiorum, ipſique Notarii in fine cujuslibet Gubernii Sindicatui ſtare, & de adminiſtratis, Sindicis, ab ipſa Præſidatus Congregatione deputandis, rationem reddere.

Frumentum ab iis, qui huic Præſidatui non ſubſunt, inde extrahi prohibet.

§.4. Et ut rerum abundantia io dictis Civitatibus, & Terris Præſidatus, quantum fieri poteſt exiſtat, ſtatuimus, quod nullus prædicto Guberoio minime ſubjectus, poſſidens bona in Terris prædictis, poſſit inde extrahere, ſeu extrahi facere aliquam Grani quautitatem, oiſi prius ſibi reliquerit tertiam partem, quam pro pretio currenti vendere debeat.

Eximit a ſolutionibus Cuſtodiarum, & mercedis quæ Gubernatori Maceraten. ſolvi ſolet, ut in propriiGubernatoris ſalarium cedans.

§.5. Præterea, cum Civitates, & Terræ, ac Loca dicti Præſidatus Gubernio ſubjecta ſtipendium, & ſalarium Gubernatori, & Officialibus ejuſdem Gubernii perſolvant, ipſas Terras, Civitates, & Loca, earumque perſonas a ſolutionibus Cuſtodiarum ab Ipſis fieri ſolitis pro proviſionibus, ſeu mercedibus Gubernatoris, & Officialium Civitatis ooſtræ Maceraten., prorſus liberamus, & eximimus.

Facultatem eligendi Prætorem a Sede Apoſtolica confirmandū concedit.

§.6. Nec non Terris, Civitatibus, & Locis dicti Præſidatus facultatem eligendi eorum Prætorem concedimus, ita tamen, ut electio hujuſmodi per Sedem Apoſtolicam, abſque aliqua retardatione, & exceptione confirmari debeat.

Necnon Frumentum emendi in Regno Neapolitano.

§.7. Et ut homines dicti Præſidatus majori cum rerum copia vivere poſſint, ipſis Terris, Civitatibus, & Locis indulgemus, ut libere, & abſque ullis impedimentis poſſint emere granum Regni Neapolitani, ubi id commodius facere poterunt, & eis beoeviſum fuerit, ac illud conducere, & conduci facere ad eorum Civitates, Terras, & Loca, oullius ad hoc requiſita licentia.

Eximit a quocumque vectigali pro rebus ad Urbem Montis Alti tranſvehendis.

§.8. Eos quoque liberamus, & eximimus ab omnibus Vectigalibus, Datiis, Doganis, Gabellis, & Tranſitibus, qui res, bona, & merces cujuſvis generis ad dictam Civitatem Montis-Alti conducent, per quadraginta milliaria circumcirca eandem Civitatem Montis-Alti, excepta tamen Dogana Anconæ, & aliis Doganis pro rebus extra ſtatum per Mare tranſportandis; inhibemus propterea dictorum Vectigalium, Datiorum, Gabellarum, & Tranſituum hujuſmodi Conductoribus, Exactoribus, & Appaltatoribus, ne perſonas prædictas, eorumque res, merces, & bona quoquo modo moleſtare, aut ab eis quidquam, ratiooe earumdem rerum, & mercium, tam in eundo, quam redeundo exigere, præſumant.

Eidem Præſidatui Montis Alti Terras Montis Fortini, & Montis Monachi ſubdit.

§.9. Et quia Terræ noſtræ Montis Fortini, & Montis Monachi dicti Præſidatus Gubernio ſubjectæ, non erant primitus aggregatæ oumero aliarum Terrarum dicti Præſidatus, Volumus, ut illæ in futurum ſint perpetuo aggregatæ dicto Præſidatui, prout illas per præſentes noſtras aggregamus, gaudeantque eiſdem privilegiis, immunitatibus, exemptioubus, prærogativis, & aliis gratiis, quibus aliæ dicti Præſidatus Civitates, Terræ, & Loca gaodent, & potiuntur, & gaudere, & potiri poterunt quomodolibet in futurum, liberautes eas prorſus, & eximentes a Gubernio, & Congregatione Provinciæ Marchiæ, & Præfectura Montaneæ.

Eamdem ab omnibus Terris, & Locis menſuram, & pondus haberi mandat.

§.10. Poſtremo Literas liberi commercii a Nobis conceſſas inviolabiliter, & perpetuo obſervari volumus, & mandamus: nec non Decretum a Congregatione factum, quod omnes Civitates, Terræ, ac Loca dicto Gubernio ſubjectæ debeant habere unum, & idem pondus, & menſuram, videlicet Cameralem, ſub pæois a Gubernatore imponendis confirmamus, & obſervari maodamus, modo, & forma, quibus ſupra.

Conceſſa eis a Rom. Pontificibus Privilegia confirmat.

§.11. Nec non omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, prærogativas, Bullas, & alias gratias Civitatibus, Terris, & Locis prædictis per Nos, & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, hacteous quomodolibet, tam in materia gravi, quam cujuſvis alterius rei conceſſas, quatenus ſint uſu receptæ, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac illa, & illas, ad quos ſpectat, & in

in futurum quomodolibet ſpectabit, inviolabiliter obſervari debere.

Sicque ubique ſervari præcipit.

§.12. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E Cardinales, etiam Legatos de Latere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contrariis quibuſcumque derogat.

§.13. Non obſtantibus fe: re: Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis auctoritate præſentium ad Judicium non trahatur, nec non re: me: Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis gratiis Cameræ Apoſtolicæ intereſſe concernentibus in eadem Camera, intra certum tunc expreſſum tempus, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jure quæſito, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſentium Tranſumptis fidem addit.

§.14. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis &c.

Dat. die 13. Decem. 1586. An. II.

Datum Romæ, apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Decembris 1586. Pontificatus noſtri Anno II. (a)

X.

Ex regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio exemptionis a diverſis Romanis Pontificibus conceſſæ Collectori Generali, & Subcollectoribus Hiſpaniarum a Juriſdictione Ordinariorum.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Paulus III., & Gregorius XIII. Collectorem Generalem ſpoliorum in Regnis Hiſpaniarum a juriſdictione Ordinarii eximentes, ei tantummodo cæteros Cameræ ſpoliorum officiales ſubjectos declararunt.

§.1. CUm ſicut accepimus alias fe. re. tam Paulus III., quam Gregorius XIII. Summi Pontifices Prædeceſſores noſtri moto proprio, ac ex certa eorum ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine per ſuas in forma Brevis literas pro tempore exiſtentem ſpoliorum, & Jurium Cameræ Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Collectorem generalem, nec non in qualibet eorumdem Regnorum Civitate, & Diæceſi Subcollectorem, Advocatum, & Procuratorem Fiſcales, & in cauſis ſpolia, ac Jura hujuſmodi reſpicientibus Actuarium, Notarium, in Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ protectionem, ac ſuos, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Familiares receperint, eoſque, ac omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica, & bona eorum, donec in hujoſmodi negocii exercitio, & officio actualiter forent, ab omnium, & ſingulorum Ordinariorum locorum, & quorumcumque aliorum Superiorum in dictis Regnis Hiſpaniarum exiſtentium Juriſdictione, ſuperioritate, & poteſtate, itaut Ordinarii, & quivis alii ſuperiores præfati, eorumque Officiales, & Vicarii contra hujuſmodi literarum tenorem nullam, dicto tempore durante, in eos etiam ratione delicti, contractus, aut rei, de qua agi contingeret ſuperioritatem, poteſtatem, vel Juriſdictionem valerent exercere, aut excommunicationis, vel alias ſententias, cenſuras, & pænas in eos infligere, exemerint, & totaliter liberaverint, ac Subcollectores, Advocatum, Procuratorem, & Notarium præfatos dicti generalis collectoris Juriſdictioni, & poteſtati immediate ſubjecerint: dantes, & concedentes prædicto Collectori generali, quod præmiſſa omnia, & ſingula in prædictos omnes, & ſingulos Subcollectores, Advocatum, Procuratorem, & Notarium eam, quam ipſorum Ordinarii ceſſantibus dictis Literis, in eos haberent Juriſdictionem, ac poteſtatem.

Pius IV Pauli literas confirmavit, & hujuſmodi Officiales Rom. Pontificis familiares declaravit.

§.2. Et deinde re: me: Pius Papa IV. ſimiliter Prædeceſſor noſter per alias Literas ſuas ipſius Pauli Literas approbaverit, & innovaverit, ac pro potiori cautela ipſos Collectorem generalem, Subcollectores, Advocatum, & Procuratorem, ac Notarium ſub Beati Petri, & Sedis hujuſmodi protectione, ac in ſuos etiam, & ejuſdem Romani Pontificis familiares pariter receperit, & eiſdem modis, & formis exemerit, ac prorſus liberaverit, prout in ſingulis Prædeceſſorum hujuſmodi literis plenius continetur.

Hæc omnia grata habet Sixtus.

§.3. Nos igitur eorumdem Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſingulas Prædeceſſorum hujuſmodi literas prædictas, quarum veriores tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, ac prout illas concernunt præter Decimarum, & Subſidiorum exemptiones in eis contenta, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, approbamus, & innovamus, ac nihilominus ad majorem, & potiorem cautelam, dictos Collectorem generalem, Subcollectores,

---

(a) Hoc anno die 8. Maii Conſtitutione, cui initium *Regimini militantis Eccleſiæ* Sixtus PP. Privilegia a Prædeceſſoribus Pontificibus Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum conceſſa confirmavit: parique modo Literis datis die 25. Julii, quarum initium eſt *Romanus Pontifex* confirmavit Privilegia conceſſa Congregationi S. Bernardi Regnorum Hiſpaniarum Ordinis Ciſtercien., eademque Privilegia ad cæteras ejuſdem Ordinis Congregationes extendit. Rata etiam habuit diſtinctis Conſtitutionibus Privilegia Hoſpitalium S. Spiritus in Saxia de Urbe, & S. Joannis Hieroſolymitani: Prima autem Conſtitutio data die 13. Auguſti incipit *Exigit incumbentis Nobis &c.* Secunda vero expedita die 20. Septembris ſic exorditur: *Etſi ex noſtri.*

Digitized by Google

ſtores, Advocatos, Procuratores, & Notarios etiam ſub Beati Petri, & ejuſdem Sedis protectione, ac in noſtros, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis Familiares denuo recipimus, & eiſdem modis, & formis, quibus dicti Prædeceſſores fecerunt, exceptis ſupradictis, eximimus, & totaliter liberamus, nec non Subcollectores, Advocatos, Procuratores, & Notarios hujuſmodi generalis Collectoris Juriſdictioni, ſuperioritati, & poteſtati immediate harum ſerie ſubjicimus, dictoque Collectori Generali in omnes ſupradictos omnimodam, ac totalem Juriſdictionem per ſe, vel alium, ſeu alios exercendam concedimus.

Contraria tollit.

§.4. Non obſtantibus omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in ſuis literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 17. Januar. 1587. An.II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Januarii 1587. Pontificatus noſtri Anno II.

X I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Revocatio licentiarum quibuſvis mulieribus cujuſcumque ſtatus, conditionis, & dignitatis exiſten. a quibuſvis etiam Rom. Pontificibus conceſſarum ingrediendi Monaſteria Monialium in Regnis Hiſpaniarum.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Ratio revocandi Indulta alias a Rom. Pontificibus conceſſa.

QUoties gratiæ, Indulta, vel alia privilegia a Sede Apoſtolica conceſſa, licet ad ſpiritualem piarum mentium conſolationem ab initio tendant, ſi temporis tamen ſucceſſu religioſarum perſonarum animabus detrimentum, vel incommodum afferre dignoſcantur, religionis, & charitatis ratio ſuadet, ut illa ſalutari Præſidentis conſilio ſubmoveantur.

Revocatio, de qua in Rubrica.

§.1. Quocirca pro commiſſo divinitus Nobis officio, ſanctimonialium quieti, & tranquillitati conſulere, ac omnia, quæ illas a divino cultu, & a ſpiritualium cogitatione, & exercitio avocant, cum ex frequentibus ſæcularium mulierum viſitationibus, & colloquiis, earum devotio intepeſcere ſoleat, debitaque per eas in clauſtris miniſteria paulatim dimittantur, impedimenta tollere, atque pericula, & ſcandala ab eis removere cupientes, quo ſcilicet ipſæ nulla re præpeditæ juxta ordinum ſuorum Regularia Inſtituta, ac Decretum Sacri Concilii Tridentini tranquillis mentibus Altiſſimo præſtare poſſint famulatum, ſicut ab eamet die, qua univerſæ Eccleſiæ Dei præeſſe cæpimus, in cunctis Orbis Terrarum partibus id ſtatuere Nobis in mentem veniebat; Ita hoc tempore in Hiſpaniarum Regnis, & Dominiis, ubi Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Rex Catholicus pro ejus eximia in Deum pietate id fieri ad evitanda hujuſmodi incommoda, & ſcandala (ut nobis relatum fuit) haud mediocriter expetit, hoc ipſum obſervari ſummopere requirimus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, revocamus, & abolemus omnes, & quaſcumque licentias, & facultates ingrediendi Monaſteria, domos, & loca Monialium quorumvis Ordinum tam Epiſcopis, & aliis, quam aliis locorum Ordinariis, & Superioribus ſubjectarum quibuſvis Mulieribus cujuſcumque ſtatus, & conditionis exiſtant, etſi Comitali, Marchionali, & Ducali dignitate præfulgeant, tam a Prædeceſſoribus noſtris, quam a Nobis, & Sedis Apoſtolicæ Legatis, aut aliis, & quibuſvis quantumcumque urgentibus cauſis ſub quibuſcumque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatoriis, revocatorum reſtitutoriis, aliiſque efficacioribus clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel ſupplicationem conceſſas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renovatas. Rurſuſque caſſamus, & annullamus Literas deſuper confectas, & proceſſus habitos per eoſdem. Inhibentes eiſdem, qui illas obtinuerunt, ſub excommunicationis pæna ipſo facto incurrenda, ſuper qua a nemine niſi a Romano Pontifice præterquam in mortis articulo abſolutionis beneficium poſſit impertiri, ne ipſarum licentiarum prætextu Monaſteria hujuſmodi ingredi audeant.

Pœnæ Abbatiſſis, ac aliis Præſidentibus inflictæ, ſi aliquam fœminam in Monaſteria ingredi permittant.

§.2. Abbatiſſis vero, & Prioriſſis, ac aliis Præſidentibus dictorum Monaſteriorum, domorum, & locorum, earumque ſuperioribus quocumque nomine vocentur, diſtricte præcipimus ſub eadem excommunicationis pæna, nec non privationis dignitatum, & officiorum ſuorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia impoſterum obtinenda, ne in monaſteria, domus, & loca ſua aliquam, ut præfertur mulierem prætextu hujuſmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, Monaſteriorumque, & Ordinum prædictorum Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apoſtolicis, illis, eorumque ſuperioribus prædictis, ac aliis quibuſcumque per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, ac Nos, & dictam Sedem ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis Clauſulis, & Decretis conceſſis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis. Quibus omnibus eorum tenores, perinde acſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Quo-

Tranſumptis danda fides.

§.4. Quoniam autem difficile foret præſeotes, ad omnia loca perferri, volumus earum exemplis etiam impreſſis manu Notarii pnblici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem fidem io Judicio, & extra illud, ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præſentibus ſi eſſeot eahibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Januar. 1587. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Januarii 1587. Pontificatus noſtri Anno II.

X I I.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Clerici, & Presbyteri ſive Seculares, ſive Regulares, in Regno Neapolitano poſſont, in Trihunali Eccleſiaſtico deponere contra Exploratores Turcarum, & Infidelium, quin incurrant in irregularitatem, qoamvis rei mors ſequatur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futurum rei memoriam.

Cauſa ferendæ legis.

§.1. CUm in Regno Neapolitano, ſicut Nobis ouper expoſitum fuit, non deſint improbi qoidam, & oepharii homines Torcarum, & aliorum Infidelium exploratores, ſeu delatores, qui propriæ ſalutis immemores, ac Dei timore poſtpoſito, eoſdem hoſtes noſtros de iis, quæ in dicto Regno, aut alibi a Chriſtianis in dies geruntur, aut nonciantor, certiores fieri curent, adeout ſæpe etiam occulta opera talium ſcelcratorum ipſi Turcæ, & Infideles accerſiti opportuno ad nocendum tempore Chriſtianos in captivitatem, & miſeram ſervitutem adducaot, eorumve agros incendiis, & depopulationibus vaſtent.

Facultas, de qua in Rubrica.

§.2. Nos cupientes, ut Chriſtianæ Reipublicæ, & cunctorum fidelium ſecuritati conſulatur, peſſimum hujuſmodi genus palam detegi, ac condignis ſuppliciis affici, univerſis, & ſingulis Clericis, & Perſouis Eccleſiaſticis tam ſecularibus, quam cujuſvis Ordinis Regularibus etiam in Sacris, & Præsbyteratus Ordinibus conſtitutis in Regno prædicto nunc, & pro tempore degentibus cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis fuerint, ut ipſi, & eorum quilibet, ſive ad Procuratoris Fiſci, ſive ad aliorum quorumcumque inſtantiam, ſive etiam ex mero officio contra dictos Exploratores, aut Delatores dumtaxat, requiratur, aut procedatur, in quavis cauſa criminali, vel miata, mota, aut movenda coram Eccleſiaſtico Judice, teſtimonium veritati perhibere, & quidquid ſciverint fideliter deponere, & teſtificari libere, & licite valeant, oec propterea aliquam pænam, aut cenſuram eccleſiaſticam incurrant, etiamſi poſt teſtimonium hujuſmodi præſtitum, dictorum delinquentium ſanguinis effuſio, membrorum mutilatio, aut mors inde ſequantor, licentiam, & facultatem auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indolgemus.

Obſtantium derogatio.

§.3. Non obſtantibus generalis Concilii, atque aliis Conſtitutionibos, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Februarii 1587. An. II.

Datum Romæ apud Saoctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die 7. Februarii 1587. Pontificatus noſtri Anno II.

X I I I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Revocatio Conſtitutionis Gregorii PP. XIII. contra committentes Monopolia in Regno Aragonum, quoad pænas ſpirituales tantum.

Gregorii XIII. Conſtitutionem, quæ hic laudatur, edidimus Tom. IV. Par. III. f. 367. eique initium eſt: Quæcumque.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Pro diverſis rerum, & temporũ circumſtantiis, Pontifices, quæ a ſuis Prædeceſſoribus ſtatuta ſunt, revocant.

CIrcumſpecta Romani Pontificis providentia, nonnumquam ea, quæ certis ſuadentibus cauſis per ejus Prædeceſſores ſtatuta ſunt, rerum, & temporum conditione mutata, aliiſque novis, & opportunis remediis adinventis, ad juris tramitem, & priſtinum ſtatum reducit, alterat, & revocat, prout res ipſa exigit, & idem in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Gregorius XIII. Committentes Monopolia in Regno Aragonum temporalibus, & ſpiritualibus pœnis puniendos decrevit.

§.1. Alias ſiquidem fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter ſequutus aliqua ex parte exemplum piæ me. Adriani VI., etiam noſtri Prædeceſſoris iotelligens, quod in Aragonum Regoo multi cupiditatis voragioe ducti, ut famem in ipſo Regno pro eorum libito inducerent, Chriſtifidelibus pauperibus frumentum, vinum, aut oleum, quo voluiſſent pretio veodere poſſent, diverſis ſub prætextibus, & cautelis, in juris communis fraudem, quo Annonam cariorem facerent, Monopolia diverſa exercebant, ex quibus vel pauperes in dies fame perire contingebat, aot omnia bona ſua, una die, quo victum ſibi parare poſſent, vendere cogebantur: ut malis, atque incommodis hujuſmodi aliqua ratione ſuccurreret, per ſuas, in forma Brevis, Literas, Motu Proprio, & ex certa ſcientia, literas dicti Adriani Prædeceſſoris innovando, & extendeudo, ne de cætero dicti improbi homines ſuper frumento, aut fructibos cujuſvis generis hujuſmodi aliquem contractum contra Regni ſtatuta, ac juris communis diſpoſitionem inirent, ſeu celebrarent, ſub excommunicationis, & amiſſionis dictorum frumenti, & fructuom, pro una videlicet Regi, & alia Executori, reliqua vero partibus, denunciatori applicandis pæois ipſo facto incurrendis prohibuit, & ſi prohibitioni hujuſmodi paritum non fuiſſet, contra eoſdem ad declarationem incurſos cenſurarum, & pænarum hujuſmodi procedi voluit, eoſdem-

Digitized by Google

demque contravenientes, & inobedientes hujuſmodi excommunicationis ſententiam, ac amiſſionem frumenti, & fructuum incidiſſe declarandi, ac ſententias, cenſuras, & pænas eccleſiaſticas prædictas aggravandi, interdictum apponendi, & alia faciendi, & exercendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuiſſent, ſeu quomodolibet opportuna, certis perſonis, ſeu Judicibus facultatem conceſſit: Volens, quod iidem, & eorum quilibet dictos Mercatores de conſenſu Regis, ſeu Locumtenentis, & in eorum abſentia Gubernatorum Generalium dicti Regni pro tempore exiſtentium, contractibus illicitis hujuſmodi revocatis, & annullatis, & non aliter eos, qui in cenſuras, & pænas hujuſmodi incurriſſent, abſolvere poſſent, omneſque contractus, vulgo quietamenti nuncupatos eo in Regno a Mercatoribus in uſum introductos omnino reprobavit, prohibuit quoque ne Tabelliones, vel Notarii publici, ſive Apoſtolica, vel Imperiali, vel alia quacumque creati eſſent auctoritate, aliquod Inſtrumentum conficere, vel in Protocollum redigere, aut aliquam Scripturam, etiam privatam deſuper conſcribere pro cautela ſimplici, auderent, vel præſumerent, ſi ſecus facerent in Tabelliones, tamquam crimen falſi committentes, animadverti voluit, utque ad eadem, & alia quæcumque munera, publicaſque functiones perpetuo inhabiles eſſent: Eos vero, qui in aliquo prædictorum contravenirent, præter ſententias, & cenſuras, anathemati, ac maledictioni æternæ, quam ex parte Omnipotentis Dei in ſcriptis tulit, etiam infamiæ perpetuæ, ac crimini Monopolii, & indebitarum, & injuſtarum uſurarum, confiſcationi, & privationi bonorum quorumcumque Immobilium, & Juriſdictionalium, & Feudorum omnino ſubjectos, & a Chriſti Corpore, & Eccleſiæ Dei unitate ſeparatos, ac omni, & quocumque Beneficio, & Officio Eccleſiaſtico, vel Sæculari, ſive temporali, perpetuo ipſo jure privatos, & ad illa inhabiles eſſe, & fore ſtatuit, & declaravit, & in caſibus prædictis abſolutionem a ſententia excommunicationis, ſibi, & Romano Pontifici, præterquam in mortis articulo, reſervavit, aliaque nonnulla circa præmiſſa ordinavit, cum de ſic judicando ac irritanti, & aliis decretis, derogationibus, ac clauſulis adjectis, prout in ejuſdem literis latius continetur.

Omnes contractus ſic initos reprobavit.

Tabelliones vero hujus generis Inſtrumenta, aliamve ſcripturam facere prohibuit.

Reos autem non excommunicatione tantum, ſed confiſcatione bonorum &c. puniendos voluit.

§.2. Cum autem, ſicut Nobis nuper ſignificavit Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, optatus finis his incommodis, & præmiſſis, non ſucceſſerit, nec per dictas Prædeceſſorum hujuſmodi literas ſatis proviſum fuerit, atque ipſe in Conventu, ſeu conſilio, quod *Cortes* dicitur, nuper in Oppido de Monſon in prædicto Regno, in ſua præſentia celebrato, gravium, & rerum experientia inſignium Virorum conſilio mature adhibito, quamdam Conſtitutionem, ſeu Edictum *Fuerum* nuncupatum promulgaverit, per quam gravibus, ac ſeveris pænis talium hominum avaritia, & cupiditas coerceatur, atque huic malo jam ſatis congruum remedium adhibitum videatur.

Philippus II. nonnullas Leges edidit cõtra Monopolia committentes.

Statutiſque corporalibus pænis huic malo ſatis proviſum eſt.

§.3. Nos exiſtimantes per tales pænas temporales abunde proviſum fuiſſe, & attendentes gladium excommunicationis ſobrie, magnaque circumſpectione exercendum eſſe, ac facile evenire poſſe, ut complures ejus rei ignari in laqueum miſere inciderent, multis etiam talis pæna perniciem potius afferat, quam ſalutem, ejuſdem Philippi Regis precibus inclinati, Literas Adriani, & Gregorii Prædeceſſorum hujuſmodi, quarum tenores, præſentibus, haberi volumus pro expreſſis, ſuper præmiſſis editas, in quantum excommunicationis ſententiam, ſeu alias cenſuras, & pænas eccleſiaſticas contra prædictos infligunt, & in eis contenta quæcumque, auctoritate præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus, volumuſque illas vires, & effectum de cætero non habere, eaſque nullas, irritas, invalidas, ac nullius roboris, vel momenti eſſe decernimus, perinde ac ſi ab eiſdem Prædeceſſoribus non emanaſſent: Non obſtantibus eiſdem Literis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Quare Sixtus Gregorii Literas revocat quoad pœnas ſpirituales.

§.4. Ut autem præſentes Literæ facilius ad omnium notitiam perducantur, volumus, ut earum exempla etiam impreſſa &c.

Harum tranſumptis credi jubet.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Februarii 1587, Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 25. Febr. 1587. An.II.

XIV.

Revocatio literarum Gregorii XIII. contra Baudolerios Regni Aragonum in iis, quæ reſpiciunt pœnas ſpirituales in prælaudatis literis enunciatas.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Hinc quoque Gregorii Conſtitutionem vid. Tom. citat. f.255. num.XVIII.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

PRovida Romani Pontificis circumſpectio, ea quæ interdum a Sede Apoſtolica ſecundum temporis opportunitatem, ac rei exigentiam ordinata fuerunt, juſtis ſuadentibus cauſis, abrogat, & immutat, prout animarum ſaluti potiſſimum conſulendo, in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Exordium.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter, cum intellexiſſet, quod in Regno Aragonum humani generis Hoſtis hominum mentes ita excæcabat, ut ab odiis, & inimicitiis ad cædes, & homicidia committenda multos impelleret, cruentaque corporum morte, ſalutem animarum in extremam perniciem, ſeu diſcrimen adduceret; multique ejuſdem Regni Incolæ, ac Nobiles, inimici-

Gregor. XIII. Bandolerios, ſeu inimicitias armata manu exercẽtes excommunicationi ſuppoſuit reſervata Rom. Pontifici abſolutione.

Digitized by Google

citias, & factiones inter ſe, & Bandoſitates, ut ipſi ajebant, exercere, Satellites, & varii generis armatos ducere, & privatim habere, amicos, & affines ad arma excitare, damna viciſſim hoſtiliter quoquo modo inferre ſoliti eſſent in grave animarum ſuarum periculum, & præjudicium plurimorum, quodque hujus rei occaſione, & aliis, quamplurimi Sicarii, & Prædones evadebant, qui; dum a potentioribus factionum Capitibus, qua poterat quiſque majori manu, & numero, privatis odiis, & inimicitiis fovendis alebantur, inde in diverſas alias cædes, latrocinia, ſacrilegia, aliaque crimina prorumpere conſueverunt: Iis malis, ac tam apertis diabolicis fraudibus cupiens aliqua ratione occurrere, per ſuas in forma Brevis literas, ſuaque perpetuo valitura Conſtitutione, quamcumque ſuper præmiſſis conſuetudinem, pro lege forſan obſervatam, tamquam a Religione, & Chriſtiana pietate omnino alienam, damnavit penitus, & abolevit, ac a dicto Regno penitus exulare voluit, ſancivitque, omnes, & ſingulos, etiam Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, & alios Dominos temporales, & quoſcumque alios dicti Regni, qui pro ſua, vel amici, vel propinqui, conſanguinei, affinis, vel cujuſvis alterius injuria vindicanda, inimicitias, ſimultates, bandoſitates nuncupatas exercere, & præmiſſorum occaſione ſatellites, & armatos homines evocare, aut apud ſe, vel in Terris, & Dominiis, vel Domibus ſuis, aut alibi, publice, vel occulte alere, recipere, aut retinere, vel fovere auſi forent, qui neceſſarios, affines, & amicos in factionem, & partes ſuas contra aliquem, vel aliquos excitarent, omneſque, qui eadem feciſſent, aut illis cauſſam dediſſent, & qui arma pro præmiſſis quomodolibet ſumpſiſſent, quique ſuper his rebus alteri conſilium, auxilium, vel favorem præſtitiſſent, auctoreſque, aut ſuaſores fuiſſent, necnon eos, qui ſub prætextu abuſus hujuſmodi aliquem provocaſſent, aut illi quomodolibet vim intuliſſent, quique eam prætenſam legem, aut conſuetudinem licitam, & non omnino damnatam eſſe aſſeveraviſſent, ac eos omnes, quos in dictis partibus homicidia, & latrocinia, & alia ſcelera committendo, ſeu vias infeſtando vagari contigiſſet, excommunicationi, anathemati, maledictioni æternæ, interdicto, omnibuſque aliis cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, eo ipſo, & abſque alia declaratione incurrendis, voluit omnino eſſe ſubjectos, & a Chriſti Corporis unitate, qui auctor eſt pacis, & concordiæ, omnino præciſos, eorumque abſolutionem ſibi, & Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, præterquam in mortis articulo, reſervavit; Et ſi perſonæ hujuſmodi eccleſiaſticæ forent, etiam omnibus, & ſingulis Eccleſiis, Monaſteriis, Dignitatibus, & aliis Beneficiis Eccleſiaſticis per eos obtentis, ſeu in quibus, & ad quæ jus eis competeret, ſimiliter eo ipſo, & abſque alia declaratione privavit, & ad illa, & alia in poſterum obtinenda inhabiles exiſtere, necnon illa tamquam per privationem hujuſmodi vacantia per alios a ſe, & Sede Apoſtolica impetrari poſſe, necnon quaſcumque penſiones annuas, & illorum loco fructuum reſervationes, illis Apoſtolica auctoritate reſervatas, conceſſas, & aſſignatas, ceſſare, expirare, & extinctas eſſe, ipſo facto, ac eos, qui ad illarum ſolutiones tenerentur, ad illas perſolvendas, aut præſtandas, minime teneri, nec propterea aliquas cenſuras, aut pœnas in Literis Apoſtolicis reſervationum hujuſmodi contentas incurrere decrevit; eos vero, qui ex cauſis prædictis pugnaſſent, & occiſi fuiſſent, perpetua eccleſiaſtica carere voluit ſepultura: Ac eoſdem omnes, qui dictæ pravæ conſuetudinis prætextu, aut alias inimicitias, aut bandoſitates prædictas exercere, & eos omnes, qui his de cauſis arma ſumere auſi forent, aut quidquam contra literarum hujuſmodi auctoritatem commiſiſſent, pœnas contra pugnantes in duello, vel locum ad Monumachiam concedentes, aut alia circa idem ſingulare certamen committendum, illi, & intereſſendo delinquentes, per Concilium Tridentinum latas, & irrogatas incurrere declaravit, aliaque nonnulla circa præmiſſa ordinavit, prout in dictis literis latius continetur.

Eccleſiaſticos hujuſmodi Bandoſitates perpetrães quocumque Eccleſiaſtico Beneficio, penſiones &c. privavit.

Quos vero in hujus generis pugnis mori cótingeret, eccleſiaſtica carere ſepultura.

Cæteroſque omnes pœnis a Cócilio Tridentino contra pugnantes in duello præſcriptis voluit ſubjacere.

§. 2. Cum autem, ſicut nobis ſignificavit chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, optatus finis his incommodis, ex præmiſſis, non ſucceſſerit, nec per dictas Prædeceſſoris noſtri literas ſatis proviſum fuerit, ipſe in Conventu, ſeu Conſilio, quod Cortes dicitur, nuper in Oppido de Monſon in dicto Regno, in ſua præſentia celebrato, gravium, rerumque experientia inſignium Virorum, conſilio mature adhibito, quamdam Conſtitutionem, ſeu Edictum, *Puerum* nuncupatum, promulgavit, per quam gravibus, & ſeveris pœnis talium hominum audacia coercetur, atque huic malo jam ſatis congruum remedium adhibitum videatur.

Efficaciori tamen medio huic malo cóſultum a Philippo Rege cum fuerit.

§. 3. Nos exiſtimantes per temporales pœnas abunde, quoad præmiſſa provideri poſſe, & attendentes gladium excommunicationis ſobrie, magnaque circumſpectione exercendum eſſe, ac facile evenire poſſe, ut complures ejus rei ignari in laqueum miſere inciderent, multis etiam talem pœnam perniciem potius afferre, quam ſalutem, ejuſdem Philippi Regis precibus inclinati Literas Gregorii, & forſan aliorum Prædeceſſorum ſuper præmiſſis editas, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, quoad ſupradicta, etiam in quantum excommunicationis ſententiam, ſeu alias cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas contra prædictos infligunt, aut in eis contenta quæcumque, auctoritate præſentium, perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus, & volumus illas vires, & effectum de cætero non habere, ac nullas, irritas, & invalidas, & nullius roboris, vel momenti eſſe decernimus, perinde ac ſi ab

Sixtus Gregorii Literas revocat quoad pœnas ſpirituales.

c...

eiſdem Prædeceſſoribus non emanaſſent. Non obſtantibus iiſdem literis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſentis Cõſtitutionis tranſumptis credi jubet.

§.4. Ut autem præſentes literæ facilius ad omnium notitiam perducantur, volumus, ut earum exempla, etiam impreſſa, manu Notarii publici ſubſcripta &c.

Dat. die 25. Febru. 1587. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Februarii 1587. Pontificatus noſtri Anno II.

X V.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Pœna exilii Laicis Regni Aragonum per Regium edictum inflicta extenditur ad Eccleſiaſticos ejuſdem Regni detinentes Archibuſium ad Rotam breviorem quatuor Palmis: injuncto locorum Ordinariis, ut contra delinquentes procedant, etiam tamquam Delegati Sedis Apoſtolicæ.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Per edictum Regium præſcripta Exilii pœna contra Laicos Archibuſia ad Rotam detinentes.

§.1. CUM ſicut exponi nobis nuper fecit Chariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, nuper edita fuerit Conſtitutio quædam, ſive Edictum, per quam bono publico, & ad evitanda inconvenientia, & occaſionem delinquendi in offenſam Dei inde provenire ſolita, Archibuſia, quæ appellant ad Rotam, menſura quatuor palmorum breviora ejuſdem Regni Incolis prohibita fuerunt ſub pænis, videlicet, quoad Nobiles, & Equites, ac præcipuos Cives, exilii triennalis a dicto Regno pro prima vice, pro ſecunda vero decennalis, ac pro tertia perpetui in eos, qui talia Archibuſia quoquo modo haberent, aut iis uterentur.

Idem Rex hujuſmodi pœnam ad Eccleſiaſticos extendi petit.

§.2. Quare idem Rex Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus eaſdem pænas ad Eccleſiaſticos ejuſdem Regni extendere dignaremur.

Extendit Pontifex mandando Ordinariis locorum, ut contra delinquentes procedant.

§.3. Nos itaque ejuſdem Philippi Regis precibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium eaſdem pænas in omnes, & quoſcumque Eccleſiaſticos, & Clericos Regni Aragonum in Sacris, etiam Præsbyteratus Ordinibus, conſtitutos, tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis, ac Militiæ Regulares, quavis dignitate, auctoritate, & præeminentia fulgentes, etiam exemptos, & ſub noſtra, ac Beati Petri protectione immediate receptos, & quocumque privilegio ſuffultos, eorumque familiares, ſervientes, & Miniſtros extendimus, perinde ac ſi, quoad tales perſonas, a Nobis, & Sede Apoſtolica ab initio emanaſſent: univerſis, & ſingulis locorum Ordinariis in dicto Regno conſtitutis, & quibuſvis competentibus Judicibus prædictam Conſtitutionem, ſeu Edictum contra perſonas eccleſiaſticas prædictas, etiam quoad exemptas, tamquam noſtris, & dictæ Sedis Delegatis, quæ hujuſmodi Archibuſia detinuerint, ac quoquo modo habuerint, debitæ executioni per ſe, vel alium, tam per viam accuſationis, vel denunciationis, vel ſimplicis querelæ, quam ex mero Officio inquirendi, & demandandi, procedendi, ac in eos pænas prædictas exequendi, ac exequtioni debitæ, ac privilegiatæ demandandi, auxiliumque brachii ſæcularis ad id, ſi opus fuerit, invocandi, plenam, liberam, & omnimodam, ſimili auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus facultatem.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, & quorumcumque Ordinum, ac militiarum privilegiis, Indultis, & Literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ, præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum valeat quomodolibet impediri, etiam ſub prætextu firmæ cujuſvis ſpeciei, etiamſi foret ad caſum, ac aliis ejuſdem Regni ſtatutis, & conſuetudinibus in contrarium quomodolibet facientibus. Quæ omnia nolumus cuiquam adverſus præmiſſa ſuffragari.

Fides tranſumptis danda.

§.4. Ut autem præſentes Literæ facilius ad omnium notitiam perducantur, volumus, ut earum exempla etiam impreſſa &c.

Dat. die 25. Februa. 1587. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Februarii 1587. Pontificatus noſtri Anno II.

X V I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmantur Privilegia, & Facultates Præpoſito Generali, & Præsbyteris S. J. Miſſiones in Indiis exercentibus a Pio PP. IV., Pio V., & Gregorio XIII. conceſſæ, & ad aliud tempus juxta terminos primæ conceſſionis extenduntur.

Dilectis Filiis Generali, aliiſque Præpoſitis, & Præsbyteris Societatis Jeſu.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium a laboribus, quos Presbyteri S. J. impendunt in converſione Gentilium in Indiis, petitum.

SAlus animarum, & ſpiritualia commoda Populorum ex gentilitatis tenebris recenter ad veræ Fidei cognitionem converſorum, ita nobis precipue cordi ſunt, ut quoniam illis ad nos, & Sedem Apoſtolicam non ſine maximis periculis, & incommodis acceſſus patet, libenter pro eorum commodo certas vobis facultates, & ſpirituales gratias concedimus, ſive a prædeceſſoribus noſtris ad certa tempora conceſſas, prorogemus, quibus ſuffulti, juxta datam vobis a Domino prudentiam in Regionibus Indiarum, tunc demum utamini moderate, & opportune, cum ad Dei Gloriam, Populorum ſalutem, & ædificationem, ac Sedis Apoſtolicæ decorem videritis expedire.

Pius PP. V. facultatē eis conceſſit Indos extra eccleſiā, & ſine conſuetis cerimoniis baptizandi.

§.1. Alias ſiquidem, ſicut nobis nuper exponi feciſtis, fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter ad certum tunc expreſſum, & per piæ mem. Gregorium Papam XIII, Prædeceſſorem etiam noſtrum prorogatum, nedum elapſum tempus, Præsbyteris veſtræ Societatis baptyzandi quoſcumque in partibus Indiarum, etiam extra Eccleſias, & ſine ceremoniis conſuetis licentiam tribuit, ac præterea univerſis Chriſtianis in Indiis pro tempore degentibus ad decennium indulſit, ne excommunicationem, aliaſque eccleſiaſticas ſententias, cenſuras, & pænas in Bulla die Cenæ Domini legi ſolita contentas, quoad Forum conſcientiæ incurrerent, etiamſi cum Infidelibus commercium habuiſſent, tam de quibuſcumque mercibus, quam etiam de armis, quando non eſſent in damnum chriſtianitatis, veluti ſi hoſtem non notabiliter armarent.

Chriſtianis vero, ne Cenſuras in Bulla Cænæ expreſſas in foro cōſcientię incurrant, etiam ſi cum Infidelibus commercium de armis habeāt.

§.2. Quod Indultum deinde dictus Gregorius Prædeceſſor ad aliud decennium nondum elapſum extendit, ea tamen conditione, ut ſuffragaretur iis tantum, qui privatim, & ſine notabili periculo aliquid parvi momenti, veluti pugionem, aut gladium venderent, non autem iis, qui Mercatorum more hujuſmodi prohibitas merces Infidelibus venales exponerent: Nam tales Venditores excommunicationi, aliiſque prædictis pænis, & cenſuris voluit omnino ſubjacere, etiamſi Infideles, quibus illa venderentur, non notabiliter armarent.

Gregorius XIII. ſecundo d. facultatem ad eos reſtrinxit, qui res parvi momenti venderent.

§.3. Sed & idem Gregorius Prædeceſſor Præsbyteris dictæ Societatis in Indiis Orientalibus, ac Neophitis, & aliis ad Eccleſiæ unitatem reductis, ſuper bonis male acquiſitis, ad quæ reſtituenda incertis perſonis obligati exiſterent, ad pia opera componendi, vel quatenus ipſi ſic obligati indigerent, eis in toto, vel in parte remittendi, condonandique facultatem conceſſit.

Facultatem autem Præſbyteris S. I. conceſſit nec converſis condonandi bona male acquiſita.

§.4. Idem quoque Pius Prædeceſſor Vobis cum quibuſcumque perſonis in Indiis, ut in diebus jejunii ab Eccleſia ſtatutis, propter æſtum graviſſimum, & propter cibos levioris nutrimenti, & quia homines illi navigationibus, & bellis gerendis ſunt aſſidue dediti, cibis etiam prohibitis libere veſci poſſent, diſpenſandi.

Et cum omnibus diſpenſandi ſuper cibis prohibitis in diebus jejunii.

§.5. Præpoſito etiam Generali veſtræ Societatis pro tempore exiſtenti. Sacerdotes idoneos, ejuſdem Societatis Religioſos, ſuo arbitrio deputandi, qui cum Neophitis Provinciæ Braſiliæ ſuper jejuniis diſpenſare, eaque pro ipſorum arbitrio moderare, & commutare libere valerent, nec non cum Fidelibus utriuſque ſexus conjugatis in partibus Indiarum, quando ratione voti caſtitatis, vel aliam ob cauſam debitum conjugale petere ab altero conjuge de jure prohiberentur, ut nihilominus illud petere ſine peccati periculo poſſent, in foro conſcientiæ diſpenſandi plenam, & omnimodam auctoritatem tribuit.

Præpoſito vero Societatis Sacerdotes ad hoc idoneos deputandi.

§.6. Inſuper dictus Gregorius Prædeceſſor eidem Generali, ac aliis in India per ipſum deputandis Præpoſitis, ac Præsbyteris veſtræ Societatis cum Neophitis, aliiſque ad ſidem reductis exiſtente rationabili, & legitima cauſa ſuper voto caſtitatis, non tamen ſolemni, neque in matrimonio de facto, contra canonicas ſanctiones, & in facie Eccleſiæ, ſive ſcienter, ſive ignoranter contracto, non obſtante quovis occulto impedimento, propter quod tale matrimonium foret invalidum, in conſcientia, ſi ipſi contrahentes non ſine ſcandalo ſeparari poſſent, ac dummodo ipſi de novo inter ſe ſecreto, Concilii Tridentini forma ſervata, ſi id quoque non ſine ſcandalo fieri queat, ſin autem, ſuper quo eorum conſcientias oneravit, etiam dicta forma non ſervata contraherent, injuncta eis, pro modo culpæ, pænitentia ſalutari, etiam diſpenſandi poteſtatem eſt impartitus.

Data eis facultate diſpenſandi ſuper voto caſtitatis, aliiſque occultis impedimentis in matrimoniis jam contractis.

§.7. Sed, & vobis, aut veſtrum aliquibus in Orientali India degentibus ob difficultatem navigationis, & accedendi ad Loca, ubi Epiſcopi reſidebant, ut Religioſi veſtræ Societatis nondum ad Sacros Ordines promoti, extra tempora a jure ſtatuta, etiam forſan temporum interſtitiis non expectatis, ad eoſdem ordines, & aliquando etiam ante ætatem legitimam, dummodo defectus ætatis, ad id a Concilio Tridentino requiſitæ, annum non excederet, & cæteræ Ordinandorum qualitates defectum ſupplerent ætatis, * promoveri, & ſic promoti poſtmodum in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, Miſſaſque, & alia divina Officia celebrare valerent, Pius Prædeceſſor noſter prædictus vivæ vocis oraculo ad decennium, uti tunc expreſſum fuit, numerandum indulſit.

Pius etiam V. conceſſit, ut ad Miſſiones Indicas deputati, Sacriſque Ordinibus nondum initiati, ad d. Ordines promoveri poſſint extra tempora, non ſervatis interſtitiis, & ante annum ætatis a Concilio Tridentino deſignatæ.

** Sic.*

§.8. Quod Indultum poſtea idem Gregorius Prædeceſſor uſque ad Japoniæ, nec non Braſiliæ, Perù, Mexican., cæteraſque utriuſque Indiæ, & novæ Hiſpaniæ Regiones, Inſulaſque Maris Oceani, inter quas omnes Regiones, & Inſulas privilegiorum eiſdem conceſſorum, & concedendorum mutuam alioquin communicationem eſſe voluit, & ad alterum nondum elapſum decennium, etiam in ampliorem formam extendit, & prorogavit.

Hoc Privilegium ad utrāque Indiā, novæque Hiſpaniæ Regiones extendit, & ad aliud decennium prorogavit Gregorius.

§.9. Demum dictus Gregorius Prædeceſſor vobis, ac veſtrum unicuique cum Neophitis utriuſque ſexus quibuſcumque conſanguinitatis, vel affinitatis gradibus, aut alias conjunctis, ſeu invicem ſe attinentibus, ſuper hujuſmodi gradibus, jure tamen divino non prohibitis, ut illis, & impedimentis hujuſmodi, nec non Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & aliis contrariis nequaquam obſtantibus, matrimonium contrahere, & in facie Eccleſiæ ſolemnizare, ſive ſi jam ſcienter, & de facto contraxiſſent, denuo contrahere, & poſtea illa carnali copula conſumare, & in eis, quoad vixerint, remanere, ac denunciationes in Eccleſiis, & alias extrinſecas ſolemnitates, ac cæremonias requiſitas, cum id vobis expedire, aut neceſſarium eſſe viſum fuerit in contrahendis matrimoniis, prorſus omitterē valeant, gratis diſpenſandi, dummodo quoad forum contentio-

Facultatem quoque conceſſit diſpenſandi in gradibus conſanguinitatis, & affinitatis, a Denunciationibus faciendis &c.

Digitized by Google

tioſum, hujuſmodi facultate non alias uteremini, niſi in Locis, & Provinciis Ordinariorum præſentia deſtitutis, vel ab eis non minus ducentum millibus paſſuum remotis, prolemque ſuſceptam, & ſuſcipiendam, legitimam decernendi, facultatem eſt elargitus, prout in diverſis eorumdem Prædeceſſorum literis latius continetur.

Prapoſitus dd. facultates prorogari, vel in perpetuum concedi petit.

§.10. Cum autem, ſicut eadem ſubjungebat expoſitio, cauſæ multæ juſtæ, & rationabiles, propter quas hujuſmodi gratiæ a Prædeceſſoribus noſtris emanarunt, adhuc vigeant, & valde expediat eas, quæ ad tempus conceſſæ ſunt, ad aliud longius tempus prorogari, reliquas vero perpetuo, vel ad beneplacitum impetratas, pro earum majori validitate, etiam denuo auctoritate noſtra roborari; propterea nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Quarumcumque facultatum terminos prorogat Sixtus.

§.11. Nos itaque veſtrum in Chriſtiana Religione ad exteras, & remotiſſimas Nationes propaganda pium, & religioſum zelum, ac ſedulam operam plurimum in Domino commendantes, veſtris ſupplicationibus inclinati, privilegia, facultates, & Indulta prædicta, literaſque deſuper confectas, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ac inde ſequuta quæcumque, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, eaque omnia, & ſingula præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſupplentes omnes, & quoſcumque juris, & facti, ac ſubſtantiales defectus, ſi qui in hujuſmodi impetrationibus interveniſſent, & quoad ea, quæ ad certa tempora conceſſa fuerunt, tempora ipſa in eis præfixa ad aliud decennium a fine temporis unicuique ex conceſſionibus hujuſmodi præſcriptis numerandum, auctoritate, & tenore præmiſſis extendimus, ac prorogamus, ac tam illa, quam alia omnia, & quæcumque ſupradicta de novo per eaſdem præſentes, quatenus opus ſit, concedimus, & indulgemus.

Indis vero qui quemquam ad Chriſtianā fidem adduxerit, plenariam Indulgentiam elargitur.

§.12. Poſtremo ut Chriſti Fideles eo etiam ferventius Infideles ad Sanctum Baptiſmi Lavacrum invitent, quo ex hoc cæleſtis dono gratiæ noverint ſe uberius eſſe refectos, re: me: Pii Papæ IV. noſtri etiam Prædeceſſoris, qui ſimilem Indulgentiam ad certum jam pridem elapſum tempus conceſſit, veſtigiis in hac parte inhærentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus in partibus Indiarum vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refectis, quoties aliquem ex Infidelia, & ab Idolatria ad veri Dei cognitionem, atque cultum reduxeriut, toties Indulgentiam plenariam, & ſingulorum peccatorum ſuorum abſolutionem, & remiſſionem, nec non Jubilæum plenarium, auctoritate Apoſtolica, tenore earumdem præſentium, miſericorditer in

Domino concedimus, & elargimur, injuncta aliqua arbitraria per Confeſſores ſalutari pœnitentia, ſuper quo illorum conſcientias oneramus; Præſentibus, quas utpote ad Chriſtianæ Religionis augumentum, & in partibus ab Urbe, tot menſium difficili, ac periculoſa navigatione, remotis, ac propterea revocationum Apoſtolicarum non facile notitiam habituris, conceſſis, quavis de cauſa, etiam per Nos, & Sedem Apoſtolicam revocari, ſuſpendi, aut alias quomodolibet alterari nullatenus poſſe, nec ſub quibuſvis ſimilium Indulgentiarum, & facultatum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, antelationibus, vel aliis diſpoſitionibus, etiam in favorem Fabricæ Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, Cruciatæ Sanctæ, vel redemptionis captivorum, aut alias ex quibuſvis aliis, & urgentiſſimis, & neceſſariis cauſis, etiam ad Imperatoris, Regum, & aliorum Principum inſtantiam, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias quomodolibet pro tempore factis, nullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis excipi, & quoties illa emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo conceſſas fore, ac cenſeri, ipſiſque Chriſtifidelibus ſuffragari debere, & quarum tranſumptis Secretarii Societatis, vel cujuslibet Notarii publici manu ſcriptis, & ejuſdem Societatis Præpoſiti Generalis, vel alicujus perſonæ in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo ſignatis, plenariam, & eandemmet fidem ubique in judicio adhibendam eſſe, & adhiberi debere, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, decernimus.

Servatis tamen cuique Privilegio, & facultati terminis in prima conceſſione præſcriptis.

§.13. Quoad hujuſmodi Indulgentiam ad decennium dumtaxat proximum. Quoad reliqua vero ſupradicta, partim ad tempora ſuperius expreſſa, partim vero perpetuis futuris temporibus, vel ad noſtrum, & dictæ Sedis beneplacitum, prout reſpective ab initio conceſſa fuerunt, valituris.

Dat. die 14. Martii 1587. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Martii 1587. Pontificatus Noſtri Anno II.

XVII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatio, & approbatio Breviarii a Capitulo generali Carthuſien. Ordinis emendati, & a Cardinalibus Carafa, & Montis Regalis recogniti pro ipſo Ordine Carthuſien.

Dilecto Filio Priori Generali Ordinis Carthuſien.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Commiſſo nonnullis da-

§.1. ORdinis iſtius Carthuſienſis Breviarium, quod a te, Capituloque ge-

1587. ta Breviariū, de quo in Rubrica, examinandi.

generali nuper emendatum eſſe Nobis ſignificaſti, a dilectis Filiis noſtris Antonio Tituli Sanctorum Joannis, & Pauli Carafa, & Vincentio Tituli Sanctæ Mariæ in via Montis Regalis S. R. E. Cardinalibus nuncupatis, & aliis doctis, & peritis Viris, quos delegimus, ſtudioſe, diligenterque recognoſcendum curavimus; ii omnibus, & ſingulis illius partibus, ex quibus totum Canonicarum Horarum Officium Divinum conſtat, vere perſpectis, recteque recognitis demum Nobis retulerunt, nihil in eo videri, neque eſſe, quod ejuſdem Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ Romanæ Inſtitutis, Tridentinæ Synodi œcumenicæ decretis, & Sacris Canonibus repugnet.

Approbatur a Pontifice, cum licentia imprimendi, eoque utendi.

§.2. Quamobrem illud ita, & correctum, & recognitum Nos Apoſtolica auctoritate approbamus, confirmamus, & roboramus, ratum, firmumque habemus: & quoniam cupimus, tuis precibus adducti, quam primum fieri poteſt illius uſum introduci: Idcirco tibi hoc conceſſum, & indultum eſſe volumus, ut tam literarum harum, quam aliorum Privilegiorum, & Indultorum, quæ alias a Sede Apoſtolica iſti Ordini conceſſa ſunt, virtute ſic emendatum, correctumque, id ipſum Breviarium imprimere, impreſſum evulgare, atque in univerſo Ordine, ejuſque Eccleſiis, Domibus, ac Locis quibuſcumque, ad uſum, & conſuetudinem intruducere libere, & licite ſine ullo conſcientiæ ſcrupulo poſſis, itaut omnes, & ſinguli Ordinis iſtius Superiores, Fratres, Religioſi, & cæteri quicumque ſint utriuſque ſexus, quorum intereſt, ad hujuſmodi Breviarii præſcriptum, ac ritum pſallant, divinas laudes dicant, canonicarumque horarum officium præſtent.

Obſtantium derogatio.

§ 3. Non obſtantibus præmiſſis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus, Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non dicti Ordinis, illiuſque Domorum, & Locorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 17. Martii 1587. (a) An.II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Martii 1587. Pontificatus Noſtri Anno II.

(a) Hoc eodem anno Literis datis die 18. Martii, & quarum initium eſt *Romanus Pontifex* Sixtus V. omnia, & ſingula Privilegia Congregationi S. Salvatoris Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini pridem conceſſa confirmavit.

XVIII.

Confirmatio Literarum Gregorii XIII., quibus Græcis Catholicis Mercaturam Anconæ exercentibus facultas conceſſa fuit Conſulem ſibi eligendi.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Gregorius XIII. Græcis Anconæ commerciū exercentibus facultatem cōceſſit deputandi ſibi Cōſulem cum ſolitis privilegiis.

§.1. DUdum fel: rec: Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor Noſter Mercatoribus, & aliis Græcis Chriſtianis ex Inſula Pathmos in Civitate Noſtra, tunc ſua Anconitan. commorantibus, ut proprium pro ſua Natione in dicta Civitate Conſulem, qui eaſdemmet facultates, Juriſdictiones, privilegia, honores, & onera haberet, & habere deberet, quæ alii aliarum Nationum in eadem Civitate exiſtentes Conſules de Jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet habebant, & quibus gaudebant, ac habere, & gaudere poterant, tunc, & quandocumque opus foret eligere, creare, & deputare libere, & licite valerent, Apoſtolica auctoritate conceſſit, prout in literis dicti Prædeceſſoris in forma Brevis die 10. Januarii 1580. Pontificatus ſui anno octavo deſuper confectis plenius continetur.

Sixtus Prædeceſſoris Literas tales habens factam a Græcis Conſulis electionem confirmat.

§.2. Cum autem, ſicut ad aures Noſtras pervenit, Conſul pro dicta Natione in eadem Civitate per Mercatores, & alios Græcos Chriſtianos vigore literarum prædictarum electus, creatus, & deputatus nuper fuerit. Nos literarum prædictarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ac ſupplicationibus dictorum Mercatorum, & aliorum Græcorum Chriſtianorum pro eorum parte Nobis porrectis, hac in parte inclinati, Indultum, & facultatem eligendi Conſulem hujuſmodi, omniaque, & ſingula in eiſdem dicti Prædeceſſoris literis contenta, nec non electionem, creationem, & deputationem dicti Conſulis per eoſdem Mercatores, & alios Græcos vigore earumdem literarum factas, ac omnia, & ſingula inde ſecuta, dicta auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, eiſdem Mercatoribus, & aliis prædictis eumdem Conſulem confirmandi, revocandi, & alium nominandi, creandi, & deputandi, quoties illis expedire videbitur, concedimus, & indulgemus.

Clauſulæ

§.3. Decernentes eoſdem Mercatores, & Nationem ea prædicta Inſula Chriſtianos dicto Conſuli, & nullo alteri ſubjectos eſſe, ſicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non

Derogatio Contrariorũ.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Prædeceſſor in eiſdem Literis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Maii 1587. An.III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Maii 1587. Pontificatus Noſtri Anno III.

X I X.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Statutum, quod officium Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia, quod prius ad octennium durabat, Impoſterum ultra ſexennium non protrahatur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Circumſpecta Romani Pontificis providentia nonnunquam ea, quæ certis ſuadentibus cauſis per ejus Prædeceſſores geſta ſunt, ex aliis minus rationabilibus cauſis alterat, & ad primævum ſuum ſtatum reducit, prout in Domino conſpicit expedire.

Pius V. Miniſtri Generalis Ordin. Min. de Obſerv. officium per octo annos durare ſtatuit.

§.1. Sane fe. re: Pius Papa V. Prædeceſſor noſter inter alia ſtatuit, & ordinavit, quod officium Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum de obſervantia nuncupat., per octo annos extenderetur, prout in literis dicti Prædeceſſoris deſuper confectis plenius continetur.

Sixtus ad primævum ſtatum ſexennii reducit.

§.2. Nos attendentes huic Ordini, cujus Inſtituta Regularia, dum in minoribus eſſemus, per quinquaginta annos, vel circa amplexi fuimus, optime convenire ad evitanda ſcandala, & abſurda, quæ ob id antehac orta fuiſſe dignoſcuntur, ut officium prædictum ad primævum ſuum ſtatum reducatur, & ad ſexennium tantum duret, prout etiam complures Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri in diverſis eorum literis obſervari voluerunt, & mandarunt, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſtatutum, & ordinem ipſius Prædeceſſoris Apoſtolica auctoritate tenore præſentium revocamus, caſſamus, annullamus, & irritamus, ipſumque officium Miniſtri Generalis ad primævum ſtatum reducimus, & reſtituimus, itaut illud, * ad quod hac præſenti hebdomada electio Perſonæ ipſius Ordinis in Capitulo Generali fiet tam hac vice, quam perpetuis futuris temporibus ad ſexennium tantum duret, & durare debeat, & illo elapſo ſtatim ceſſet, ac ceſſare cenſeatur.

* Sic.

Sicque in poſterum præcipit obſervari.

§.3. Quocirca omnibus, & ſingulis dicti Ordinis Profeſſoribus huic negocio incumbentibus in virtute Sanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis ſententia, eo ipſo per contraſcientes incurrenda præcipimus, quatenus ſingulo quoque ſexennio ad novi Miniſtri Generalis electionem, quibuſcumque rebus poſthabitis, procedant, nec ipſi, ſeu tunc exiſtens Miniſter Generalis, aut quivis alius quacumque dignitate, etiam Cardinalatus honore fulgens, ſeu ipſius Ordinis Protector quacumque de cauſa etiam urgentiſſima confirmationem, ſeu extenſionem dicti officii in aliud etiam breviſſimum tempus a Romanis Pontificibus Succeſſoribus noſtris, & Sede Apoſtolica petere, & obtenta uti audeant, vel præſumant, ita ut elapſo dicto ſexennio prædictum officium Miniſtri Generalis ipſo Jure vacet, & vacare cenſeatur.

Irritam declarat quamcumque electionem, ſi aliter fiat.

§.4. Decernentes aliter factas electiones, & confirmationes nullas, & irritas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe.

Obſtantibus derogat.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti ordinis Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Maii 1587. An.III.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Maii 1587. Pontificatus Noſtri Anno III.

X X.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatio Literarum Eugenii IV., & Pii V. ſuper facultate conceſſa Officialibus Civitatis Anconitanæ, privative cognoſcendi cauſas ſuorum Civium in prima, & ſecunda Inſtantia.

Dilectis Filiis Antianis, ac Communitati, & Hominibus Civitatis Noſtræ Anconitanæ.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Proœmium.

Ex debito paſtoralis officii, meritis licet imparibus, noſtris humeris impoſiti ad ea convenit vigilantiæ noſtræ Curas intendere, per quæ Civitatum noſtrarum ſtatus proſpere dirigatur, ac Communitates, & Homines Nobis, & Apoſtolicæ Sedi ſubjecti præſertim illi, qui ſuæ fidei, & devotionis ſinceritate, & conſtantia erga dictam Sedem, & Romanos Pontifices condignis * ſe reddiderunt, in ſuis tractandis negotiis, ac litibus, & cauſis agendis ſubleventur, ac in gratiis, libertatibus, Immunitatibus, & Privilegiis, Juribuſque ſibi conceſſis adverſus tempeſtatum procellas ſubleventur.

* Sic

Anconitani a Rom. P[illegible]

§.1. Dudum ſiquidem Nobis, dictæque Sedi innotuit, Civitatem Noſtram Anconitanam inter cæteras Eccleſiaſtici Status Civi-

ta-

tates fidelitate, & obedientia hanc Apoſtolicam Sedem mirifice coluiſſe, & in maximis rerum diſcriminibus firmius ſemper, & ſolidius permanſiſſe. Unde Rnmani Pontifices Prædeceſſores Noſtri diverſis eam gratiis, immunitatibus, esemptionibus, & privilegiis decorarunt.

Quos inter Eugenius IV. Cauſas omnes in prima, & ſecunda Inſtantia ab eorum Officialibus decidi juſſit.

§.2. Nnper vero per dilectos filios Petrum Leonum, & Franciſcum Napum Oratores Veſtros Nobis ſignificaſtis, quod ſe. re. Eugenius Papa IV. Prædeceſſor noſter de præmiſſis abunde certioratus paterno, quo vos, Communitatemque veſtram proſequebatur affectu, detrimentis, & ſumptibus, quibus tam ex primis, quam ex ſecundis inſtantiis vos Communitaſque veſtra, ac Homines, Incolæ diſtrictus afficiebantur, & defatigabantur providere, ac Civitatis prædictæ ſtatum conſervare, illnmque pro commoditate, & indemnitate veſtris ſalubrius dirigere voleus, cauſas veſtras, & omninm veſtrum, nec non Hominum, & Incolarum diſtrictus hujuſmodi tam civiles, quam criminales, meras, & mixtas, (criminibus hæreſis, ac falſitatis Literarum Apoſtolicarum, nec non læſæ majeſtatis contra Summum Pontificem, dumtasat esceptis) in prima, & ſecundis Inſtantiis in Romana Curia de Jure, & antiqua conſuetudine moveri, & agitari ſolitas, Vobis, & veſtris Rectoribus, Præſidentibus, Officialibus pro tempore deputatis audiendas, cognoſcendas, decidendas, fineque debito terminandas permiſit, atque conceſſit: voluitque, & declaravit, quod nullus Civis, & Incnla Civitatis, & Comitatus prædicti aut alius undecumque ſit, cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtat, aliquem ex Civibus, Hominibus, & Incolis hujuſmodi in prima, & ſecunda Inſtantiis, pro quavis cauſa, lite, & controverſia extra Civitatem, & Territorium, vel diſtrictum veſtrum hujuſmodi tradere, & avocare audeat, ſeu præſumat, omnibus, & ſingulis Auditoribus, Vice-Auditoribus, Locatenentibus, cæteriſque Urbis, ac Romanæ Curiæ Officialibus, nec non Legatis estra Romanam Curiam ad Jura reddeuda, & miniſtranda deputatis, & deputandis, ne in dictis prima, & ſecunda Inſtantiis ſe intromitterent, interdixit, ac ſi ſecus factum foret, irritum, & inane decrevit, prout hic, vel alias in dicti Prædeceſſoris Literis in forma Brevis ſub dat. Romæ quinto nonas Julii anno Domini 1445. Pontificatus ſui Anno qninto decimo expeditas, plenius continetur.

Sublata Judicibus Curiæ Rom. facultate eas judicandi.

Pius V. Eugenii Literas confirmàs nõnulla ſtatuta ab Antianis illius Civitatis hac ſuper re edita approbavit.

§.3. Ac poſtmodum ſe. re. Pius Papa V. per ſuas Literas in forma Brevis ſub dat. Romæ apud Sanctum Petrum die 26. Septembris 1568. Anno Tertio eiſdem de cauſis motus permiſſionem, conceſſionem, declaratinnem, interdictum, & voluntatem dicti Eugenii Prædeceſſoris hujuſmodi approbavit, & confirmavit, & præterea ſtatuta, decreta, & ordinationem per dilectos filios antianos prædictæ Civitatis, illiuſque Communitatem prædictam, quod nullns in aliqua principali, vel alia quacumqne caoſa ſupplicet, aut impetret, vel citet, ſeu conveniri, citari, vel vocari faciat per viam principalis Judicii, aut cujuſcumque appellationis, ſeu nullitatis aliquem habitatorem, comitativum, ſeu diſtrictualem Civitatis, Communitatis, vel diſtrictus prædicti, aut univerſitatem, vel Caſtrum aliquod dictæ Civitati ſuppoſitum, vel impoſterum quomodocumqoe ſupponen. in aliqua cauſa civili, criminali, vel mixta, niſi coram Conſilio, Poteſtate, Rectore, Judicibus, & Officialibus Civitatis prædictæ per illius Conſilium deputatis ſtatuerint, & ordinaverint; ita nt ſi qnis contrafaceret per ſe, vel per ſuum Procuratorem, cauſam perderet, & omne Jus, quod haberet in re, vel quantitate, de qua eſſet quæſtio, ipſo facto, ſuo Adverſario applicaretur; Quod ſtatutum, ac Eugenii Prædeceſſoris conceſſio hujuſmodi Apoſtolica auctoritate confirmata fuerint, & quod nihilominus dilectns filius Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor ad conceſſionem, & ſtatutum hujuſmodi nullo habito reſpectu, diverſas inhibitiones Judicibus, & Officialibus dictæ Civitatis in cauſis in prima, & ſecunda Inſtantia hujuſmodi penden. in non modicum dictæ Civitatis præjudicinm relaxaverat, & ſi partes ipſæ ad Curiam acceſſiſſent, minime dubitandum eſſet, quin ipſæ dictas inhibitiones ſibi factas omnino revocari feciſſent, cauſantibus tamen partium earumdem paupertatibus, partes ipſæ multo ſibi conducibilios arbitrantes illas, & eas deſertas relinquere, quam ad Curiam ipſam accedere voluerunt; partium commoditati, & dictæ Civitatis indemnitati, & Jurinm tuitioni providere volens dictus Prædeceſſor dicta ſtatuta, & conceſſionem hujuſmodi, & in eis contenta confirmavit, & approbavit, eidemque Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, & quibuſcumque aliis Judicibus tam Ordinariis, quam Delegatis, & tam in alma Urbe, quam extra exiſten. quacumque auctoritate, & præeminentia fulgen., etiamſi S. R. E. Cardinales, ant Cauſarum Palatii Apoſtnlici Auditores ſuerint, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac quoad Cardinales ſub ejus indignatione, quo vero ad alios ſub excommunicationis majoris, aliiſque arbitrio ſuo applicandis pænis diſtricte præcipien. inhibuit, ne deinceps perpetuis futuris temporibus aliquas inhibitiones, ſeu alia impedimenta, propter qnæ Judices, & Officiales Civitatis hujuſmodi in canſis prædictis coram ipſis pendentibus in prima, & ſecunda Inſtantiis procedere, ac ſententias ſuas promulgare auderent, ſeu præſumerent, & nibilominus ſi inbibitiones, vel alia impedimenta fieri contigerit, ut præfertur, eiſdem Judicibus, & Officialibus Civitatis Anconæ hujuſmodi, ut illis non obſtantibus, ad cauſarum bnjuſmodi cognitionem, & executionem procedere omnino poſſent, & deberent, facultatem conceſſit, cum clauſula ſublata, decreto irritanti, & alias, prout

Quibus non obſtãtibus cũ Auditor Cameræ Apoſtolicæ nonnullas inhibitiones relaxaſſet.

Hujuſmodi inhibitiões relaxari idem Pontifex prohibuit.

Data Judicibus Anconitanis auctoritate iis non parendi.

Digitized by Google

prout in literis dicti Prædeceſſoris latius continetur.

Oratores Anconitani hæc omnia a Sixto PP. confirmari petunt. Obtinentque.

§.4. Petentes per Nos, dictamque Sedem Apoſtolicam præſidio fulciri, ac ut perpetuo ſubſiſtant, de novo approbari, & confirmari.

§.5. Nos autem, qui fidem veſtram erga Nos dictamque Sedem dudum probatam habemus, vos, communitatem veſtram, ac Homines, & Incolas prædictos ſimilibus, & amplioribus favoribus, & gratiis amplectentes, & proſequentes, dictorumque Prædeceſſorum literas, & in eis contenta quæcumque, ac ſi de verbo ad verbum hic inſertæ forent, pro expreſſis habentes, illas, ac remiſſionem, conceſſionem, voluntatem, declarationem, mandatum, interdictum, decretum, ſtatuta, & ordinationes prædictas, omniaque alia, & ſingula in dictis literis contenta, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo, & ad perpetuam rei memoriam approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui forſan in illis intervenerint, ſupplemus, illaſque innovamus, & de novo concedimus.

Datis ad talia exequenda Commiſſariis.

§.6. Mandantes moderno, & pro tempore exiſtenti dictæ Provinciæ Legato, Vicelegato, dictæque noſtræ Civitatis Gubernatori, eorumque, & cuilibet ipſorum Officialibus, & Miniſtris, ac S. R. E. Camerario, Vicecamerario, Cameræ Apoſtolicæ Clericis, & Generali Auditori, quatenus vos, Communitatemque, & Homines, nec non Incolas, ac Officiales, & Miniſtros prædictos minime impediant, perturbent, vel inquietent, quinimo in præmiſſis omnibus, & ſingulis, & circa ea faveant, aſſiſtant, & protegant, contradictores, rebelles, & inobedientes, & perturbantes quoſcumque Juris, & facti remediis opportunis, ac ſub ſententiis, cenſuris, & pœnis pecuniariis compeſcendo, aggravando, reaggravando, & interdicendo, & una cum invocatione brachii ſecularis.

Clauſulæ pro perpetua hujuſmodi conceſſionum obſervantia.

§.7. Et ita per quoſcumque etiam S.R.E. Cardinales, ac Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ac alios Ordinarios, & Delegatos Judices judicari debere, ſublata eis aliter judicandi, & declarandi facultate, & auctoritate; irritum quoque, & inane ex nunc, prout ex tunc, & e contra ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorũ.

§.8. Non obſtantibus Apoſtolicis, & dictæ Provinciæ, ac aliis Provincialibus, & Synodalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam ſuper regiſtrandis privilegiis in Archivio dictæ Provinciæ, ac de confirmandis, ac edendis ſtatutis editis, & edendis per Communitates ipſius Provinciæ per illius Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Vicarios, vel Rectores, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis ejuſdem Provinciæ Legatis, Gubernatoribus, Officialibus, Collegio, & Curialibus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, omnibuſque aliis, quæ Prædeceſſores noſtri voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque ſtatum, & merita cauſæ, & cauſarum ſi quæ forſan ſunt, eorum Inſtantias, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, ac privilegiorum, Indultorum, gratiarum, conceſſionum, ſtatutorum, decretorum, ordinationum, reformationum, aliorumque prædictorum, & hic de neceſſitate exprimendorum tenores, & compendia, ac ſi de verbo ad verbum, & non per clauſulas generales idem importantes, etiamſi in illis caveatur expreſſe, quod pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio habenda, aut totus illius tenor inſerendus, ſeu alius modus, vel magis exquiſita forma deberet ſervari, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis omnibus hac vice ſpecialiter, & expreſſe, ac motu ſcientia, & deliberatione prædictis derogamus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 23. Maii 1587., Pontificatus noſtri Anno III.

Dat. die 23. Maii 1587. An. III.

X X I.

Theologos Univerſitatis Sorbonicæ adhortatur, ut Libros hæreſi, erroribuſque conſperſos exquirant, in edendo Librorum probibitorum novo Indice adnotandos.

Ex Regeſt. in Secr. Brevi.

Dilectis Filiis Præpoſito, Theologis, & Canoniſtis Univerſitatis ſtudii generalis Sorbonæ.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

INter multiplices animi noſtri curas, quibus in apoſtolatus apice conſtituti premimur, maxima eſt, ut univerſo gregi, divina providentia Nobis commiſſo proſpicientes, ab eo lethalia quæque pro viribus arceamus, paſcua tantum ſalubria illi procurantes, & concedentes, ut ſublatis noxiis omnibus, & impedimentis, vitali cibo paſtus, potatuſque divinis fontibus ad cæleſtes caulas, incolumis perducatur.

Enarrat Pontifex quas curas ſuſceperit in examinanda, proſcribendiſque Libris hæreſi, ſeu pravis opinionibus conſperſis.

§.1. Cum itaque, graviſſima cum jactura Chriſtianæ pietatis ab anno 1564., quo tempore Index Librorum prohibitorum exiit, adverſario humani generis zizania in nocte ſeminante ſupra bonum ſemen, quotidie huic noſtro gregi venenum pro ſalutari eſca, atque potu apponatur, propineturque per libros, aut ſcripta hæreſi-

Digitized by Google

reſibus, ſeu quavis alia impietate corrupta, Nos Prædeceſſorum noſtrorum Summorum Pontificum veſtigiis inhærentes, qui expurgando veteri fermento doctrinæ pravæ plurimum elaborarunt, ad idem opus noſmet ipſos accinximus, & ſedule curavimus fieri novum Indicem librorum impiæ doctrinæ, quo noſtris ovibus indicemus, & prohibeamus nociva paſcua, quæ in hunc diem novimus, plura etiam indicaturi, & prohibituri, cum plura cognoverimus eſſe talia. Opus eſt arduum, & ingens, & non niſi magnis laboribus, & vigiliis, omniumque oculis, & auxiliis conficiendum, ut omnibus commodum, & utile eſſe poſſit. Quare ne dum quoſdam S. R. E. Cardinales, ſingulari eruditione, & prudentia præditos deputavimus cum Theologis, aliarumque ſcientiarum Profeſſoribus: Verum inſignium Academiarum, & Univerſitatum ſtudia, & labores adhibenda eſſe judicavimus.

Vocatis in partem laboris nonnullis Cardinalibus, Theologis, ac Univerſitatibus.

Sorbonicos Doctores, ut eumdem laborem ſuſcipiant adhortatur.

§. 2. Uti igitur egregias alias univerſitates, & Academias monuimus, & hortati ſumus, & hanc veſtram quoque monemus, & hortamur in Domino, vobiſque in meritum obedientiæ præcipimus, & mandamus, quatenus, omni adhibita diligentia, & ſtudio propoſitum noſtrum adjuvetis.

Modum ab eis ſervandū præſcribit.

§. 3. Cumque pro novo Indice faciendo id præſertim deſideretur, ut libri conſcribantur, quorum nomina non ſunt in prioribus indicibus; multum vero huic negotio conducere judicetur, ſi hæreticorum tempora, dogmata cognoſcantur, & libri, in hoc præcipue requiritur diligentia veſtra, ut hæc omnia ſignificetis Nobis. Deſideratur quoque, ut ſingulariter recenſeantur catholicorum libri, qui aliqua in parte, vel corrigendi, vel etiam prohibendi erunt. Neque nomina tantum, tum Hæreticorum, tum etiam Catholicorum deſiderantur, ſed & tituli librorum, & eorum Impreſſores, & loca ubi fuerint impreſſi. Hæc omnia quam primum in unum collegeritis, ad Sanctam hanc Sedem tranſmittere curabitis, ut tamdiu deſideratus Index populoque Chriſtiano admodum neceſſarius in lucem prodire poſſit. Significabitis etiam quo ordine, & modo, quibuſque ſervatis id a Vobis factum fuerit.

Dat. die 20. Junii 1580. An. III.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Junii 1587. Pontificatus noſtri Anno III.

XXII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Revocatis nonnullis ſtatutis ab Epiſcopo, & Capitulo Abulenſi editis circa viſitationem, & correctionem Capitularium, ſuppreſſiſque quibuſcumque controverſiis inde exortis, ſtatuta Concilii Tridentini in hujuſmodi materia ſervari mandat.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Cura Rom. Pontificis pro obſervantia

DEcet Romanum Pontificem in ſupremo juſtitiæ Throno, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine a Domino conſtitutum officii ſui partes ad ea propenſiori ſtudio conferre, per quæ Sac. Concilii Tridentini ſanctiones illibatæ præſerventur, & ſi quid in illarum depreſſionem cedere, & ad noxam tendere cognoſcit, id per ſuæ providentiæ miniſterium revocetur, & ad debitam normam reducatur.

Canonum S. Concilii Tridentini.

Vigore Literarum Pii II. edita fuerunt nonnulla cōcordata inter Epiſcopum, & Capitulum Abulen.

§. 1. Accepimus ſiquidem, quod in quadam concordia, olim, vigore Literarum fe. rec. Pii Papæ II. Prædeceſſoris noſtri ſub dat. 1463., pridie Kalendas Maii inter bo: me: Martinum Epiſcopum Abulen., ac Decanum tunc exiſtentem, & Capitulum Eccleſiæ Abulen. circa juriſdictionem, viſitationem, correctionem, inquiſitionem, & punitionem delictorum per capitulares, & alias perſonas dictæ Eccleſiæ pro tempore commiſſorum, inita, & a Judicibus in dictis Literis Pii II. deputatis, & a nonnullis aliis etiam Prædeceſſoribus noſtris forſan confirmata, expreſſe inter alia cavetur, quod Epiſcopus Abulen poſſit capere, ſeu capi mandare quemcumque beneficiatum dictæ Eccleſiæ, qui aliquid commiſerit, propter quod veniat capiendus, ſeu contra quem fuerit data querela, & illum detinere per tres dies in aliquo honeſto loco juxta qualitatem delicti, & perſonæ, quæ ſic fuerit capta intra dictam Civitatem, & ſi fuerit capta extra eam, ceſſante legitimo impedimento, adduceretur ad illam, ita ut infra dictos tres dies teneretur eum præſentare, & notificare in dicto Capitulo, ad hoc ut, juxta delictum, perſona per dictum Epiſcopum, Decanum, & Capitulum, detineatur, corrigatur, puniatur, & caſtigetur, prout juris fuerit, ita tamen, ut ſalva remaneat dictis Decano, & Capitulo poteſtas comedendi jentacula ſua, & adſcribendi culpæ delinquentium, prout habent de uſu, & conſuetudine. Quodque in quinquageſimo ſeptimo ipſius Eccleſiæ ſtatuto mandato ſimilis memoriæ Alfonſi olim Epiſcopi Abulen, ac Decani, tunc exiſtentis in libro ſtatutorum de Anno Domini milleſimo quingenteſimo trigeſimo recompilato, & deſcripto, & per piæ mem. Leonem Papam X. etiam Prædeceſſorem noſtrum per ſuas Literas ſub dat. milleſimo quingenteſimo decimo nono, pridie Nonas Maii, ac alios forſan Prædeceſſores noſtros confirmato, etiam diſponitur: Quod perpetuo, & in perpetuum, quoties contigerit aliquem Beneficiatum, aut Beneficiatos dictæ Eccleſiæ rixari intra eam cum aliis Beneficiatis illius, aut ipſi dixerint aliqua verba injurioſa contra Capitulum, & in illius ſpretum, & contra illud fecerint aliqua injuſta, ita ut Capitulum ſe ſentiat injuria affectum, & ob id, & in effectu ſit: Quod Decanus, & Capitulum ſoli, ſine eorum Prælato, & illo excluſo, poſſint eum, ſi voluerint, carcerare in eorum domibus, ſub gravibus pœnis, ne illas egrediantur abſque eorum mandato, & quod juxta eorum delicta ſubtrahantur ad duos menſes omnes eorum Præbendæ, ſi delictum tale fuerit, ut tanta pœna ſit dignum,

In iis ſtatutum eſt Viſitationem, & Correctionem Capitularium ſpectare ad Epiſcopū una cum Capitulo.

Decretum quoque, ut ſi aliquis Beneficiatus Canonicum intra Eccleſiam injuria afficiat, Capitulum ſine Epiſcopo poſſit illum caſtigare,

gnum, babita in primis informatione ſummarie, qualiter, & quales ſuerint culpantes, & qui culpabiles reperti fuerint, ſubtrahantur eis ad unum menſem ex ſuis Præbendis, ſive ipſis imponantur alia, vel aliæ pœnæ, & pœnitentiæ eis beneviſæ ſecundum eorum delicta: ſed ſi Capitulum negligens ſuerit, ut nullam imponat pœnam delinquenti, in hujus negligensiæ caſu ſuccedat Prælatua, & procedat contra talem delinquentem una cum Decano, & Capitulo in imponenda illi pœna ipſis beneviſa: & ſi delictum grave fuerit, ita, ut non ſufficiant pœnæ ſupradictæ, quod eis comedant jeutaculum, & jentacula eis beneviſa, donec eis injungant pænam eorum delicto condignam, prout fieri ſolitum eſt. Si tamen talis Beneficiatus, aut Beneficiati rixam habuerint intra Eccleſiam Cathedralem cum alia, qui non ſint Beneficiati, Cappellani, aut famuli chori, ſi delictum admodum fuerit grave, & atrox, ut puniri mereatur majoribus, quam ſupra dictia pænia, & illæ non ſufficiant ſecundum magnam atrocitatem ſui delicti, talis delinquens caſtigetur, puniatur, & corripiatur a dicto Epiſcopo, ac Decano, & Capituto inſimul, juxta ejus delictum. Si vero talis Beneficiatus tale delictum extra dictam Eccleſiam commiſerit, illudque ſit tale, ut carcerari mereatur, quod dictus Epiſcopus illum mandare apprehendi poſſit, illumque teneat carceratum honeſte in ejus Palatio, ſive in domo honeſta in Civitate Abulen, & illum non poſſit ducere captum ad Bonillam, nec aliam partem extra ipſam, & quod intra tres diea, incluſo die, quo eum apprehenderit, teneatur eum ducere, & præſentare in Capitulo prædictis Decano, & Capitulo, & ab omnibus conſtituatur, ſi dignitas fuerit, in domo alterius dignitatis, ſi vero Canonicus in domo alterius Canonici. Portionarius autem in domo alterius Portionarii. Et quod Epiſcopus, Decanus, & Capitulum prædicti per ſe, vel eorum Commiſſarios faciant inquiſitionem talis delicti, audientes delinquentem ſuper ejus innocentia uſque ad concluſionem litis, & donec ſententia contra eum, & Beneficiatum culpabilem feratur per dictum Epiſcopum, ac Decanum, & Capitulum, & quod alteri ſine aliis illam non poſſint ferre. Quod ſi Epiſcopus abfuerit a Civitate, in ejus locum ejus Proviſor aſſiſtat in præmiſſis, & quod adimpleatur ſententia ferenda contra eum ab ipſis Epiſcopo, Decano, & Capitulo, illaque exequatur. Quodque hic ordo ſervetur, quando Epiſcopus viſitare voluerit Decanum, & Capitulum, & dictum Capitulum eum eodem Epiſcopo deputet duos Beneficiatos ad faciendam dictam viſitationem, tamen, quod punitio, & pæna injungatur ab omnibus, prout dictum eſt, ac in concordia, & ſtatuto prædictis plenius continetur.

Quod ſi negligens in hoc fuerit Capitulum, Epiſcopus contra reum procedat una cum Capitulo.

Et hoc etiam modo procedatur in gravioribus delictis, ſi is, qui fuerit injuria affectus, non ſit de gremio Capituli.

In caſu tamen delicti extra Eccleſiā perpetrati reum Epiſcopus cū Capitulo judicet, juxta qualitatem ... ipſi.

Abſente Epiſcopo prædicta omnia ab ejus Proviſore exequutioni demandentur.

Si viſitandum ſit Capitulum, viſitatio fiat per Epiſcopū, & duos Beneficiatos, pœna tamen reis ab Epiſcopo, & Capitulo injungatur.

Hujuſmodi ſtatuta quamplurimis controverſiis inter Epiſcopū,

§.2. Cum autem, ſicut etiam accepimus ſuper concordia, & ſtatuto prædictis, illorumque confirmationibus ſupradictis, & obſervatione diverſæ lites, & controverſiæ inter Venerabilem Fratrem Petrum Epiſcopum Abulen, & ſorſan ejus Prædeceſſores, ipſius Eccleſiæ Præſules, nec non modernum, & pro tempore exiſtentem Decanum, & Capitulum prædictos, tam in Romana Curia, quam extra eam coram diverſis Judicibus, etiam Cauſarum Palatii Apoſtoliei Auditoribus ortæ ſuerint, & adhuc vigeant, & pendeant indeciſæ.

Decanum, & Capitulum occaſionem dederunt.

§.3. Nos attendentes concordiam, & ſtatutum hujuſmodi epiſcopalem juriſdictionem, quoad capitulares perſonas dictæ Eccleſiæ adeo coarctare, & quibuſdam quaſi Cancellis, circumſcribere, ut facilis cuique etiam atrociſſimi cujuſvis criminis Reo ad illam illudendam, & ſuorum ſcelerum impunitatem conſequendam, via aperiatur, & quam plurima alia inconvenientia in dignitatia Epiſcopalis ludibrium, illiuſque ordinariæ juriſdictionia diminutionem ſubſequantur, debitæque reformationia a Concilio Tridentino injunctæ miniſterium impediatur, ac propterea volentes abuſibus, & incommodis hujuſmodi occurrere, nec non Præſulem, & Decanum, ac Capitulum hujuſmodi ab ulterioribus litium anfractibua, & diſpendiia extricare, eorumque paci, & tranquillitati conſulere, & alias in præmiſſia officii noſtri partes ſalubriter interponere, earumdem litium, & cauſarum ſtatua, & merita, ac nomina, & cognomina Judicum, & Collitigantium, ac eorum, & quorumcumque aliorum prætenſiones, titulos, & jura, nec non proceſſuum deſuper formatorum, & ſententiarum forſan latarum, ac inde ſecutorum quorumcumque tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad alicujus Nobia ſuper hoc oblatæ petitioois inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prævia cauſæ, & cauſarum hujuſmodi cognitione, & habita ſupra præmiſſis, & aliis infraſcriptis cum S. R. E. Cardinalibus, ſuper conſultatione, & negotiis Prælatorum deputatia, matura deliberatione, coram quibus etiam negotium partibus hinc inde voce, & ſcripto auditis, plene diſcuſſum fuit, cauſam, & cauſas univerſas prædictas, cum omnibus, & ſingulis illarum dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, coram quibuſcumque Judicibus Ordinariis, & Delegatis, etiam Auditoribus prædictis, ac etiam Sedis Apoſtolicæ in Regnis Hiſpaniarum Nuncio, in dicta Curia, vel extra eam, & ubilibet pendentes, in quibuſcumque ſtatu, terminis, & inſtantiis reperiuntur, ad Nos harum ſerie advocamus, ac penitus, & omninn extinguimus, nec non ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, tam moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo, quam Decano, & Capitulo, ac Capitularibus, & aliis perſonis prædictis, cæteriſque intereſſe quomodolibet habentibus, vel prætendentibus perpetuum ſilentium imponimus, ac Auditoribus, & aliis Judieibus in virtute ſanctæ obedientiæ diſtricte præcipiendo mandamus, & interdicimua, ne de meritis

Sixtus omnibus cauſis ad ſe avocatis, impoſitoque partibus perpetuo ſilentio

cauſæ, & cauſarum hujuſmodi cognoſcere, ſeu in illa, vel illis ad ulteriores actus procedere, minuſque partes collitigantes bujuſmodi, ſeu pru eis agentes ad litium, & cauſarum prædictarum proſecutionem admittere, aut deſuper quemquam audire præſumant.

Viſitationem Capituli ad Epiſcopum juxta ſtatuta Concilii Tridentini ſpeſtare decernit

§.4. Inſuper Decretis Concilii prædicti inhærendo, eundem Petrum Epiſcopum, ejuſque Succeſſores dictæ Eeeleſiæ Præſules, ſen Adminiſtratores pro tempore exiſtentes ex nunc deinceps, perpetuis futuris temporibus, omnes, & ſingulos obtinentes dignitates, nec non Canonieos, integroſque, & dimidios Portionarios, ac Capellanos Beneficiatos, Cantores, Saeriſtas, Miniſtros, & perſonas dictæ Eccleſiæ, Juxta, & ſecundum formam, ac diſpoſitionem ejuſdem Concilii Tridentini in Capitulo IV. incipiente *Capitula Cathedralium ſeſſ.6.*, & in Capit.6. incipiente: *Statuit Sancta Synodus ſeſſ.25.* viſitare, corrigere, & punire libere, & licite poſſe, nec prætextu hujuſmodi, vel aliorum quorumcumque dictæ

Non obſtantibus præfatis ſtatutis, aut quibuſcumq; privilegiis.

Eceleſiæ ſtatutorum, ſeu privilegiorum, exemptionum, Indultorum, & Literarum Apoſtolicarum eidem Eccleſiæ, illiuſque Capitularibus, & aliis perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, dictamque Sedem, ſeu illius Legatos, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus quomodolibet conceſſorum, nec non coneordiarum, conventionum, & tranſactionum deſuper inter Præſules, ae Decanum, & Capitulum hujuſmodi initarum, ac confirmationum, & approbationum Apoſtolicarum inde ſecutarum, deſuper impedire poſſe, ſed illa omnia ad formam, & diſpoſitionem Deeretorum Coneilii Tridentini hujuſmodi omnino reduei debere Apoſtoliea auctoritate, tenore præſentium, ſtatuimos, ordinamus, & deelaramus, ac reducimus.

Petrum Epiſcopum a juramento ſuper obſervantia dictorum ſtatutorum præſtito abſolvit: ab eoque Succeſſores Epiſcopos reddit immunes.

§.5. Et nihilominus Petro Epiſcopo, & ejus Succeſſoribus prædictis plenam, liberam, ac omnimodam facultatem, omnes, & ſingulos Dignitates obtinentes, Canonicos, Portionarios, tam integros, quam dimidios, Cappellanos, Beneficiatos, Cantores, Sacriſtas, Miniſtros, & perſonas dictæ Eccleſiæ nunc, & pro tempore exiſtentes, juxta formam Decretorum Concilii in Capitulis, & Seſſionibus hujuſmodi viſitandi, corrigendi, & puniendi, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & elargimur, ac quæcumque juramenta per Petrum Epiſcopum, ae Decanum, & Capitulum prædictos, nec non quoſvis alios in præmiſſis, & eorum oceaſione ſub quavis verborum forma præſtita, eis, & eorum ſingulis relaxamus, ipſoſque, & eorum Succeſſores a juramentis prædictis, ac promiſſionibus, & obligationibus deſuper factis, minime adſtringi, nec ad eorum obſervationem teneri, & ob non obſervationem hujuſmodi reatum perjurii, aut aliquam notam, ſive infamiam, vel pœnam nullatenus incurrere volumus.

Prædictaque ſtatuta abro-

§.6. Ac omnia, & ſingula concordias, tranſactiones, conventiones, privilegia, exemptiones, Literas, & Indulta hujuſmodia, etiam quibuſvis juramentis, promiſſionibus, vinculis, cantelis, obligationibus, renunciationibus, & apoſtolicis confirmationibus, aliis præſidiis, & firmitatibus munita, etiam ſupra hominum memoriam, a longiſſimo, & quantocumque tempore, etiam continuo obſervata, & ex quibuſcumque cauſis quantumvis maximis, urgentiſſimis, & oneroſis introducta, conceſſa, approbata, & etiam multiplicatis vicibus innovata: Quæ ſupradictis decretis Concilii hujuſmodi, quoad correctionem, punitionem, & viſitationes prædictas quomodolibet contrariantur, ſeu adverſantur, illorum omnium tenores, cauſas, & effectus, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, quibuſcumque illa concepta ſint formulis, nec non irritantibus, & aliis decretis roborata, revocamus, caſſamus, irritamus, & abolemus, abrogamus, viribuſque, & effectu evacuamus, ac pro revocatis, caſſis, irritis, abolitis, abrogatis, viribuſque, & effectu vacuis haberi, nec amplius attendi, neque cuiquam ſuffragari, minuſque deſuper in judicio, vel extra quomodolibet expediri.

gat omnino, & irritat.

Clauſulæ pro perpetua præſentis Conſtitutionis firmitate.

§.7. Præſentes quoque literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel ob reptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel ſufficientis cognitionis cauſæ, aut alio quovis defectu, & ex eo quod prædicti collitigantes, ac alii intereſſe quomodolibet habentes, ſeu prætendentes ad præmiſſa vocati non fuerint, nec illis conſenſerint, aut ex quavis alia, quantumvis legitima, & juſtiſſima cauſa, notari, impugnari, retractari, invalidari, ſeu etiam enormis, ac enormiſſimæ læſionis, aut alio quovis prætextu, & colore ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut ab alio, vel aliis impetrato, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, conceſſo uti poſſe, neque eaſdem præſentes Literas ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, modificationibus, limitationibus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus ſpecialibus, vel generalibus, etiam per viam legis, ſtatuti perpetui, contractus, ſeu Conſtitutionis per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem prædictam, vel ejus Legatos, quandocumque pro tempore faciendis, comprehendi, vel ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenarie etiam ſub dat, per pro tempore exiſten. Epiſcopum prædictum, quandocumque eligenda, reintegratas, ſemper validas, & efficaces exiſtere, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, neque illis per quaſcumque Literas Apoſtolicas, etiam quaſvis clauſulas ſpeciales, vel generales, etiam derogatoriarum

dero-

derogatorias, ac efficaciores, & inſolitas, nec non irritantia, & quæcumque alia Decreta ſub quacumque verborum forma, & expreſſione in ſe continentes ulterius derogari, nec derogatum eſſe cenſeri poſſe, niſi totus tenor illarum de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo inſertus, & hujuſmodi derogationes conſiſtorialiter de S. R. E. Cardinalium conſilio, & prævia cauſæ cognitione, & matura deſuper deliberatione habita, factæ, & per trinas diſtinctas, & ſeparatas Literas eundem tenorem continentes, tribus diſtinctis vicibus, cum totidem temporum intervallis, eidem Epiſcopo pro tempore exiſtenti legitime intimatæ, & inſinuatæ fuerint, expreſſuſque eorum acceſſerit aſſenſus, & aliter factæ derogationes minime ſuffragentur.

Adempta quibuſcumque Judicibus ſecus judicandi facultate.

§.8. Sicque, & non aliter in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam prædictos Auditores, Nuncios, & Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique, & in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & diffiniri debere, nec non quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

Ejuſdem Conſtitutionis executores deſignat.

§.9. Quocirca dilectis filiis noſtro, & Sedis Apoſtolicæ pro tempore apud Regem Catholicum exiſtenti Nuncio, ac Venerabilibus Fratribus Salamantin., ac Segobien. Epiſcopis, & eorum Officialibus, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Petri Epiſcopi, & ejus Succeſſorum prædictorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præſentes Literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ac Petrum Epiſcopum, ejuſque Succeſſores prædictos illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes ipſos, vel eorum quempiam per Decanum, & Capitulum, ac Capitulares, & cæteras perſonas hujuſmodi, vel alios quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoſlibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis Proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantia tollit.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, & rec: me: Bonifacii Papæ VIII., ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de una, ac in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, nec non, quatenus opus ſit noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non prædictis, & aliis ipſius Eccleſiæ, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, etiam ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, concordiis, tranſactionibus, & conventionibus, etiam ab immemorabili tempore obſervatis, ac pœnis in illis contra non parentes appoſitis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Eccleſiæ Abulen., illiuſque Præſuli, Capitulo, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis per prædictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, dictamque Sedem, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam, ſeu eorum contemplatione, intuitu, in genere, vel in ſpecie, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, ac concedendis, approbandis, & innovandis. Quibus omnibus, etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione, alias de illis, & eorum totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Decano, & Capitulo, ac Capitularibus cæteriſque perſonis prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Julii 1587., Pontificatus Noſtri Anno III.

Dat. die 13. Julii 1587. An. III.

XXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Erectio Officiorum Vacabilium Procuratoris, Advocati Fiſcalis, nec non Commiſſarii Generalis Fraudum pro Provincia Marchiæ.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

AD regimen Univerſalis Eccleſiæ, divina diſpoſitione aſſumpti, cura animi aſſi-

Digitized by Google

aſſiduis, & continua meditatione pulſamur, ut juſtitia mediante, ira, & malorum hominum impetus reprimantur, & boni, de cuſtodia noſtra confidentes, in juribus ſuis, adverſus eos, protegantur, & ubique conſerventur.

Advocati, Procuratoris, & Commiſſarii officia erigit.

§.1. Nos igitur, pro noſtri paſtoralis officii debito, quantum cum Deo poſſumus, præmiſſis, ut ubivis debitum ſortiantur effectum, non ſolum verba, ſed operarias manus adhibere volentes; motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine officium Procuratoris, & Advocati Fiſcalis, nec non Commiſſariatum generalem fraudum in tota Provincia Marchiæ, illiuſque Civitatibus, Terris, Locis, & Juriſdictionibus quibuſcumque vacabile ad vitam infraſcriptorum, & cujuslibet eorum concedendum, & conferendum, ita quod obtinentes illud, & illa, per ſe ipſos, & quemlibet eorum, vel alium, ſeu alios ejus ſubſtitutos ad eorum, & cujuslibet eorum beneplacitum amovibiles, toties, quoties ſibi videbitur, exercere valeant, & valeat, apoſtolica auctoritate perpetuo erigimus, & inſtituimus, ſeparantes, & diſmembrantes dicta officia Fiſcalatus, & Commiſſariatus ab officio Gubernatorum, & Poteſtatum, ac aliorum Judicum dictorum Locorum.

Emolumenta eis aſſignat.

§.2. Illiſque ſic erectis, & inſtitutis, pro eorum dote, omnia, & ſingula emolumenta, vigeſimas, reſponſiones, & regalias ex exercitio dictorum officiorum provenientes, ac prout aliis Fiſcalibus, & Commiſſariis Apoſtolicis in dicta Provincia ſolvi ſolitum fuit, eadem auctoritate applicamus, & appropriamus.

Hujuſmodi Officiorũ collationem Roman. Pontificibus reſervat.

§.3. Eorumdemque officiorum ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Officiorum ſimilium venalium, ac vacabilium collationem, proviſionem, & diſpoſitionem, illorum vacatione per obitum infraſcriptorum omnium, & cujuslibet eorum, & non alias, vel reſignationem obtinen., occurren., Nobis, & Succeſſoribus noſtris reſervamus.

Præſenteſque Literas perpetuo præcipit obſervari.

§.4. Nec non erectionem, inſtitutionem, appropriationem, applicationem, & diſmembrationem, præſenteſque literas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere.

Collatio dd. Officiorum DD. de Neroctis.

§.5. Ut autem officia prædicta alicui idoneo conferantur, & de fidelitate, probitate, & rerum gerendarum experientia dilectorum Filiorum Maximiani Neroćti de Monte novo dicti Piceni, & Marciani ſimiliter Neroćti ejuſdem Fratris Conſobrini, utrinque conjuncti, J. V. Doctorum, plurimum in Domino confidentes, dicta Officia in dicta Provincia, ejuſque locis, juriſdictionibus, & anneais dictæ Provinciæ, cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribus, juribus, emolumentis, vigeſimis, reſignationibus, ſalariis, regaliis, & aliis quibuſcumque juxta ſtilum aliorum noſtrorum Procuratorum, & Advocatorum Fiſcalium, ac Commiſſariorum Apoſtolicorum eiſdem Marciano, & Maximiano, & cuilibet eorum, quoad vixerint, & quilibet eorum vixerit; per ſe ipſos, ipſum, vel alium, ſeu alios eorum, ſeu ejus ſubſtitutos, etiam dictorum Locorum incolas, ut ſupra, exercendi, tenendi, regendi, & gubernandi, reſervata diſpoſitione dicti officii, & ejus fructuum, quoad reſignationem, diſtributionem, ſubſtitutionem, & affictationes faciendas, pretio, & reſponſione conveniendis, & fructuum, ac pretii perceptiones Joanni Jacobo Neroćto, ſimiliter juris utriuſque Doctori, eorum fratri majori natu, caſu quo aliqua diſcordia oriretur inter ipſos, dicta auctoritate concedimus, & aſſignamus; ipſoſque Marcianum, & Maximianum in tota dicta Provincia, & illius juriſdictione, & quemlibet ipſorum in ſolidum Advocatum, Procuratorem noſtrum Fiſcalem, & Commiſſarium Apoſtolicum perpetuum, ut ſupra, cum facultatibus, conceſſionibus, & Indultis ſolitis, ac aliis ſupradictis facimus, & deputamus, cum hac tamen conditione adjecta, quod ipſi Marcianus, & Maximianus, ſeu Joannes Jacobus, vel alius eorum nomine in noſtram, & Apoſtolicæ Sedis ſubventionem ſolvere teneantur in manibus dilecti filii Joannis Auguſtini Pinelli Generalis noſtri Depoſitarii ſummam pecuniarum ſcutorum trium millium monetæ de Juliis decem pro quolibet ſcuto, relevando eos ab onere probandi dictas pecuniarum ſummas eſſe converſas in ſubventionem, utilitatem, & neceſſitatem noſtram, & Sedis Apoſtolicæ. Declarando, dictam ſummam fore, & eſſe juſtum pretium dictorum Officiorum, quæ concedimus in vim contractus initi nobiſcum irretractabilis, & ſi plus valerent, vel valere poſſent, etiam in magna, & quacumque quantitate, etiam ultra dimidiam, & ulteriorem ſummam, in magna, majori, & maxima quantitate, omne id, & totum illud plus, eiſdem noſtris certa ſcientia, motu proprio, & poteſtatis apoſtolicæ plenitudine remittimus, & condonamus eiſdem irrevocabiliter.

Summam 3. mill. ſcut. ab eis perſolvi ſtatuit.

Eos in veros Procuratorẽ, Advocatum, & Commiſſarium admitti jubet.

§.6. Mandantes omnibus, & ſingulis dictæ Provinciæ illiuſque Civitatum, & Locorum Gubernatoribus, Poteſtatibus, Judicibus, Theſaurariis, Depoſitariis, & Officialibus, Prioribus, Hominibus, Univerſitatibus, & aliis quibuſcumque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quatenus dictos Marcianum, & Maximianum, & quemlibet eorum in ſolidum, & ejuslibet eorum Subſtitutos, Officiales, & Miniſtros, ac Cancellarios ad dicta officia, illorumque libera exercitia admittant, & recipiant, vereque tractent, & recognoſcant, illiſque, & cuilibet eorum de ſolitis juribus, emolumentis, regaliis, & aliis ſupradictis reſpondeant, & reſponderi faciant.

Solita Privilegia eis concedit.

§.7. Volumus quoque, ut dicti Marcianus, & Maximianus habeant, & quilibet eorum habeat prærogativas, præcedentias,

præ-

præeminentias, gradus, & quæcumque alia, quos, quas, & quæ ſoliti ſunt habere Commiſſarii generales a Nobis, & Sede Apoſtolica tranſmiſſi, & eis debentur, & quod prædicti, & quilibet de cujuslibet eorum familia Subſtituti, Notarii, Officiales, & Miniſtri, diei, noctuque poſſint quæcumque arma alias prohibita deferre, nullis, præterquam Archibuſettis brevioris menſuræ duarum palmarum, exceptis.

Uno decedente alius dd. officia poteſt exercere.

§.8. Declarantes dicta officia fore, & eſſe nobilia, & dignitates, & non tantum prædictos eſſe Delegatos, ſed etiam Judices, & Commiſſarios Ordinarios, durante vita dictorum, & cujuslibet eorum, & eaſu, quo unus eorum tantum ſuperſit, ille ſolus habeat, & exerceat dicta officia cum ſupradictis auctoritatibus, & emolumentis, ac aliis ſupraſcriptis in omnibus, & per omnia.

Derogat contrariis.

§.9. Non obſtante Regula noſtra de jure quæſito non tollendo, & de gratiis, & Indultis Cameræ Apoſtolicæ præjudicium quomodolibet concernentibus, regiſtrandis, nec non locorum prædictorum, etiam juramento, confirmationibus apoſtolicis, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſtitutionibus dictæ Provinciæ, & conſuetudinibus, privilegiis, Indultis, præſcriptionibus, & Literis Apoſtolicis etiam illis, illorumque incolis, ac aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam Motu proprio, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ſtilo Palatii, regulis Cancellariæ, Conſtitutionibus Apoſtolicis, editis, & edendis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, expreſſa, & expreſſiſſima mentio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus: Cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum die 15. Auguſti 1587. An.III.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Auguſti 1587. Pontificatus Noſtri Anno III.

XXIV.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Miniſtro, & Commiſſario Generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia, inſtituendi Confraternitates Cordigerorum in omnibus Conventibus, & communicandi Indulgentias Archiconfraternitati Aſſiſii erectæ conceſſas, facultas communicatur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Divinæ charitatis altitudo eminentiſſima, & ſummi amoris ſeraphici inexhauſta bonitas, qua ab æterno, & ante mundi conſtitutionem in charitate perpetua dilexit Nos, ac ut Nos ſibi obſtringeret in funiculis Adæ, id eſt naturæ gratiæ, & gloriæ ad ſe trahere voluit, videns Prothoplaſti culpa peccatorum funibus circumplexos, & ad ſe clamantes: propitius eſto ſorti & funiculo hæreditatis tuæ: non modo nos vinctos ſuos non deſpexit, ſed in fortitudine educendos de mendicitate, & ferro dijudicans, in funiculis ſecundi Adæ (inquit) traham eos, & ut inſolubilius noſmet ſibi vinciret, tenaciuſque obſtringeret filium ſuum Redemptorem noſtrum (cujus divina diſponente gratia, meritis licet imparibus in Sacroſancta Eccleſia vices gerimus) filium Adæ factum, quaſi funiculum, divinitate, anima, & carne contextum, ac de Cælis ad Terras protenſum Juſtitiæ cingulo in omni vita ſua ad lumbos præcinctum, ſuamet ſolius interius charitate vinctum, licet funibus impiorum pro ſua voluntate ligatum, uſque ad mortem Crucis tradidit, & traxit, ut ſic nobis victis, & in peccatorum funibus vinctis, fieret ſapientia, Juſtitia, ſanctificatio, & redemptio; Licet autem tantæ charitatis ardor inextinguibilis eſſe debuiſſet, refriguit tamen: unde frigeſcente mundo, & in funiculis Evæ (quæ ſunt concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbiæ vitæ) denuo contricto ad denuo inflammanda corda noſtra Pater Miſericordiarum, & luminum, ſamulum ſuum Beatum Franciſcum miſit, & in tam larga benedictione dulcedinis prævenit, ut non modo virtutum prærogativis, & meritis celebrem fecerit, ſed & in Carne ipſius Sacra Chriſti Stigmata renovaverit, & mira Crucis myſteria ligamina, & paupertatem multiformiter in eo ad vivum demonſtraverit, adeo ut vere Chriſtus Franciſco inferre poſſit, ſemitam meam, & funiculum meum inveſtigaſti, & omnes vias meas prævidiſti, unde & factum eſt, ut meritis dicti Beati Franciſci, Sacroſancta Mater Eccleſia fœtu novæ prolis amplificata, ac multorum Sanctorum ejus Inſtituti meritis, virtutibus, exemplis, & miraculis aucta, nec non quamplurimis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, Cardinalibus, Regibus, & Summis Pontificibus decorata, non poſſit ad ejus devotionis, & imitationis ſectanda veſtigia non eſſe propenſa.

Sixtus Archiconfraternitatem Cordigerorum Aſſiſii in Eccleſia S. Franciſci erexerat.

§.1. Nos pariter, qui a teneris annis ſingularem erga eumdem Beatum Franciſcum (gloria noſtra) ſemper geſſimus devotionis affectum, & in dies ſemper accrevit, & mire accreſcat, & cujus cingoli, & amictus Inſtituti, & Ordinis pro Dei gratia, & noſtra voluntate pro poſſe imitatores, Alumni, & ſervi fuimus, ac fuiſſe gloriamur, conſiderantes Populorum devotionem, & propenſionem erga tantum virum, & quo devotionis affectu æmuletur, & paſſim anhelet plebs omnis geſtamen, ſaltem funiculi ejus, & quaſi non contenta, quod tot tantique utriuſque ſexus Chriſtifideles ad inſtituta trium Ordinum ipſius ob devotionem ad tantum Patrem, relicto mundo, tranſierint, totam velit in Sancti Franciſci imitatione, devotione, & amore immergere: Idcirco cum pro aliquali reſponſione amoris noſtri erga tantum Patrem,

Digitized by Google

trem, nuper ad ampliorem decorem inſignis, & celebris Eccleſiæ Domus ejuſdem S. Franciſci Aſſiſien. Ordinis Fratrum Minorum Conventualium nuncupatorum, in qua quidem Eccleſia ſub illius Altari Majori, Corpus ejuſdem Sancti Franciſci requieſcit, ac divini cultus, & piorum operum augmentum, ipſiuſque S. Franciſci honorem, & venerationem, ac animarum Chriſtifidelium ſalutem, unam Archiconfraternitatem utriuſque ſexus Chriſtifidelium, qui Chordam per Fratres dicti Ordinis geſtari ſolitam ex illorum devotione a Superioribus ejuſdem Ordinis cinctam, & ſuſceptam deferent, & illa cingentur ſub ejuſdem S. Franciſci invocatione in ipſa Eccleſia, & ad dictum Altare motu proprio erexerimus, & inſtituerimus, ac ut Confratres Chordigeri dictæ Confraternitatis ad pia opera exercenda promptiores redderentur, ac ad Eccleſiam, & Altare hujuſmodi devotionis cauſa confluerent; Eiſdem utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pænitentibus, & confeſſis, dictam Chordam, quæ prius a Superioribus dicti Ordinis benedici debeat, ad reverentiam, & memoriam ejuſdem S. Franciſci gerentibus, ſacraque communione refectis Archiconfraternitatem ipſam ingredientibus, prima die illorum ingreſſus, ac in mortis articulo ipſorum nomen Jeſu ore, vel corde invocantibus, ac etiam vere pænitentibus, & confeſſis, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem per alias noſtras literas conceſſerimus.

Confratribus nonnullas cōceſſerat Indulgentias.

Nec non dilecto filio Clementi Bontadoſio, moderno, & pro tempore exiſtenti dicti Ordinis Miniſtro Generali, ut quaſcumque Confraternitates utriuſque ſexus Chriſtifidelium Chordigerorum hujuſmodi in quibuſcumque Eccleſiis Domorum Ordinum fratrum tam minorum Conventualium, quam de Obſervantia, & Capuccinorum nuncupatorum ubicumque, & in quibuſcumque Mundi partibus erigere, & inſtituere, illaſque poſtquam erectæ fuerint, præfatæ Archiconfraternitati cum omnibus, & ſingulis Indulgentiis, & peccatorum remiſſionibus, ac relaxationibus aggregare, ipſaſque Indulgentias, Confratribus illarum communicare, & concedere valeret, plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem conceſſerimus, eaſdemque Confraternitates erigendas ex tunc, prout ex ea die, & e contra dictæ Archiconfraternitati aggregaverimus, & Indulgentias hujuſmodi Confratribus illarum communicaverimus, ac literas prædictas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, ſeu quopiam alio defectu notari, impugnari, retractari, aut revocari nullatenus poſſe, ſed ſemper validas, & efficaces futuras, ſuoſque effectus plenarios ſortiri debere decreverimus, & alias, prout in dictis literis plenius continetur.

Data Miniſtro Generali Ordinis Conventualium facultate alias hujus generis Confraternitates erigendi, ipſiſque prædictas Indulgentias cōmunicandi.

§. 2. Ne autem de præmiſſorum validitate ullo unquam tempore dubitari contingat, noſtram denuo in præmiſſis auctoritatem interponere, ipſiuſque Archiconfraternitatis auctoritatem extendere, ac pium dictorum Confratrum Chordigerorum propoſitum amplius promovere, eoſque ſpiritualibus muneribus, Indulgentiis videlicet, & peccatorum remiſſionibus proſequi cupientes, ſupplicationibus dicti Clementis hac in parte inclinati; Inſtitutionem hujuſmodi apoſtolica auctoritate præfata tenore præſentium perpetuo approbaverimus, & confirmaverimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ipſam Archiconfraternitatem in caput omnium Confraternitatum Chordigerorum hujuſmodi ubilibet inſtitutarum, & inſtituendarum etiam perpetuo auctoritate, & tenore præmiſſis erexerimus, & inſtituerimus, omneſque, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & relaxationes Religioni, & Ordini Fratrum Minorum hujuſmodi per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos conceſſas, quoad eas dumtaxat, quæ hactenus non ſunt revocatæ, nec ſub ullis revocationibus comprehenſæ, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo approbaverimus, & confirmaverimus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjecerimus, illaſque Archiconfraternitati, & Confratribus Chordigerorum hujuſmodi, ſub eiſdem modo, & forma, quibus illæ Religioni, & Fratribus præfatis conceſſæ fuerunt, dummodo (ut præfertur) non fuerint revocatæ, etiam perpetuo conceſſerimus, communicaverimus, & elargiti fuerimus; Nec non de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, utriuſque ſexus Confratribus Chordigerorum hujuſmodi præter Indulgentias Religioni præfatæ conceſſas, in mortis articulo, nec non quoties proceſſionibus Archiconfraternitatis Chordigerorum hujuſmodi ſingulis menſibus fieri ſolitis interfuerint, eiſdem quidem Confratribus plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem perpetuo conceſſerimus; aliis vero non Confratribus, qui Proceſſionibus hujuſmodi interfuerint, centum annos de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pænitentiis miſericorditer in Domino relaxaverimus, ac præfatis Confratribus, qui aliis dictæ Archiconfraternitatis Proceſſionibus, ut dum Beatæ Mariæ, vel quodvis aliud divinum officium per ipſos Confratres Chordigeros recitabitur, interfuerint, ac quoties Sanctiſſimum Chriſti Corpus, dum infirmis defertur, vel defunctum ad ſepulturam aſſociaverint, aut alicui miſerabili perſonæ ſubvenerint, vel pacem inter inimicos compoſuerint, ſeu aliquod horum fecerint, toties centum dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pænitentiis etiam miſericorditer in Domino relaxaverimus, eiſdemque Confratribus Chordigeris, ut Indulgentias, & peccatorum remiſſiones præfatas per modum ſuffragii pro fidelibus, qui in gratia Dei deceſſerint, conſequi, & imper-

Enunciatis iis omnibus, quæ geſta ſunt, recenſitiſque privilegiis hactenus conceſſis.

Miniſtro Generali, & Cōmiſſario Generali Ordinis Minorum de Obſervantia facultatem concedit hujuſmodi Confraternitates erigendi.

pertiri valeant conceſſerimus. Ut facilius his ſpecialibus gratiis omnes Chriſtifideles in diverſis orbis Terræ partibus exiſtentes gaudere poſſint, & dum copioſis eleemoſinarum largitionibus Fratres Minores de Obſervantia maximo devotionis affectu, quotidie alunt, ab eiſdem ſpiritualia beneficia in ſignum gratitudinis recipere valeant; ſupplicationibus dilecti filii Franciſci a Tholoſa Miniſtri Generalis Fratrum Minorum de Obſervantia hac in parte inclinati, eidem Franciſco a Tholoſa, atque etiam Thomæ de Maſſa Commiſſario Generali pro Familia Ciſmontana, nec non pro tempore exiſtentibus Generali, & Commiſſario Generali eorumdem Fratrum Minorum de Obſervantia, concedimus facultatem, & auctoritatem Miniſtro Generali in toto Ordine Fratrum Minorum de Obſervantia, Commiſſario autem generali in illa familia, cujus fuerit, ubi non ſunt ejuſdem Ordinis Fratrum Minorum Conventualium Confraternitates jam erectæ, vel eorumdem Minorum Conventualium Monaſteria, inſtituendi Confraternitates Chordigerorum in omnibus, & ſingulis Conventibus fratrum ſuorum, & concedendi, & communicandi omnes, & ſingulas Indulgentias, peccatorum remiſſiones, & relaxationes, ac tandem omnes favores, & gratias, quæ prædictæ Archiconfraternitati conceſſæ ſunt, & in futurum concedentur.

Cordam benedicere poſſunt Guardiani, ac Præſidentes Conventuum.

§.4. Volumuſque, ut cordam Ordinis S. Franciſci, quam Confratres utriuſque ſexus geſtare debent, Superiores Fratrum Minorum de Obſervantia benedicant, intelligendo per Superiores etiam Guardianos, atque Præſidentes.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtra de Indulgentiis ad inſtar non concedendis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Præſentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Fides tranſumptis danda.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo pro tempore exiſtentis Miniſtri, vel Commiſſarii Generalis Ordinis Fratrum Minorum de Obſervantia hujuſmodi, vel cujuſvis perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, aut Canonici alicujus Cathedralis Eccleſiæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur ubique locorum, & gentium in Judicio, & extra, quæ ipſis Originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 29. Auguſti 1587. An. III.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Auguſti 1587. Pontificatus Noſtri Anno III.

XXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Diſmembrationis Oppidi de *Teruel* ab Archiepiſcopatu Cæſarauguſtan., illius erectionis in Civitatem, & Diœceſim, nec non ſtatutorum nonnullorum, quæ Nuncius Apoſtolicus ediderat, quibus novæ adduntur declarationes.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Solicitudo Pontificis pro Eccleſiis tuendis.

IN ſupereminenti Apoſtolicæ dignitatis ſpecula, meritis licet imparibus, divina diſponente clementia, ſublimati, ad ea, per quæ Eccleſiarum quarumlibet, & præſertim Cathedralium inſignium, ac perſonarum in illis degentium, profectui, ac divini cultus augumento, & decori conſulitur, operoſis ſtudiis, & remediis intendimus, ac alias deſuper diſponimus, prout locorum, & rerum, ac temporum circumſtantiis debite penſatis, id in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Gregorius XIII. Eccleſiam Epiſcopalem Terulen. erexerat, conſtructa eidem dote, & Diœceſi.

§.1. Sane pro parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum alias fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter ejuſdem Philippi Regis ſupplicationibus inclinatus, & ex cauſis tunc expreſſis ab Eccleſia, & Diœceſi Cæſarauguſtana, illius tunc Sede Archiepiſcopali vacante, de *Teruel*, aliaque Oppida, & Loca in diſtrictu Cæſarauguſtan. conſiſtentia, & alia tunc latius expreſſa ad Menſam Archiepiſcopalem, & Fabricam Eccleſiæ Cæſarauguſtan. ſpectantia Apoſtolica auctoritate perpetuo ſeparaverat, ac Oppidum de *Teruel* prædictum, in quo quædam Collegiata, & Sæcularis, & in ea Dignitates, & Canonicatus erant in Civitatem Terulen nuncupandam, nec non dictam Collegiatam in Cathedralem Eccleſiam pro Epiſcopo Terulen cum Epiſcopali, & Capitulari menſis, ſigillo, aliiſque inſignibus Cathedralibus, etiam perpetuo erexerat, nec non eidem Eccleſiæ Terulen pro Civitate dicta de *Teruel*, & alia oppida, atque loca, eorumque diſtrictus pro Diœceſi, ac Eccleſias pro Clero, & Sæculares perſonas pro Populo, ac Civitatem, Diœceſim, Clerum, ac Populum Terulen hujuſmodi pro tempore exiſten. quoad ordinariam, Epiſcopalem juriſdictionem, & ſuperioritatem Epiſcopo Terulen. ſubjiciendo, ipſam Eccleſiam Teruel dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan. pro ejus ſuffraganea conceſſerat. Inſuper Menſæ Epiſcopali Terulen., pro ejus dote ſupradicta, & alia tunc latius expreſſa a menſa Archiepiſcopali Cæſarauguſtan., Fabricæ vero Eccleſiæ Terulen, omnia a fabrica dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan ſeparata, applicaverat. Nec non juſpatronatus, & præſentandi in perpetuum perſonas idoneas ad dictam Eccleſiam Terulen, quoties eam quomodolibet, etiam apud Sedem vacare contigerit, ſibi, & Succeſſoribus ſuis Romanis Pontificibus prædi-

Jus præſentandi ad dictam Eccleſiam Hiſpaniarum Regi attribuerat.

Digitized by Google

ĉto Philippo, & pro tempore exiſtenti Regi Aragonum reſervaverat. Præterea Archidiaconatum de Teruel, cujus M.M.D.C., quorum major pars in dicto diſtrictu percipiebatur, nec non Archipræsbytaratum etiam de Teruel, in Eccleſia Cæſarauguſtan, qui inibi dignitatis non tamen majoris, ſeo quoad Archipræsbyteratus officiom, vel adminiſtratio eraot M. D. Ducatorum auri de Camera, fructus, redditus, & proventus, ſecundum communem extimationem, valorem annuum oon excedebant, ex tunc ſi vacabaot, ſio minus, cum primum vacarent, ſuppreſſerat, & extinxerat, ac in dicta Eccleſia Terulen, etiam ex tunc unum Archidiaconatum, & onum Archipteshyteratum in dignitates dictæ Eccleſiæ Terulen perpetuo erexerat, & cuilibet illorum pro eorum dote quingentos Ducatos annuos ex fructibus Archidiaconatus, qui io diſtrictu Teruel percipiebantur dumtaxat, & Archipræsbiteratus ſuppreſſorum hujuſmodi dividendos applicaverat, & appropriaverat, reliquos vero fructus, redditus, & proventus, ac bona dicti Archidiaconatus ſuppreſſi, qui extra dictum diſtrictum erant, ſeu percipiebantur, Fabricæ dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan applicaverat, volens, quod ex tunc fabrica dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtan teneretur ad omnia onera dicti Archidiaconatus, ſi ille ad aliqua in Eccleſia, Civitate, & Diecæſi Cæſaraugu ſtan antea tenebatur congrue ſuſtineoda. Præterea a Canonicatibus, & Præbendis dictæ Eccleſiæ Terulen omnia, & ſingula fructus, redditus, proveotus, jura, obventiones, & emolumenta, ac diſtributiones quotidianas ex tunc, ſi ipſi Canonicatus, & Præbendæ vacarent, ſin minus, cum primum vacaſſent, diſmembraverat, ac illos eidem maſſæ applicaverat. Ac ioſuper, ultra Canonicatus, & Præbendas, qui tunc erant ipſius Eccleſiæ Terulen, decem alios Canonicatus, & totidem Præbendas in eadem Eccleſia Teruleu, quarum Præbendarum una Magiſtro in Theologia, alia Pænitentiario juxta decreta Concilii Tridentini, quatenus nondum Magiſtro, & Pænitenriario prædictis propriæ inibi aſſignatæ eſſent præbendæ, perpetuo aſſignari debereot, etiam perpetuo erexerat, & inſtituerat, volens, quod ex tunc Archidiaconatus, & Archipræsbyteratus, ac decem Canonicatus, ac Præbendæ, tunc erecti, ab illa primæva erectione vacan., ab Ordioario Terulen, perſonis, quæ unum ex ſimplicibus beneficiis Eccleſiaſticis in eadem Eccleſia Terulen obtinebant, ſeu aliis Clericis, qui vellent in illis, donec prædictæ applicationi locus factus foret, ſine aliis fructibus, proventibus, & redditibus deſervire, conferri poſſent. Quodque Beneficiati prædicti, donec omnimodæ applicationi hujuſmodi locus factus eſſet, beneficia per cos in eadem Eccleſia Terulen obtenta, abſque aliqua diſpenſatione retinere, libere, & licite poſſent una cum Canonicatibus, & Præbendis, ac Archidiaconatu, & Archipresbyterato prædictis, & deinde loco facto omnimodæ applicatiooi hujuſmodi tenerentur beoeficia prædicta dimittere, alioquin ex tunc vacare decreverat: & inſuper, tam antiquas, quam tunc erectas dignitates obtinentes, locum, & vocem in Capitulu Terulen cum plenitudine juris canonici aſſignaverat. cum eo tamen, ot contenti eſſent fructibus, redditibus, & proventibus dignitatom hujuſmodi, nec ullam partem haberent ex diſtributionibus Canonicorum hujuſmodi, etiam ſtatoerat, & ordinaverat: Quodque dignitates hujuſmodi eſſeot incompatibiles cum Canonicatibos, & Præbendis dictæ Eccleſiæ Terulen, de quibus impoſterum provideretur: & quod tertia pars fructuum, reddituum, & proventuum dignitatum præfatarum converteretur in eaſdem diſtributiones quotidianas, dignitates eaſdem obtinentibus, aſſignandas. Et ſimiliter Canonici, quibus de Caoonicatibus, & Præbendis dictæ Eccleſiæ Teruleo provideretor, lucrarentur medietatem fructuum, reddituum, & proventuum dictæ maſſæ applicatorum in diſtributionibus quotidianis, quæ dietim intervenientibus horis diurnis, pariter & nocturnis, juxta providam ordinationem per Ordinarium prædictum faciendam aſſignarentur. Reliqui vero fructus, redditus, & proveotus, groſſi onnecupati, præbendis juxta ordinationem per Capitulom faciendam applicarentur: Decernens Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum in d.Eccleſia Terulen, ante erectionem præd. exiſtentium collatinnem, ad ſolum Epiſcopum Terulen pro tempore exiſtentem, ciſdem modo, & forma, quibus ad Archiepiſcopum Cæſarauguſtao ante erectionem hujuſmodi ſpectaverat. Dignitatum vero, & Canonicatuum, & Præbendarum erectorum hujuſmodi ad ſolum Epiſcopum prædictum ſpectare, & pertinere, ac dignitas, quæ in eadem Eccleſia Terulen ante dictam erectionem principalis extiterat, inibi de cætero, poſt Pontificalem major eſſet, nec non ad perceptionem fructuum, reddituum, & proventuum dictæ maſſæ, ut præfertur, applicatorum, tantum Canooicos, quibus dicti decem Canonicatus, & Præbendæ tunc erecti conferrentur, ac illos, quibus de antiquis Canonicatibus, & Præbendis prædictis ex tunc provideretur, quique ipſorum Canonicatuum, & Præbendarum antiquorum, fructibos, redditibus, & proventibus, ac diſtributionibus in favorem dictæ maſſæ reounciarent, ſeo cederent, admitti deberent. Nec non Archidiaconatum, & Archipresbyteratum hujuſmodi obtinentes, aliquo modo, illas reſignare non poſſent, & illorum reſignationem, ſi fieri contigerit, ad hoc ut ſuppreſſio, & extinctio hujuſmodi effectum ſortirentur. pro noo facta cenſeri, aliaſque, & aliter deſuper diſpoſuerat, prout in ejuſdem Prædeceſſoris deſuper expeditis literis plenius continetur, eidemque Eccleſiæ Terulen, Sede Archiepiſcopali Cæſarauguſtana tunc vacante, de

pe

Archidiaconatum quoque, & Archipresbyteratum ibidem inſtituerat.

Canonicatus inſuper, & præbendas erexerat.

Et ab Ordinario ipſo Terulen. conferri concefferat.

Diſtributiones quoque applicaverat.

Aliis nonnullis editis Decretis, quæ hic recenſentur.

perſona devotæ illius Creaturæ Andreæ Epiſcopi Terulen. proviſum fuerat, ipſeque Aodreas proviſionis hujuſmodi vigore, regiminis, & adminiſtrationis dictæ Eccleſiæ Terulen, ac nonnullorum locorum, ſeu oppidorum Ordinarii Cæſarauguſtan. temporali, & ſpirituali juriſdictioni ſubjectorum poſſeſſionem apprehenderat. Idem Prædeceſſur exiſtimans propter locorum diſtantiam facile eſſe poſſe, ut ex fructibus, & aliis diſmembratis, & applicatis, aliqua ipſis Eccleſiis, & locis a quibus ſeparata, & quibus applicata erant, minus congruentia, & utilia, ſeu aliqua Caſtra, Loca, Villas, ſen Oppida, aut Domus vel Territoria minus convenientia applicata, aut confinia Diœceſum non bene diſtincta eſſent, cupienſque negotium hoc, quo convenientius fieri poſſet, perfici, Venerabili Fratri Philippo Epiſcopo Placentin. Provinciæ Bononien. ſuo tunc, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis Nuncio per alias ſuas in forma Brevis Literas dedit in mandatis, quatenus ejuſdem Prædeceſſoris auctoritate per ſe, vel alium, loca prædicta inviſeret, & ſi aliquorum ſeparationem minus congrue factam fuiſſe reperiret, eam revocaret, & loca hujuſmodi cum eorum redditibus de novo, prout applicanda eſſent, applicaret: & ſi alia loca a Diœceſibus prædictis, vel altera earum pro Eccleſiarum convenientia adhuc ſeparanda cenſeret, ſepararet, & prout magis convenire cognoſceret, applicaret. Nec non, ſi ſufficienter proviſum non eſſet pro ſupportandis oneribus dignitatum ſuppreſſarum prædictarum, arbitrio ſuo provideret, ac Diœceſibus prædictis terminos ſtatueret, aliaque arbitrio ſuo faceret, & exequeretur, quæ neceſſaria forent, ut in eiſdem in forma Brevis Literis plenius continetur.

Apoſtolico Nuncio eam faciendam commiſerat, quæ Terulen., & Cæſarauguſtan. Eccleſiis magis convenire judicaret

Quarum vigore idem Philippus Nuncius non valens a Curia Regia, in qua pluribus arduis præpeditus negotiis detinebatur, abeſſe, Dilectum Filium Carolum Munoz Canonicum Eccleſiæ Tiraſonen., ac tunc Vicarium Generalem in Oppido de Calatajud Tiraſonen. Diœceſis Commiſſarium ſuom, ad præmiſſa, deputavit; Cumque ab eo ſic deputato receptis deſuper diligentibus, & exactis informationibus, proceſſuque, & aliis videndis, viſis, ac diligenter perſpectis, reperiſſet aliqua in Eccleſiis, & Locis, a quibus ſeparata, & quibus applicata erant minus congruentia, & otilia eſiſtere, & aliqua Caſtra, Villas, ſeu Loca, & Domus, vel Territoria minus convenienter applicata, aut confinia Diœceſum non bene diſtincta eſſe, auctoritate Apoſtolica, ſibi, ut præfertur, conceſſa, declaravit, & ſtatuit, ipſam Civitatem de Tervel, nec non loca, Villas, Oppida, ſeu terras infraſcripta, videlicet Cella, Concud, Caudete, Sancta Eulalia, Torremocha, Villarquemado, Alaba, Torre la Carcel, Gallelpardina, Celalas, Campillo, Ruviales, Valdecebro, Corvalan, Tortazada, Villalava la baxa, Viſiedo, Argente, Buenna y Augaton, Camannas Pierales, Rillo, Son del puerto, Fuentes callentes, Cannada bellida, Galve, Lidon, Villalva la alta, Eſcoriguela, Peralezos, Cuevas la bradas, Sarrion, Albentoſa, Saot Auguſtin, Avezuela, Torrizas, Cubla, Aldehuela, Camarena, Caſtralvo, Ruvielos, Fuentes, Hogueruelas, La Puebla, Caſtellar, Formiche alto, Formiche baxo, Cabra, Moutagudo, Moſquerucla, Allipuz Gudar, Valdelinares, Cedrillas, Povo, Ababux, Aguillar, Camarillas, Cuevas de Almuden, Cuevas del Rozin, Exarque, Meſquita, Ynnoxoſa, Campos, Ciruzeda, Alora, Balbona, Alcalà, Olva, Caſcante, Valadoche, Alhambra, Orrios, Villel, Rio de Evas, Villertar, Libros, Mançanera, Vechi, eorumque diſtrictus, Territoria, & terminos Epiſcopi Terulen., cui ea omnia, eorumque Eccleſias, ac perſonas pro Clero, & Populo aſſignavit. Hæc vero, videlicet el Puerto de Mingalvo, Linares, el Viſpal, Mirabete, & Exorcas in ſpiritualibus, & temporalibus, & de Aliaga, Fontanete, Villa Roya, & Petarque in ſpiritualibus tantum, eorumque Territoria, Diſtrictos, ac terminos prætenſa poſſeſſione de illis per quemcumque etiam Epiſcopum Terulen capta non obſtante, Archiepiſcopi Cæſarauguſtan. perpetuo eſſe, & fore declaravit, ſtatuit, definivit, & ordinavit: decernens, & mandans, quod de cætero Archiepiſcopo Cæſarauguſtano pro tempore exiſtenti pro congruo miniſterio juriſdictionis Eccleſiaſticæ in prima inſtantia, & perſonarum Eccleſiaſticarum commoditate tenerentur, & obligati exiſterent conſtituere, & deputare unum Vicarium in dictis Oppidis, Villis, & locis, qui quarumcumque Villarum, Oppidorum, ſeu locorum, & Commendæ de Aliaga Vicarius nuncuparetur, & in aliquo eorumdem locorum, ſeu Oppidorum magis apto, & congruo, ab eodem Archiepiſcopo declarando, reſideret cum congrua mercedis aſſignatione ab eodem Archiepiſcopo aſſignanda, ac omnia & ſingula in dictis qoibuſcumque Villis, & Oppidis, & Commenda de Aliaga, & earum, ſeu eorum diſtrictibus in prima inſtantia facere, gerere, exercere, & exequi poſſet, quæ Vicarii foranei incumberent officio, & ipſius auctoritas poſtularet, & requireret, haberetque in ſpiritualibus tandem facultatem, poteſtatem in dictis quibuſcumque Villis, & Oppidis, & Commenda de Aliaga, quam tunc ante diſmembrationem, & novæ Cathedralis erectionem Officiales, vel Vicarii, qui dicebantur de Tervel in eiſdem Locis, & Commenda habebant, exercebant, & exercere ſoliti erant.

Nuncius Apoſtolicus Carolum Munoz ſubdelegavit.

Qui utriuſque Diœceſis fines conſtituit.

Præterea loco Arcbidiaconatus de Tervel in Eccleſia Cæſarauguſtana prædicta, per eondem Prædeceſſorem ſuppreſſi ex tunc, unum Archidiaconatum de Aliaga nuncupandum in dicta Eccleſia Cæſarauguſtan dignitatem inibi, non tamen poſt Pontificalem majorem, pro uno Archidiacono de Aliaga ſimiliter nuncupando in dicta Eccleſia Cæſarauguſtana, qui omnia onera, ad quæ Archi-

Archidiaconatum de Aliaga in Eccleſia Cæſarauguſtan. inſtituit.

chidiaconus de Tervel antea tenebatur, ſupportare, teneretur, perpetuo erexit, illique pro dote ejus tertiam partem eorum fructuum, quos in prædicta Commenda de Aliaga, & Oppidis, ſeu Locis del Puerto de Mingalvo, linares el Viſpal, Miravete, & Exorcas Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus, ratione ſpiritualitatis percipere alias ſolitus erat, etiam ex tunc, nec non cenſus, & alios cujuſvis generis fructus per tunc Archidiaconum de Tervel in Civitate Cæſarauguſtana, & de la Torrezilla, Pennaflor, Freſcano, Almoeſe, Piraceuſe, Alagon, Elurco, Oppidis, ſive Locis Cæſarauguſtanæ Diœceſis percipi, & exigi ſolitas, ac Domos in Civitate Cæſarauguſtana per tunc Archidiaconum poſſeſſas perpetuo applicavit, & aſſignavit, eidemque Archidiacono, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & exemptionibus, prærogativis, antelationibus, conceſſionibus, favoribus, & Indultis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quidquid Archidiaconi de Tervel pro tempore ante ſuppreſſionem hujuſmodi in Eccleſia Cæſarauguſtana de jure, uſu, & conſuetudine, aut alias quomodolibet utebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant, uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſet, & valeret, conceſſit, & indulſit, Reliquorum autem omnium fructuum, reddituum, & proventuum ratione ſpiritualitatis, & Commendæ de Aliaga, & quorumcumque oppidorum, ſeu locorum del Puerto Mingalvo, Linares, el Viſpal, Exorcas, & Miravete, qui dempta tertia parte eidem Archidiacono de Aliaga aſſignata, ſuperſunt, quartam partem Fabricæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ in recompenſam fructuum, reddituum, & proventuum, quos alias fabrica ipſa in certis locis dictæ Communitatis de Tervel percipiebat, ac quod, his omnibus omnino deductis, reliquum eſſet Menſæ Archiepiſcopali Cæſarauguſtanæ, una cum omnibus, & ſingulis fructibus, redditibus, & proventibus quibuſcumque ex loco de Montagudo Terulen. Diœceſis provenientibus, quos alias Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus in dicto loco de Montagudo percipere ſolitus erat in recompenſam quartæ partis fructuum, reddituum, & proventuum fabricæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ ex fructibus, redditibus, & proventibus Commendæ de Aliaga, & quorumcumque locorum, ſeu oppidorum ſupradictorum applicatorum hujuſmodi aſſignavit, applicavit, & appropriavit: Inſuper Epiſcopo, & Menſæ Epiſcopali Terulen omnes fructus, redditus, & proventus, ac emolumenta quæcumque ex locis de Cella, Concud, Caudete, Santa Eulalia, Torremocha, Villarquemado, Alaba, Torre, la Carcel, Gallelpardina, Celadas, Campillo, Ruviales, Valdecebrn, Corvalan, Tortazada, Villa lua la baxa, Viſiedo, Argente, Buenna y Augaton, Camannas Perales Rillo, Son del Puerto, Fuentes callentes Cannada bellida, Galve, Lidon, Villa lua la alta, Eſcotiguela, Peralezos, Cuevas la bradas, Sarrion, Albentoſa, Sant Auguſtin, Avezuela, Torrizas, Cubla, Aldehuela, Camarena, Caſtralvo, Ruvielos, Fuentes, Hogueruelas, la Puebla, Caſtellar, Formiche alto, Formiche baxo, Cabra, Moſqueruela, Gudar, Val de Linares, Cedrillas, Povo, Abahux, Aguillar, Camarillas, Cuevas de Almuden, Cuevas del Roſin, Exarque, Meſquita Hinnozoſa, Campos, Ciruzeda, Mora, Balbona, Alcalà, Olva, Caſcante, Valacloche, Alhambra, Orrios, Villel, Rio de Eva, Villeſtar, Libros, Vechi provenientia, quæ alias Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus percipere ſolitus erat, & quæ etiam anno ſterili cum fertili computato, ad valorem decem millium librarum monetæ illarum partium, decem Regalibus computatis pro qualibet libra annuatim parum plus, vel minus aſcendunt pro dictæ Menſæ Epiſcopalis Terulen dote, cum omnimoda illorum ordinaria, & Epiſcopali juriſdictione, & ſuperioritate, ac mero, & mixto imperio, propria auctoritate, percipienda. Et præterea omnes fructus, redditus, & proventus, & emolumenta, ac jura, quæ alias Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus in Civitate de Teruel percipiebat, ita tamen, quod tunc, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Terulen. penſiones, & alia onera, alias ſuper fructibus, redditibus, & proventibus Menſæ Epiſcopalis Terulen impoſitas, & impoſita, ſeu alias legitime imponendas, vel imponenda ex fructibus, redditibus, & proventibus Menſæ Epiſcopali applicatis hujuſmodi, omnino perferre teneretur, perpetuo applicavit; Utque Eccleſia Terulen, qua decet, honeſtate, & decore dirigeretur, ſtatuit, quod ex tunc deinceps in Eccleſia Terulen. eſſent, & eſſe deberent ſeptem Dignitates, videlicet, Decanatus, Theſauraria, Vicaria, Cantoria, Sacriſtia, ac de novo, ut præfertur, erecti Archidiaconatus, & Archipresbyteratus, ſtatuit etiam, quod cum quicumque Priores ultra alios eorum redditus habeant ſibi annexos totidem Canonicatus, & Præbendas, quod tam antiquas, quam noviter erectas dignitates hujuſmodi pro tempore obtinentes, contenti eſſent fructibus, redditibus, & proventibus, & diſtributionibus ſuarum prædictarum Dignitatum, & Canonicatuum, ac Præbendarum, nec ullam, ex diſtributionibus aliorum Canonicorum partem haberent, illis tamen locum, ac vocem in Capitulo, ac ſtallum in Choro cum plenitudine juris canonici aſſignavit, ita tamen, quod quinque dignitates antiquæ hujuſmodi omnes fructus, redditus, & proventus dignitatum ſuarum prædictarum, nec non diſtributiones quotidianas perciperent, quemadmodum ante erectionem hujuſmodi, tam ratione Dignitatum, quam Canonicatuum, & Præbendarum percipere conſueverant. Duarum vero noviter erectarum dignitatum, cuilibet pro Dote quingentas, & quinquaginta libras ſimiles, annuatim percipiendas, & exigendas

Dotem Archidiaconi de Tervel commutavit.

Redditus fabricæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ aſſignavit.

Dotem Epiſcopo Terulen conſtituit.

Capitulum erexit conſtituta cuique Dignitati, & Canonicatui dote competenti.

das ea Archidiaconatus, & Archipresbyteratus Terolen. in Eccleſia Cæſarauguſtana ſuppreſſorum fructibus, redditibus, & proveotibus, qui in diſtrictu de Teruel tantum percipiebantur, ex tunc Archidiacono. & cum primum locus factus foret ſuppreſſioni, Archipresbytero prædictis, liberas, exemptas, & immunes a penſionibus, & quibuſcumque oneribus alias forſan ſuper illorum fructibus, redditibus, & proventibus impoſitis, eidemque Archidiacono domus in Civitate de Teruel exiſtentes, & ad dignitatem Archidiaconatus de Teruel pertinentes, eo modo, quo ante erant, & ad Archidiaconum de Teruel, in Eccleſia Cæſarauguſtana, ſpectabant, perpetuo aſſignavit, ac tam Archidiacono, quam Archipresbytero in Eccleſia Terulen. prædictis, ſimiliter, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, prærogativis, antelationibus, favoribus, & indultis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus Archidiaconus, & Archipreſbyter prædicti ante ſuppreſſionem, & novam erectionem hujuſmodi in Eccleſia Terulen, utehantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant, perpetuis futuris temporibus uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſent, & valerent, conceſſit; Statuitque etiam, quod tertia pars fructuum, redditnum, & proventuum Archidiaconatus, & Archipreſbyteratus prædictorum converteretur in diſtributiones quotidianas, dignitates eaſdem obtinentibus aſſignandas, ita quod diſtributio abſentis, quam præſens perciperet, præſenti accreſceret, & ſi contingeret, Archidiaconum, & Archipresbyterum ſimul eodem tempore abeſſe, durante eorum abſentia, diſtributiones illorum Canonicis accreſcerent, non intendens prætenſo Archipresbytero de Teruel ab Ordinario, ut prætenditur, præmature proviſo jus aliquod tribuere, cum nondum locus factus fuerit ſuppreſſioni Archipresbyteratus hujuſmodi in Eccleſia Cæſarauguſtana, & remanentibus in eadem Eccleſia Terulen. ſeptem dignitatibus prædictis, illius Canonicatus, & Præbendas tam antiquas, quam noviter, ut præfertur, erectas ad numerum treſdecim reduxit, ac ſimiliter ordinavit, quod in illa octo Portionarii, axiii. Beneficiati, unus Magiſter Cappellæ, unus Organiſta, unus Macerius, unus Campanerius, duo Sacriſtæ, & ſex Pueri Chori manutenerentur, earumdemque Præbendarum una Magiſtro in Theologia, alia Pœnitentiario, juxta Decreta Concilii Tridentini, quatenus nondum aſſignatæ eſſent, ac decem antiquis ultra eorum, quos habehant, redditus antiquos mille, reliquis vero tribus ex decem noviter erectis remanentibus, ſexcentas libras ſimiles annuatim ex fructibus, redditibus, & proventibus Archidiaconatus de Teruel ſuppreſſi, qui in dicto diſtrictu percipiebantur, & percipiuntur, aſſignavit, & providit, quod decem antiqui, ultra diſtributiones antiquas, medietatem fructuum, redditunm, & proventunm ſuis Canonicatibus, & Præbendis applicatorum; Reliqui vero tres Canonici etiam medietatem fructuum, redditnum, & proventuum ſuorum Canonicatuum, & Præbendarum hujuſmodi lucrarentur, in diſtributionibus quotidianis, intervenientibus Horis Canonicis juxta ordinationem deſuper faciendam, diſtribuendam, lucrarentur, ita quod non intereſſentium diſtributiones, intereſſentium portioni accreſcerent. Præterea accepto per ipſum alias piæ mem. Pium Papam V. Parochialem Eccleſiam S. Joannis Civitatis Terulen, in qua tunc duodecim Portionarii, ſive Beneficiati perpetui Portionarii nuncupati exiſtebant, poſtea vero aliquibus morte præventis, octo ex eiſdem remanſerunt, ex certis cauſis profanari, ac quod octo remanentes Portionarii, ſeu perpetui Beneficiati prædicti Miſſas, & alia divina Officia in quodam Hoſpitali, ſeu Eccleſia Hoſpitalis Sancti Joannis Terulen. celebrarent, mandaſſe portiones, ſeu beneficia hujuſmodi, quarum, ſeu quorum inſimul fructus, redditus, & proventus CCCC. ducatorum auri de Camera, parum plus, vel minus non excedebant cum omnibus juribus annexis, & pertinentiis ſuis maſſæ communi Portionarium Eccleſiæ Terulen. perpetuo univit, annexit, & incorporavit, illaque, & illas cum dote centum librarum ſimilium cuilibet ex octo Portionariis hujuſmodi, novo reddıtu cum antiquo computatis erexit, ac illas, & illa, nec non perſonas illas, ſeu illa obtinentes, & loca ad dictam Eccleſiam, & Chorum Eccleſiæ Terulen. tranſtulit, ipſiſque octo Portionariis, ſeu Beneficiatis ultra antiquos ſuos redditus, quos in loco de Meſquita Terulen. Diœceſis cum Anniverſariis, ſeu alias percipiebant, quadringentas libras ſimiles annuatim ex fructibus, redditibus, & proventibus ſuppreſſi Archidiaconatua, & qui in dicto diſtrictu percipiebantur, & percipiuntur, applicavit, ſtatuens, quod portionarii prædicti tertiam partem fructuum, redditunm, & proventuum applicatorum hujuſmodi in diſtributionibus quotidianis intervenientibus dictis Horis dari ſolitis, ultra illos, quos ex redditibus antiquis percipere conſueverunt, juxta ordinationem deſuper faciendam lucrarentur, ita quod, quoad abſentium diſtributiones, præſentium portioni itidem accreſcerent, eædemque portiones, ſeu beneficia filiis patrimonialibus, uti conſuetum erat, conferrentur, Beneficiatis vero dictæ Eccleſiæ Terulen. num.xxiii., ut aſſidue in illius ſervitio libentius perſiſterent, ultra dictos fructus, redditus, & proventus antiquos CCL. ex Archidiaconatus, ac alias C., & L.ea Archipresbyteratus ſuppreſſorum prædictorum fructibus, redditibus, & proventibus, qui in dicto diſtrictu percipiebantur, & percipiuntur, quæ omnes in diſtributionibus quotidiaois lucrarentur, & aliæ aliis accreſcerent, ut præfertur. Porro Magiſtro Cappellæ, Organiſtæ, Macerio, Campanerio, Sacriſtis, & Pueris, ſive Infantibus Chori tercentas libras ſimiles inter eos

Convenientiaque unicuique jura, & privilegia attribuit.

Diſtributiones quotidianas inſtituit.

Alios Beneficiatos inſtituit.

Canonicis dotem aſſignavit.

Maſſæ communi Portionariorum univit redditus Parochialis Eccleſiæ S. Joannis Terulen.

Certos quoque redditus Beneficiatis applicavit.

Cæteriſque Capituli, & Eccleſiæ Miniſtris.

pro cujuſque Officii qualitate, & juxta ordinationem deſuper a Capitulo faciendam ex ejuſdem Archipresbyteratus fructibus, redditibus, & proventibus, diſtribuendas. Fabricæ vero dictæ Eccleſiæ Terulen, ultra ſuos fructus, redditus, & proventus antiquos, quos in diſtrictu de Teruel percipit, omnes fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta per fabricam Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ alias percipi ſolita in diſtrictu de Teruel, ſive in domibus, ſive in aliis bonis, aut cenſibus conſiſtentes, ſimiliter aſſignavit. Ac inſuper Epiſcopo, & Capitulo Eccleſiæ Terulen. ſtatuta, & ordinationes circa prædicta, ac pro felici regimine, & gubernio illius Eccleſiæ, ac perſonarum illius decore, & venuſtate, divinique Officii celebratione, & aliis ejuſdem Eccleſiæ neceſſariis condendi, facultatem conceſſit, quæ poſtquam condita, & facta eſſent, vim, & effectum habere, ac ab omnibus obſervari voluit, atque mandavit. Ac præterea omnes fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta de Allepuz, Mancanera locis, ſeu Oppidis Terulen. Diœceſis provenientia, nec non reliquos Archiepiſcopatus Cæſarauguſtan. non applicatos, nec diſtributos, ſuæ ſive ſui Succeſſoris dictæ Sedis pro tempore in eiſdem Regnis exiſten. Nuncii diſpoſitioni reſervavit, prout in ejuſdem Prædeceſſoris, ac Nuncii prædicti, literis plenius continetur.

Epiſcopo vero, & Capitulo ſtatuta edendi facultatem conceſſit.

§.2. Quare idem Philippus Rex, ac Epiſcopus Terulen. nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus præmiſſa omnia, ac ſingula, & proceſſus deſuper habitos, ac contenta, & latius expreſſa in eiſdem, & inde ſequuta quæcumque, in quantum tamen infraſcriptis non contrariantur perpetuo approbare, & confirmare, auctoritatiſque noſtræ robore communire, ac alias deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Prædicta omnia confirmari petunt Philippus Rex, & Epiſcopus Terulen.

§.3. Nos, qui honeſtis ejuſdem Regis, ac Epiſcopi votis libenter annuimus, eoſque favoribus proſequimur opportunis, eoſdem Philippum Regem, ac Epiſcopum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non literarum prædictarum, ac inde ſequutorum veriores tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa omnia, & ſingula, ac proceſſus deſuper habitos, & contenta, & latius expreſſa in eiſdem, & inde ſequuta quæcumque, in quantum tamen infraſcriptis non contrariantur, auctoritate Apoſtolica, perpetuo approbamus, & confirmamus, ac per eos, ad quos nunc ſpectat, & in futurum ſpectabit, perpetuo, firmiter, & inviolabiliter obſervari debere decernimus, nec non omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ac quoſcumque alios, etiam ſubſtantiales, & ſolemnitatum omiſſarum, ſi qui quomodolibet, & undecumque deſuper intervenerint defectus, ſupplemus.

Rata habet Pontifex in iis, quæ inferius recenſendis non adverſabuntur.

§.4. Et nihilominus pro fæliciori præſentis negotii ſucceſſu, omnia, & ſingula Oppida, Villas, Terras, Caſtra, Loca, & Territoria, fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta per prædictum Nuncium in executionem dictarum Literarum ejuſdem Prædeceſſoris Epiſcopo Terulen, tam pro ejus Diœceſi, & ordinaria juriſdictione, quam pro Menſa, & illius dote aſſignata, & applicata, modo, & forma, prout in ſupradictis ejus literis continetur, aſſignamus, & applicamus, & quod modernus, & pro tempore exiſtens Epiſcopus Terulen. habeat in Villis, Oppidis, Caſtris, Terris, & aliis prædictis locis, & in eorum diſtrictibus, terminis, & territoriis, Populo, & Clero, fructibus, redditibus, proventibus, emolumentis, eamdem juriſdictionem, & poteſtatem, merum, & mixtum imperium, quam, & quod Archiepiſcopus Cæſarauguſtan. ante præmiſſa, ac de jure, uſu, conſuetudine, vel alias quomodolibet habebat, ſeu habere poterat, & illis in omnibus, & quoad omnia gaudeat, decernimus, & declaramus.

Jus, proprietatemque Archiepiſcopo Cæſarauguſtan. competentem in bonis, lociſque Terulen. Epiſcopo aſſignatis in eumdem Epiſcopum transfert

§.5. Quodque ſex dignitates in illa, nempe Decanatus, Archidiaconatus, Archipræsbyteratus, Theſauraria, Cantoria, & Sacriſtia, nec non ultra inquiſitioni affectos alii duodecim Canonicatus, & totidem Præbendæ, & ultra illas, & illos pro tempore obtinentes, decem alii Miniſtri in officio Chori. Altariſque Miniſterio optime verſati per Epiſcopum, & Capitulum ipſius Eccleſiæ eligendos, & approbandos, qui ſimul cum dignitates, & Canonicatus, ac Præbendas hujuſmodi pro tempore obtinentibus, horis, & aliis divinis officiis in ipſa Eccleſia Terulen. pro tempore celebrandis interſint, ac duo Sacriſtæ, unus Macerius, unus Campanerius, & ſex Clerici chori perpetuis futuris temporibus eſſe, & manuteneri, & ex prædictis decem Miniſtris duo ætate, ſcientia, & moribus idonei, nomine Capituli, Curam Animarum Parrochianorum dictæ Eccleſiæ Terulen, quæ etiam Parrochialis exiſtit, viciſſim, & alias, prout Ordinario, & Capitulo videbitur, exercere, nec non unus Magiſter Cappellæ, unus Organiſta, & duo Diaconi, & Subdiaconi, reliqui vero duo ſuccentorum officiis in eadem Eccleſia Terulen, arbitrio Epiſcopi, & Capituli in perpetuum fungi, quique ad dictam curam exercendam deputabuntur Portionariis, & Beneficiatis dictæ Eccleſiæ præferri debeant etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Capitulumque erigit applicata eidem cura animarum Civitatis Terulen.

§.6. Præterea ea Canonicatibus, & Præbendis prædictis, unum, & unam in theologales pro Magiſtro in Theologia, ac alium, & aliam pro Pœnitentiario, ac alium, & aliam pro utriuſque juris Doctore, necnon alium, & aliam pro Cæremonia-

Dignitatum, Canonicatuumque Gradus diſtinguit.

niarum Magiſtro, & has quatuor pro Sacerdotalibus, & ex remanentibus, quatuor in Diaconales, reliquos vero quatuor in Subdiaconales pro totidem Canonicis, qui Miſſis Capitularibus, & aliis Divinis Officiis, ſua quiſque munera ad formam Tridentini Concilii, & juxta providam ordinationem deſuper ab Epiſcopo faciendam ſubire teneantur, quatenus ibi nondum ſic proprie inſtituti, vel alias aſſignatæ ſint, ex nunc ſi vacent, ſin minus cum primum quoquomodo vacabunt, erigimus, & inſtituimus, & ita, & ad effectum præmiſſum afficimus, omniaque, & ſingula eorum fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque, necnon diſtributiones quotidianas ab eiſdem diſmembramus, & ſeparamus, eaque juxta dictarum Prædeceſſoris diſmembrationis literarum tenorem Menſæ Capitulari ejuſdem Eccleſiæ Terulen. applicamus.

Vicariam ſupprimit, utrique Capitulo, a quo duo Presbyteri eligantur pro exercenda cura animarum.

§.7. Inſuper ad tollendas diſſenſiones, quæ inter Capitulares, & alios Miniſtros dictæ Eccleſiæ Terulen. perſæpe oriri ſolent, tam ratione curæ Animarum annexæ Vicariæ, quæ ibi dignitas exiſtit, ob cujus impedimenta Vicarius nunquam, aut raro divinis Horis intereſſe poteſt, &, ut plurimum ejus ſervitio dicta Eccleſia defraudatur, quorum Canonicatuum, & Præbendarum ipſis dignitatibus, Decanatui, Theſaurariæ, Cantoriæ, & Sacriſtiæ annexarum, quos idem Prædeceſſor cum ipſis dignitatibus incompatibiles eſſe voluit, cum Vicariam, & alias antiquas hujuſmodi dignitates per ceſſum, vel deceſſum illas obtinentium, aut alias quovis modo vacabunt, aut ſi jam acta, quocumque modo vacent, ipſam Vicariam perpetuo ſupprimimus, & extinguimus; Necnon unionem, annexionem, & incorporationem illi, ac aliis antiquis dignitatibus prædictis, de ſingulis Canonicatibus, & Præbendis prædictis dudum factam diſſolvimus, illoſque per unionis hujuſmodi diſſolutionem vacantes ex nunc, una cum omnibus eorum fructibus, redditibus, & proventibus, ac juribus pertinentibus, & annexis Menſæ Capitulari dictæ Eccleſiæ Terulen. cum onere curæ Animarum prædictis per duos ea dictis Miniſtris ut ſupra exercenda, unimus, annectimus, & incorporamus: ita quod liceat Capitulo prædicto corporalem, realem, & actualem eorum poſſeſſionem libere apprehendere, & perpetuo retinere, ac fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta illorum percipere, & exigere, Diœceſani Loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

Octo Portionarios ex Eccleſia S. Joannis translatos ſuo loco reſtituit, relictis Capitulo redditibus.

§.8. Dictos vero octo portionarios, ſeu Beneficiatos in dictam Eccleſiam Terulen. translatos, quibuſque, ut eidem Eccleſiæ Terulen. inſervirent, quadringentæ libræ per eundem Nuncium aſſignatæ fuerunt, & in ea permanere nolunt, cum nec Eccleſiæ ſervitio neceſſarii ſint, nec id convenire dignoſcatur, ad eundem Locum unde prodierunt, ſtatumque, in quo antequam ſic transferrentur, reperiebantur, quouſque eorum Eccleſia fabricata, vel aliquid aliud in contrarium ordinatum ſit, reſtituimus, dictaſque quadringentas libras eidem Menſæ Capitulari Eccleſiæ Terulen. perpetuo reunimus, reſtituimus, & applicamus.

Novam Epiſcopi, Dignitatum, Capituli, Miniſtrorumque dotem conſtituit.

§.9. Porro cum Theſaurariæ dictæ Eccleſiæ Terulen. fructus adeo tenues ſint, ut deductis ejus oneribus, ad ſummam centum librarum ſimilium non aſcendant, & provide illam pro tempore obtinens ex eis pro talis dignitatis exigentia nullo modo vivere poſſit, illi centum, & quinquaginta, ſingulis vero ex prædictis tredecim Canonicatibus, & Præbendis, centum computatis tamen in ipſis quibuſcumque fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis eorum Canonicatuum, & Præbendarum ex Archidiaconatus, & Archipresbyteratus ſuppreſſorum in diſtrictu de Teruel exiſten, decemque Miniſtris prædictis, & ſeu eorum officiis mille, ita ut eorum quilibet centum libras ſimiles ſingulis annis habeat ex Archidiaconatus, & Archipresbyteratus de Teruel ſuppreſſorum fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, quæ tamen omnes libere a Menſa Capitulari prædicta exigi, & percipi, ipſarumque mille librarum medietas, videlicet in diſtributionibus quotidianis, ut dicti decem Miniſtri una cum ipſis Canonicis, & dignitates obtinentibus, horis diurnis, atque nocturnis in dicta Eccleſia interſint: Altera vero medietas in, & pro ſalario, ſeu mercede congrua ipſorum conſiſtere, & lucrari, & Capitulum dictæ Eccleſiæ Terulen ex trecentis libris duobus Sacriſtis, Macerio, Campanerio, ac prædictis ſex pueris Chori, ſeu eorum officiis per dictum Nuncium alias applicatis, cuilibet eorumdem congruam mercedem pro cujuſque qualitate, officioque, & meritis quolibet anno, ſuis loco, & tempore, ſolvere teneatur, necnon omnes fructus, redditus, proventus, jura, & obventiones, quos Archiepiſcopus Cæſarauguſtanus e loco de Mozanera territorii Terulen. ante dictam diſmembrationem percipiebat, eidem Epiſcopo Terulenſi pro ejus Menſa Epiſcopali, eos autem omnes fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, quos idem Archiepiſcopus Cæſarauguſtan. in termino de Sollavientos, & Allepuz percipiebat, ipſi Archiepiſcopo Cæſarauguſtano, Archidiaconatui de Aliaga, & fabricæ Cæſarauguſtan. inter illos, veluti fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, quos Archiepiſcopus ipſe in quinque Villis, & in Commenda de Aliaga habebat dividendos, reſervata tamen ſuper quarta parte dictorum fructuum, reddituum, & proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum ſexta parte, quam, & aliam ſextam partem quartæ fructuum de Montagudo Terulen. Diœceſis, quos dictus Nuncius certis de cauſis Archiepiſcopo Cæſarauguſtano

præ-

prædicto, ſive illius Menſæ aſſignaverat, eidem etiam Epiſcopo Terulen ratione ſpiritualitatis, necnon fructuum, reddituum, & proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum, quos Archidiaconus, & Archipresbyter de Tervel. ante ipſorum Archidiaconatus, & Archipresbyteratus ſuppreſſionem in territorio, & diſtrictu de Teruel, & in Aliaga, Villaroya, Vintanex, Pitarque, & Miravetc, quoſque Vicarius perpetuus prædictus percipiebant, & percipere poterant, poſtquam ſuppreſſioni dictæ Vicariæ locus factus fuerit, dictæ Menſæ Capitulari etiam perpetuo applicamus, & deductis mille, & tercentis pro XIII. Canonicis, & corpore ſuarum Præbendarum, ac CL. Theſaurariæ pro augumento, necnon mille Ducat. Miniſtrorum, ac CCCL. Beneficiatis, aliiſque CCC. ſalario Sacriſtarum, Macerii, & Campanarii, & Clericorum Chori, ut ſupra, aſſignatorum XXV. libras, quæ Decano Eccleſiæ Terulen, cui duas Præbendas, ejus dignitati annexas, ſupprimimus, ne ob ſuppreſſionem Præbendarum ejus dignitati annexarum nimium detrimenti patiatur, ex eiſdem fructibus quolibet anno quoad vixerit per idem Capitolum ſolvi mandamus. Reſiduum præfatorum omnium fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, & emolumentorum Menſæ Capitulari applicatorum æqualiter, & juxta providam ordinationem deſuper per Ordinarium, & Capitulum faciendam inter eas dignitates, & Canonicos eiuſdem Eccleſiæ, qui ad favorem dictæ Menſæ Capitularis diſmembrationi, ſuppreſſioni, & applicationi prædictis conſenſerunt, renunciaverunt, acceſſerunt, vel cum primum eis omnino locus factus fuerit, & non aliter dividatur: ita quod Canonicorum, & dignitates obtinen., ſingulorumque aliorum Miniſtrorum prædictorum non interreſſentium portioni accreſcat. Quod ſi dignitates obtinentes diſmembrationi, ſuppreſſioni, & applicationi prædictis non conſenſerint, aut conſentire diſtulerint, fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque Canonicatuum, & Præbendarum, quos hujuſmodi ſuis dignitatibus annexas habent, in favorem prædictæ Menſæ Capitularis non ceſſerint, & idem fecerint Canonici pro fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac diſtributionibus ſuarum Præbendarum, quas pariter eidem Menſæ Capitulari idem Prædeceſſor applicavit, tunc tertiam partem quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum earundem dignitatum, & Præbendarum eis annexarum, in, & pro diſtributionibus quotidianis inter ipſos dignitates obtinen. dividen. quouſque diſmembrationi, ſuppreſſioni, & applicationi prædictis locus factus fuerit: ita quod Canonici fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac diſtributiones, quas ante præmiſſa percipiebant, contenti eſſe debeant, ex nunc conſtituimus, & ita percipi debere decernimus. Necnon deſuper quibuſvis diſtrictius inhibemus. Et interim fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta, ac diſtributiones quotidianas prædictæ Menſæ Capitulari, ut ſupra, applicata, & qui ſupererunt, ſolutis oneribus prædictis, & alias ipſis Canonicis, & dignitates obtinen., ſi diſmembrationi, ſuppreſſioni, & applicationi prædictis conſentirent, deberentur, fabricæ ejuſdem Eccleſiæ Terulen. ſimiliter applicamus. Dictis tamen Canonicis, & dignitates obtinentibus Locum, & vocem in Capitulo, ac Stallum in Choro cum plenitudine juris Canonici aſſignamus.

Eccleſiæ, & Capitulo Cathedralibus Eccleſiis competentia Privilegia elargitur.

§. 10. Necnon dictæ Eccleſiæ Terulen, illioſque Capitulo, & Miniſtris, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, prærogativis, honoribus, favoribus, præeminentiis, & Indultis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus aliæ dicti Regni Aragonum Eccleſiæ Cathedrales, earumque Capitula, & Miniſtri de jure, vel conſuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter uti, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint concedimus.

Tempus celebrationis Miſſarum, pœnaque contravenientium designationē Epiſcopo attribuit.

§. 11. Demum quod tam dignitates obtinentes, & Canonici, quam Beneficiati, & alii Miniſtri dictæ Eccleſiæ Terulen, etiamſi Diaconi, & Subdiaconi munera annexa tantummodo habeant, ad Sacerdotium, debito tempore, promoveri, & cuilibet eorum dies certi aſſignari debeant, in quibus juxta ordinationem, quæ ſervitio ejuſdem Eccleſiæ magis convenire videbitur, per Epiſcopum, & Capitulum prædictum deſuper faciendam, celebrare teneantur, & ſi, legitimo ceſſante impedimento, non celebrabunt, ultra amiſſionem diſtributionum quotidianarum, graviori pœna ad ejuſdem Epiſcopi arbitrium puniri debeant, ac poſſint etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Quæ a Nuncio Apoſtolico ſtatuta fuerant, præſentibuſque non ſunt immutata, præcipit obſervari.

§. 12. Necnon ſtatuta, ordinationes, & decreta, quæ Nuncius prædictus in ſuis literis pro rebus ad dictam Eccleſiam Terulen. pertinentibus, ac fælix perſonarum regimen, Divinique Cultus augumentum, & alia neceſſaria concernentia fieri mandavit, ſi nondum facta, vel executioni demandata ſint, quam primum per ipſum Epiſcopum, & Capitulum dictæ Eccleſiæ Terulen. fieri, & ab omnibus inviolabiliter obſervari debere. Et etiam omnia, & ſingula in eiſdem prædictis literis contenta, quæque in eis contraria immutata, aut alterata non ſunt, ſalva, illæſa, & intacta remanere, ſuumque robur, & effectum in omnibus, & per omnia habere, & retinere.

Jus collationis, quod Cæſarauguſtano Archiepiſcopo competebat, Terulen. Epiſcopo adjudicat.

§. 13. Decernentes Canonicatuum, dignitatum, & Præbendarum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum in dicta Eccleſia Terulen. ante erectionem prædictam exiſtentium ad ſolum Epiſcopum Terulen. pro tempore exiſtentem, excluſo dictæ Eccle-

cleſiæ Terulen Capitulo, eiſdem modo, & forma, quibus ad Archiepiſcopum Cæſaraugustanum, ante executionem hujuſmodi ſpectaverant, Dignitatum vero, & Canonicatuum, aut Præbendarum erectarum hujuſmodi ad ſolum Epiſcopum prædictum, etiam excluſo dicto Capitulo ſpectare, & pertinere.

Controverſias omnes hactenus ſuper his exortas extinguit.

§.14. Ac pro tranquilliori, & fælieiori prædictorum omnium, totiuſque negotii hujuſmodi compoſitione, executione, & perfectione, omnes, & ſingulas, ac quaſcumque lites, controverſias, differentias, & quæſtionum materias hactenus inter Epiſcopum, & Capitulum Terulen, ac quoſcumque alios, etiam forſan ſuper interpretatione voluntatis, & literarum Gregorii Prædeceſſoris, & Nuucii prædictorum, ac inde quomodolibet ſecutorum, etiam illorum occaſione, ubilibet, & eoram quibuſvis Judicibus Ordinariis, vel Delegatis, etiam Palatii Apoſtoliei cauſarum Auditoribus, ac S.R.E. Cardinalibus, & quibuſcumque aliis in quacumque inſtantia motas, & pendentes indeciſas, & forſan inſtructas, ad Nos, harum ſerie, avocamus, illaſque caſſamus, & penitus extinguimus, & perpetuum ſilentium deſuper quibuſvis intereſſe haben. harum ſerie imponimus, & impoſitum eſſe declaramus.

Præſentes literas ullo vitio notari vetat.

§.15. Præſenteſque literas nullo unquam tempore, aut ex quavis cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari; aut in jus, vel controverſiam, quacumque ratione, vel cauſa vocari, aut ad terminos juris reduci, vel quod vis aliud juris, ſeu gratiarum remedium contra illa impetrari, ſed ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque effectus ſortiri, & obtinere, nec ſub quibuſvis diſmembrationum, ſuppreſſionum, applicationum, aut aliarum quarumcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, per quaſcumque literas, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, etiam conſiſtorialiter, & ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, nec non cum quibuſvis clauſulis pro tempore factis, & conceſſis comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, nec non quoties illa revocari, vel limitari, ſeu eis derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum, etiam ſub Data poſteriori reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & cenſeri. Irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Contrariis derogat.

§.16. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit de unionibus ad parte committendis vocatis, quorum intereſſet ac de vero valore exprimendo, ſecundum communem æſtimationem, etiam beneficii, cui aliud uniri petebatur, ac Lateranen. noviſſime celebrati, & in aliis generalibus Conciliis editis, diſponen., quod uniones perpetuæ niſi in caſibus a jure permiſſis fieri non poſſint, ac quod cum legitimis, ſeu aliis rationabilibus cauſis, etiam coram loci Ordinario, ac citatis quorum intereſt, verificatis fieri debeant, aliiſque Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac conſiſtorialiter, vel alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; Quibus omnibus, etſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane decernimus, quid quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§.17. Quocirca Venerabilibus Fratribus Segobricen., & Albarazinen. Epiſcopis, ac Dilecto Filio Carolo Munoz Canonico Triaſonen. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicantes, ac in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra prædicta in præmiſſis intereſſe habentes omnibus, & ſingulis, juxta præſentium continentiam, & tenorem, pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, ſeu eorum quemlibet a quoquam, quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari; Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, illos cenſuras, & pœnas ipſas incurriſſe declarando, nec non eas, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

§. 18. Non

Altera contrariorum derogatio.

§.18. Non obſtan. fe: re: Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus Dietis, dummodo quis, vigore præſentium, ultra tres Dietas ad Judicium non trahatur, & aliis quibuſvis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, & ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ſtatutis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis quibuſvis ordinibus, & locis, illorumque ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribos, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eiſdem præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 5. Octob. 1587. An. III.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 5. Octobris 1587., Pontificatus noſtri Anno III.

XXVI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Erectio Officii Secretarii, ſeu Cancellarii Gubernatorum Anconæ ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ Officiorum.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD regimen univerſalis Eccleſiæ, divina diſpoſitione, aſſumpti, curis angimur aſſiduis, & continua meditatione pulſamur, ut juſtitia mediante, malorum hominum impetus reprimantur, & boni de cuſtodia noſtra confidentes in juribus ſuis adverſus eos protegantur, & ubique conſerventur.

Officium, de quo in Rubrica erigit.

§.1. Qua in re pro noſtri paſtoralis officii debito, quantum cum Deo poſſumus operarias manus adhibere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine unum Officium, Sigillum, ſeu Secretariam, aut Cancellariam civilem Gubernatorum in noſtro gubernio Anconitano, nunc, & pro tempore exiſtentium, & futurorum pro uno Secretario nuncupando, ac Sigillatore, & Cancellario civili dictorum Gubernatorum nuncupando: ita quod dictum officium pro tempore obtinens, illud per ſe ipſum, vel alium, ſeu alios ejus ſubſtitutos ad ejus beneplacitum amovibiles toties, quoties ſibi videbitur, exercere valeat, apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Emolumenta eidem aſſignat.

§.2. Illique ſic erecto, & inſtituto, pro ejus dote, omnia, & ſingula emolumenta, regalia, redditus, & proventus, quæ, & quos dicti Gubernatores, eorumque Secretarii, Cancellarii, aliique Miniſtri, & Deputati, quuvis titulo nuncupati habere, recipere, & lucrari conſueverunt, videlicet de ſingulis licentiis Armorum, aliiſque licentiis, & facultatibus extrahendi res, & bona cujuſcumque nominis, generis, & ſpeciei, bullettinis de non moleſtando, aſſecurationibus, & ſalvis conductibus civilibus, & criminalibus, capitibus ſolidorum, executionum quarumcumque contumacialium, ſuſpectorum fugæ, Inſtrumentorum, Chirographorum, Literarum Cambiorum, & aliarum ſimilium rerum, & materiarum executivarum ex forma ſtatutorum dictæ Civitatis Anconitanæ declarandarum, & interpretandarum, brachiis autem ſæcularibus ſemper exceptis, ac de literis ad petitionem quarumvis perſonarum, Vicariis, & aliis Comitatenſibus Officialibus dicti gubernii ſcribendis, expeditionibus quoque, & datis ſupplicationum civilium, & criminalium, ac bullettis etiam pœnarum, ſi fieri contigerit, confirmationibus, & Chartarum Dotalium, & licentiis, ſive Patentibus Proxenetarum, juxta ſolitum bis in anno faciendis, ac de omnibus, & ſingulis aliis licentiis, & ordinibus per quoſcumque obtinendis, & quomodolibet impetrandis a dictis Gubernatoribus, Judicibus, Officialibus, & Miniſtris pro aliqua pœna evitandi, & non incurrenda, vel pro obedientia facienda quavis ratione vel cauſa, tam ordinaria, quam extraordinaria, vel ex novo accidenti, & generaliter de omnibus, & ſingulis aliis literis, fidibus, patentibus, literis teſtimonialibus, & gratioſis ordinibus, aliiſque rebus ad Bancum Notariorum cauſarum civilium dictæ Civitatis, ſeu ad Cancellariam criminalem dicti gubernii minime ſpectantibus, cum omnibus, & ſingulis ſuperius expreſſarum expeditionum emolumentis, proventibus, ſolutionibus, mercedibus, & regaliis omnibus, & quibuſcumque Miniſtris, & Officialibus, etiam ſupremis, & in capite dari ſolitis, etiam quod hodie, tam per ſe, quam per alios perciperent, illa omnia, & ſingula ab eis auferendo, ſeparando, & diſmembrando, auctoritate, & tenore præmiſſis applicamus, & appropriamus.

Hujus Officii collationem Romanis Pontificibus reſervat.

§.3. Ejuſdemque officii ad inſtar aliorum Romanæ Curiæ officiorum venalium, & vacabilium, collationem, proviſionem, & diſpoſitionem, tam hac prima vice, quam deinceps illius vacatione per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamlibet aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illud pro tempore ob-

obtinentis, occurrente, Nobis, & Succeſſoribus noſtris reſervamus.

Hanc Conſtitutionem perpetuo obſervari decernit.

§.4. Et erectionem, inſtitutionem, applicationem, & diſmembrationem, præſenteſque Literas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere debere.

Cæterorum Cancellariorum privilegia, auctoritatemque communicat.

§.5. Nec non Secretario, & Sigillatori, & Cancellario prædicto, quod omnibus, & ſingulis honoribus, oneribus, exemptionibus, privilegiis, facultatibus, juribus, & actionibus per totum Eccleſiæ Statum, Armorum, non tamen prohibitorum delationibus pro ſe, & Familia ſua, prout alii quicumque Sedis Apoſtolicæ Miniſtri, & Officiales frui, uti, & gaudere ſoliti fuerunt, ac in futurum ſoliti erunt.

Exceptis iis, quæ hic recenſentur.

§.6. Reſervatis tamen dictis Gubernatoribus, eorumque Judicibus Officialibus, & Miniſtris, & in dicto officio minus comprehenſis Sigillis Mandatorum de excarcerando, exequendo, vel capiendo, civilibus, & criminalibus præceptis, monitoriis, requiſitoriis, notificatoriis, mandatis de bullando Oſtia Domorum, ſuſpectis, mandatis de vendendis pignoribus, citationibus, intimationibus Judiciorum, pronunciarum, ſententiarum, proteſtationum, & aliarum rerum ſimilium, ſeu actorum judicialium.

Idem officiū Innocentio Ciamborlano committit.

§.7. Ut autem officium prædictum Viro idoneo concedatur, ac de fidelitate, probitate, & rerum gerendarum experientia dilecti Filii Innocentii Ciamborlani Laici Interamnenſis, Anconæ degentis, plurimom in Domino confidentes, officium prædictum a primæva erectione hujuſmodi, ut præfertur vacans, cum omnibus, & ſingulis honoribus, oneribus, juribus, & emolumentis ſuis prædictis eidem Innocentio, quoad vixerit per ſe, vel alium, ſeu alios ejus ſubſtitutos tenendum, regendum, exercendum, & gubernandum, reſervata ſibi diſpoſitione dicti officii, ac ejus fructuom, quoad reſignationem, & affictationem, ac fructuum, & pretii perceptionem, dicta auctoritate concedimus, & aſſignamus, ipſumque Innocentium Secretarium, ſeu Sigillatorem, & Cancellarium Gubernii hujuſmodi, cum facultatibus, conceſſionibus, & Indultis, aliiſque præmiſſis facimus, & deputamus, cum hac conditione, quod ipſe Innocentius in noſtram, & dictæ ſedis ſubventionem ſummam ſcutorum mille, & ducentorum auri, in auro, in manibus Dilecti Filii Joannis Auguſtini Pinelli generalis noſtri Depoſitarii realiter, & cum effectu ſolvat, prout actualiter ſolviſſe nobis conſtat per Cedulam dicti Depoſitarii.

Eum pro vero Cancellario admittendum præcipit.

§.8. Mandantes Gubernatoribus, eorumque Judicibus, Officialibus, & Miniſtris, aliiſque qoibuſcumque, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, quatenus eundem Innocentium, & ejus Subſtitutos ad dictum officium, ejuſqoe liberum exercitium admittant, & recipiant, vereque tractent, & recognoſcant, illique, vel illis de ſolitis juribus, regalibus, & emolumentis prædictis reſpondeant, ac reſponderi faciant: Nihilque in fraudem, damnum, & præjudicium, ſive diminutionem dictorum regalium Sigillatoris, Cancellarii, ſeu Secretarii prædicti, aut illius Officii, juriumque, & emolumentorum ejuſdem directe, vel indirecte faciant, ſed omnia, & ſingula præfata, & dicto officio applicata, & ad illud pertinentia, modo, & forma conſoetis, & prout hactenus ſolitum fuit expediant, concedant, & tractent reſpective, eumdemque Innocentium, ſeu Subſtitutos ſuos in aliquo perturbare, ſeu moleſtare audeant, vel præſumant ſub pœna quingentorum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ, ipſo facto applicanda, ultra dicti Innocentii damna, expenſas, & intereſſe, locumque, & habitationem in Palatio, arbitrio moderni in dicta Civitate noſtra Anconitana Gubernatoris, concedimos, & aſſignamus.

Derogat contrariis.

§.9. Non obſtante regula noſtra de non tollendo jure quæſito, & piæ memoriæ Pii IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de gratiis, & Indultis dictæ Cameræ præjodicium quomodolibet concernentibus, in eadem Camera, intra certum, tunc expreſſum tempus, regiſtrandis, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Civitatis, Comitatus, & Diſtrictus prædictorum Juramento, confirmatione apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis illis, ac Gubernatoribus, Officialibus, Miniſtris, aliiſque prædictis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Qoibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorom tenores, præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Juramentum ab Innocentio de officio bene adminiſtrando præſtari jubet.

§.10. Volumus autem, ut antequam ad exercitium prædicti officii admittatur, in manibus Venerabilis Fratris Epiſcopi Anconitani, vel ipſo abſente, in manibus Dilecti Filii Vicarii Generalis ejuſdem Epiſcopi ſolemniter præſtet juramentum de dictum officiom fideliter adminiſtrando.

Dat. die 10. Octob. 1587. An. III.

Datum Romæ, apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Octobris 1587., Pontificatus noſtri Anno III.

XXVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Renovatio Literarum Pii V. ſuper erectione Congregationis Ordinis S. Benedicti, & unione Monaſteriorum ejuſdem Ordinia in Regno Portugalliæ, cum communicatione Gratiarum, & Indultorum, aliis ejuſdem Ordiois Congregationibus conceſſorum.

SIXTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INjunctum Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officium Nos inducit, ut votis Catholicorum Principum, per quæ Perſonarum Religioſarum ſub ſuavi Religionis jugo Altiſſimo ſamulaotium indemnitatibus, ac commoditatibus ſalubriter valeat provideri, libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis.

Pius PP. V. Monaſteria Ordinis S. Benedicti in Portugalliæ Regno in Congregationem erigi juſſit, ſub regimine Abbatis Generalis, & Priorum triennalium.

§. 1. Sane pro parte Chariſſimi in Christo filii noſtri Philippi Hiſpaniarum, ac Portugalliæ, & Algarbiorum Regis Catholici Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias poſtquam fæ: re: Pius Papa V. Prædeceſſor Noſter clar: me: Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis ſupplicationibus inclinatus, unam Congregationem omnium, & ſingulorum Monaſteriorum Monachorum Ordinis S. Benedicti in Regno Portugalliæ conſiſtentium, quæ de Jurepatronatus ipſius Sebaſtiani Regis exiſtebant, ſub invocatione eidem Sebaſtiano Regi beneviſa, & per quoſdam tunc expreſſos religioſos viros, ſeu eorum alterum reformandorom adinſtar Caſtellæ, ſeu Sanctæ Juſtinæ Paduan., vel Caſſinen. Congregationum Apoſtolica auctoritate per quaſdam erexerat, & inſtituerat, illique ſic erectæ, & inſtitutæ omnia, & ſingula dicti Ordinis virorum Monaſteria in dicto Regno conſiſtentia, & de Jurepatronatus hujuſmodi exiſtentia quæcumque, quotcumque, & qualiacumque eſſeot, ac per quoſcumque etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam Legatos de latere in titulum, commendam, & adminiſtrationem, aut alias obtinerentur, etiamſi actu tunc quovis modo vacarent, ac tanto tempore vacaviſſent, quod eorum proviſio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, aut alias Canonicas ſanctiones ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta exiſteret, cum illorum Prioribus, ac Conventibus Monachis quibuſcumque ſub certis modo, & forma etiam tunc expreſſis ſubjecerat, & ſuppoſuerat, ac eidem ſic erectæ Congregationi incorporaverat, & aggregaverat, aliaque deſuper ſtatuerat, & ordinaverat, cum idem Sebaſtianus Rex, ut tunc aſſerebat, non ſperaret reformationem dictorum Monaſteriorum abſque maxima difficultate, exequi poſſe, ſi Monaſteria ipſa per Cummendatarios, aut Adminiſtratores, ſeu Abbates perpetuos regerentur, prout eatenus fieri conſueverat, prædictus Prædeceſſor ejuſdem Sebaſtinoi Regis ſupplicationibus tunc inclinatus per alias ſuas literas, quod S. Martioi de Tibais, & S. Andreæ de Reoduſe, ac S. Romani de Nevia tunc Abbatum regimine deſtitota, & Beatæ Mariæ de Pombeiro, ac ejuſdem Beatæ Mariæ de Carnerio, nec non S. Petri de Arnoja, & S. Salvatoris de Fravanca, ac ejuſdem S. Salvatoris de Palme, nec non ſimiliter S. Salvatoris de Paſſo de Souſa, ac ejuſdem B. Mariæ de Buſtello, ac S. Tirſi de Ribadave, nec non S. Joannis dal Pendorada Bracharen., & Portugallen. reſpective Diœceſum, ac alia quæcumque, tunc Abbatum regimine minime deſtituta etiam forſan commendata vel in adminiſtrationem, vel alias conceſſa Monaſteria Ordinis hujuſmodi, etiamſi de illis conſiſtorialiter diſponi conſueviſſet, aut deberet, cum primum illa per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illa tunc obtinentium ſimili regimine deſtitui, vel illorum commendas, aut adminiſtrationum conceſſiones ceſſare contingeret, per Abbates trieonales in Capitulo Generali ipſius Congregationis, per pro tempore exiſtentes Abbatem Generalem ouncupand., ac alios Abbates, Diffinitores, Viſitatores, ac alios ipſius Ordinis Monachos, & perſonas, qui Capitulo Generali de Jure, vel conſuetudine, aut alias juxta prædictarum Congregationum ſtatuta interveoire ſolent eligen. abſque alia, quam a generali ejuſdem Congregationis Abbate deſoper petenda, vel obtinenda confirmatione regi, & gubernari deberent; quodque de cætero prædicta Congregatio uoi Abbati generali uuncupando ſingulis trienniis eligendo adinſtar aliarum Congregatioum prædictarum, omnino ſubeſſet, perpetuo ſtatuit, & ordinavit, & nihilominus ex tunc nomen, & titulum perpetui Abbatis in ſingulis Monaſteriis prædictis, ita quod de cætero perpetui Abbates denominari, ſeu cenſeri, ipſaqoe Monaſteria alicui perſonæ in titulum, commendam, vel admioiſtrationem perpetuas conferri oon poſſent, ac quæcumque collationes, proviſiones, commendæ, vel adminiſtrationes, & aliæ quævis diſpoſitiones de illis alias, quam ut præfertur factæ, nullæ, irritæ, & inanes eo ipſo eſſent, & eſſe cenſeantur, etiam perpetuo ſuppreſſit, & extinxit, nec non Monaſteria ipſa ob triennalitatem. abſque tamen illa tunc in titolum, commendam, & adminiſtrationem, aut alias quomodolibet obtinentium præjudicio redoxit, nec oon quod de cætero Mooaſteriis prædictis, etiam apud Sedem prædictam vacan., & tam propterea diſpoſitioni ſuæ, quam etiam ratiooe quarumcumque perſonarum, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, aut alias reſervatis non niſi per electionem hujuſmodi ſingolis trienniis faciendam diſponi ullatenus poſſet, & ſi de eis aliter quam per electionem hujuſmodi pro tempore diſpoſitum foret, ſeu qoi ad illam pro tempore electi extitiſſent, electionem ſuam ad ejus vitam, ſeu

ad

Digitized by Google

ad aliud tempus ultra triennium a Prædeceſſore, ſeu Sede prædictis confirmari, aut alias de illis ſibi provideri, vel diſponi obtinerent, ſeu ſi Prædeceſſor, vel Sedes hujuſmodi, aut illius Legati, vel Nuntii de eiſdem Monaſteriis quomodolibet etiam per ceſſionem in dicti Prædeceſſoris, ſeu pro tempore exiſtentis Romani Pontificis manibus ſponte factam vacan., alicui perſonæ, quovis modo provideret, ſeu aliquem Coadjutorem pro tempore exiſtentibus ipſorum Monaſteriorum Abbatibus in regimine, & adminiſtratione illorum deputaret, tunc, & eo caſu, electiones, confirmationes, proviſiones, coadjutorum deputationes, ac quælibet aliæ ipſorum Monaſteriorum diſpoſitiones nullæ, irritæ, & inanes, nulliuſque roboris, vel momenti eſſent, & eſſe cenſerentur, & nihilominus illis non obſtantibus Generalis, & alii Abbates, Diffinitores, & aliæ perſonæ hujuſmodi, dicto termino elapſo ad illorum electionem procedere poſſent, & deberent, & ut id facilius ſubſequi poſſet, omnes, & ſingulas proviſiones, & præfectiones de quibuſvis perſonis eiſdem Monaſteriis, nec non quaſcumque ſuppreſſiones, extinctiones, uniones, Coadjutorum deputationes, & alias gratias de illis impoſterum per ipſum Prædeceſſorem, ſeu Succeſſores ſuos Romanos Pontifices, aut Sedem hujuſmodi faciendas nullas, & invalidas eſſe, nulliuſque roboris, vel momenti fore, perſonaſque illa in titulum, Commendam, & adminiſtrationem, aut alias tunc obtinentes illorum regimini, & adminiſtrationi niſi ad effectum præmiſſorum cedere non poſſe, & ſi illi quovis modo cederent, eo ipſo Generalem, & alios Abbates, Diffinitores, & alias perſonas prædictas, ad electionem prædictam omnino procedere poſſe, & debere, Monaſteriaque prædicta ſub generalibus, vel ſpecialibus reſervationibus, aut Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, ſeu Decretis minime comprehendi poſſe, vel debere, ac ultimo dictas literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis ſuæ, vel quovis alio defectu, etiam ex eo, quod Jus in dictis Monaſteriis habentes, vocati non fuerint, aut præmiſſis non conſenſerint, aliove quocumque capite impugnari, invalidari, aut in jus, vel controverſiam quacumque ratione, vel cauſa vocari, ſeu reſtitutionis in integrum, reductionem ad terminos juris, ſeu quodvis aliud juris, vel gratiæ remedium contra illa impetrari, aut ab alio, vel aliis impetratis, ſeu etiam motu proprio, & ex certa ſcientia conceſſis uti poſſe, cauſamque, vel cauſas propter quas ipſæ literæ ab eo emanaverant, coram quocumque Judice, etiam delegato verificari, nec ob id viribus carere, aut per obreptionem, vel ſubreptionem obtentas præſumi, minuſque Sebaſtianum Regem prædictum ad verificandum gratiam hujuſmodi teneri, nec ſub quibuſcumque revocationibus, modificationibus, limitationibus, reſtitutionibus, aliiſque contrariis diſpoſitionibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, tam per eum, quam etiam Succeſſores ſuos prædictos quomodolibet, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis pro tempore factis quorumcumque tenorum exiſterent includi, ſed illis non obſtantibus in ſuis robore, vigore, & efficacia exiſtere, & quoties illæ emanarent, toties in priſtinum ſtatum repoſitas, reſtitutas, & plenarie reintegratas, etiam ſub dat. per prædictum Sebaſtianum, & pro tempore exiſtentem Portugalliæ Regem eligenda de novo conceſſas eſſe, ac incommutabilis voluntatis, & intentionis ſuæ fuiſſe, & ad hoc ut perpetua firmitate ſubſiſterent, vim validi, & efficacis contractus inter ſe, & Sedem prædictam, ac Sebaſtianum, & Succeſſores ſuos Portugalliæ Reges prædictos habere decrevit, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur.

Nonnulla tamen Monaſteria, in quibus Pii V. Conſtitutio executioni demandata nondum fuerat, ſub perpetuis Superioribus ſubiecta remanſerunt vigore literarũ Gregorii XIII. & Sixti V. ſuper reſtitutione in integrum Beneficiorum nondum unitorum.

§. 2. Cum autem ſicut eadem petitio ſubjungebat dictæ poſteriores literæ quoad nonnulla ex Monaſteriis in illis expreſſis, ſuum ſortitæ ſint effectum, illarumque vigore aliqua ex Monaſteriis ſub dicta Congregatione comprehenſis per Abbates triennales in Capitulo generali ejuſdem Congregationis ſingulis trienniis electos hodie gubernentur, & ex inde in dicta Congregatione copioſus Religioſorum virorum numerus excreverit, qui ſub Religionis jugo, & reformata monaſtica vita gratum altiſſimo præſtant obſequium, ex quo uberes fructus in agro Domini proveniunt, cum Populi Chriſtiani illarum partium ſpirituali conſolatione: Quia tamen ſuperveniente obitu dicti Prædeceſſoris piæ mem. Gregorius Papa XIII. etiam Prædeceſſor noſter per quamdam ejus Conſtitutionem in craſtinum ſuæ aſſumptionis ad Summi Apoſtolatus apicem editam, & in Cancellaria Apoſtolica publicatam ſuppreſſiones, & extinctiones Monaſteriorum, & aliorum Beneficiorum Eccleſiaſticorum eatenus effectum non ſortitas primo, & deinde per alias ſuas ſpeciales in forma Brevis literas dicti Sebaſtiani Regis nomine obtentas, & poſtremo Nos per quamdam noſtram Conſtitutionem per Nos in craſtinum aſſumptionis noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem editam, & in Cancellaria prædicta etiam publicatam, ſimiles ſuppreſſiones, & extinctiones, quæ eatenus ſortitæ non fuerant effectum, revocavimus, nonnulla alia ſub dicta Congregatione comprehenſa Monaſteria, ſub regimine, & adminiſtratione Abbatum, ſeu Commendatariorum perpetuorum adhuc remanſerint, ipſique Abbates, ſeu Commendatarii perpetui fructus, redditus, & proventus menſarum Abbatialium ipſorum Monaſteriorum pro eorum libito conſumant, & Religioſis in eis degentibus neceſſaria ad communem vitam in regulari obſervantia ducendam non ſolum minime ſubminiſtrare, ſed etiam quod dolendum eſt, ædificia Monaſteriorum eorumdem reſtaurare, ac ornamenta Eccleſiaſtica ad di-

Inde vero plurimi abuſus in dictis Monaſteriis non unitis profluxerunt.

divinum cultum neceſſaria, prout deceret, dare negligant, quo fit, ut in reliquis Monaſteriis hujuſmodi regularis obſervantia commode introduei, aut conſervari nequeat io Monaſteriorum, & Ordinis hujuſmodi non modicum detrimentum.

Philippus Rex Pii Conſtitutionem confirmari petit.

§.3. Quare, ut incommodo hujuſmodi, & aliis præmiſſis facilius occorri poſſit, dictus Philippus Rex eorumdem Monaſteriorum Patronus illorum proſperum, & ſalubrem ſtatum, sc in illis regularis obſervantiæ augmentum ſingulari affectu deſiderans, Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus dictorum Monaſteriorum indemnitatibus conſulere, ac ultimo dictas Pii Prædeceſſoris literas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis ab earum Dat. confirmare, & approbare, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Sixtus.

§.4. Nos igitur qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecundum communem extimationem, etiam Beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes vocatis quorum intereſſet, eumdem Philippum Regem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, nec non verum, & ultimum ſingulorum Monaſteriorum prædictorum vacationis modum, etiamſi ex illo quævis generalis reſervatio etiam in corpore juris clauſa reſultet, illorumque ſituationes, denominationes, invocationes, & Diœceſum, eorumque fructuum, redditaum, & proventuum veros annuos valores etiam juxta illorum in libris Cameræ Apoſtolicæ taxationem, nec non ſingularum literarum prædictarum, ac inde ſecutorum quorumcumque tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ultimo dictas Pii Prædeceſſoris literas cum ſtatoto, ordinatione, ſuppreſſione, extinctione, reductione, indultis, & conceſſionibus, & omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, decretis, & derogationibus, nec non proceſſus habitos, vel habendos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque ab earumdem Dat. ac dictam Congregationem illiuſque Generalem, & alios Abbates, Diffinitores, Viſitatores, & alias perſonas prædictas quoad ipſarum literarum effectum conſequendum adverſus prædictas, & quaſcumque alias Conſtitutiones illarum revocatorias, ſeu moderatorias in priſtinum, & eum, in quo antequam Conſtitutiones, ac literæ prædictæ emanarent, & perinde actu nunquam emanaſſent, quomodolibet erant ſtatum in omnibus, & per omnia ex certa noſtra ſcientia Apoſtolica auctoritate tenore præſentium reſtituimus, reponimus, ac plenarie, & pleniſſime reintegramus.

Enunciat Monaſteria, quæ in Congregationem uniri debent.

§.5. Et nihilominus ex nunc tam Beatæ Mariæ Pombeiro, & Sancti Joannis Dalpendorada, ac Sancti Salvatoris de Palme, nec non de Ganfei ad præſens Abbatum regimine deſtituta, quam Sancti Tirſi de Ribadave, Sancti Michaelis de Buſtello, Sancti Joannis de Arnojo, & Beatæ Mariæ de Carvoeiro prædicta, nec non Sancti Claudii, & de Cucujaes, & de Cabanis, & de Miranda, & Barga ejuſdem Ordinis Monaſteria, quorum, & illis forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ſex millium ducatorum auri de Camera ſecundom prædictam extimationem val. annuum, ut dictus Philippus Rex aſſerit, non excedunt, & quæ de Jurepatronatus dicti Philippi Regis, ut aſſeritur, exiſtunt, adhuc ipſo regimine forſan commendata, aut in adminiſtrationem, vel alias quomodolibet conceſſa, etiamſi de illis conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, eum primum illa per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem, vel amiſſionem illa ad præſens obtinentium ſimili regimine deſtitoi, vel illorum Commendas, aut adminiſtrationes, vel conceſſiones hujuſmodi ceſſare contigerit, etiamſi actu nunc eodem regimine deſtituta ſint, aut illorum Commendæ, vel adminiſtrationes, & conceſſiones hujuſmodi ceſſent, aut illa alias quovis modo etiam apud Sedem Apoſtolicam vacent per Abbates triennales, ut præfertur eligendos abſque alia quam, ut præmittitur deſuper petenda, vel obtinenda confirmatione regi, & gubernari debere modo, & forma præmiſſis, ex certa ſcientia, ac auctoritate, & tenore præmiſſis etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, nec non ex nunc nomen, & titulum perpetui Abbatis, ſine tamen præjudicio quo ad temporalia illa ad præſens obtinentium in ſingulis Monaſteriis prædictis modo, & forma in dictis literis contentis, auctoritate, & ſcientia ſimilibus ſimiliter perpetuo ſupprimimus, & extinguimus.

Jus concedit Abbati Generali realem dd. Monaſteriorum poſſeſſionem capiendi,

§.6. Et inſuper Congregationi ſic erectæ, illiuſque Generali, & aliis Abbatibus, Diffinitoribus, & Viſitatoribus, ac aliis perſonis prædictis, quod ex nunc tam ſecundo dictarum literarum, quam præſentium vigore ſingulorum, & quorumcumque Monaſteriorum prædictorum corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem, ſine tamen illa ad præſens obtinentium præjudicio, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illaque juxta prædictæ Congregationis regularia inſtituta regere, gubernare, & reformare, illorumque fructus, redditus, & proventus in Congregationis, & Monaſteriorum eorumdem, ac Religioſorum in illis degentium uſus, & utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

Eaque alio transferendi, redditusque temiioribus

§.7. Quodque Abbas Generalis dictæ Congregationis, qui pro tempore fuerit cum conſilio, & aſſenſu Capituli generalis illa

Digitized by Google

Monaſteriis applicandi.

illa ex Monaſteriis prædictis, quæ in locis incommodis, & minus populoſis reperirentur, ad commodiora loca, ubi Monachorum doctrina, & vitæ exemplum populo Chriſtiano magis utilis futura ſit, & fructuoſa propria auctoritate, Ordinariorum locorum, vel cujuſvis alterius licentia minime requiſita, cum eorum Monachis, & ſuppellectilibus, paramentis, & ornamentis aliiſque rebus neceſſariis transferre, & mutare, ac ſeu fructus, redditus, & proventus eorumdem Monaſteriorum, ſeu cujuslibet eorum, vel illorum partem Generalis, & Capituli prædictorum arbitrio alii, ſeu aliis ejuſdem Congregationis Monaſteriis magis indigentibus perpetuo, vel ad tempus etiam renitentibus Abbatibus Monaſteriorum eorumdem, & quibuſvis aliis perſonis applicare, & aſſignare.

Proviſo tamen, ut in ſingulis reſpectivæ Eccleſiis animarum cura non negligatur.

§.8. Proviſo tamen quod Animarum cura perſonarum ſæcularium incumbens Abbatibus, & Conventibus Monaſteriorum transferendorum hujuſmodi in Eccleſiis eorum nullatenus negligatur, ſed per Monachos dictæ Congregationis Regulares, vel Presbyteros Sæculares idoneos, & ab Ordinariis approbandos laudabiliter exerceatur, libere, & licite valeant, plenam, & liberam Apoſtolica auctoritate earumdem tenore præſentium licentiam concedimus, & facultatem.

Hujuſmodi autem declarationem nullo vitio notari poſſe, decernit.

§.9. Decernentes reſtitutionem, repoſitionem, & reintegrationem prædictas, ſtatutumque, ordinationem, ſuppreſſionem, extinctionem, & conceſſionem poſteriores hujuſmodi de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu etiam ex eo quod jus habentes in ipſis Monaſteriis vocati non fuerunt, ac alias eiſdem modo, & forma, quibus Pius Prædeceſſor prædictus decrevit, nec ſub quibuſcumque ſimilibus, vel diſſimilibus revocationibus, modificationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus per Nos, & Succeſſores noſtros quomodolibet, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis decretis pro tempore factis includi, ſed ſemper ab illis exceptas fore, & eſſe, ac in ſuis robore, & efficacia permanere, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas ſub dat. per eamdem Congregationem, aut Philippum Regem, & Succeſſores ſuos eligen., & de novo conceſſas fore, & eſſe, & ad hoc, ut perpetui roboris firmitate ſubſiſtant, vim validi, & efficacis contractus inter Sedem prædictam, ac Philippum Regem, & Succeſſores prædictos habere.

Huic Congregationi cæterarum ejuſdem Ordinis Congregationum Privilegia communicat.

§.10. Præterea eidem Congregationi, ac omnibus, & ſingulis illius Monaſteriis, Prioratibus, & aliis regularibus locis, tam præſentibus, quam futuris, eorumque Generali, & aliis Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Superioribus, Monachis, Religioſis, Novitiis, Converſis, & cæteris perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, prærogativis, antelationibus, favoribus, præeminentiis, Indultis, licentiis, ſtationibus, declarationibus, facultatibus, conceſſionibus, Indulgentiis, etiam plenariis, & peccatorum remiſſionibus, ac relaxationibus, aliiſque univerſis, & ſingulis gratiis ſpiritualibus, & temporalibus Sancti Hieronymi, & Sancti Bernardi alias Ciſtercien. Ordinis, nec non Caſſinen., & Valliſoleti dicti Ordinis S. Benedicti Congregationibus hujuſmodi per univerſum Orbem conſtitutis, ac cuilibet ex ejuſdem Congregationis Sancti Benedicti dicti Regni Portugalliæ Monaſteriis, ſeu illarum Eccleſiis, & regularibus locis, eorumque Generalibus, & aliis Abbatibus, Diffinitoribus, Viſitatoribus, ſuperioribus, Conventibus, Monachis, Religioſis, Novitiis, Converſis, Familiaribus, & perſonis, ac illorum intuitu, & contemplatione per quoſcumque Prędeceſſores noſtros, ac etiam Nos, & Succeſſores Noſtros Romanos Pontifices, & Sedem prædictam, ac etiam Imperatores, Reges, & alios Principes, & quemcumque, ſeu quoſcumque alios ſub quacumque forma, & verborum expreſſione, ac quavis tam Apoſtolica, quam Ordinaria, vel alia auctoritate, nec non tam in genere, quam in ſpecie, & particulariter, ac tam per modum communicationis, extenſionis, & ampliationis, quam ſimplicis, & individuæ, ac particularis, & ſpecialis conceſſionis etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac denique alias quomodolibet conceſſis hactenus, ac etiam iteratis vicibus confirmatis, & approbatis, ac impoſterum pro tempore concedeo., confirmandis, & approbandis, etiamſi talia forent, quæ ſpecialem eorum requirant mentionem, ac quibus illa, & illi quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, illorum omnium, ac literarum, & aliarum ſcripturarum deſuper quomodolibet confectarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, tam conjunctim, quam diviſim non ſolum ad eorum inſtar, ſed æque principaliter, & pariformiter in omnibus, & per omnia, & abſque ulla penitus differentia, perinde acſi illis, & eorum cuilibet ſpecialiter expreſſe, ac nominatim, & ſpecifice conceſſa fuiſſent, uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant auctoritate, & tenore præmiſſis perpetuo concedimus, & indulgemus; Illaque, & illas eis perpetuo communicamus, & ipſam Congregationem, ut præfertur erectam illiuſque Monaſteria, & Eccleſias, Prioratus, & alia loca, nec non Generalem, & alios Abbates, Diffinitores, Viſitatores, & alias perſonas prædictas, eorumque ſingulos perpetuo extendimus, & ampliamus, ac conceſſa, communicata, exteoſa, & ampliata perpetuo eſſe, & cenſeri, eiſque, & eorum cuilibet ſuffragari debere.

§.11. Nec

Clauſulæ pro præſentis Conſtitutionis firmitate.

§.11. Nec non præſentes literas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere; Sicque in præmiſſis ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ejuſdem executores deſignat.

§.12. Quocirca dilectis filiis Bracaren., & Portugallen. Decanis, ac Colimbrien. Eccleſiarum Scholaſtico per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, faciant auctoritate Noſtra præmiſſa omnia obſervari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantibus derogat.

§.13. Non obſtantibus re: me: Bonifacii Papæ VIII. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium ultra tres dietas non contrahatur, ac noſtra voluntate prædicta, nec non omnibus, quæ dictus Pius Prædeceſſor voluit non obſtare, ac Conſtitutionibus, ſeu revocationibus, & aliis præmiſſis, & noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, & aliis Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, aliiſque Apoſtolicis, nec non in aliis univerſalibus, provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non Monaſteriorum, & Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis, illis, eorumque Abbatibus, Conventibus, Prioribus, Superioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam derogatoriarum derogatoriis, etiam irritan., & aliis decretis etiam motu, ſcientia, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſimilibus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter in contrarium etiam pluries, & iteratis vicibus conceſſis, confirmatis, & innovatis, etiam mari magno, Bulla aurea, aut alias, nuncupatis, quibus omnibus etiamſi de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat derogamus contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, reſtitutionis, repoſitionis, reintegrationis, ſtatuti, ordinationis, conceſſionum, decretorum, Indulti, communicationis, extenſionis, ampliationis, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis hoc autem attentare auſus fuerit indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo octuageſimo ſeptimo Kal. Decembris Pontificatus noſtri Anno III.

Dat. die 1. Dec. 1587. An.III.

XXVIII.

Confirmatio nonnullorum Decretorum editorum in Congregatione Camerali pro regimine Civitatis Caſtelli in Provincia Umbriæ.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Pontificis cura in defenſione pauperum contra potentiorum perſonarum oppreſſiones

§.1 EX variis, quæ animum noſtrum quotidie premunt, ſollicitudinibus, hæc cura in primis Nos urget, ea, quæ ad pauperum noſtrorum, & S. R. E. Subditorum ſublevationem a potentiorum oppreſſionibus, communemque utilitatem faciunt, cognoſcendi, ut mediante opera noſtra, ſuum debitum conſequantur effectum. Cujus rei cauſa hoc præſenti anno nonnullos Cameræ Apoſtolicæ Clericos ad diverſa hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Civitates, Oppida, & Loca, quoniam ipſi præſentes adeſſe non poteramus, Viſitatores, & Commiſſarios noſtros miſimus, inter quos dilectus Filius Magiſter Innocentius Malvaſia Clericus dictæ Cameræ, ac Viſitator, & Commiſſarius noſter in Provincia noſtra Umbriæ a Nobis deputatus, nonnulla, quæ ad hujuſmodi ſublevationem, & alia non minus neceſſaria conducebant revidenda, ſtatuenda, & opportune providenda eſſe Nobis fideliter retulit, unde hoc univerſum negocium dilectis Filiis noſtris Henrico S. Pudentianæ Presbytero Cajetano, & Alexandro S. Hieronymi Illiricorum, Titulorum, Diacono Cardinalibus ſuper Viſitatione Deputatis, & nonnullis aliis examinandum, cognoſcendum, deciden-

Innocentius Malvaſia deputatus Viſitator Provinciæ Umbriæ nonnulla edidit Decreta.

Digitized by Google

dendum, & ſine debito terminandum, commiſimus, qui in hujuſmodi negocio mature procedentes, nonnulla, quorum totum tenorem, vulgari idiomate, de verbo ad verbum, nil penitus omiſſo, præſentibus adnotari ſecimus, omnino obſervanda eſſe decreverunt.

Eadem confirmat Pontifex, obſervarique mandat

§.2. Ut autem Decreta hujuſmodi firmius ſubſiſtant, & ab omnibus, quos concernunt, & concernent in ſuturum, diligenter ſerventur; Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, decreta omnia, prout ſacta ſunt, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, & ſolemnitatum, forſan requiſitarum, deſectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, & potiori pro cautela, hæc eadem de novo decernimus, & ſtatuimus.

Clauſula.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate ſungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac alios S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca dilectis Filiis Theſaurario, & Gubernatori dictarum Civitatum nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari, ſub pœnis eis benevisis: Contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictarum Civitatum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, ac exemptionibus, & immunitatibus in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tenor autem dictorum Decretorum ſequitur, & eſt talis, videlicet.

Città di Caſtello.

Decreta edita pro Communitate Civitatis Caſtelli.

Decreta facta in plena Congregatione ſuper relatione Illuſtriſſimi Malvaſiæ Clerici Cameræ, ac Viſitatoris, & Commiſſaril Apoſtolici in Provincia Umbriæ, ſuper quibus habito verbo per Illuſtriſſimum CardinalemCamerarium cum Sanctiſſimo, Sanctitas Sua mandavit expediri Breve cum clauſulis ſolitis, & conſuetis.

De conſervatione confinium.

I. Per conſervare li confini del Territorio da ogni uſurpazione, ſi elegga perpetuamente nell' avvenire un Magiſtrato di Cittadini Deputati a' Confini, li quali ogni anno li vadano rivedendo, ed abbiano particolar cura di difenderli, e di ricorrere a dar notizia a' Superiori per le uſurpazioni, che ſaranno fatte.

II. Che ogni nuovo Governatore nel principio del ſuo governo debba rivedere inſieme co' detti Deputati tutti li Confini, e riconoſcerli per ſaperli conſervare, e che ſi commetta al Teſoriere, che non cominci a pagare la proviſione al detto Governatore, finchè non averà riveduti li detti confini, e pagando, paghi del ſuo, e nel ſaldo de' conti non gli ſia fatto buono tale pagamento, ſe non moſtra Fede di tal Viſita.

De conductione executionum.

III. Che il Bargello del Governatore ad ogni modo pigli l'Appalto delle Eſecuzioni civili della Città, e per le dette eſecuzioni per il medeſimo prezzo, che la Communità di detta Città l'ha appaltato, ed il detto Bargello ſubentri nel contratto, obbligo, e peſi della Communità, talmente che ella non ne ſenta ne utile, ne danno, ne poſſa perciò il detto Bargello dalle Parti riſcuotere più del ſolito.

De Vectigalibus.

IV. Che ſi riduchino tutte le Gabelle delle Città al numero di cinque, e ſieno queſte:

La Gabella del Grano, e Biade.

La Gabella del Paſſo per li Paſſeggieri, e la meſſa delle Robbe dentro la Città, tanto caſſando, e levando tutti gli altri Capi, che contiene detta Gabella del Paſſo.

Il Dazio, ovvero Eſtimo delle Terre.

La Salara, e la Carne della Città; le quali ſieno pagate ſenza eccezione alcuna indifferentemente da tutti coloro, che prima erano obbligati a pagare le ſudette Gabelle, ed altre eſtime, tanto in virtù del Breve di Noſtro Signore, revocatorio dell' eſtenſioni, come della ſua Coſtituzione, ed altre ſopra ciò fatte, quali ſi oſſervino ad unguem.

E nelli peſi, che ſi pagano alla Camera non s' intenda eſentato alcuno, ma tutti ſieno tenuti a pagare la rata, che ſarà dichiarato toccargli per detti peſi alli Appaltatori della Gabella del Grano, o Dazio, o all' una delle due, alle quali, o dal Teſoriere, o da altri, che averanno cura di appaltarle parerà di applicar dette rate, e ſenza eccezione, e contradizione alcuna ſieno aſtretti a pagare a quella, ſotto l'Appalto della quale ſaranno compreſi, come di ſopra i detti peſi Camerali tutte le altre Gabelle, eccetto le dette cinque, ed il danno dato, e li malefizj ſi annullino, e più non ſi eſighino.

Quali Gabelle caſſe ſono le ſottoſcritte.

Bocche.
Vino.
Farina.
Mercato.
Reſidui.
Pegni.
Cenci, e Pane, Vino de Contrada.

Che

Digitized by Google

V. Che per riſtorar la perdita, che ſi fa nel levare altre Gabelle, tutte dannoſe alla povertà, ſi accreſca la Gabella del Grano ſino ad un groſſo per Staro di Grano, e mezzo groſſo per Staro delle altre Biade.

VI. Che per l'eſtinzione di tutti li debiti della Città, ſi applichi al Monte della Salara di eſſa Città la Gabella della Carne, ſopra la quale ſi accreſchino tanti Luoghi di Monti, quanto importano li debiti della Città, con le medeſime prerogative, onori, e privilegi, che oggi per la Bolla di Pio V. hanno detti Monti della Salara da ſua Santità eretti, ed i danari, che di detti nuovi Luoghi di Monte ſi caveranno, ſi debbano convertire in eſtinzione di detti debiti, e non in altro uſo.

VII. Che non baſtando per le ſpeſe eſtraordinarie della Città li ſcudi 140. l'anno, che ſi gli danno, ſtante lo aumento, che ſi fa delle Entrate per detto accreſcimento della Gabella del Grano, ſi dia alla Città per ſpeſe eſtraordinarie ſcudi 300. l'anno in tutto.

VIII. Che ſi proibiſca eſpreſſamente, che nell'avvenire poſſa più pigliare denari a Compagnia di Offizio, nè fare nuovi debiti, ma oſſervi in tutto la Coſtituzione di Noſtro Signore *Ne Communitates &c.*

Stipendiis.

IX. Che ſi levino al Bargello ſcudi 84. l'anno della ſua proviſione, e queſti ſi ripartino a' Salariati Foreſtieri, e ſi rimetta all'arbitrio del Magiſtrato, perchè poſſa, ſecondo le occorenze alterare quando al Fiſico, quando al Ceruſico, quando al Maeſtro di Scuola, o Repetitore, o altri.

X. Che nell'avvenire non poſſa la Communità far più ad alcuno aumento di ſalario, e li aumenti fatti ultimi di Vino per tutto il preſente meſe di Aprile, e poi s'intendano revocati.

XI. Che non eſſendo bene, per molti riſpetti, che un Cittadino eſerciti l'offizio perpetuo del Vice-Teſoriere in quella Città, ſi coſtringa il preſente Vice-Teſoriere a vendere il ſuo Offizio ad un Foreſtiero fra certo termine, ſenza pregiudizio della penſione di ſcudi 120., che paga ogni anno alla Communità.

Publicis Ædificiis.

XII. Che per le ſpeſe di acconciare Ponti, Strade, Prigioni, Scale di Palazzo, Campana groſſa publica, e ſimili, ſi dia autorità al Governatore di applicarſi tutti li Reſidui de' Crediti della Communità dovutigli per tutto l'anno 1586., ed a Lui per Breve ſi dia facoltà di ſaldare li conti di tutti li Debitori della Communità, e di far pagare *ſummarie, & Manu Regia*, e ſcomputare quello, che doveſſero avere di ragione.

XIII. Che durante il preſente Appalto del Quatrino a Libra di Carne di Tiberio Ceuli, ſi faccia dare alla Communità il Subappalto della Città per il prezzo, che ſi truova ſubappaltato, e ſi aſtringa Niccola Balulli preſente Appaltatore a rinunciare detta Gabella.

Officialium ſtipendio.

XIV. Che nel pagamento del Notaro della Camera ſi oſſervi di pagarlo delle tenzioni, come già ſi faceva, e non altrimente.

XV. Che alli Ambaſciadori, che occorreſſe alla Città di mandare a Roma, o altrove con licenza, non ſi poſſa dare proviſione oltre a ſcudi 15. di paoli dieci il meſe alli Dottori, e ſcudi 10. agli altri di Cappa corta, proibendo eſpreſſamente, che ſotto nome di Viatico, e Donativo, Porti di Lettere, vetture di Cavalli, e ſalario, e ſpeſe di ſervitore o robbe loro non ſe gli poſſa pagare coſa alcuna di più.

XVI. Che ſi faccia il Cataſtro dell' Eſtimo delle Terre fra tre anni, eſſendo quello, che ora vi è lacerato, e guaſto, e ſi accataſtino tutte le Terre de' Privilegiati, *quocumque Privilegio, etiam in corpore Juris clauſo*.

Muneribus.

XVII. Che la Communità, e Priori non poſſino alloggiare alcuno a ſpeſe di detta Communità, ne far preſenti oltra la ſomma di ſcudi 10., e contravenendo, ogni ſpeſa ſia fatta del proprio di quelli, che pro tempore governeranno; contro li quali ſi poſſa agire dalli Succeſſori, a ripetere ogni ſpeſa.

Dat. die 29. Aprilis 1588. An. III.

Datum Romæ, apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 29. Aprilis 1588., Pontificatus noſtri Anno III.

XXIX.

Confirmatio conceſſionis officii Nummulariorum Univerſitatibus Artium Urbis.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

IN eminenti Juſtitiæ throno, divina diſponente clementia, meritis licet imparibus, conſtituti ad ea libenter intendimus, per quæ contrahentes cum Camera noſtra Apoſtolica perpetua valeant ſecuritate gaudere.

Ad tollendos abuſus per Nummularios inductos.

§. 1. Hinc eſt, quod poſtquam Nos certis rationabilibus cauſis tunc expreſſis etiam publicum commodum concernentibus, adducti, ſed potiſſimum ad tollendum quamplures abuſus, & inter eas ad evitandum plures fraudes, quæ per Cambiatores Monetarum Urbis Bancherotti vulgo dictos in publici, & privati præjudicium, & damnum non modicum committebantur, & adhuc forſan etiam committuntur, quorum cauſa quamplura ſtatuta, ordinationes, & bannimenta pluries diverſis temporibus facta fuerunt, nullum tamen præmiſſis remedium unquam afferri potuit, quod ab exceſſivo numero perſonarum minus approbatarum artem ipſam exercentium proceſſiſſe, & procedere accepimus.

Pontifex eorum numerum ad octuaginta reduxerat.

Nos ex injuncto Nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio præmiſſis rectam formam ad Dei laudem etiam cum aliquali dictæ Cameræ utilitate alias dare volentes Noſtro motu dictos Bancherios, ſeu Bancherottos ad numerum octuaginta reduxeramus, ita ut

Digitized by Google

ut nullus alius præter octuaginta perſonas artem hujuſmodi in ipſa Urbe exercere valeret.

Præfectum Nummulariorum deputavetat Philippum Ravenna injuncto onere ſolvendi R.C.A. ſcut. duo millia.

§.2. Itaque dilectum filium Philippum Ravennam Mercatorem Januenſem in Urbe commorantem in illorum Præfectum ad novennium ex tunc proximum deputaveramus cum certis capitulis, & conventionibus tunc expreſſis, & inter ea, quod idem Philippus dictas octuaginta perſonas deputare, & illam ſummam, in qua cum illis concordaret, percipere valeret, & inſuper ſcuta duo millia quolibet anno dictæ noſtræ Cameræ in illius neceſſitatum ſubventionem ſolvere teneretur, & obligatus exiſteret, ſicut poſtea ſe obligavit, prout inſtrumento publico in plena Camera die 14. Septembris proxime præteriti manu dilecti filii Tydei de Marchis ejuſdem Cameræ Notarii confecto latius conſtat.

Totum exercitium artis Nummulariæ Nummulariorum Univerſitati committeat.

§.3. Denique ad preces dilectorum filiorum Univerſitatis dictorum Bancheriorum, ſtante concordia ſecuta inter ipſos ex una, & dictum Philippum Ravennam, & ex certis aliis tunc adductis cauſis deputationem de perſona ipſius Philippi in Præfectum antedictum, ut præfertur factam pari motu, & de ipſius Philippi expreſſo conſenſu, annullaveramus, & eidem Univerſitati totum dictum negocium, & exercitium dictorum Bancheriorum cum omni emolumento, & lucro inde proveniente cum dictis, & forſan aliis Capitulis, conventionibus, ac facultatibus, & cum onere ſolvendi ſimilem ſummam dictæ noſtræ Cameræ ſimili motu conceſſeramus, prout inſtrumentis in ipſa plena Camera manu dicti Tydei Notarii confectis plenius conſtat.

Inſtantibus vero cæterarum artium Univerſitatibus.

§.4. Verum quia poſtea ad audientiam noſtram recurſum habuerunt dilecti filii Alexander de Grandis, Curtius de Rubeis, & Franciſcus Scappuccius tunc ipſius Urbis Conſervatores, ac Joannes Baptiſta Marganus Romani Capitum Regionum Prior ratione publici intereſſe, ac nonnulli deputati ab Univerſitatibus omnium, ſeu majoris partis artium ipſius Urbis, qui negocium ipſum in dictam Bancheriorum univerſitatem ſic, ut præfertur collatum tum publico, tum privato valde damnoſum eſſe Nobis pluribus rationibus per eos adductis clare ſignificarunt, & inter cætera quia iidem Bancherii, tamquam ad hoc impares non poſſunt (ſicut experientia ipſa docet) inſtantibus earumdem artium neceſſitatibus circa monetam argenteam, quæ eis fere continuo opus eſt pro emendis mercibus præcipue ad commeatum, ſeu graſciam Urbis attinentibus, quæ non niſi argentea, ſeu aurea moneta ſaltem pro majori parte interveniente eis per Mercatores vendi non ſolent, occurrere, ſeu providere, & licet juxta conventionem inter Cameram, & dictam Nummulariorum Univerſitatem factam liceret, & liceat cuilibet ex dictis artibus, ſeu illorum artificibus quatrenos in monetam auream, ſeu argenteam cum colybo, ſeu aggio pro moneta hujuſmodi ſolvi ſolito excambiare a majoribus Nummulariis vulgo Banchi reali a quinque ſcutis ſupra, nihilominus, quia Nummularii majores hujuſmodi in recipiendis quatrenis pro monetis, ſeu aureis, ſeu argenteis ſe nullatenus ingerere volebant, nec volunt, ex hoc artes ipſæ maximum damnum ſentiebant, ideo Conſervatores, Prior, & Deputati præfati Nobis enixe ſupplicarunt quatenus tam publico, quam privato damno hujuſmodi occurrentes, nam artes præfatæ in primis eidem Univerſitati quid quid ipſa Univerſitas dicto Philippo concorditer ſolveret una cum aliis pecuniis, & interuſuris per ipſam Univerſitatem ea de cauſa ſolutis, & decurſis, ſicut, & prout dilectus filius noſter Henricus Sanctæ Pudentianæ Presbyter Cardinalis Cajetanus nuncupatus noſter, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius juxta ejus liberum arbitrium declararet, re ipſa ſolvere, & exburſare velle ſe ſe promptas, & paratas obtulerunt, totum ipſum Nummulariorum exercitium ad annos novem, prout ſic antea Philippo, & deinde univerſitati præfatis conceſſum fuerat, concedere dignaremur, promittentes inſuper dictæ annuæ præſtationi ſcutorum duorum millium monetæ alia ſcuta quingenta ſimilia in utilitatem dictæ noſtræ Cameræ augere.

Sixtus hujuſmodi negocium ipſis Univerſitatibus committit cũ certis conventionibus, clauſulis &c.

§.5. Nos itaque iis attentis, & quia etiam quamplures inſurrexere difficultates inter homines dictæ Univerſitatis, in ponendo in exequutionem negotium præfatum, quæ non ita deſacili ad rectam viam reduci poterant, ſeu poſſunt, totum ipſum Nummulariorum negocium, & illius exercitium cum omnibus, & ſingulis illius emolumentis, & lucris ex illo quomodolibet licite, & honeſte provenientibus dictis artibus, undecim in totum conſtituentibus, illarumque Univerſitatibus, pro dictis novem annis, ita ut dictorum Bancheriorum deputatio de cætero ad ipſius artes, & non ad alium quempiam, quæ ad hunc effectum ſex perſonas aſſumere habeat, quæ certis diligentiis ſervatis, ad ipſam Bancheriorum electionem procedere valeant, ſpectet, & pertineat, & alias cum certis aliis pactis, & conventionibus tunc expreſſis, & cum onere ſolvendi eidem noſtræ Cameræ integram ſummam ſcutorum duorum millium, & quingentorum monetæ prædictæ per noſtrum certum Chyrographum manu noſtra ſignatum, & eidem Camerario, ac dilectis filiis Theſaurario noſtro generali, ac ipſius Cameræ Decano, & Clericis Præſidentibus directum, dicto priori Inſtrumento in dicta Univerſitate Bancheriorum per Nos penitus ex forma dicti Chyrographi prius annullato, ac tam ipſa Univerſitate, quam illius particularibus, & fidejuſſore per eus deſuper præſtito ab eorum obligationibus, & juramentis liberatis, & abſolutis in appaltum concedi, & inſtrumentum deſuper cum ipſis artibus, ſeu earum deputatis, vel Procuratoribus facultatem habentibus in ipſa plena Camera iniri, & confici mandavimus, prout ſic Camerarius, Theſaurarius

rius Decanus, & Clerici antedicti illuu cum dictis earumdem artium Procuratoribus ad hoc ab illis ſufficiens mandatum habentibus, cum præmiſſis, ac certis aliis pactis, & conventionibus in eo latius expreſſis, inter eamdem Cameram, & dictas artes, & artifices mutuo ſervandis, de ordine, & mandato noſtris hujuſmodi celebrarunt, quod per eumdem Tydeum Notarium ſub die ſeptima Aprilis proxime præteriti confectum exiſtit obligatione Camerali, & juramento utrinque præſtito roboratum.

Inſtrumentumque conductionis inde confectū confirmat.

§.6. Quare volentes novæ conceſſioni, ſeu appaltui, aliiſque præmiſſis, & in dicto inſtrumento contentis robur confirmationis Apoſtolicæ adjicere, aliaſque ſuper illis opportune providere, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine de omnibus, & ſingulis præmiſſis, & aliis inter dictam noſtram Cameram, ac dictas Univerſitates, ſeu earum Deputatos, vel Procuratores firmatis, & in dicto inſtrumento redactis enunciatis, & comprehenſis plenam, & certam notitiam habentes, ac inſtrumenti, ac pactorum, ac conventionum hujuſmodi, ac aliorum hic de neceſſitate exprimendorum tenores, præſentibus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, & haberi volentes, conceſſionem, ſeu appaltum exercitii dictorum Bancheriorum, dictumque inſtrumentum, ac omnia, & ſingula in eo contenta expreſſa, & narrata, & inde ſecuta quæcumque tenore præſentium approbamus, ac in omnibus, & per omnia pleniſſime confirmamus, eaque omnia de certis ſcientia, ordine, mandato, & voluntate noſtris proceſſiſſe, & geſta fuiſſe, & eſſe, etiam in verbo Romani Pontificis atteſtamur, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum, etiam quantumvis ſubſtantialium, ac præmiſſa annullantium defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, & nihilominus potiori pro cautela totum, & integrum exercitium prædictorum Nummulariorum cum omnibus, & ſingulis illius lucro, & emolumento, ac membris, juribus, & pertinentiis, facultatibuſque, & privilegiis, ac aliis in dictis capitulis, & conventionibus expreſſis pro tempore, atque annua præſtatione, pactiſque capitulis, & conventionibus, obligationibus, modoque, & forma, quibus eiſdem undecim Univerſitatibus ex forma dicti inſtrumenti, ut præmittitur, conceſſum fuit, eiſdem undecim Univerſitatibus tenore præſentium de novo ad majorem cautelam concedimus, damus, transferimus, & aſſignamus, ac inſtrumentum ipſum in omnibus, & per omnia juxta illius formam, & tenorem innovamus.

Clauſulas pro ejus firmitate appoait.

§.7. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Cameralibus exequutioně committit.

§.8. Mandantes propterea eiſdem Henrico Cardinali Camerario, ac Theſaurario noſtris, nec non Decano, & Clericis, ac Zeccæ Urbis Clerico Præſidenti, cæteriſque Cameralibus, ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit in futurum nunc, & pro tempore exiſtentibus, quatenus præſentes literas, & in eis contenta quæcumque in ipſa Camera admittant, ac in eiſdem Cameræ libris regiſtrari mandent, & faciant, & deſuper patentes literas, mandata, & alias proviſiones tam contra dictam Univerſitatem Nummulariorum, quam alios quoſcumque nunc, & in futurum toties quoties opus fuerit, vigore præſentium expediant, & expediri faciant, dictumque Inſtrumentum, & Capitula in illis contenta obſervent, & adimpleant, & ab aliis quibuslibet, ad quos quomodolibet ſpectat, ſeu pertinet inviolabiliter obſervari, & adimpleri, ac debitæ executioni demandari mandent, & faciant, contradictores quoslibet, & inobedientes per opportuna juris, & facti remedia, & demum per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, omni, & quacumque appellatione poſtpoſita compellant.

Et contraria quæcumque tollit.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac dicto Inſtrumento cum dicta Univerſitate Nummulariorum antea facto, quod etiam tenore præſentium ad majorem expreſſionem denuo caſſamus, annullamus, & viribus omnino vacuamus in omnibus, & per omnia, perinde acſi nunquam celebratum fuiſſet, ac dictam Univerſitatem, & particulares perſonas, ac illorum fidejuſſores ab eorum obligationibus quibuſcumque ſine tamen præjudicio jurium dictæ Cameræ noſtræ ratione pecuniarum per ipſam Univerſitatem, & alios obligatos dicta de cauſa debitarum, & debendarum liberamus, & abſolvimus, atque noſtra regula de jure quæſito non tollendo, ac fel. rec. Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, quod ſimiles contractus forſan non niſi per ſubhaſtationem, & candela accenſa, ac ſervatis certis aliis actibus celebrari poſſint, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac tam novis, quam antiquis dictæ Urbis, ac Univerſitatis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis ſtatutis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in genere, vel in ſpecie, etiam conſiſtorialiter cum quibuſvis clauſulis, & derogatoriarum derogatoriis, conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis pro illorum ſufficienti derogatione, mentio, ſive expreſſio habenda, aut certa exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum tenores, acſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus

gamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 15. Junii 1588. An. IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Junii 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

XXX.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Quod de cætero perpetuis futuris temporibus in Eccleſiis Parochialibus a Congregatione Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Portugalliæ Regnorum poſſeſſis, Monachi ad vitam non inſtituantur, ſed ad nutum Generalis, & Abbatum dicti Ordinis amovibiles.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Abuſus in hanc Congregationem invecti a perpetuitate exercitii Parochialium per Monachos.

EXponi ſiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Generalis, & alii Abbates Congregationis Sancti Benedicti Ordinis ejuſdem Sancti Benedicti Regnorum Portugalliæ, quod cum ipſa Congregatio poſſideat plures Parochiales Eccleſias, ſeu Eccleſiæ ipſæ ejuſdem Congregationis membra exiſtant, vel ab ea tam jure unionis, quam vigore Juriſpatronatus, aut alias quomodolibet dependeant, quarum cura animarum illis incumbens per Monachos dictæ Congregationis ad vitam exerceri conſuevit, quo fit, ut Monachi, qui ſub clauſura, ac ſuorum Superiorum correctione, & obedientia vivere deberent, contra diſciplinam Regularem, ac novam d. Congregationis Reformationem coguntur extra eorum Monaſteria, ac ſine ipſorum Superiorum obedientia penes eaſdem Eccleſias pro hujuſmodi curæ exercitio reſidere, & in libertate ſæculari vivere in maximum regularis obſervantiæ detrimentum, & ſcandalum plurimorum, unde ſi ad ipſam curam exercendam aliqui Presbyteri ſæculares a locorum ordinariis approbati, ſeu etiam ipſi Monachi cum aliquo ſalario ex fructibus ipſarum Eccleſiarum perſolvendo per Generalem, vel alios Abbates, & Superiores ad eorum nutum ponendi, & amovendi deputarentur, ac reſiduum ex eiſdem fructibus dictarum Eccleſiarum, in Monaſteriorum, quorum dictæ Eccleſiæ exiſtunt, ſeu a quibus dependent, illiuſque Monachorum uſus, & utilitatem arbitrio Abbatum ipſorum Monaſteriorum converterentur, ex hoc profecto regularis obſervantia, & ipſius Congregationis nova reformatio melius obſervaretur, ac ipſorum Monaſteriorum ſubventioni conſuleretur.

Generalis, cæterique Abbates Parochis Presbyteros ſæculares, ſeu Monachos amovibiles præfici petunt.

§.2. Quare pro parte Generalis, ac aliorum Abbatum prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus illis, ut Presbyteros ſæculares, ſeu etiam ipſius Congregationis Monachos ad nutum amovibiles pro hujuſmodi curæ exercitio deputare poſſint, licentiam, & facultatem concedere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Sic ſervari permittit Pontifex.

§.3. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus in dictis Eccleſiis dictæ Congregationis Monachi ad vitam minime inſtituantur, ſed Generalis, vel alii Abbates, & Superiores, occurrente dictarum Eccleſiarum vacatione, & etiam ex nunc, ſi eis videbitur, Monachos in dictis Eccleſiis inſtitutos amovendo ad ipſam curam eiſdem Eccleſiis, ut præfertur incumbentem exercendam, Presbyteros ſæculares, ab Ordinariis tamen locorum approbatos, ſeu etiam ipſius Congregationis Monachos ad ipſorum Generalis, vel aliorum Abbatum, & Superiorum nutum ponendos, & amovendos cum aliquo ſalario eis una cum Ordinariis locorum beneviſo, & ex fructibus dictarum Eccleſiarum perſolvendo conſtituere, & deputare, reſiduum vero fructuum dictarum Eccleſiarum in Monaſteriorum, quorum dictæ Eccleſiæ exiſtunt, ſeu a quibus, ut præfertur dependent, illiuſque Monachorum uſus, & utilitatem convertere libere, & licite poſſint, & valeant, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium volumus, ſtatuimus, atque decernimus, illiſque plenam ad id licentiam, facultatem, & poteſtatem, ac auctoritatem concedimus, & impartimur.

Præſentibuſque literis perpetuæ firmitatis robur addit.

§.4. Nec non præſentes literas validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri debere; Sicque in præmiſſis omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Eorumdem executores deputat.

§.5. Quocirca dilectis filiis Bracharen., & Portugallen. Eccleſiarum Decanis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel ambo, aut unus eorum per ſe vel alium, ſeu alios præſentes literas, ac in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties requiſiti fuerint, ſolemniter publicantes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari, contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, ac proviſionibus Ordinariorum de Jure, vel conſuetudine, & literis patentibus de dictis Eccleſiis ad favorem ipſorum Monachorum ad eorum vitam factis, ac quibuſvis facultatibus inſtituendi ad vitam in dictis Eccleſiis tam Monachos, quam alios quoſcumque, nec non Regula de Jure

quæſito non tollendo, & qoibuſvis aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac Congregationis Monachorum, & Ordinis prædictorum etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicia tam Congregationi Monachorum, & Ordini prædictis, illiuſque Monachis, quam locorum Ordiuariis, & quibuſvis aliis perſonis, ſub qnibuſeumque tenoribus, & formis, ac eum qnibuſvis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſeumque.

Dat. die 13. Julii 1588. Ann. IV. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Julii 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

X X X I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev. Alumnis Superioris Germaniæ Collegiorum a Gregorio PP. XIII. inſtitutorum conceditur, ut ſine titulo Beneficii, & ſine Literis Dimiſſorialibus ad Saeros Ordines promoveri valeant a quocumque Epiſcopo, accedente ad id Rectorum licentia, & Teſtimonio.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium. PRoviſionis noſtræ debet provenire ſubſidio, ut Jus ſuum unicuique conſervetur.

Minuta Indulti, de quo in Rubrica in Secretaria Gregor. XIII. adinventa. §. 1. Hinc eſt, quod nos tenorem quarumdam literarum fæ: re: Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri in Secretaria domeſtica ipſius Prædeceſſoris repertum ex minuta originali de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus annotari fecimus, qui talis eſt, videlicet.

Tenor Brevis Gregor. XIII. §. 2. Gregorius Papa XIII. ad futuram rei memoriam. Perlatum eſt ad Nos complures Alumnos Collegiorum, quæ io Germania a Nobis erecta ſunt, vel quia titulum non habent alicujus Beneficii Eccleſiaſtici, vel quia illorum Ordinarii in concedendis literis dimiſſoriis difficiles, ac moroſos ſe reddunt, ad Ordines etiam Sacros promoveri non poſſe. Nos conſiderantes propter iniquam temporum conditionem Clericorum in illis partibus raritatem, qoi orthodoxæ doctrinæ dogmatibus, & honeſtis moribus, ac diſciplinis imbuti, dignos Dei Miniſtros ſe exhibeant, & ideo piis ipſorum votis, quæ ex devotionis fervore proveniunt præſertim in difficilioribus dictæ Germaniæ partibus benigne annuere volentes, auctoritate præſentium concedimus, & indulgemus Alumnis omnium Collegiorum ſuperioris Germaniæ a Nobis inſtitutorum, ot a quocumque maluerint Catholico Antiſtite, gratiam, & communionem Sedis Apoſt. habente, & in ſua Diœceſi reſidente, etiam extra tempora, & ſine titulo Beneficii Eccleſiaſtici, aut patrimonii, & ſine dimiſſoriis proprii Ordinarii, dummodo ad id alias ſint idonei, & aliud Canonicom noo obſiſtat impedimentum, ae teſtimonio Rectoris, & Superiorum ejus Seminarii, cujus Alumni fuerint, commeodentur, ſpecialemque ad id ab ipſis licentiam obtinuerint, clericali charactere inſigniri, & ad omnes etiam Saeros, & Presbyteratus Ordines promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare libere, & licite valeant Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in Generalibus, Provincialibos, & Synodalibus Conciliis editis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſeumque. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Aunolo Piſcatoris die 4. Septembris 1584. Pontificatus noſtri Anno XIII. Cæ: Glorierius.

§. 3. Cæterum, ut earumdem literarum tenor præſentibus ſic inſertus omnimodam rei, ſeu facti certitudinem faciat auctoritate Apoſtolica decernimus, ut illud idem robur, eamdemque vim, ac eumdem vigorem dictus tenor per omnia habeat, quæ haberent originales literæ ſupradictæ, ac eadem prorſus eidem tenori fides adhibeatur quandoque, & ubieumque ſive in Judicio, ſive alibi, ubi fuerit exhibitus, vel oſtenſus, ac eidem firmiter ſtetur in omnibus, ſicut eiſdem originalibus ſtaretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Per hoc autem nullum Jus cuique de novo acquiri volumus, ſed antiquum tantummodo conſervari. Confirmatur a Sixto PP.

Datum Romæ apud S. Mareum ſob Annulo Piſcatoris die 20. Auguſti 1588. Pontificatus noſtri Anno IV. Dat. die 20. Auguſt. 1588. Ann. IV.

X X X I I.

Indulgetur Duci, & Gubernatoribus Reipublicæ Genuen., ut Triremium Reipublicæ prædictæ Capitanei, aliique eis præſidentes coram Archiepiſcopo Genuen. tantom, & poſt eorum ad Portum Genuenſem acceſſum conveniri poſſit ſuper captione eorum, qui in adulta ætate fidem Chriſtianam abnegarunt. *Ex Regeſt. in Secr. Brev.*

Dilectis Filiis Nobili Viro, & Gubernatoribus Reipublicæ Januen.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

EXimiæ devotionis affectus, quo Nos, & Romanam proſequimini Eccleſiam pro- Exordium.

promeretur, ut petitionibus veſtris, quantum cum Deo poſſumus libenter annuamus.

Cauſa conceſſionis.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte veſtra petitio continebat, quod Triremibus, quas ad veſtræ, atque adeo Chriſtianæ Reipublicæ defenſionem, & conſervationem ingentibus impenſis veſtris in Mari continuo manutenere ſoletis, ipſum Mare percurrentibus, plerumque contingit Generalem, ſeu Capitaneos, & alios in eiſdem Triremibus exiſtentes, Triremes, & ſeu alia Turcarum Navigia capere, poteſtatique ſuæ ſubjicere; in eis vero nonnulli quandoque reperiuntur, qui ab eiſdem Turcis antea capti, & in adulta ætate Fidem Chriſti, quam profeſſi fuerant, abnegarunt, quos propterea in eiſdem Triremibus veſtris remigare cogitis; ubi autem dictæ Triremes Veſtræ ad loca ditionis Chriſtianæ etiam Dominium Veſtrum appellunt, ipſi a tali ſervitute, prætextu, quod ſint Chriſtiani, & alias quoquomodo etiam Vobis invitis liberari cupientes, ſeſe Judici Eccleſiaſtico, vel Inquiſitori ſuper hæretica pravitate deputato tradi connituntur, ac procurant in non modicum damnum Reipublicæ Veſtræ prædictæ, atque etiam ipſarum Triremium ſi Remigantibus deſtituantur amittendarum evidens periculum.

Conceſſio, de qua in Rubrica.

§.2. Quare pro parte veſtra Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus præmiſſis obviare, & alias opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur volentes vos ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Vobis, quod Triremium Reipublicæ veſtræ Capitanei, ſive Generalis, & aliæ perſonæ in eis præſidentes alibi, quam coram Ven. Fratre Archiepiſcopo Januen. in Civitate Veſtra Januen., neque antea quam ipſæ Triremes ad Portum veſtrum Januen. pervenerint ſuper præmiſſis quomodolibet moleſtari, vel impediri, nullatenus poſſint, nec debeant, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus.

Aliis Judicibus ſecus agendi adempta facultas.

§.3. Et nihilominus omnibus, & ſingulis Judicibus Eccleſiaſticis extra ipſam Civitatem Januen. in quibuſcumque locis exiſten., ne ſub indignationis noſtræ pœna Triremes veſtras, vel illarum Capitaneos, ſeu Generalem, aut alios in illis Præſidentes ſuper præmiſſis quovis prætextu, vel quæſito colore moleſtare, perturbare, vel inquietare quoquo modo audeant, vel præſumant, diſtrictius inhibemus. Volumus autem, quod Capitanei, ſive Generalis dictarum Triremium veſtrarum, vel alii in eis Præſidentes ſi, & quoties in Civitate veſtra prædicta circa prædictos, qui fidem abnegsverint, requiſiti fuerint, rationem reddere, & Judicis Eccleſiaſtici mandatis ibidem in omnibus, & per omnia obedire teneantur.

Derogatio contrariorum.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Septembris 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 21. Sept. 1588. Ann. IV.

XXXIII.

Confirmatio concordiæ, & declaratio nonnullarum Conſtitutionum ſervandarum a Capitulo, & Cappellanis Eccleſiæ Lucanæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Dea ea Apoſtolicæ ſervitutis officio libenter intendimus, per quæ gratiæ Apoſtolicæ præſertim pro Eccleſiarum ſervitio, & divini cultus manutentione facta, ſublatis quibuſvis illas interpretandi controverſiis ſuum ſortiantur effectum.

Gregorius XIII. Judices deputavit in cauſis vertentibus inter Epiſcopum, & Capitulum Lucanum.

§.1. Dudum ſiquidem fe: re: Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter audiens lites, & controverſias inter Ven. Fratrem Noſtrum, & tunc ſuum Epiſcopum, & dilectos filios Capitulum Lucan. ſuper exemptione, & Juriſdictione eorumdem Epiſcopi, & Capituli ortas fuiſſe, & tunc pendere indeciſas, dilectum filium noſtrum tunc ſuum Joannem Hieronymum tituli S. Joannis ante Portam Latinam Presbyterum Cardinalem Albanum nuncupatum, & bo: me: Marcum Antonium Cardinalem Maffeum, in quos ipſæ partes, lites, & controverſias hujuſmodi compromiſerant etiam Judices inter ipſas partes deputavit oretenus.

Qui ſuper juriſdictione Partibus competente pronunciarunt.

§.2. Qui poſtea die 22. menſis Decembris 1582. laudum, ſeu ſententiam deſuper promulgarunt, per quem pronunciatum fuit, quod in criminibus atrocibus, & ſodomiæ, læſæ Majeſtatis, homicidii, aſſaſſinii, incendii, ſtupri, inceſtus, & ſimilibus per Capitulares committen. procederent, & cognoſcerent, ſimul Epiſcopus prædictus, & interior Sacriſta, vel io ejus abſentia, alius in ejus locum deputatus a Capitulo, & loco poſitus. In reliquis vero delictis, & exceſſibus contra eoſdem Capitulares, Juriſdictio eſſet Epiſcopi, & Capituli, ſeu interioris Sacriſtæ, aut loco poſiti cumulative, ita quod eſſet locus præventioni; In delictis vero, & erroribus Cappellanorum, & aliorum Officialium, & Miniſtrorum ipſius Eccleſiæ in concernentibus eorum officia circa Eccleſiæ ſervitium, & cultum divinum, cognitio, correctio, & punitio pertineret ad ſolum Capitulum, & ejus Interiorem Sacriſtam. In reliquis vero omnibus extra Eccleſiam, & illius ſervitium, & cultum, cognitio, punitio, & correctio ad ſolum Epiſcopum, & ejus Vicarium ſpectaret.

Appellantibus a Laudo Cappellanis idem Pontifex judicibus deputatis tertium adjunxit.

§.3. Et deinde cum ipſi Cappellani ſentientes ſe dicta ſententia in hac parte gravari, ſuper eorum Juribus audiri peterent, idem Prædeceſſor dictum Joannem Hieronymum Cardinalem, & dicto Marco Antonio

tonio Cardinali tunc vita functo, bon. me. Petrum Donatum tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Presbyterum Cardinalem Cæſium nuncupatum dictis Cappellanis, juriumque ſuorum Auditores dedit, qui poſt reportatam remiſſoriam ad inſtantiam dictorum Cappellanorum decretam, & relaxatam, dicto Prædeceſſore vita interim functo, Nobis retulerunt, ipſos Cappellanos de dicta ſententia injuſte conqueri.

Eiſdem Cappellanis iterum appellantibus datur novus Iudex.

§.4. Poſtremo cum pro parte eorumdem Cappellanorum ſignificatum Nobis fuiſſet, ipſos non plene fuiſſe auditos, præſertim ſuper nonnullis decretis Concilii Tridentini, & inſuper nova jura hactenus non producta inveniſſe, horum Auditorem dilectum filium noſtrum Antonium tituli Sanctorum Joannis, & Pauli Presbyterum Cardinalem Caraſam nuncupatum ipſis Cappellanis ſimiliter dedimus.

Qui de partium conſenſu nonnulla inter ipſas Capitula ſtatuit.

De correctione culpabilium.

§.5. Idem vero Antonius Cardinalis ad infraſcripta Capitula cum conſenſu etiam ipſius Epiſcopi concorditer ipſas Partes reduxit, in primis, quod dum Epiſcopus Lucan. eſſet præſens, in Eccleſia corrigeret Cappellanos in concernentibus divinum cultum, & ſervitium Eccleſiæ, ac quod Vicarius dicti Epiſcopi, dum eſſet præſens in Eccleſia, abſente dicto Epiſcopo, ſimul cum interiori Sacriſta, eoſdem Cappellanos corrigere, & mulctare poſſent, nec non per Epiſcopos, & Deputatos a Capitulo ſimul fieret nova Tabella, quæ pro tempore mutari, & accomodari valeret, prout Epiſcopo, & Capitulo videretur, affigenda in Sacriſtia dictæ Eccleſiæ, in qua ponatur ſervitium Ordinarium, & extraordinarium dictæ Eccleſiæ cum impoſitione pœnarum, & mulctarum, quæ applicentur Eccleſiæ pro culto divino, & uſu Sacriſtiæ, ac Conſtitutiones Cappellanorum illæ videlicet, queis diſponuntur concernentia ſervitium Eccleſiæ, & cultum divinum communiter reviderentur per Epiſcopum, & Deputatos a Capitulo, & quatenus eidem videretur corrigerentur. Præterea Cappellani non poſſent facere ſimiles Conſtitutiones concernentes ſervitium Eccleſiæ, & cultum divinum abſque conſenſu Epiſcopi, & Capituli. In abſentia Epiſcopi, & ejus Vicarii interior Sacriſta, vel ejus Locumtenens poſſet corrigere Cappellanos tranſgredientes circa ſervitium Eccleſiæ uſque ad ſummam communiter ab Epiſcopo, & Capitulo taxandam, & illam exeqoen., ac dictæ executiones faciendæ per interiorem Sacriſtam, ſeu ejus loco poſitom non poſſent fieri via ordinaria, ſed quod interior Sacriſta penes Sacriſtam minorem, ſeu aliam perſonam, ad quam ſpectaret diviſio ſeu diſmembratio emolumentorum facienda Cappellanis uſque ad illam quantitatem, quæ caperet, & adæquaret prædictas pœnas, & mulctas transgreſſorum, & hujuſmodi mandatum haberet executionem. Poſtremo, quod ſi tranſgreſſio eſſet talis, quæ majorem punitionem mereretur, deberet fieri denunciatio Epiſcopo.

Servitio Chori.

Auctoritate Sacriſtæ ſupra Cappellanos.

Hujuſmodi Capitula rata habuit Sixtus.

§.6. Nos ſententiam in dictis aliis ſuis partibus per dictos Cardinales Albanum, & Maffeum latam, ac Capitula, & concordiam de ordine noſtro per eumdem Antonium Cardinalem reſpective tractata, & reformata perpetuo approbavimus, & confirmavimus, prout in noſtris inde in forma Brevis die 8. Octobris Pontificatus noſtri Anno Secundo confectis literis plenius continetur.

Novis inſurgentibus difficultatibus auditiſque a Cardinali Caraſa partibus.

§.7. Cum autem nuper intelligentes nonnullas differentias, & controverſias ſuper intelligentia, & executione contentorum in dictis literis ortas fuiſſe, eidem Antonio Cardinali dederimus in mandatis, quatenus jura omnia, & prætenſiones ipſarum partium audiret, & auditas Nobis referret: ipſeque Antonius Cardinalis illas ſæpe benigne audierit, ac informationes, & alias ſcripturas ambarum Partium diligenter, & mature diſcuſſerit. Nos, quibus præmiſſa omnia fideliter, & accurate retulit, tenores dictarum literarum, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentor, præſentibus pro expreſſis habentes, ac differentias, & controverſias hujuſmodi ad Nos ex certa ſcientia avocantes, & extinguentes, & perpetuum ſilentium deſuper imponentes, de ipſius Antonii Cardinalis conſilio harom ſerie perpetuo decernimus, & declaramus, quod omnes, & ſingulæ Conſtitutiones dictorum Cappellanorum etiam qoacumque auctoritate Apoſtolica, vel ordinaria confirmatæ, ſeu factæ ab Epiſcopo, & Deputatis a Capitulo hujuſmodi revideri, ac concernentes cultum divinum, & ſervitium dictæ Eccleſiæ Lucanæ corrigi ſi opus fuerit, illaſque omnes correctas, ſeu reviſas ex libris Cappellanorum præfatorum deſumptas in Tabella nova in Saeriſtia per dictos Epiſcopum, & Capitulum fienda ſuper ſervitio divino ordinario, & extraordinario dictæ Eccleſiæ Lucanæ, prout in dictis literis ordinatum fuit, deſcribi, nec aliquis Cappellanorum quando Capitulariter cum habitu extra dictam Eccleſiam cum Cruce in Proceſſionibus, ſeu pro ſepeliendis mortuis, aut alia quavis cauſa, ſeu occaſione inceſſerint inde recedere poſſit, priuſquam ipſa Crux in dictam Eccleſiam delata ſit, niſi de expreſſa licentia Epiſcopi, ſi fuerit præſens, aut in abſentia dicti Epiſcopi, de licentia Vicarii, & interioris Sacriſtæ, aut loco poſiti inſimul, aut etiam ipſo Vicario abſente de licentia ipſius interioris Sacriſtæ, ſeo luco poſiti ſecundum dictæ concordiæ formam, & tenorem ſub pœna in prædicta Tabella deſcribenda: quodque Cuſtos, & minor Sacriſta ratione ſuorum officiorum, ac Prior, & Camerarius dictorum Cappellanorum pro tempore exiſteotes pro ſervitio Univerſitatis poſſint libere, & licite, ac impune, nulliuſque ad hoc requiſita licentia a dicta Eccleſia abeſſe, illiuſque Choro, licet inibi divina officia peragantur recedere, & ſi dicta Univerſitas debuerit mittere Cappellanos ad celebrandas Miſſas, & alia divina officia in eorum Eccleſiis unitis, ſi id fiat tempore, quo celebrantur divina Offi-

Pontifex cauſas omnes ad ſe avocat.

Conventiones quæ initas confirmat, in Tabella deſcribi, ſervarique mandat.

Officia in dicta Eccleſia Lucana, tunc mittantur Cappellani exempti, qui tunc temporis non fuerint obligati ad dictam Eccleſiam Lucanam perſonaliter accedere, alii vero Cappellani non exempti, nulla ratione, nullave cauſa, ſeu occaſione poſſint recedere ſine licentia ſupradictorum Epiſcopi Vicarii, interioris Sacriſtæ, ſeu loco poſiti, vel etiam interioris Sacriſtæ, ſeu loco poſiti reſpective Superiorum juxta tenorem dictæ concordiæ, Præterea diſtributiones Cappellanorum, quas in pœnam amitterent, ipſo Jure, ipſoque facto dictæ Eccleſiæ pro cultu divino, & uſo dictæ Sacriſtiæ ſint applicatæ, prout in dicta concordia continetur, nec eas ipſi Cappellani in toto, vel in parte, quavis occaſione, cauſa, ſeu prætextu, aut alias quovis modo remittere, aut condonare, vel de eis gratiam facere poſſint ſub pœnis in dicta Tabella imponen., &. diſtributiones, quas Cappellani pro tempore ob non intereſſentiam, vel reſidentiam apud dictam Eccleſiam amitterent, quæ dividi debeant inter præſentes, Univerſitas Cappellanorum prædictorum quavis cauſa, vel occaſione remittere nequeat, nec ipſa Univerſitas poſſit concedere ullo modo, ut aliquis Cappellanus poſſit abeſſe ab Eccleſia tempore ſuæ obligationis, itaut percipiat diſtributiones tanquam ſi eſſet præſens, ſub pœna prima vice in quemvis dictorum caſuum quantitatis pecuniæ æquivalenti, dictis diſtributionibus ſic condonatis per Univerſitatem præfatam ſolvenda, quæ Seminario Clericorom Lucano ipſo jure, ipſoque facto applicata intelligatur, & pro ſecunda, aliiſque vicibus ſub pœna duplici quantitatis prædictæ.

Cardinali Carafa controverſiarum, quæ inde provenient ſummariam cognitionem committit.

§.8. Poſtremo quia multæ controverſiæ, & differentiæ naſci poſſunt in compilanda prædicta nova Tabella dictæ Eccleſiæ Lucanæ, ac in corrigendis Conſtitutionibus dictorum Cappellanorum, & exequen. dictis concordia, & ſententia in dictis aliis ſuis partibus per Albanum, & Maffeum Cardinales prædictos lata, ac etiam in multis aliis rebus dictam concordiam concernentibus, ut hæc omnia abſque litibus, & controverſiis terminari poſſint, eidem Antonio Cardinali omnes, & ſingulas cauſas, controverſias, & differentias ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac etiam tam ſuper intelligentia, & obſervatione literarum concordiæ, ac executione ſententiæ in dictis aliis ſuis partibus, quam ſuper interpretatione, & ſenſu, ac obſervatione præſentium literarum moras, & movendas ſummarie ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura Judicii manu regia, nullaque tela judiciaria ſervata, ſed ſola facti veritate inſpecta, ac omni, & quacumque appellatione remota audiendi, cognoſcendi, deciden. fineque debito terminan. plenam, liberam, & abſolutam poteſtatem, & facultatem per præſentes concedimus.

Cui quidem parere ipſi debeant Cappellani.

§.9. Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna Epiſcopo, Canonicis, & Cappellanis prædictis, quatenus præſentibus literis noſtris, & omnibus aliis, quæ ipſe Antonius Cardinalis in præmiſſis per ſuas literas privatas ipſis ſignificaverit, omnino parcant, & acquieſcant, alioquin, ſi præſentibus noſtris literis non paruerint, ad cenſuras, & pœnas noſtro arbitrio infligen. procedemus, & ulterius ſententiam, ſive pœnam, quam ipſe Cardinalis in præmiſſis ſibi commiſſis tulerit in rebelles, ratam habebimus & faciemus Auctore Domino uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Clauſulæ.

§.10. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpræ tandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

*Derogatio contrariorum

§.11. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Octobr. 1588. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 22. Octobris 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

XXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio erectionis Collegii CCLX. militum Lauretanorum privilegiorumque eis conceſſorum, quibus alii XL. milites cum iiſdem Privilegiis, emolumento &c. adjunguntur.

SIXTUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

SOlet Apoſtolicæ Sedis benignitas perſonis, quæ in ejus ſubventionem ſe ipſas, & ex bonis a Deo ſibi collatis partem aliquam prompte, ac ſtudioſe offerunt, ſuam quoque gratiam liberaliter impertiri, & multiplicato benemeritorum numero, ſuæ viciſsim largitatis erga eos munera in plures diffundere, & communicare.

Recenſet factam jam a ſe Collegii hujus erectionem, conceſſa Privilegia.

§.1. Alias ſiquidem ad Omnipotentis Dei, & Beatæ Virginis Mariæ ejus Genetricis laudem, & gloriam unum Collegium ducentorum virorum Militum Lauretanorum Participantium nuncupandorum, & per Nos nominandorum, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, de Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu per alias noſtras literas, Apoſtolica auctoritate perpetuo ereximus, & inſtituimus, volentes inter alia officia Lauretanorum hujuſmodi ad triennium a data literarum præfatarum computandum, per obitum illa obtinentium, non vacare, ſed ad Hæredes eorum ſic decedentium tranſire, &

poſt

poſt dictom triennium ad inſtar aliorum officiorum Romanæ Curiæ vacabilia exiſtere, nec non præfatos milites veros, & indubitatos Familiares, continnos Commenſales noſtros, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis fore, nec non eos, & cujuslibet eorum Filium Primo genitum, Nobiles, & Aulæ Lateranen. Comites, illoſque ex eiſdem militibus, qui Clerici io Apoſtolicæ Sedis Notarios, qui vero Laici eſſent, in Auratæ militiæ milites fecimus, creavimos, atque recepimus. Et inſuper cum dictis militibus Lauretanis, tam in Romana Curia, quam extra eam reſidentibos, etiamſi mere Laici, & Conjugati forent, cum militibus etiam Eccleſiaſticis, quaſcumque penſiones annuas ſuper fructibus, redditibus, & proventibus quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, vel ipſos fructus, redditus, & proventus loco ſimilium penſionum percipientibus, etiam ſi eos pro tempore conjugatos fieri contingeret, ut ipſi quamdiu officium militis hujuſmodi obtinuiſſent dumtaxat, quæcumque penſiones annuæ, vel fructus, redditus, & proventus loco penſionum hujuſmodi ſummam ducentorum ducatorum auri de Camera non excedentes, quæ tranſirent ad ſucceſſores in Beneficiis, & a decimis, ſubſidiis aliis oneribus ordinarii, & extraordinariis pro tempore impoſitis, liberi eſſent, reſervari, conſtitui, & aſſignari poſſent. Quodque ipſi milites Lauretani unam, vel plures penſiones, ſeu illarum loco quoſcumque fructus, redditus, & proventus Eccleſiaſticos tunc expreſſos eatenus, & pro tempore reſervatas, & aſſignatos habentes, illos, etiamſi Matrimonium contraserint, uſque ad ſummam ducentorum ducatorum hujuſmodi, & non ultra pro quolibet officio nulla compoſitione ſoluta, retinere, & hujuſmodi penſiones, & fructus, redditus, & proventus uſque ad ſummam, & quantitatem præfatas, eis reſervatas, & aſſignatos, ſeu reſervandas, & aſſignandos conſequi, & habere, ac quoad viverent, percipere, exigere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere abſque alia diſpenſatione, vel licentia deſuper obtinenda libere, & licite valerent cum omnibus, & ſingulis clauſulis, & cautelis in ſimilibus apponi ſolitis, ita tamen, quod Laici Milites Lauretani penſiones, & fructus, redditus, & proventus præfatos percipientes in habitu armatæ Militiæ, viro Equiti convenienti, Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes in expeditionibus Cruciatæ, & Conciliis abſque alio ſtipendio, expenſis tamen dictæ Sedis cum uno Equo, ratione dictæ Penſionis ſequi deberent, diſpenſavimus, eiſque ad hoc plenam licentiam, & liberam facultatem conceſſimus. Militibus aotem Lauretanis, qui Clerici eſſent, & officium hujuſmodi per bieunium continuum obtinuiſſent, ut etiam quaſcumqoe penſiones annuas ſuper quibuſvis proventibus Eccleſiaſticis, ac diſtributionibus quotidianis, & fructus Eccleſiaſticos, loco Penſionum eis eatenus, & pro tempore quomodolibet reſervatas, & aſſignatos, ac reſervandas, & aſſignandos, non tamen ſummam ducentorum ducarorum ſimilium, nec medietatem fructuum, reddituum, & proventuum Beneficiorum ſuper quibus penſiones, ſeu fructus hujuſmodi reſervatæ, & aſſignati exiſterent, excedentes in eadem Curia, vel extra eam, etiam in mortis articulo in Clericum, ſeu Clericos non conjugatos per eos eligendos, etiam quæcumque, quotcumque, & qoaliacumque Beneficia Eccleſiaſtica, & Penſiones obtinentes, in totum, vel partem, etiam coram ſolis Notario, & Teſtibus, etiam Laicis, etiam ſine conſenſu eaſdem penſiones ſolvere debentium, etiamſi illas alias transferendi facultatem non haberent, regula Cancellariæ de conſenſu in Penſionibus requiſito præſtando eatenus, & pro tempore edita, ac ſtylo in ſimilibus reſervationibus eatenus obſervato, & pro tempore obſervando non obſtantibus, quandocumque transferre poſſent, ipſiſque Militibus Lauretanis Clericis Presbyteris, Prælatis, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis, & etiam S. R. E. Cardinalibus pro tempore exiſtentibus, ut de quibuſcumque eorum bonis mobilibus, & immobilibus per eos, tam per Eccleſiam, ſive Eccleſias, aut alia Beneficia Eccleſiaſtica, etiam Hoſpitalis, vel alia Pia Loca cujuſvis etiam privilegiati Ordinis, ſeu alterius Militiæ eſſent, per eos obtenta, & obtinenda, aut alias quomodolibet ex induſtria, vel ingenio, ſeu alias quomodolibet acquiſitis, vel aquirendis uſque ad ſummam quingentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet officio teſtari, diſponere, codicillari, ac etiam inter vivos erogare, concedere, ac teſtamenta, diſpoſitiones, & conceſſiones, ſi hujuſmodi officia obtinuiſſent, libere, & licite fieri valerent, licentiam, & facultatem etiam conceſſimus; Ac voluimus, quod Milites Lauretani præfati, qui pro tempore forent de eorum officiis, ſeu locis, & emolumentis, quæ cum quibuſvis aliis dictæ Curiæ officiis, ſeu locis, & emolumentis, compatibilia exiſterent, & per qoaſcumque ne dum unum, ſed plura ſimul, vel ſucceſſive, etiam ultra decem obtineri valerent diſponere, & illa in manibus noſtris, ac dictorum Succeſſorum noſtrorum, quando ipſis Militibus placeret, & io favorem perſonarum per ipſos nominandarum, ad inſtar aliorum officiorum dictæ Curiæ reſignare libere, & licite valerent, ac reſignationes hujuſmodi, validæ, & efficaces exiſterent, & ſuos effectus ſortiri deberent. Nec non certa ipſius Collegii propria per unumquemque Militem geſtanda inſignia aſſignavimus. Cumque deſcripti Milites Lauretani hujuſmodi centum millia ſcuta auri in auro pro noſtris, & dictæ S. R. E. neceſſitatibus ſublevandis, & pro infraſcriptorum eis aſſignatorum proventuum pretio, ſeu recompenſa de propriis eorum pecuniis obtuliſſent, ne ipſi, aut Succeſſores jacturam,

Stipendium quoque, ſeu fructum ſummæ per Milites ſolutæ aſſignatum.

Digitized by Google

ram, aut detrimentum ſuſtinerent, de conſilio, & aſſenſu, ac ſententia ſupradictis, eiſdem Militibus Lauretanis, eorumque in militia officiis hujuſmodi, Succeſſoribus perpetuum annuum redditum ſcutorum octo millium ſimilium eis, per noſtrum tunc, & pro tempore exiſtentem Datarium ex quibuſvis Datariæ redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, emolumentiſque ordinariis, vel extraordinariis, ſingulis menſibus, integre, & ſine aliqua retentione ſolvendorum, perpetuo vendidimus, tradidimus, conceſſimus, & aſſignavimus: Decernentes aſſignationes hujuſmodi, nullo tempore, nullave cauſa impediri poſſe, vel debere. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, Collegio Militum hujuſmodi omnia, & ſingula redditus, & alia emolumenta ejuſdem Datariæ pro annua ſumma prædicta ſpecialiter, & expreſſe obligavimus, & hypothecavimus, volentes, quod emolumenta præfata eidem Collegio, ut præfertur aſſignata a Kalendis menſis Julii ex tunc proxime futuri incipiendo inter milites Lauretanos hujuſmodi per nos, ut præfertur, nominandos dividerentur, & in futurum continuando juxta earum ordinationes diſtribuerentur, certis etiam aliis in eorum favorem privilegiis, nec non obligationibus, cautelis, hypothecis, & clauſulis adjectis, prout in eiſdem noſtris literis plenius continetur.

Declaratione deinde factam ſuper Penſionibus, quibus Milites Laici frui poſſent.

Et deinde, per nos accepto, nonnullas dubitationes exortas fuiſſe circa ea, quæ ſuper erectione Collegiis hujuſmodi ſtatuta, & ordinata, nec non Militibus Lauretanis prædictis conceſſa per nos fuerant, & circa alia in dictis noſtris literis contenta, quæ minus ſufficienter expreſſa, & ſpecificata videbantur, nonnullos etiam conqueri, quod conditiones dictis Militibus Lauretanis impoſitæ nimium oneroſæ exiſterent: Nos ad omnem deſuper dubitandi occaſionem de medio tollendum, per alias noſtras literas, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, declaravimus, inter cætera noſtræ voluntatis, & intentionis fuiſſe, & eſſe, perpetuis futuris temporibus conceſſiſſe, & concedere Militibus Lauretanis præfatis tunc, & pro tempore exiſtentibus, Laicis, & Clericis, aliiſque, qui aliqua dictorum officiorum Militum Lauretanorum obtineant, & obtinuerint, quod quilibet Militum Lauretanorum præfatorum, tam Laicorum, quam Clericorum, omneſque, & ſinguli alii officia Militiæ Lauretanæ hujuſmodi, etiam uſque ad numerum viginti pro tempore obtinentes, unam, vel plures penſiones annuas ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis, ac diſtributionibus quotidianis, ſeu eorum loco quoſcumque fructus, redditus, & proventus eccleſiaſticos tunc expreſſos eatenus, & pro tempore reſervatas, & aſſignatas, tunc, & pro tempore habentes illas, & illos, etiam ſi matrimonium ut præfertur contraxiſſent, uſque ad ſummam ducentorum ducatorum hujuſmodi pro quolibet, & ſingulo officio dictæ Militiæ Lauretanæ, nulla compoſitione ſoluta ad vitam retinere, nec non penſiones, & fructus, redditus, & proventus hujuſmodi conſequi, & habere, ac juxta illarum, & illorum reſervationum, Conſtitutionum, conceſſionum, & aſſignationum formam, continentiam, & tenorem, percipere, exigere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere abſque alia diſpenſatione, vel licentia deſuper obtinenda libere, & licite poſſent, & deberent, ita tamen, quod dicti Milites Lauretani laici in habitu armatæ militiæ virò equiti convenienti Nos, & Succeſſores noſtros præfatos in aliquibus expeditionibus, aut Conciliis ſequi deberent; Militibus autem Lauretanis Clericis tunc, & pro tempore exiſtentibus hujuſmodi, etiamſi Matrimonium, ut præfertur contraxiſſent, dummodo licite illud contrahere poſſent, ac omnibus, & ſingulis aliis etiam qui plura officia Militum Lauretanorum hujuſmodi, etiam uſque ad numerum viginti ſimul, ut præfertur obtinebant, & obtinuiſſent, etiamſi dicti Milites Lauretani ejuſdem S. R. E. Cardinales, ac Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi eſſent, vel forent, ut ipſi quaſcumque penſiones annuas ſuper quibuſvis fructibus; redditibus, & proventibus, ac etiam Juribus, obventionibus, & emolumentis quarumcumque menſarum etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium, ac etiam Monaſteriorum, etiam Conſiſtorialium, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum cum cura, & ſine cura ſæcularium, & quorumvis ordinum regularium, ipſorumque beneficiorum diſtributionibus quotidianis, etiam manualibus, & alias quomodolibet nuncupatis, etiamſi Beneficia hujuſmodi quomodolibet qualificata, & cujuſcomque annui valoris illorum ſingulorum fructus, redditus, & proventus ſimilium menſarum, & Monaſteriorum, aliorumque beneficiorum ſæcularium, & regularium hujuſmodi etiam loco penſionum annuarum, ſibi eadem Apoſtolica auctoritate tunc, & pro tempore reſervatas, & aſſignatus, ac reſervandas, & aſſignandos, non tamen dictam ſummam ducentorum ducatorum ſimilium pro unoquoque, & ſingulo officio Militiæ Lauretanæ hujuſmodi, nec medietatem fructuum, reddituum, proventuum, Jurium, obventionum, & emolumentorum beneficiorum hujuſmodi, excedentes in quoſcumque Clericos per eos eligendos vel nominandos, etiam quæcumque, quodcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica, etiam ut præfertur qualificata obtinentes, nec non etiam quaſcumque penſiones annuas, & quoſcumque fructus, redditus, & proventus, etiam loco penſionum annuarum percipientes quandocumque etiam cum primum officia Militiæ Lauretanæ hujuſmodi aſſecuti forent, etiam nullo expectato termino biennii in prioribus noſtris literis expreſſi, & ſpecificati, ac alias etiam in mortis articulo, etiam in manibus noſtris, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis,

ſeu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, & coram Notario laico, & duobus, vel tribus teſtibus etiam laicis, & in Romana Curia, & alias ubique locorum transferre, ita quod dicti pro tempore exiſtentes Romani Pontifices, & perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ illas penſiones, ac dictorum fructuum, reddituum, & proventuum reſervationes, & aſſignationes caſſare penitus, & extinguere, ac illarum, & illorum loco etiam, ſeu alias caſſatæ, ſeu caſſatarum ſimiles penſiones, ac eoſdem fructus, redditus, & proventus, quorum reſervationes, & aſſignationes ſic caſſatæ, & extinctæ forent cum omnibus, & ſingulis Indultis, clauſulis, obligationibus, & Decretis, quibus prius reſervatæ, & aſſignatæ erant, alias juxta illarum, & illorum reſervationum, Conſtitutionum, conceſſionum, & aſſignationum formam, & tenorem, etiam abſque conſenſu dictas penſiones ſolvere debentium, ac Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, & Patriarchalium prædictarum Prælulum pro tempore exiſtentium, nec non Monaſteria, aliaque beneficia prædicta, ſuper quorum fructibus, redditibus, & proventibus, dictæ penſiones, & quorum fructus, redditus, & proventus hujuſmodi ſic reſervatæ, & aſſignati forent in titulum, vel commendam, aut alias quomodolibet pro tempore obtinentium, aliorumque deſuper quocumque Jure, intereſſe habentium hujuſmodi Clericis dicta auctoritate reſervare, conſtituere, ac concedere, & aſſignare libere, & licite poſſent, & valerent.

Derogatione quoque Conſtitutionum Apoſtolicarũ, quæ hujuſmodi conceſſionibus obſtare poſſent.

Præterea etiam ejuſdem mentis, & intentionis noſtræ fuiſſe, & eſſe, derogaviſſe, & derogare piæ memoriæ Pii Papæ IV. etiam noſtri Prædeceſſoris contra Prælatos, & alias perſonas in eorum Eccleſiis, ſeu Beneficiis non reſidentes, & extra eorum reſidentiam pro tempore decedentes, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum omnibus, & ſingulis Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non de præſtando conſenſu in Penſionibus, aliiſque Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, etiam editis, & edendis contra prædicta, vel eorum aliqua facientibus, aliaque nonnulla indulſimus, declaravimus, extendimus, & ampliavimus, ac noviſſime per reliquas noſtras literas alia ſexaginta officia Militum Lauretanorum hujuſmodi perpetuo ereximus, & inſtituimus, dictoque Collegio aggregavimus, ſed & facultatem transferendi penſiones, ſeu fructus ſibi reſervatos prædictis Militibus Clericis, ut præfertur conceſſam, etiam ad Milites Laicos, vel Clericos, & conjugatos, & quo ad prædia, ſeu bona loco penſionum aſſignata extendimus.

His autem officiis alia ſimilia 60. adjuncta.

Ac tempus triennii, intra quod officia Militum prædictorum per obitum vacare nequeant, non a data erectionis ipſius Collegii, ſed a die factæ cuique eorum conceſſionis officii currere declaravimus. Demum certos ipſius Datariæ redditus Collegio Militum hujuſmodi ſpecialiter obligavimus, & aſſignavimus, aucto redditu, & dote pro rata dictorum ſexaginta officiorum in aliis duobus millibus, & quadringentis ſcutis annuis, quæ una cum prioribus octomillibus ſcutis in unam maſſam congeſta eſſent, prout in noſtris deſuper confectis literis latius continetur.

Ampliat Privilegiũ transferendi Penſiones etiam favore Laicorum.

§.2. Cum autem ſicut nuper accepimus poſt conceſſionem omnium hujuſmodi officiorum, quæ, ut præfertur inſtituta habituris communicamus, eoſque participes efficimus, decernimus, & declaramus, ac ulterius eoſdem Milites, ac in hujuſmodi officiis eorum pro tempore futuros Succeſſores amplioribus adhuc favoribus, & gratiis proſequentes, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus volumus, ac eis perpetuo harum ſerie indulgemus, ut facultas transferendi penſiones, ſeu fructus, redditus, proventus, aut bona, prædiave eccleſiaſtica prædicta eorum cuique pro tempore aſſignatos, ſeu reſervatas, aut reſervata uſque ad ſummas, quantitates, & valores ſuperius deſcriptos eis, ut præfertur alias per nos conceſſa non ſolum ad transferendum in favorem Clericorum non conjugatorum, prout in aliis prædictis noſtris literis expreſſum fuit, ſed etiam ad transferendum in favorem Clericorum non conjugatorum, vel laicorum etiam conjugatorum, qui tamen Translatarii vel ipſi quoque Milites Lauretani exiſtant, vel alias a Sede Apoſtolica ſufficientem diſpenſationem obtineant, eis, & eorum cuique perpetuo ſuffragetur.

Nec non Bigamorum.

§.3. Nec non tam prædictum, quam etiam aliud privilegium, & Indultum fructus, redditus, & proventus, aut prædia, bonaque Eccleſiaſtica hujuſmodi recipiendi, aut retinendi, ſeu etiam transferendi penſiones Militibus Laicis, ſeu Clericis conjugatis, ſi poſt reſervationes prædictas matrimonium contraxerint, alias, ut ſupra dictum eſt, conceſſum, & ad Milites Lauretanos Bigamos, qui ſcilicet cum duabus, tribus, aut pluribus Virginibus, vel Viduis, aut aliis corruptis Mulieribus, etiam ſucceſſive pluries matrimonia contraxerint, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus extendimus, & ampliamus, ac cum hujuſmodi Militibus Lauretanis ſic, ut præfertur bigamis, & eorum quolibet etiam duplici, triplici, aut alia quavis multiplici, & vera, ac reali bigamia notatis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut etiamſi ante, vel poſt factas, eorum cuique prædictarum penſionum, aut fructuum, reddituum, proventuum, ſeu bonorum, aut prædiorum eccleſiaſticorum reſervationes, & aſſignationes cum duabus, tribus, vel pluribus virginibus, aut viduis, aut aliis mulieribus pluries matrimonia contraxerint, nihilominus, etiam abſque alia a Nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice particulari obtinenda licentia, aut diſpenſatione, penſiones, aut fructus, redditus, proventus, prædiave, aut bona Eccleſiaſtica ſupradicta eis, & eorum cuilibet reſervari, & in eo-

rum

rum favorem vigore privilegiorum prædictorum transferri, & ipſi quoque vigore eorumdem privilegiorum eaſdem penſiones, fructus, redditus, proventus, prædia, aut bona eccleſiaſtica percipere, exigere, & in ſuos uſus, & utilitatem convertere, ac in alias quaſcumque perſonas per ſe, ſeu vigore ſimilis Indulti, aut diſpenſationis capaces, quandocumque etiam in mortis articulo transferre, acſi interim, & pluries ſucceſſive matrimonia cum virginibus, aut viduis, vel aliis mulieribus contraxerint, nihilominus eaſdem penſiones, fructus, redditus, proventus, prædia, & bona eccleſiaſtica retinere, ut prius, & percipere, bigamia hujuſmodi etiam multiplici, & quacumque inhabilitate, & incapacitate inde reſultante, & quibuſvis aliis contrariis nequaquam obſtantibus libere, & licite valeant, gratioſe diſpenſamus.

Decernit per quamcumque Bigamiã conceſſa privilegia non amitti

§.4. Decernentes per quamcumque bigamiam, etiam multiplicem ſupervenientem, privilegia prædicta eis, ut præfertur conceſſa, ac reſervationes eis factas, vel facultates transferendi, aut translationes ab aliis in eorum favorem faciendas, recipiendi, nullo modo expirare, ceſſare, aut caſſatas, vel extinctas fore, aut dici, vel cenſeri poſſe, declarantesque etiam quaſcumque penſiones, aut fructus Eccleſiaſticos, aliave prædicta etiam alias non ſemel tantum, ſed ſæpius vigore quarumcumque facultatum, aut privilegiorum quibuſvis perſonis in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſorum translatas, & translatos nihilominus de novo per ipſos Lauretanos Milites in vim prædictorum privilegiorum facultatum, & indultorum in alias perſonas eis beneviſas, ut dictum eſt, transferri poſſe, ac ea, quæ præſentibus noſtris literis continentur, de novo conceſſa, ampliata, extenſa, & declarata privilegia, gratias, indulta, & diſpenſationes non ſolum quadraginta ſic per eaſdem præſentes erectis, ſed aliis ducentis, & ſexaginta prioribus Militum Lauretanorum officiis, atque adeo Collegio univerſo, & cuilibet ex his quadraginta novis, & aliis ducentis, & ſexaginta prioribus Militibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ipſaque officia obtinentibus, & obtenturis ex nunc perpetuo ſuffragari, ejuſdem ſubſtantiæ, roboris, validitatis, & efficaciæ exiſtere, acſi ab initio in primæva erectione, & fundatione per Conſiſtorium de conſilio, & aſſenſu S. R. E. Cardinalium prædictorum conceſſa, & in prioribus noſtris literis inſerta, expreſſa, & contenta fuiſſent.

Novis Militibus nova ſtipendia aſſignat.

§.5. Quoniam vero a primis ducentis Militibus Lauretanis, non tantum uti in noſtris tunc expreſſum fuit centum, ſeu centum, & quatuor millia ſcuta auri in auro, & a poſterioribus ſexaginta Militibus non tantum triginta millia, uti pariter in aliis literis expreſſum fuit, ſed illa etiam mille, & ducenta ſcuta ſimilia realiter pro noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſubventione perſoluta fuerint, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine prædictis decernimus, & declaramus, cautelas, obligationes, & hypothecas rerum, bonorum, jurium, proventuum, & emolumentorum Cameræ Apoſtolicæ, ac officii Datariatus noſtri alias in eorum favorem factas non ſolum pro ſupradictis, ſed pro iis quoque, quas nunc expreſſimus ſummis, & quantitatibus locum habere, & valere, ſuoſque effectus, robur, & vires obtinere debere, perinde acſi hoc quoque in aliis ſupradictis noſtris literis in ſpecie narratum, & explicatum fuiſſet. Cumque etiam infraſcripti quadraginta Milites, viginti millia, & octingenta ſcuta auri in auro pro noſtra, & S. R. E. neceſſitatibus ſublevandis, & pro infraſcriptorum eis aſſignatorum proventuum pretio, ſeu recompenſa de propriis eorum pecuniis obtulerint in pecunia numerata, & Nobis cum effectu perſolvere intendant, & ſicuti nuper, ut dictum eſt, primis ducentis Militibus ex redditibus Datariatus noſtri, quos in favorem ipſorum obligavimus, introitum annuum prædictum octomillium ſcutorum de, & ſuper compoſitionibus diſpenſationum matrimonialium; Deinde vero aliis ſexaginta Militum Lauretanorum officiis, alium introitum duorum millium, & quadringentorum ſcutorum annuorum ſuper certis aliis tunc expreſſis compoſitionibus Nobis pro eorumdem Militum Lauretanorum Collegio, ultra id quod antea ſolvi conſueverat, a perſonis diſpenſationes, & gratias inibi ſpecificatas impetrantibus ſponte oblatum poſt factam hujuſmodi erectionem, ne ipſi Datariatus noſtri redditus aliqua ex parte minuerentur, aut Camera Apoſtolica aliquid damni inde ſentiret, ſeorſum, & ad partem applicavimus, & aſſignavimus. Ita etiam nunc æquitati conveniat quadraginta aliorum Militum vitæ, adjumento, & indemnitatibus taliter conſulere, quod ex bono, & charitativo officio, quo in hoc erga Nos, & dictam Romanam Eccleſiam juxta ſolutionem faciendam, ut ſupra, ſunt perſuncti, nullo unquam tempore ipſi, eorumve Succeſſores jacturam, aut detrimentum ſuſtineant, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſupradictis eiſdem trecentis Militibus Lauretanis ſic in unum Collegium conjunctis, & aggregatis, eorumque in militum officiis hujuſmodi Succeſſoribus præter, & ultra decem millia, & quadringenta ſcuta annua prædicta, quæ omnino eis reſervata integre debeantur, alterum perpetuum annuum redditum pariter ſine ullo damno, jactura, aut diminutione proventuum Datariatus noſtri de, & ſuper eiſdem compoſitionibus, quæ ex materiis tunc ſpecificatis, & aliis ejus generis, nimirum patrocinandi, medendi, ſuſcipiendi obſtante aliquo defectu, ſeu illo non obſtante, extra tempora a jure ſtatuta, Ordines Sacros, inſigniendi Clericali charactere, dandi exceſſivas dotes, creandi, ſeu imponendi cenſus, ac aliis omnibus, & quibuſcumque indultis, ſeu facultatibus, abſolutionibus a quibuſvis exceſſibus, ac diſpenſationibus non matrimonialibus, novis proviſionibus, gra-

gratiis in forma, perinde, & etiam valere, derogationibus fideicommiſſorum, Miſſarum, aliorumve onerum ad minorem numerum, aut etiam Penſionum, vel cenſuum annuorum, ad minorem ſummam reductionibus, quibuſvis confirmationibus, aut erectionibus, juramentorum, aut ſuſpenſionum, vel aliarum pœnarum relaxationibus, ſeu remiſſionibus, commutationibus votorum, ſive ultimarum voluntatum, translationibus, vel caſſationibus Penſionum, aut reſervationum fructuum, temporis prorogationibus, vel reſtitutionibus quibuſcumque, & aliis ſimilibus conceſſionibus ad rationem trium ducatorum pro qualibet ſupplicatione, ita tamen, ut ſi in eadem ſupplicatione plures hujuſmodi gratiæ concedantur, pro qualibet ex ſupradictis gratiis, ſolvantur tres ducati ſimiles: Ex diſpenſationibus vero matrimonialibus, in quibuſcumque conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradibus, aut cognationibus ſpiritualibus præter, & ultra compoſitiones pro eis in ipſa Dataria ſolvi ſolitas, quæ prorſus intactæ relinquantur, ad rationem unius tantum ducati pro unaquaque ſupplicatione, ſeu cædula etiam motu proprio ſignata, quaſi cujuſdam pœnæ loco a perſonis contra jus hujuſmodi gratias petentibus exiguntur, nunquam antea Cameræ noſtræ Apoſtolicæ applicatis, neque incorporatis, aut ab ea percipi ſolitis, quot quot illæ ſint, & ad quamcumque, ſive parvam, ſive magnam ſummam aſcendant, etiamſi rationem, & computum prædictæ primæ aſſignationis eis factæ longe excedant, remanentibus tamen quibuſvis aliis Datariæ redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, ac emolumentis ordinariis, vel extraordinariis pro eodem ſic per Nos aucto Lauretanorum Militum Collegio hypothecatis per Exactorem, aut Miniſtrum, qui ab ipſo Collegio pro tempore deputari, & ad ipſius Collegii nutum poni & amoveri debeat, a perſonis hujuſmodi gratias impetrantibus, vel earum Procuratoribus, aut pro eis Agentibus propria auctoritate ſine alicujus licentia, mandato, vel decreto exigendum, & deinde cuilibet ex trecentibus Militibus Lauretanis prædictis pro rata ſingulis menſibus integre, & ſine aliqua retentione perſolvendum perpetuo vendimus, tradimus, concedimus, & aſſignamus, & tam pro dictis ducentis, & ſexaginta, quam pro his quadraginta Militibus annuos redditus hujuſmodi uſque ad quamcumque ſummam, atque adeo compoſitiones ipſas ex diſpenſationibus, indultis, abſolutionibus, & aliis gratiis prædictis pro tempore provenientes ſpecialiter, & expreſſe, ita ut ſpecialis hujuſmodi hypotheca, & obligatio qualitati prædictæ nequaquam deroget, nec e contra, perpetuo applicamus, & appropriamus, ipſique Collegio tamquam rem propriam, & redditus, ad eorum commodum tantum ſpecialiter inventum, neque unquam antea in alios uſus converti ſolitum, aſſignamus, & incorporamus, atque omnes redditus prædictos inſimul ad quamcumque ſummam aſcendentes in unam maſſam, & in unum corpus pro univerſo Collegio confundimus, & ſimul conjungimus.

Clauſulæ.

§.6. Decernentes aſſignationem, applicationem, appropriationem, & incorporationem hujuſmodi nullo tempore, nullave cauſa impediri, nec ex eo, quod per totalem, & integram reddituum, & emolumentorum hujuſmodi conceſſionem prioris aſſignationis ratione habita, & facto computo aliquid lucri ad ipſum Collegium perveniat, aut alias in controverſiam revocari, aut aliquam læſionem Cameræ Apoſtolicæ attento, quod hujuſmodi emolumenta, & redditus ei nunquam incorporata fuerunt, nec ad eam pervenerunt, prætendi poſſe, vel debere. Quinimo id totum, quod pro rata prioris aſſignationis ipſum Collegium lucrari inde quoquo modo poteſt, id ei per Nos, donatione pura, mera, & irrevocabili, ac perpetua donatum eſſe, & cenſeri, ac tam ipſi Collegio Militum Lauretanorum, Exactori, ſeu Miniſtris ad exigendum, ut præfertur deputandi, quam ipſius Exactoribus, ſeu Miniſtris pro tempore deputatis redditus, & emolumenta hujuſmodi exigendi, ac etiam, ut diximus ſine alicujus alterius licentia, aut mandato eidem Collegio, ejuſve Depoſitariis, ſeu Officialibus quidquid exegerint tradendi, & conſignandi, ac perſonis ad id per ipſum etiam Collegium deputandis, illa poſtmodum pro rata ſingulis menſibus, ſeu alias inter Milites Lauretanos, æquis portionibus diſtribuendi, aut partem aliquam Collegio beneviſam pro mercede, ſtipendiis, aut onorario officialium ejuſdem Collegii, aut pro iis, qui Congregationibus intervenerint, concedendi, & aſſignandi plenam, & liberam per præſentes tribuimus facultatem.

Pœnæ contra portionem his Militibus aſſignatam non ſolventes.

§.7. Qui autem ex Procuratoribus, ſive ſollicitatoribus gratiarum hujuſmodi, aut ex ipſis partibus, quarum principaliter intereſt, non facta, aut per dilectum filium Datarium, ſeu Prodatarium noſtrum, vel Romani Pontificis pro tempore exiſtentis non condonata, & remiſſa, ſibi ex ſpeciali gratia pro ea vice tantum hujuſmodi ſolutiones prædictas, ſupplicationes, ſeu cædulas expedire, aut Collegium Militum Lauretanorum in emolumentis, ut dictum eſt aſſignatis, & applicatis fraudare, aut illis, ſic expeditis uti quomodolibet præſumpſerint, ſeu procuraverint, omnes, & ſingulas ſententias, cenſuras, & pœnas in literarum Apoſtolicarum falſarios promulgatas, incurrant eo ipſo.

Pœnæ contra Miniſtros Collegium ipſum defraudantes.

§.8. Et ſi quid tam ipſi, quam dicti Collegii Exactores, ſeu Miniſtri ex prædictis modo aliquo fraudaverint ad intereſſe ipſi Collegio Militum Lauretanorum, ac ad reſtituendum, ſeu ſolvendum duplici ejus, quod ipſi Collegio debetur in utroque foro, ac etiam ut manifeſtos fures. actione furti teneantur, ac infamiæ, & aliis in fures,

& pe-

& peculatus criminis reos notorios quomodulibet inflictis pœnis ſubjaceant.

Expeditiones non ſolutis Collegio ſolvendis factæ nullæ declarantur.

§.9. Ac inſuper eædem ſupplicationes, ſeu cædulæ ſine dicta ſolutione, ſeu condonatione, & Exactoris, ſeu Miniſtri ſubſcriptione pro tempore expeditæ, & regiſtratæ, & gratiæ in illis contentæ, literæque ſub plumbo, ſeu in forma Brevis ſuper his confectæ ſint nullæ, & habeantur penitus pro infectis, nullamque in judicio, vel extra illud prorſus fidem faciant, neque etiam in foro conſcientiæ ſuffragentur.

Æqualis unicuique portio danda.

§.10. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam univerſo, & trecentorum Militum Collegio prædicto omnia, & ſingula alia, redditus, proventus, & emolumenta ejuſdem Datariæ quæcumque ſint, ſpecialiter, & expreſſe obligamus, & hypothecamus; Volumuſque, quod ultimodicta incerta emolumenta, eidem Collegio, ut præfertur aſſignata aliis decem millibus, & quadringentis ſcutis prædictis adjuncta, & ut præfertur ſimul cum illis in unam ſummam, & maſſam congeſta, confuſa, & in unum corpus redacta a Kalend. menſis Januarii proxime futuri, tam pro ipſis quadraginta novis, quam cæteris ducentis, & ſexaginta prioribus Militibus, eodem modo, ac ſi æqualiter, conſilio, & aſſenſu in Conſiſtorio noſtro emanaverint, vel quod alienationes, & conceſſiones redituum hujuſmodi cum ſolemnitatibus debitis juxta Conſtitutiones Apoſtolicas deſuper editas in Camera Apoſtolica plus offerenti, candela accenſa, & ſervatis aliis ad id forſan de jure, ſeu alias requiſitis factæ non fuerint, aut alias impugnari, invalidari, aut conceſſiones, & applicationes ipſas etiam ſub prætextu læſionis reſcindi, aut annullari non poſſe, nec debere, ſed illas perpetuo validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & ipſis Militibus nunc, & pro tempore exiſtentibus ſuffragari debere in omnibus, & per omnia perinde acſi de ipſorum fratrum unanimi conſilio, & aſſenſu obſervatis ad unguem iis omnibus, quæ ſervanda erant in Conſiſtorio, ſeu in Camera prædicta geſta fuiſſent; Sicque tam in his, quam in omnibus, & quibuſcumque aliis in præſentibus noſtris literis contentis, aut alias ſuperius expreſſis per modernos, & pro tempore exiſtentes ejuſdem Curiæ Camerarium, & dictæ Cameræ Clericos, etiam Præſidentes, ac alios quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales in quibuſcumque cauſis ſuper præmiſſis, vel eorum aliquo pro tempore motis judicari, & definiri, ac ſententiari debere, ſublata eis, & eorum ſingulis quavis aliter judicandi, auctoritate, & facultate, nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his, vel eorum aliquo per eos, & alios quoſcumque quavis auctoritate, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros prædictos ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus, & declaramus.

Supplet omnes, & quoſcumque defectus.

Exequutores præſentis Conſtitutionis deputat Cameræ Apoſtolicæ Præſides.

§.11. Eidemque Camerario, Præſidentibus, & Clericis nunc, & pro tempore exiſtentibus, ac omnibus, & ſingulis aliis, ad quos id quomodolibet ſpectat, & ſpectabit pro tempore, ut ſummam integram præfatorum centum quinquaginta ſex millium ſcutorum hujuſmodi ad ordinarium introitum dictæ Cameræ ponant, & deſcribant, ſcripturaſque neceſſarias, & opportunas, ac obligationes deſuper conficiant, contractumque per Nos ſic celebratum, ac bonam fidem noſtram recognoſcentes, & ſequentes faciant eiſdem omnibus trecentis Militibus ſuper præmiſſis, & eorum inviolabili obſervatione quodcumque publicum Inſtrumentum obligationum bonorum Romanæ Eccleſiæ, & Cameræ prædictarum ad ipſorum Lauretanorum Militum requiſitionem, prout etiam Nos facimus per præſentes, & in aliquem ex dictis eventibus abſque alterius declarationis, ſeu mandati expectatione de præmiſſis debitam, & integram eis ſatisfactionem impendant, præcipimus, & mandamus.

Omneſque alios, qui a Militibus fuerint requiſiti,

§.12. Volumuſque quod generalis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ prædictæ Auditor, ac univerſi, & ſinguli alii moderni, & pro tempore exiſtentes Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Priores, & alii in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti in dicta Curia, & extra eam reſidentes, ac per Collegium Militum Lauretanorum hujuſmodi eligendi, & eorum ſinguli per ſe, vel alium, ſeu alios auctoritate noſtra dictis Militibus in præmiſſis efficacis aſſiſtant præſidio defenſionis, faciantque eos, & eorum ſingulos, eorumque filios, & tranſlatarios quoties pro ipſorum parte ſuper hoc fuerint requiſiti, omnibus, & ſingulis prædictis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes eos per quoſcumque deſuper quomodolibet indebite moleſtari, inquietari, aut impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis dignitatis, vel præeminentiæ fuerint, per eaſdem cenſuras Eccleſiaſticas, & pecuniarias pœnas, aliaque juris, & facti, quævis opportuna remedia omni appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Derogat contrariis.

§.13. Non obſtantibus Lateranen. Concilii noviſſime celebrati, ſuper bonis Eccleſiæ Romanæ, & Sedis earumdem nunquam, aut niſi ex certis tunc expreſſis cauſis, & ſub modo, & forma in eis traditis alienandis, ac etiam ſan. me. Symmachi *Non liceat Papæ*, & Innocentii Papæ III. *Volentes* incipientibus, ac Pauli II., nec non Pii III., ac Gregorii XIII., & ejuſdem Pii IV. etiam ſuper reſidentia Prælatorum, & aliorum Beneficia Eccleſiaſtica obtinentium, & ſuper gratiis intereſſe Cameræ concernentibus; ut præfertur, in eadem Camera regiſtrandis, & aliorum Summorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, aliiſque noſtris, & Cancellariæ hujuſmodi pro tempore editis generalibus, & ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, nec non in Conciliis Generalibus, Provincialibus, aut Synodalibus editis, etiam hujuſmodi gratias, diſpenſationes, &

In-

Indulta conjugatis, Laicis, aut Bigamis concedi, aut conceſſa, illis ſuffragari, aut conceſſis uti expreſſe prohibentibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Sedis, & Cameræ hujuſmodi Officialium Collegiis, eorumque perſonis per Nos, aut quoſcumque Prædeceſſores noſtros, etiam in vim contractus, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis. aliiſque fortioribus, efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibuſque, & aliis declarationibus, & decretis, etiam talibus, quod illis nullatenus, vel niſi de eorum, quorum intereſt, expreſſo conſenſu, & dictorum Fratrum noſtrorum conſilio, etiam conſiſtorialiter habito, aliiſque modis. & formis ibi traditis uſquequaque ſervatis derogari poſſit, etiamſi inter alia caveatur expreſſe, quod ſi eis derogari contingat, derogatio hujuſmodi non valeat, niſi talis intentio derogandi aliquibus perſonis tunc expreſſis per diverſas in forma Brevis literas, cum intervallo unius menſis, ſeu alterius temporis, eis præſentatæ prius, & intimatæ, & inſinuatæ fuerint, nec non dictis Clericis, & Præſidentibus Cameræ, & Fiſco noſtro conceſſis, & concedendis, ac legibus Imperialibus, quibus cavetur in alienatione bonorum Fiſcalium certam exquiſitam formam cum intervallo temporis, & candela accenſa ſervandam fore, alias contractus ſint nulli, & invalidi, & recipiens ad reſtitutionem una cum fructibus teneatur. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, & ad effectum omnium præmiſſorum, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſentium facienda publicatio.

§.14. Ut autem præſentes literæ ad notitiam omnium deducantur, ac per omnes inviolabiliter debeant obſervari, volumus, quod illæ in Cancellaria Apoſtolica, & audientia literarum contradictarum noſtrarum, & in Acie Campi Floræ affigantur, & publicentur, ut eos, quos ipſæ literæ concernunt, ſeu concernere poterunt, quomodolibet in futurum, etiamſi ad illorum notitiam non pervenerint, vel illas ignoraverint, perinde arctent, ac ſi perſonaliter eis intimatæ forent, nullamque poſſit quiſquam excuſationem prætendere, vel ignorantiam allegare.

Tranſumptis præſtanda fides.

§.15. Et quia difficile furſan foret earumdem præſentium literarum notitiam ad quaſcumque perſonas pervenire, & ubique illas præſentare, eadem auctoritate Apoſtolica volumus, & decernimus, quod tranſumptis &c.

Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat. die 1. Nov. 1588. An. IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, octuageſimo octavo Kalendis Nov. Pont. noſtri Anno IV. (a)

(a) Hoc anno die 3. Novembris Sixtus PP. V. Conſtitutione, quæ incipit. *Pro noſtra perpetua charitate &c* Carthuſienſibus Privilegia a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa confirmavit.

Sequuntur nomina quadraginta Militum Lauretanorum noviter adjunctorum.

XXXV.

Indulgetur Militiæ de Monteſia Militibus pro tempore exiſtentibus, ut Matrimonium juxta literas Pauli III. contrahere valeant.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Sedis Apoſtolicæ de Regularibus Militiis cura.

Romanum decet Pontificem, cui divina Majeſtas militantis Eccleſiæ regimen commiſit, ita cunctarum Eccleſiaſtici ordinis perſonarum curam gerere, ut etiam militias, quæ ſub Regula approbata alicujus Ordinis ad fidei Catholicæ defenſionem, & exaltationem, ejuſque hoſtium depreſſionem canonice inſtitutæ ſunt, præcipuis favoribus proſequatur, & ipſorum militum conſcientiæ, tranquillitati opportune conſulat, prout Catholicorum Regum pia vota poſtulant, ac locorum, & temporum ratione habita in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Militiam de Calatrava a Ioanne XXII. inſtituta in Monaſterio Monteſia pro Regno Valentiæ.

§.1. Cum itaque ſicuti exponi Nobis nuper fecit chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus militiæ de Monteſia Magiſter alias fel. rec. Joannes Papa XXII. Prædeceſſor noſter tunc exiſtentis Regis Aragonum precibus inclinatus, in Caſtro de Monteſia Valentinæ Diœceſis Munaſterium de novo conſtrui, & in eo ad defenſionem Regni Valentiæ ab incurſibus Infidelium, qui tunc Regno infeſti erant, Fratres milites Ordinis Calatraven. introduci debere ordinaverit, & nonnullis bonis ei applicatis voluerit Magiſtrum, & Fratres ipſius Monaſterii omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, & libertatibus gaudere, quæ Magiſtro, & Fratribus ejuſdem Ordinis Calatraven. in Regno Caſtellæ degentibus erant ab Apoſtolica Sede conceſſa, dictumque Monaſterium de Monteſia, illiuſque Magiſtrum, & Fratres viſitationi, & correctioni Magiſtri, & fratrum Ordinis Calatraven. in prædicto Regno Caſtellæ inſtitoti ſub certis modo, & forma tunc expreſſis ſubjecerit, nec non hujuſmodi Inſtitutio tam dicti Monaſterii, quam aliorum ab eo dependentium regularium locorum aggregatione in Regno Valentiæ fæliciter in dies aucta, & a diverſis Prædeceſſoribus noſtris ſæpius approbata, & privilegiis decorata fuerit, itaut inter alios fe. recor. Leo Papa X. indulſerit ipſis tunc, & pro tempore exiſtentibus Magiſtro, & Fratribus Monaſterii de Monteſia prædicti, & ab eo dependentibus Domibus, & membris, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, & gratiis militiæ de Calatrava in Regno Caſtellæ exiſtenti in genere conceſſis, & concedendis uti, potiri, & gaudere libere, & licite valerent, tandem re. me. Paolus Papa III. etiam noſter Prædeceſſor, ut eo liben-

Eidem a Leone X. communicata Privilegia Militiæ de Calatrava Regni Caſtellæ.

A Paulo III. ſtatutum ut

Milites de Calatrava caſtitatem conjugalem admittat Militiæ S. Iacobi de Spata.

libentius plures ingnes viri habitum regularem militiæ de Calatrava prædictum in Regnis Caſtellæ, & Legionis ſuſciperent, ac ipſius militiæ propagationi, & bono regimini, ejuſque militum conſcientiæ ſecuritati amplius conſuleretur, per ſuas literas inter cætera ſtatuit, & ordinavit, quod tunc de extero perpetuis futuris temporibus, nemo Frater miles, etiam Magiſter dictæ militiæ de Calatrava in Regnis Caſtellæ conſiſtentis in profeſſione regulari ipſius militiæ emittenda, perpetuam caſtitatem vovere abſolute tenerentur, ſed illius loca caſtitatem tantum conjugalem voverent, ſicuti in militia Sancti Iacobi de Spata obſervabatur, eiſdemque Fratribus militibus, ut Matrimonia contrahere, nec non quibuſvis perſonis alias habilibus, & idoneis, ut poſt matrimonia contracta, & ſuſceptam prolem habitum ſuſcipere, & profeſſionem dictæ militiæ emittere, ac conjugalem caſtitatem, ut præfertur, vovere, nec non in matrimonio tam ante, quam poſt emiſſam profeſſionem contracto permanendo, quæcumque Beneficia, Præceptorias, officia, & dignitates ipſius militiæ recipere, & retinere libere, & licite poſſent conceſſit, & indulſit, prout in eorumdem Prædeceſſorum literis latius continetur.

Permiſſumq; ut matrimonium contraherent.

Hinc Milites Monteſiani Monaſterii dubitarunt, an ipſi poſſent matrimonio jungi.

§.2. Quare cum poſtea dilecti filii tunc Magiſter, & Fratres prædicti Monaſterii de Monteſia in Generali Capitulo congregati de anno Domini 1567. hujuſmodi literas dicti Pauli Prædeceſſoris acceptaverint, tum quia ab initio, & a primæva fundatione, & inſtitutione cautum fuit, ut Regularibus ſtatutis, & ordinationibus militiæ de Calatrava in Regno Caſtellæ conſtitutę ſe conformarent, tum quia ipſe Leo Prædeceſſor privilegia, & gratias conceſſas, & ex tunc concedendas eis, ut præfertur communicavit, unde aliqui exiſtimantes vigore ſupradictarum literarum Leonis, & Pauli Prædeceſſorum licere ſibi matrimonium contrahere, neque amplius dicto perpetuæ continentiæ voto adſtrictos eſſe, matrimonium contraxerunt, & quia a nonnullis fuit in dubium revocatum, utrum liceret ipſis Fratribus militibus de Monteſia matrimonia contrahere, & hujuſmodi literis Pauli Prædeceſſoris uti, cum in eis nulla fratrum militum de Monteſia mentio habeatur, ideo idem Philippus Rex, & Magiter Nobis humiliter ſupplicavit, ut eorumdem fratrum militum de Monteſia conſcientiæ quieti, ac ſtatui opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hoc eis licere declarat Sixtus.

§.3. Nos itaque ejuſdem Regis, & Magiſtri precibus inclinati, ſtatuimus, & ordinamus, quod omnes, & quicumque Chriſtifideles in eadem militia de Monteſia jam recepti, dummodo votum perpetuæ caſtitatis non emiſerint, & qui ex nunc impoſterum in eadem canonice recipientur, & illius Magiſtri, quique in profeſſione regulari, quam ſuo tempore juxta illius ſtatuta, & ſtabilimenta emiſerunt, & emittent, nullo modo obligatos fuiſſe, eſſe, aut fore cenſeantur, ad caſtitatem, ſeu continentiam perpetuam vovendam, neque ad id unquam inviti arctari, cogi, aut compelli poſſe, ſed illius loco juxta ſtatuta, & ſtabilimenta ipſius militiæ Sancti Jacobi ſatis ſit, eos conjugalem caſtitatem voviſſe, & vovere, perinde acſi primæva ſtatuta, & ſtabilimenta dictæ militiæ de Monteſia id permitterent, quodque ipſi fratres milites de Monteſia Matrimonia juxta eaſdem Pauli Prædeceſſoris literas contrahere, & in his, ac in ipſa militia de Monteſia permanere libere, & licite poſſint, & ſi qui fideles conjugati etiam cum ſua Uxore in Matrimonio degentes, ipſam militiam de Monteſia ingredi voluerint, & conjugalem caſtitatem juxta ſtatuta, & ſtabilimenta militiæ S. Jacobi ſupradicta, etiamſi filios ex legitima Uxore procreaverint, tamen ſi aliud eis canonicum non obſiſtat impedimentum, in numerum, & conſortium fratrum militum de Monteſia, eorumque habitum, & profeſſionem regulares, recipi, & admitti, & in ea militia ſic conjugati permanere, dictique Magiſtri, Præceptores, Fratres, milites de Monteſia nunc, & pro tempore exiſtentes, etiam poſt matrimonia, quibuſcumque privilegiis, immunitatibus, gratiis, libertatibus, prærogativis, favoribus, & Indultis eis, antequam matrimonia contrahere liceret, ratione ejuſdem militiæ de Monteſia conceſſis, vel ante contracta matrimonia de jure, vel conſuetudine eis competentibus, ut prius uti, potiri, & gaudere libere, & licite debuerint, & debeant, in omnibus, & per omnia, perinde acſi matrimonia nunquam contraxiſſent, nec non quæcumque Magiſtratus, munera, Præceptorias, dignitates, officia, & Beneficia quæcumque dictæ militiæ de Monteſia ſibi alias canonice collata, aut conferenda recipere, & recepta, & obtenta, aut obtinenda retinere, Filii quoque, & hæredes ex eorum legitimo matrimonio procreati, aut procreandi, non ſecus ac filii prædictorum Præceptorum, & fratrum militum S. Jacobi ſuis Parentibus ſuccedere ſolent, pariter perpetuo ſuccedere libere, & licite valeant in omnibus, & per omnia.

Clauſulæ pro huiuſce declarationis firmitate.

§.4. Præſentes vero literas de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu minime impugnari, invalidari, ad terminos juris reduci, aut in jus, vel controverſiam revocari ullo modo poſſe, aut debere, ſed illas, ac inde pro tempore ſequuta quæcumque, valida perpetuo, & efficacia fore, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere; Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus, & declaramus.

Obſtantibus derogatio.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Con-

Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque militiæ de Monteſia Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, illiuſque fuodatione, & Inſtitutione, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Dec. 1588. An.IV.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Decemb. 1588. Pontificatus noſtri Anno IV.

XXXVI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Decretum ſuper Clauſura conſervanda in Monaſteriis Monialium Archiepiſcopatus Mediolanen.

Venerabili Fratri Gaſpari Vicecomiti Archiepiſcopo Mediolanenſi.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Venerabilis Frater Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Decretis Concilii Tridentini reſervata Epiſcopis facultas permittendi acceſſum ad Monaſteria.

§.1. Cum per Decreta Sacroſancti Concilii Tridentini, & plurimorum Summorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones cuſtodia Clauſuræ Sanctimonialium, quæ nullo modo facilius violari poteſt, quam ex mutuis converſatione, & colloquiis perſonarum ſæcularium, & aliorum abſque ulla legitima cauſâ, & licentia ad eas accedentium, Venerabilibus Fratribus noſtris Epiſcopis demandata ſit, qui, ut plurimum, de perſonarum qualitate, & colloquiorum neceſſitate, ac quibus potius colloquendi, & converſandi licentiæ concendendæ, vel denegandæ, ſunt informati. ac eſſe debent, atque id melius etiam facere poſſunt ob auctoritatem, & juriſdictionem, quam, tam in perſonas eccleſiaſticas, quam ſæculares quaſcumque exercerent: Noſque ſummopere cupiamus clauſuram ipſam ſanctimonialium, pro earum quiete, & tranquillitate, ac ad evitanda ſcandala, quæ maxima immineot inviolabiliter, ac omni diligentia obſervari, & omnia, & quæcumque ad id opportuna remedia ſalubriter adhiberi, præſertim in Civitate toa, ubi magnus adeſt Monaſteriorum numerus.

Cautum nequis ad Monaſteria Civitatis Mediolani accedat ſine licentia Archiepiſcopi.

§.2. Motu proprio, & ex certa ſcientia Tibi, quod nulla omnino perſona, tam eccleſiaſtica, ſæcularis, vel regularis, quam laica cujuſcumque generis, ſtatus, gradus, ordinis, & conditionis, ſexus, & ætatis extiterit, in Civitate præfata ad Monaſteria monialium quæcumque, etiam quantumcumque exempta, & juriſdictioni Regularium quorumcumque ſobjecta, eorumdem Monaſteriorum Superioribus, & Confeſſoribus dumtaxat exceptis, abſque tua licentia in ſcriptis obtinenda, non modo intra Monaſteriorum ſepta ingredi, ſed nec ad Monaſteria accedere, vel cum Monialibus ipſis in collocutionum, rotarumve locis, aut alibi colloqui, & cum eis quovis modo converſari queat. Quodque præter te, nullus omnino ullas, non modo ingrediendi, ſed nec accedendi, & ut ſupra, alloquendi, & converſandi licentias, quibuſvis perſonis, quomodolibet qualificatis, ſub excommunicationis pœna concedere, & dare valeat, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Contra inobedientes procedendum.

§.3. Tibique propterea, ut contra inobedientes, & rebelles quoſcumque, ac contra tenorem præſentium accedentes, ingredientes, vel colloquentes, & converſantes, ac accedendi, ingrediendi, vel colloquendi, & converſandi licentias concedentes, tam Regulares, quam Sæculares, cujuſcumque ſtatus, gradus, & conditionis exiſtant, ad excommunicationis, nec non temporales, aliaſque pœnas, arbitrio ſuo, agere, & omnibus juris, & facti remediis opportunis procedere valeas, licentiam, & facultatem, auctoritate, & tenore prædictis compartimur.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibuſvis Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, uſibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, ac exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam eiſdem Monaſteriis, & Ordinibus, illorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, etiam iteratis vicibus, ac alias in contrarium quomodolibet, conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac concedendis, confirmandis, & innovandis, etiam in Bulla aurea, vel Mare magnum, nuncupatis, contentis, & expreſſis. Quibos omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio ad hoc habenda, vel alia exquiſita forma ſervanda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, pro expreſſis habentes, latiſſime hac vice, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, nec non derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 1. Martii 1589. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annolo Piſcatoris die prima Martii 1589., Pontificatus noſtri Anno IV.

Diſ-

Digitized by Google

XXXVII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Diſmembratio Guberniorum Civitatum Oſtienſis, & Veliternienſis ab Eccleſia Oſtienſi, & Veliternenſi, ut diſtinctus ab Epiſcopo, & Cameræ Apoſtolicæ ſubjectus Gubernator eiſdem præficiatur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX varietate temporum, ipſa quoque humana conſilia quandoque variantur.

Cauſæ faciendæ diſmembrationis.

§.1. Sane Oſtienſi, & Veliternenſi Eccleſiis invicem perpetuo unitis, quibus bo: me: Alexander Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternenſis, Cardinalis Farneſius nuncupatus, dum viveret, præſidebat, per obitum ejuſdem Alexandri Epiſcopi, & Cardinalis, qui nuper apud Sedem Apoſtolicam debitum naturæ perſolvit, apud Sedem eamdem, Paſtoris ſolatio deſtitutis. Nos animadvertentes Gubernium Civitatum Oſtienſis, & Veliternenſis eidem Alexandro Cardinali, quoad viveret, fuiſque forſan in dictis Eccleſiis Prædeceſſoribus, ſimiliter quoad viverent, aut quoad eiſdem Eccleſiis Oſtienſi, & Veliternenſi præeſſent, commiſſum, ſeu alias eiſdem Eccleſiis perpetuo unitum, ſi hoc tempore perſonis idoneis, & benemeritis, per nos deputandis committeretur, publicæ, & privatorum quieti, ac etiam Cameræ Apoſtolicæ utilitati plurimum conſuleretur, propterea ab Eccleſiis Oſtienſi, & Veliternenſi prædictis Gubernium, & omnimodam juriſdictionem temporalem Civitatum earumdem, ad hoc, ut perſonis idoneis, & benemeritis per Nos, & Succeſſores noſtros in perpetuum ſimul, vel ſeparatim committatur, Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo diſmembramus, & ſeparamus, unionemque hujuſmodi, ſi quæ ſit, diſſolvimus, ac gubernium, & juriſdictionem hujuſmodi, ex nunc perpetuo diſmembrata, & ſeparata Cameræ Apoſtolicæ perpetuo etiam incorporamus, & applicamus.

Diſmembratio, de qua in Rubrica.

Clauſulæ.

§.2. Nec non præſentes literas de ſubreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu impugnari, & invalidari nullatenus poſſe decernimus, & declaramus.

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non quibuſcumque conceſſionibus de eodem gubernio quibuſvis quomodocumque factis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Martii 1589. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Martii 1589., Pontificatus noſtri Anno IV.

XXXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Pragmaticæ ſuper dote, & immoderato luxu in Civitate, & Comitatu Fulginatenſi.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Præſides Urbis Fulginatenſis ad moderandum Dotium, muliebriſque ornatus luxum quamdã Pragmaticam ediderunt.

§.1. GAudemus in Domino audientes abuſus, qui in Civitatibus noſtris circa intolerabilem conſtitutionem dotium, & immoderatum luxum mulierum in veſtitu, & ornatu ſuo his temporibus irrepſerunt, per parcos, & continentes, ſpectatæque modeſtiæ, ac timoratæ conſcientiæ viros tolli penitus, & aboleri. Id quod nuper in Civitate noſtra Fulginatenſi proviſum fuiſſe audivimus. Priores namque, & conſilium centum virorum dictæ Civitatis provide conſiderantes has dotes, & luxus mulierum multa incommoda, ac totalem multarum familiarum perniciem ſecum adferre, ſtatuerunt, & ordinarunt, quod pro Mulieribus dictæ Civitatis, ſive eam incolentibus in ſæculo nupturis, nemo unquam, cujuſvis ſtatus, gradus, aut præeminentiæ exiſtens, audeat, ſeu præſumat conſtituere, promittere, ſolvere, & recipere, licet mulier ſit hæres, tam in pecunia numerata, quam in auro, argento, gemmis, proventibus, veſtibus, & his ſimilibus, etiam mobilibus, ac ſe moventibus bonis, juribus, & actionibus, dotem ſemel, vel pluries excedentem ſummam, quantitatem, & valorem mille, & ducentorum ſcutorum, decem Juliis pro quolibet ſcuto computatis, & pro mulieribus comitatus, dominii, & diſtrictus ipſius Civitatis non plura, quam ducenta ſcuta ſimilia: Si vero Civibus de ordine Conſilii, aut Prioratus nubant, tunc, & in talem caſum poſſit dari uſque ad dictam ſummam mille, & ducentorum ſcutorum. Nec liceat contrahentibus, aut quibuſvis aliis perſonis tertiis contravenire huic ſtatuto, & ordinationi ullo pacto, aut conſenſu, etiam jurato, aut medio cujuſvis diſpoſitionis inter vivos, aut ultimæ voluntatis, vel prætextu eleemoſynæ, doni, præſtiti, pignoris, ceſſionis, liberationis, negotiationis, mercaturæ, exercitii artis, ſocietatis, Montis, Cenſus, Banchi, Officii, nec dando rem majoris pretii pro minore, quam valet, nec promittendo velle mori ſine teſtamento, ut mulier ſuccedat, nec cauſa dotandi iterum, aut pluries, nec alio modo, titulo, ſeu cauſa expreſſa, & non expreſſa, directa, vel indirecta, publica, tacita, aut occulta poſſit fieri fraus contra verba, & mentem hujus ſtatuti, & ordinationis ad effectum, ut vir, aut mulier, aut alii pro eis habeant plus dicta ſumma, & omne id, quod cum quavis machinatione fiat, unde hæc ſumma excedatur, tam nomine dotis, quam ſupradotii, ſit inſimul cum juramento nullum, & invalidum ipſo jure abſque ulla declaratione, & per præ-

Taxa Dotis pro Mulieribus Civitatis, & Comitatus conſtituta.

Pœnæ contra Transgreſſores.

ſumptionem juris, & de jure, & quilibet contra faciens, ut præfertur, in pœnam quingentorum ſcutorum incidat, pro tertia delatori, qui erit ſecretus, & pro alia Gubernatori, & Prætori dictæ Civitatis pro tempore exiſtentibus, videlicet illi, qui præveniet contra Tranſgreſſores, & altera partibus Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, & nihilominus, ſoluta, vel non ſoluta dicta pœna, omne id, quod ultra dictam pœnam a quavis perſona exceſſum fuerit, ipſo facto ſit, ut præfertur, applicatum. Præterea qui conſtituit, & dat, ſeu promittit aliquo modo ultra dictam ſummam ſuo hæredi, aut ſucceſſori, vel mulieri, propter quam data fuiſſet aliquo tempore, adveniente caſu reſtitutionis, nequeat petere id, quod plus fuerit, & perdat omnem actionem in, & ad hoc ſibi competentem, & hoc plus, ipſo jure, applicetur ut ſupra. Ad hæc quicumque contravenerit quocumque modo, ut præfertur, adveniente caſu reſtitutionis, perdat omnino maritus, aut ſuus hæres, vel ſucceſſor omnem quartam partem ordinationum, & ſtatutorum dictæ Civitatis, & quodvis aliud, quod poſſet habere, aut prætendere ab uxore pro qualibet diſpoſitione inter vivos, aut cauſa ultimæ voluntatis, ita, ut omnis actio, & titulus nullus ſit, quem poſſet habere, aut prætendere in bonis, aut hæreditate uxoris, & quod omnes ſimiles contractus, aut privatæ ſcripturæ deſuper faciendæ, ſiut, non ſolum quoad quantitatem exceſſam, ſed quoad omnia, ipſo jure, nulli, & invalidi, & vigore eorum nulla executio fieri poſſit. Necnon prohibuerunt omnibus, & ſingulis Notariis, ne audeant, ſive præſumant rogare ſe de aliquo Inſtrumento, quod ſit contra dictam prohibitionem, nec facere ſcripturam incertam, aut ſe referentem Apocæ privatæ, aut alteri ſcripturæ, aut hominis arbitrio ſub pœna falſi, & ducentorum ſcutorum pro quolibet, qui contrafaciet, ut præfertur, applicandorum, & hujuſmodi contractus ſint nulli, & invalidi ipſo jure, & nullius fidei, ipſique Notarii intelligantur nihilominus privati in perpetuum ſuis officiis, & etiam notariatibus. Inſuper, quod nulla perſona tamquam media poſſit intervenire, aut alias præſumat facere apocam privatam, aut eſſe Teſtis in contractu, aut apoca, quæ ſit contra dictam prohibitionem, ſub pœna ducentorum ſcutorum incurrendorum, & applicandorum, ut præfertur, & facti ſint ſimiliter nulli, & invalidi. Præterea, quod ſimiles contractus, licet non ſint contra præmiſſa, fieri nequeant niſi a Notariis Matriculatis in Collegio Fulginatenſi, qui ſint obligati infra terminum decem dierum, poſtquam fecerint, dare in notam Prioribus pro tempore exiſtentibus diem, annum, & nomina contrahentium, ſummam, quantitatem, & pacta Inſtrumenti, aut Apocæ, & ipſi Priores teneantur notificare in primo conſilio publico, quod fiet poſt dictam notificationem ſub pœna ducentorum ſcutorum per quemlibet Notarium, & Priorem incurrenda, &, ut præfertur, applicanda. Quod ſi Notarius externus, aut non matriculatus fecerit, ut præfertor, contractus hujuſmodi nullus exiſtat ut ſupra, & habeatur pro infecto, nec detur fides Teſtibos cujuſvis gradus, dignitatis, aut numeri exiſtentibus. Et ut fraus fieri non poſſit in dando, aut conſtituendo dotes, antequam nubat mulier, & poſtea allegando, quod cum fructibus dos crevit, declararunt, quod dos debeat æſtimari, & valutari in tempore conſummati matrimonii; Quodque omnis promiſſio, conventio, & dotatio excedens id, quod dictum eſt, facta cum conditione, & in eventum, quod præmiſſa revocarentur, aut eis derogaretur, aut poſſit obtineri derogatio a Superioribus, aut non obſervarentur, nulla ſit, & facta in fraudem præſentis ordinationis. Ac pro Arredo, Capſis, Cunis, & ſuis finimentis mulierum dictæ Civitatis ſit valoris dumtaxat centum ſcutorum ſimilium, mulierum vero Comitatus, Dominii, & Diſtrictus viginti ſcutorum ſimilium. Ad hoc, quod Mulieres non poſſint gerere ullius generis Veſtes, Zimaras, Sottanas, nec Fariolos, aut Capottas telæ aureæ, aut argenteæ, veræ, vel falſæ, ſimplicis, aut mixtæ, nec poſſint uno, & eodem tempore portare pluſquam unam Veſtem, aut Zimaram, vel Sottanam ſericeam, & in eis, & etiam in laneis, aut alterius generis, aut mixturæ non poſſit fieri ornatus aliquis, niſi in Buſto, & Manicis, & parte extrema, & ante, & ornatus, qui permittitur, non excedat ſummam quinque ſcutorum ſimilium ad ſummum, ipſeque ornatus, etiamſi non excedat hanc ſummam, fieri non poſſit ex auro, vel argento, vero, ſeu ficto, nec ſimplici, aut mixto, nec ex aliquibus lapillis pretioſis, aut aliis gemmis, veris, ſeu fictis, licet ſint viliſſimi pretii, nec de racomo, aut ſinalto, & quia longior veſtis in thalis quamdam videtur adſerre gravitatem Mulieribus, permiſerunt, ut Mulieres poſſint uti veſtibus longioribus circa thalos, dummodo non excedant ad ſummum duos palmos manus; ac quod in capite non poſſint portare ornatum cujuſvis generis excedentē ſummam quindecim ſcutorum, nec poſſint habere in digitis pluſquam duos annulos, nec excedant ſummam viginti quinque ſcutorum, nec manilia in brachiis niſi ſint aurea, & non excedant quindecim ſcuta, nec poſſint gerere in collo, aut circum humeros coronas, aut catenas, aut alia ornamenta, quæ in totum excedant viginti quinque ſcuta, nec cingula cujuſvis generis, in quibus ſit aurum, vel argentum, nec margaritas, gemmas, aut lapides pretioſas veras, aut falſas, nec coronas odoratas. Quod veſtes ex drappo non poſſint fieri, niſi ex drappis textis in dicta Civitate. Et quia damnoſum eſſet, ſi non poſſint geri veſtes jam factæ ex drappo externo, quod hujuſmudi veſtes poſſint geri uſque dum fuerint laceræ, ſed cum moderatione prædicta. Quodque omnes, & ſingulæ mulieres in publicatione horum ſtatutorum,

Notariis vetitum Inſtrumenta conficere contra formam hujus ſtatuti.

Decretum quoque, ut Inſtrumenta Dotalia a Notariis matriculatis tantū fieri poſſint.

Definita quantitas ornamentorum &c.

Modus in Veſtibus ſervandus.

torum, & ordinationum, hujuſmodi veſtes habentes debeant infra quindecim dies poſt dictam publicationem comportari facere ad Priores, aut alios ad id deputatos, quæ a Cancellario dictæ Civitatis deſcribi debeant, & bollari, & ſi quæ conſignari facere neglexerit dicto tempore, non admittatur amplius ad aſſignationem, & deſcriptionem, & ſi portaverit, incurrat pœnam infraſcriptam: Ac, quod mulieres, quæ huic reformationi contravenerint, ultra amiſſionem rerum, in quibus contravenerint, incidant in pœnam centum ſcutorum pro qualibet vice, pro una delatori, qui tenebitur ſecretus, & alia dictæ Cameræ, ac reliqua partibus Gubernatori, & Prætori, videlicet illi, qui præveniet in procedendo contra tranſgreſſores, applicandorum, & executio contra nuptas contravenientes fieri poterit etiam contra earum viros. Et pro præmiſſorum majori obſervatione præceperunt quibuſvis ſartoribus, & quibuſvis aliis artiſtis, ut poſt præſentium publicationem, nullus audeat laborare contra præmiſſa, ſub pœna trium tractuum cordæ, & viginti quinque ſcutorum qualibet vice, qua contraventum fuerit, ut præfertur applicandorum. Nec non donum, quod fit a Compatribus, aut Commatribus pueris dum baptizantur, aut ſudariolum, & quidve aliud, quod Commatres Compatribus, aut aliæ quævis perſonæ dictorum puerorum conſanguineæ, vel attinentes, ſeu non conſanguineæ donant, non excedat quinque Julios, & ſemel dumtaxat id fieri poſſit, videlicet tempore Baptiſmi, & donum, quod fieri ſolet tempore Nativitatis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, aut aliis anni temporibus inter Compatres, & Commatres, non excedat duo ſcuta, id fiat dumtaxat in anno, & una vice, ac quod Priores pro tempore exiſtentes, aut alii deputandi, quando in principio eorum Magiſtratus jurant coram Gubernatore, jurent ſpecialiter de faciendo obſervari omnia, & ſingula Capitula prædicta, & illo inſtanti debeant ſimiliter inſtare coram ipſo Gubernatore, ut illa obſervari faciat, & habita per eos notitia, quod quoquomodo ſuerit contraventum, debeant certiores facere de hoc Gubernatorem, & Prætorem, & continuo inſtare, ut procedatur contra tranſgreſſores, & cuilibet ex præmiſſis teneantur Priores ſub pœna privationis eorum Magiſtratus, & quinquaginta ſcutorum pro quolibet, & qualibet vice, ut præfertur, applicandorum. Poſtremo, quod omnis derogatio præſentium Capitulorum, & reformationis obtenta ad inſtantiam cujuſvis perſonæ, ac cujuſvis conditionis, & præeminentiæ, pro qualibet cauſa neceſſaria, & urgentiſſima a quovis Superiore, etiam Motu proprio a Nobis, ſeu pro tempore exiſtente Romano Pontifice ſit nulla, & invalida, niſi prius bis fuerit legitime citata Communitas dictæ Civitatis, cum cedula in ſcriptis: & in hujuſmodi caſu Priores pro tempore exiſtentes, aut alii Deputati debeant congregari facere conſilium, & id totum notificari ſub pœna præſata, ut præfertur applicanda. Quodque contra omnes, & ſingulos tranſgreſſores in omnibus, & ſingulis poſſit procedi ex officio, & per inquiſitionem.

Pœnæ in Tranſgreſſores.

De Donis inter Compatres, & Commatres.

Juramentū a Prioribus præſtando ſuper obſervantia præſentu ſtatuti.

Quælibet derogatio nulla niſi prius audita Communitate fiat.

§.2. Quocirca cupientes præmiſſa omnia, & ſingula inviolabiliter obſervari: Motu proprio, non ad Dilectorum Filiorum Communitatis, & Hominum dictæ Civitatis, aut aliorum pro eis nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula ſtatuta, ordinationes, prohibitiones, & decreta prædicta, prout ſi vulgari idiomate, quo conſcripta fuerunt exprimerentur, & denotarentur, laudamus, perpetuo approbamus, & confirmamus: Omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, & ſolemnitatum, etiam verbalium, forſan omiſſarum, defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, & pro abundantiori cautela, majorique ipſorum ſtatutorum, præceptorum, & decretorum, aliorumque præmiſſorum efficacia, & obſervatione, etiam Nos per eadem verba, ſtatuta, ordinationes, præcepta, & decreta, de novo facimus, ſtatuimus, ordinamus, præcipimus, & decernimus, atque inviolabiliter, & perpetuo obſervari, & executioni per illos, ad quos ſpectat, inconcuſſe demandari volumus, & jubemus.

Hujuſmodi ſtatuta confirmat Pontifex, ſemperque obſervari jubet.

§.3. Decernentes, quod his ſtatutis, ordinationibus, præceptis, & decretis per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices nunquam ſufficienter derogatum eſſe cenſeatur, niſi ultra duas citationes eidem Communitati faciendas, ut præfertur, in publica Signatura, propoſita ſupplicatione cum præſentium inſertione derogatio fuerit conceſſa.

Omnemque derogationem nullam declarat, niſi obtineatur citata bis Communitate.

§.4. Quodque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, ac diffiniri debere, nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ pro perpetua hujuſce Conſtitutionis firmitate.

§.5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Civitatis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus eorum tenores, præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogatio contrariorū.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Martii 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

Dat. die 10. Martii 1589. An.IV.

XXXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Statuitur, quod in perpetuum in omnibus, & ſingulis Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, & Parrochialibus Eccleſiis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis Matutina Officia majoris hebdomadæ, & Reſurrectionis Dominicæ, Populo præſente, non amplius intempeſtiva nocte celebrentur.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmani Pontificis providentia de religioſa divini cultus obſervatione, & animarum ſalute ſemper ſollicita, diligenter circumſpicit, ut divina officia, & ſacræ preces, quæ publice in Eccleſiis Fideli Populo præſente, ab Ecclcſiaſticis perſonis Deo perſolvuntur, ita devote, & decenter, horis, temporibuſque opportunis fiant, ut omnis ſcandali materia removeatur, omnis peccandi occaſio, quæ diabolo ſuadente, noctu potiſſimum in multitudinis frequentia ſolet exiſtere, pervigili cura amputetur.

Decretum de quo in Rubrica.

§.1. Cum igitur Nos piorum, & fide dignorum virorum teſtimonio cognoverimus in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis morem inoleviſſe, ut in Eccleſiis eorum Regnorum, officium matutinum quintæ, & ſextæ feriarum, ac Sabbati majoris hebdomadæ, nec non etiam ipſius Reſurrectionis Dominicæ nocte intempeſta recitetur, & ex hoc plurima incommoda, multæque peccandi occaſiones ſuboriantur: Nos incommodis, & ſcandalis hujuſmodi quantum fieri poteſt, occurrere cupientes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, hunc morem, & conſuetudinem recitandi officium matutinum intempeſta nocte dictis diebus ab ipſis Eccleſiis, in quibus ad hujuſmodi matutinum audiendum Populus concurrere ſolet, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium penitus removemus, & abolemus: nec non harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, quod in poſterum perpetuis futuris temporibus in omnibus, & ſingulis Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, Parrochialibus, & Monaſteriorum, tam virorum, quam mulierum Eccleſiis in dictis Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum conſiſtentibus, in quibus, ut dictum eſt, publice matutina officia ſupradictæ majoris hebdomadæ, ac Reſurrectionis Dominicæ, Populo præſente recitantur, eadem matutina officia ſupradictarum quintæ, & ſextæ feriarum, & ſabbati ejuſdem hebdomadæ, ea diei hora celebrari debeant, ut ante, vel ſaltem in ipſo ſolis occaſu abſolvantur, matutinum vero Reſurrectionis Dominicæ non intempeſta nocte, ſed in aurora recitetur.

Data Ordinariis commiſſio hujuſmodi Decretum exequendi.

§.2. Præcipientes in virtute ſanctæ obedientiæ omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis Epiſcopis, Abbatibus, & cæteris Eccleſiarum Prælatis, quatenus in Civitatibus, & Diœceſibus propriis, præſentes noſtras literas publicari, ac omiſſa omnino dictorum officiorum nocturno tempore recitatione, curent, atque efficiant, ut hujuſmodi matutina trium dierum officia ante, vel ſaltem in ipſo ſolis occaſu, ſicuti jam dictum eſt, abſolvantur, Paſchale vero matutinum officium in aurora recitetur, propoſitis pœnis pro eorum arbitrio: Contradictores quoslibet auctoritate Apoſtolica compeſcendo,

Derogatio contrariorum

§.3. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, Conventuum, Domorum, & aliorum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, & Locis, illorumque Capitulis, Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§.4. Cæterum quia difficile foret &c.

Dat. die 18. Martii 1589. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Martii 1589. Pontificatus noſtri Anno IV.

XL.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Directum, Supremumque Dominium ſuper Caſtra a Monaſterio Farfenſi dependentia, quæ tamen in Statu Eccleſiaſtico exiſtunt, Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ aſſerit, reſervato eidem Monaſterio, & Abbatibus Dominio utili.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

ROmanum decet Pontificem pro varietate temporum, & Populorum ſibi ſubjectorum indigentia, ipſa quoque variare conſilia.

Caſtra omnia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, quæ temporali Abbatis Dominio ſuberant, Sedi Apoſtolicæ, & Cameræ aſſerit

§.1. Sane, cum nuper Beatæ Mariæ Farfen., nullius Diœceſis, Provinciæ Romanæ, ac S. Salvatoris de Scantriglia Sabinen. Diœceſis invicem, aut alias perpetuo unita Monaſteria Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis, quæ bo. me. Aleſander Epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis Farneſius nuncupatus, ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica in Commendam ad ejus vitam obtinebat, Commenda hujuſmodi per obitum ipſius Alexandri Epiſcopi Cardinalis nuper apud Sedem Apoſtolicam defuncti, ceſſante, adhuc eo, quo ante Commendam ipſam, vacabant modo, vacarent:

Nos

Nos provide conſiderantes, quod ſi nonnulla Caſtra, Terræ, & Loca in ſtatu temporali S. R. E. conſiſtentia, quæ ſpirituali, ac temporali juriſdictoni ipſorum Monaſteriorum, & illorum, pro tempore, Abbatis, ſeu Commendatarii ſubeſſe dignoſcuntur, ab ipſis Monaſteriis, quoad temporalem juriſdictionem, perpetuo ſepararentur, Sedique, & Cameræ Apoſtolicæ immediate ſubiicerentur, & ſeo applicarentur, & unirentur, & hoc profecto eorumdem Caſtrorum, Terrarum, & Locorum quieti, & commoditati conſultius proſpiceretor, ac dilecti filii illorum Originarii, & Incolæ in pacis, & juſtitiæ ſemitis, ac fide, & devotione erga dictam Sedem facilius contineri, & a noxiis ſecurius præſervari poſſent, habita ſuper his omnibus cum Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, de ipſorum conſilio, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine Caſtra, Terras, & Loca in ſtatu temporali S. R. E. dumtaxat conſiſtentia, ſpirituali, & temporali juriſdictioni, ac forſan ſoli proprietati, & directo dominio, ſeu etiam ſuperioritati, & recognitioni dictorum Monaſteriorum ſubjecta, quorum omnium, & ſingulorum nomina, denominationes, nuncupationes, ſituationes, confines, vocabula, qualitatea, quantitates annexa, connexa, veroſque, & annuos valores, præſentibus pro ſufficienter, & ſingillatim expreſſis haberi volumus, ſalvis tamen, integre, & ſine ulla diminutione remanentibus prædictis Monaſteriis, illorumque Abbatibus, & Commendatariis futuris in perpetuum, ſpirituali juriſdictione, aliiſque infra dicendis ſuper prædictis Caſtris, Terris, & Locis omnibus, nec non tam ſpirituali, quam temporali juriſdictione, ac proprietate, dominio, ſuperioritate, & recognitione præmiſſis ſuper Caſtro Capradoſſi in Regno Neapolitano exiſtente, aliiſque Caſtris, Terris, & Locis extra ſtatum temporalem ejuſdem S. R. E. exiſtentibus, ſi quæ ſunt, quoad juriſdictionem temporalem in Vaſſallos, ac illius exercitium, ac etiam ratione ſolius proprietatis, & directi Dominii, ſeu etiam ſuperioritatia, & recognitionis, ac etiam emolumenta quæcumque ex dicta juriſdictione temporali, illiuſque exercitio tantum provenientia, videlicet pœnas Maleficiorum, confiſcationes Bonorum non tamen infraſcriptorum, proventus, damnorum datorum, Officialiumque juſdicentium, & Cancellariorum, nec non Palatium ſitum in Caſtro Podii Mirteti pro reſidentia Gubernatoris dictorum Caſtrorum, Terrarum, & Locorum per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, ac Sedem Apoſtolicam in poſterum perpetuo deputandi, ab eiſdem Monaſteriis auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo ſeparamus, dividimus, & diſmembramus, illaque Sedi, & Cameræ noſtræ Apoſtolicæ unimus, applicamus, incorporamus, & appropriamus, ita, ut omnimoda juriſdictio temporalis, ac proprietas, ſeu directum Dominium, ac etiam ſuperioritas ſuper dictis Caſtris, Terria, & Locis, aliiſque, ut ſupra, ſeparatis, & applicatis penes eaſdem Sedem, & Cameram Apoſtolicam deinceps, perpetuis futuris temporibus, remaneant, & ſint, nec Monaſteria prædicta, eorumve pro tempore Abbates, ſeu Commendatarii ullum unquam in illis jus, ullamve actionem habere, ſeu prætendere poſſint.

Incolæ dictorum Caſtrorum ab omni Dominio temporali Abbatis liberat.

§.2. Et ad hunc effectum omnes, & ſingulos utriuſque ſexus Incolas, Habitatores, & Perſonas eorumdem Caſtrorum, Terrarum, & Locorum, ab omni temporali juriſdictione, poteſtate, auctoritate, ſubjectione, Dominio, regimine, ſuperioritate pro tempore exiſtentis Abbatis, ſeu Commendatarii dictorum Monaſteriorum, ejuſque Vicariorum, Locatenentium, Officialium, & Miniſtrorum præſentium, & futurorum, & a præſtatione cujuſcumque juramenti, Homagii, Vaſſallagii, fidelitatis, & cujuſcumque alterius ſervitutis ratione temporalia hujuſmodi juriſdictionis dumtaxat quomodolibet debitorum, ut poſthac in perpetuum nullum alium, præter Romanum Pontificem, Sedemque, & Cameram prædictam, quoad temporalem juriſdictionem, & alia præmiſſa in Superiorem recognoſcant, etiam perpetuo eximimus, abſolvimus, & liberamus.

Si quæ in poſterum quacumque ex cauſa ad Monaſteriũ Farfen. devolvi contigerit ad Cameram Apoſtolicam, vult devolvi, quoad Supremum Dominium.

§.3. Ac inſuper quandocumque dicta Caſtra, Terras, & Loca in ſtatu temporali S. R. E. conſiſtentia, proprietati, directoque Dominio, ſeu etiam ſuperioritati, & recognitioni dictorum Monaſteriorum, ut ſupra, ſubjecta, quæ in feudum, vel cenſum, aut recognitionem ab aliis forſan poſſidentur, ob Canonem, vel Cenſum, aut recognitionem non ſolutam, vel lineam finitam, ſive ob pacta non ſervata, aut ex alio quovis capite devolvi contingat, illa ex nunc, prout ex tunc, & e contra quoad directum dominium, & temporalem juriſdictionem hujuſmodi, non amplius ad prædicta Monaſteria, ſed ad ipſam Sedem, & Cameram Apoſtolicam perpetuo devolvi debere volumus, decernimua, & declaramua.

Alia vero bona ad Abbatem devolvi.

§.4. Cætera vero bona in dictis Caſtris, Terris, & Locis, ut ſupra, ſeparatis, & applicatia, illorumque Territoriis exiſtentia, ab Abbatibus, ſeu Commendatariia dictorum Monaſteriorum in Emphytheuſim, ſive Livellum quibuſvis perſonis conceſſa, ſeu alias poſſeſſa, ſi quandocumque quovis capite devolvantur, aut etiam ob delictum Fiſco incorporanda veniant, eiſdem Monaſteriis, illorumque Abbatibus, ſeu Commendatariis, quoad directum, & verum Dominium, perpetuo reſervamus, illiſque devolvi, & ſpecialiter, & expreſſe decernimus per præſentes.

Bonorum in emphyteuſim conceſſorum locationes, nomine Cameræ Apoſtolicæ renovari mandat.

§.5. Ac præterea volumus, quod ſupradicta bona in Emphytheuſim, ſive Livellum Vaſſallis dictorum Monaſteriorum hactenus vigore ſtatutorum, aut alias quomodolibet locari, vel renovari ſolita, ſeu debita, poſthac eiſdem non amplius uti eo-

rum-

rumdem Monaſteriorum Vaſſallis, ſed tamquam eorumdem Caſtrorum, Terrarum, & Locorum Originariis, & Incolis, Nobis, & Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ ſubjectis, ae aliis Vaſſallis noſtris, ſervata tamen forma circa hujuſmodi renovationes, & locationes in reliquia omnibus ſervari ſolitam, locari, ſeu renovari debeant.

Dominium utile Monaſterio, Abbatibuſque reſervat.

§.6. Declarantes, quod omnes Caſtrorum, Terrarum, & Locorum, ſic, ut præfertur ſeparatorum, & applicatorum, ac etiam, ut ſupra devolvendorum Canones, Cenſus, recognitiones, Laudemia, Regalia, Gabellæ, Decimæ, præſtationeſque reales, ac etiam perſonales, non in vim ſolius juriſdictionis temporalis, aut illius exercitii, aliorumque, ut ſupra ſeparatorum, & applicatorum, præcipi, & juberi conſuetæ, ſed vigore ſtatutorum, & conſuetudinum dictorum Monaſteriorum pretio æſtimabiles, & ipſis Monaſteriis, illorumque Abbatibus, & Commendatariis, ad inſtar cæterorum emolumentorum, ex dictis Caſtris percipi ſolitorum, annuatim, ſeu alias præſtari ſolitæ, Domus etiam, Palatia, cæteraque omnia bona, fructus, redditus, proventus, & quocumque nomine nuncupata jura, emolumentaque univerſa, cujuſcumque generis, qualitatis, & quantitatis exiſtant, ad ſupradicta Monaſteria ſpectantia, & ex dictis Caſtris, & illorum Incolis, ut ſupra, Fundiſque, Moleudinis, Fluminibus, Aquarum decurſis, Territoriis, Nundinis, & alias quomodolibet, & undecumque, præterquam ex dicta temporali juriſdictione, & illius exercitio provenientia, &, ut ſupra proventura, ſub prædictis ſeparatione, diviſione, diſmembratione, unione, ac applicatione, appropriatione, & incorporatione non comprehendautur, minimeque comprebenſa, ſed iiſdem Monaſteriis, futuriſque pro tempore illorum Abbatibus, ſeu Commendatariis perpetuo reſervata ſint, & eſſe cenſeantur, illaque omnia prædicta Abbates, ſeu Commendatarii percipere, exigere, & levare, ac in ſuos, & dictorum Monaſteriorum uſus, & utilitatem convertere, iiſque omnibus uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite perpetuo poſſint, & valeant, prout alii Abbates, ſeu Commendatarii dictorum Monaſteriorum hactenus facere potuerunt, ſeu etiam debuerunt, & fecerunt.

Nundinarum Officiales ab Abbate deputandi.

§.7. Atque decernentes pro bono regimine Nundinarum, quæ in Territoriis dictorum Monaſteriorum quotannia fieri ſolent, quod ipſi Abbates, ſive Commendatarii, non obſtante Caſtrorum, Terrarum, & Locorum ſupradictorum ſeparatione, & applicatione, ut ſupra, facta, poſthac in perpetuum, ſoli, & perpetui earumdem Nundinarum Gubernatores exiſtant, ipſique ſoli, abſque interventu Gubernatoris a Nnbis, & Succeſſoribus noſtris, ac Sede Apoſtolica in dictis Caſtris, Terris, & Locis pro tempore deputandia, unum, vel plures Officiales, Judices, ſeu Commiſſarios deputare poſſit, qui in dictis Nundinis præſint, ac in quibuſcumque cauſis civilibus, criminalibus, & mixtis inter Mercatores, & dictorum Caſtrorum, Terrarum, & Locorum Origenarios, & Incolas, aut alias quaſcumque Perſonas illuc convenientes, tempore, & occaſione dictarum Nundinarum movendis, iiſdemque durantibus Nundinia, etiam in ipſos Vaſſallos Jus, & Juſtitiam exerceant, & faciant, ac pro quibuſcumque criminibus, ſiquæ forſan ibidem committentur, ſupradictos omnes, pœnis etiam capitalibus, ſi opus fuerit, afficiant, & coerceant.

Clauſulæ pro perpetua præſentis Conſtitutionis obſervantia.

§.8. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ipſos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper bis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, & quatenus opus ſit, fel. rec. Symmachi, & Pauli II. aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, noſtraque de jure quæſito non tollendo, ac aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, Synodalibuſque, & Univerſalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinatiunibus, nec non Mnnaſteriorum prædictorum erectionibus, fundationibus, & dotationibus, illorumque Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis illis, eorumque Abbatibus, Superioribus, Conventibus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliia decretis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam ad Imperatorum, Regum, Ducum, vel aliorum, inſtantiam, ſeu illorum contemplatinne, & intuitu, ac etiam Motu proprio, ac conſiſtorialiter, vel alias quomodolibet conceſſis, coofirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua, non autem per clauſulas idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda eſſet, eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe, & cenſeri volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Aprilis 1589. An.IV.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Aprilis 1589., Pontificatus noſtri Anno IV.

Di-

X L I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Diverſa Statuta pro Civitate Beneventana.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

PAterna noſtra charitas, qua fideles omnes, ſed præcipue ſubditos noſtros complectimur, Nos admonet, ut eorum ſaluti, & commodis quantum cum Domino poſſumus conſulamus.

Nonnulla concedit Beneventanis.

§.1. Hinc eſt, quod Nos ſupplicationibus dilectorum filiorum Communitatis, & Hominum Civitatis noſtræ Beneventanæ nomine, per dilectum filium Joannem Dominicum Urſum eorum ad Nos deſtinatum Oratorem Nobis humiliter porrectis inclinati, ipſis Communitati, & Hominibus infraſcripta gratioſe perpetuo concedenda duximus.

Archiepiſcopo mandat, ut Populo Pontificio nomine benedicat.

§.2. Primum igitur univerſum Populum Civitatis, & Comitatus Beneventan., illiuſque ſingulares Perſonas Apoſtolica benedictione noſtra benedicimus, & ad hoc Ven. Fratri Archiepiſcopo Beneventan. per præſentes mandamus, ut in ipſa Civitate ad ſtatutam diem generalem proceſſionem indicat, qua ſolemniter peracta, ipſum Populum a quibuſvis cenſuris Eccleſiaſticis per eos haſtenus ignoranter quomodolibet incurſis, auctoritate noſtra abſolvat, ac noſtro nomine in univerſum publice benedicat.

Vicarii Generales Archiepiſcopi coram Sindicis ſiſtere debent.

§.3. Inſuper auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, quod Vicarii ejuſdem Archiepiſcopi Beneventan. in ſpiritualibus generales pro tempore in fine eorum Officii, Sindicatui pro cauſis ab eis per viam appellationis a Vicariis temporali ipſius Civitatis interpoſitæ cognitis, & deciſis ſtare, eorum auctoritate Sindici duo Viri Eccleſiaſtici ab Archiepiſcopo nunc, & pro tempore exiſtente, vel a Nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus eligendi eſſe debeant.

Statuta nuper edita circa officia damnorum datorum ſervanda.

§.4. Quodque ſtatuta, & ordinationes ejuſdem Comitatus noviter facta circa officia damnorum datorum Cacapani Judicum Mercatorum, & aliorum Officiorum dictæ Civitatis, & cauſas deſuper movendas per Officiales dictæ Civitatis nunc, & pro tempore exiſten. prout jacent ſervari debeant.

Quolibet anno Conſervatores hujuſmodi ſtatutorum eligendi.

§.5. Et quod electio Conſervatorum eorumdem ſtatutorum, & ordinationum a Conſiliariis ejuſdem Civitatis juxta eorumdem ſtatotorum formam fieri, & obſervari debeat, finito tamen præſenti anno modernorum dictorum ſtatutorum Conſervatorum.

Contra Regnicolas Beneventanis moleſtos procedendum.

§.6. Præterea, quod ſi Padulentes, aut alii Regnicolæ ad Juriſdictionem, & Territorium Beneventan. perturban. acceſſerint, contra eos a Gubernatore, & aliis Officialibus dictæ Civitatis rigoroſe procedi, Populuſque dictæ Civitatis totis ejus viribus præmiſſis auxilium præbere, ſeque in poſſeſſione, in qua exiſtit ejuſdem Territorii manutenere debeat etiam perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Talibus ſtatutis, præſentibuſque literis ſemper ſtandum.

§.7. Nec non ſtatuta, & ordinationes hujuſmodi omniaque alia præmiſſa, ac præſentes noſtras literas nullo unquam tempore quovis quæſito colore, vel ingenio de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu notari, vel impugnari, aut etiam ad quorumvis inſtantiam revocari, caſſari, annullari, reduci, vel retractari poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari, dictiſque Civitati, Comitatui, Conſiliariis, & Populo hujuſmodi ſuffragari debere: Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, ac etiam delegatos quacumque auctoritate, & poteſtate fungentes, ac S.R.E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere, irritumque, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, & declaramus.

Quibuſcumque non obſtantibus.

§.8. Non obſtantibus quatenus opus ſit fæ: re: Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri per quam expreſſe cavetur, quod omnes, & ſingulæ literæ, ſeu conceſſiones Apoſtolicæ, quæ aliqua ex parte quavis ratione, ſeu etiam directe, vel indirecte, principaliter, ſecundarie, vel acceſſorie, aut alias quovis modo Cameræ Apoſtolicæ qualecumque minimum præjudicium, vel intereſſe, gravamen, ſeu detrimentum concernere cenſerentur intra tres menſes a die illarum impetrationis computan. in eadem Camera præſentari, ac in illius libris regiſtrari debeant, alioquin lapſis tribus menſibus hujuſmodi gratiis, & conceſſionibus prædictis non præſentatis, minuſque regiſtratis in Judicio, & extra illud nullatenus fidem facere poſſint, & tanquam non conceſſæ, ac nullæ eo ipſo, & invalidæ, nulliuſque roboris, vel momenti ſint, & eſſe cenſeantur, ac nemini ſuffragari valeant. Itaque Conſiliarii prædicti, aut alii in præmiſſis intereſſe habentes ad præſentes noſtras literas, ut præmittitur præſentandas, & regiſtrandas infra prædictum, ut præfertur præfixum, vel quodvis aliud tempus minime teneantur, nec eædem præſentes literæ noſtræ ob illarum non præſentationem, nec regiſtrationem hujuſmodi, nullæ, aut invalidæ dici, aut cenſeri poſſint, ſed validæ, & efficaces exiſtant, eiſdemque Conſiliariis, & Populo ſuffragari debeant in omnibus, & per omnia, perinde acſi infra tempus præfixum hujuſmodi præſentatæ, & regiſtratæ fuiſſent, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis adhibenda fides.

§.9. Volumus autem, quod earumdem præſentium literarum copiis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſiſmet

præ-

Digitized by Google

præſentibus literis noſtris adhiberetur, ſi realiter, & originaliter exhiberentur, & oſtenderentur.

Dat. die 13. Sept. 1589. An.V.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 13. Septembris 1588. Pontificatus noſtri Anno V.

XLII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatio Synodi Provincialis Mexicanæ.

De reſidentia ab iis, qui in Regno Mexicano Eccleſiaſtica obtinent Beneficia, facienda, vide, quæ decrevit idem Sixtus V. Conſtitut. CLVIII. ſup. fol. 79.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

ROmanum Pontificem, quem Dominus Noſter Jeſus Chriſtus univerſis Eccleſiis præeſſe voluit, illarum præſertim, quæ in remotis Terrarum Orbis partibus, & ſepoſitis gentium verum Dei cultum ignorantium oris noviter erectæ fuerunt, decet curam aſſiduam gerere, ut ea, quæ a Prælatis juxta Sacrorum Canonum ſtatuta prudenter conſtituta fuerunt, ab omnibus inviolabiliter obſerventur.

Epiſcopi Regni Mexicani Synodum coegerunt editis in ea nonnullis ſtatutis.

§.1. Exhibita ſiquidem Nobis nuper pro parte Venerabilium Fratrum Archiepiſcopi Mexican., & aliorum Epiſcoporum illius ſuffraganeorum, & comprovincialium petitio continebat, quod cum ipſi pro ſalubri directione ſuarum Eccleſiarum, divinique cultus augmento, & Populorum ſibi commiſſorum ſalute, ſanctorum Patrum, & Concilii Tridentini Decretis inhærentes, Synodo Provinciali indicta, nonnulla ſtatuta, & ordinationes edidiſſent, & ne ſuper illorum recognitione impoſterum a quoquam curioſe quæri, aut quovis modo dubitari poſſit, illa ad Nos, Sanctamque Sedem Apoſtolicam per dilectum filium Franciſcum de Beata Scholaſticum Eccleſiæ Tlaxcallen., virum nobilitate, doctrina, & prudentia præſtantem loco unius ea Comprovincialibus Epiſcopis, qui ad ea eligendus merito fuiſſet, ad nos nominatim deſtinatum re ipſa tranſmiſerunt.

Quæ Romam confirmanda tranſmiſerūt.

Approbarique petierunt.

§.2. Cumque Archiepiſcopus, & Epiſcopi prædicti Nobis humiliter ſupplicari feciſſent, quatenus illa recognoſcere, & in præmiſſis opportune providere de benignignitate Apoſtolica dignaremur.

Sixtus eorum examen commiſit Congregationi Concilii.

§.3. Nos curam, & ſollicitudinem Archiepiſcopi, & Epiſcoporum prædictorum circa Gregem Dominicum ſibi commiſſum, ejuſdemque Franciſci fidem, & diligentiam plurimum in Domino commendantes, juſtiſque ipſorum deſideriis ſatisfacere volentes, hujuſmodi ordinationes, & ſtatuta Ven. Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus ſuper interpretatione Decretorum Concilii Tridentini deputatis, nomine, & auctoritate Noſtris examinan., & recognoſcen. tradidimus, qui diligenti perquiſitione, & longo examine in præmiſſis adhibito, illa juxta formam præſentibus introcluſam eiſdem nomine, & auctoritate recognoverunt,

Et in omnibus Regni Mexicani Eccleſiis publicari, obſervarique præcipit.

§.4. Ut igitur ordinationes, & ſtatuta hujuſmodi auctoritate noſtra, ut præfertur examinatas, & recognitas ab his, ad quos ſpectat, ut decet, obſerventur, Archiepiſcopo, & Epiſcopis prædictis, & eorum cuilibet per præſentes committimus, & mandamus, ut ſtatuta, & ordinationes prædictas in Eccleſiis ſuis ſolemniter publican., illas ab omnibus, & ſingulis, ad quos pertinet, & cujuſvis Ordinis regularibus, & exemptis, nec non ab Eccleſiis in partibus illis impoſterum erigendis, donec Synodum Provincialem ſimiliter coegerint, auctoritate noſtra faciant inviolabiliter obſervari: Contradictores per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcen.

Derogat contrariis.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis illarum partium, & Eccleſiarum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis illis, eorumque Præſulibus, & quibuſvis aliis perſonis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptiſque credi jubet.

§.6. Et quia difficile foret &c,

Dat. die 28. Octobr. 1589. An.V.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 28. Octobris 1589. Pontificatus noſtri Anno V.

XLIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Colonien. interdicitur, quominus bonorum ad Menſam Capitularem pertinentium locationes fiant ultra triennium.

Dilectis filiis Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Colonien.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Menſæ Capitulari multa damna illata ex locationibus bonorum ad eam ſpectantium.

§.1. FIde dignorum relatibus nuper accepimus, Menſam Capitularem Eccleſiæ Colonien. propter multas, & varias locationes, & conceſſiones bonorum ad menſam eamdem ſpectantium contra canonicas ſanctiones factas, varia damna ſuſcepiſſe, & niſi de opportuno provideatur remedio accepturam fore.

Hujuſmodi Locationes ultra triennium inconſulta Sede Apoſtolica fieri vetat.

§.2. Nos igitur advertentes Eccleſiæ patrimonium non eſſe indebite diſſipandum, quin potius Dei Miniſtros illo, prout tot Sanctionibus legitimis cautum eſt, uti debere, diſcretioni veſtræ per præſentes in vir-

Digitized by Google

virtute ſanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, ne impoſterum alienationes, pignorationes bonorum hujuſmodi, ſeu locationes ultra triennium fieri, Sede Apoſtolica inconſulta, permittatis, alioquin in ſententias, cenſuras, & pœnas a fe. re. Paulo PP. II., & aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris contra alienantes bona Eccleſiaſtica inflicta, & vos incurſuros eſſe ſciatis, a quibus abſolutionis beneficium, niſi a Nobis, aut Sede Apoſtolica prædicta, ac ablatis, aut alienatis reſtitutis conſequi minime poteritis, ac quid quid contra præmiſſa a vobis attentatum fuerit, irritum eſſe intelligetis.

Sub pœnis alienantibus bona Eccleſiaſtica inflictis.

Et actus nullitate.

§.3. Interim male alienata pro conſcientiæ veſtræ exoneratione eiſdem menſæ veſtræ reſtitui procurabitis.

Canonicis mandat, ut curent male alienata menſæ reſtitui.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 2. Decembris 1589. Pontificatus Noſtri Anno V.

Dat. die 2. Dec. 1589. An. V.

XLIV.

Gubernatori Urbis reſtituitur facultas cognoſcendi cauſas civiles una cum Vice-Camerario.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Ven. Fratri Hieronymo Archiepiſcopo Raguſin. Almæ Urbis noſtræ Gubernatori.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ven. Frater ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

§.1. CUm te nuper Almæ Urbis noſtræ Gubernatorem cum familia, ſalariis, emolumentis, honoribus, & oneribus ſolitis, & cum eiſdem facultatibus, juriſdictionibus, auctoritatibus, quibus dilectus Filius noſter Marianus Cardinalis de Camerino nuncupatus ultimo dum Gubernatoris munere fungeretur, utebatur, auctoritate Apoſtolica per alias noſtras ſimiles literas conſtituerimus, & deputaverimus, prout in dictis literis plenius continetur.

Archiepiſcopo Raguſino Gubernatori Urbis deputato.

§.2. Nos, qui pridem certis ſuadentibus cauſis ab ipſo Gubernatoris officio, ejuſque Tribunali, cauſas omnes civiles, quæ antea ab ipſo Gubernatore, ejuſque Miniſtris, & Judicibus, cognoſci, decidi, & terminari conſueverant, & debebant ſeparavimus, & officio Vicecamerarii tunc a Nobis erecto applicavimus, tuæ, ac tui officii hujuſmodi dignitati, nec non collitigantium commoditati, ac citiori cauſarum prædictarum expeditioni conſulere volentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia fraternitati tuæ, cauſas omnes civiles coram te, tuiſque Judicibus, & Miniſtris introducendas per te ipſum, vel eoſdem Judices, & Miniſtros audiendi, cognoſcendi, decidendi, fineque debito terminandi.

Cauſas Civiles cognoſcendi facultatem reſtituit.

§.3. Nec non unum ex duobus Notariis Cauſarum Civilium hujuſmodi ad tuum Tribunal, revocandi, & retinendi facultatem cumulative cum ipſo Vice-Camerario, itaut locus detur præventioni, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Notariumq; ad hoc deputandi.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Regula noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non facultatibus moderno, & pro tempore exiſtenti Vice-Camerario ſuper juriſdictione Civilium hujuſmodi exercenda etiam ſub quibuſvis tenoribus, & formis, clauſulis, & decretis, etiam titulo oneroſo pro ſubventione Sedis Apoſtolicæ etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias quomodolibet per Nos conceſſis. Quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Derogat contrariis.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 10. Martii 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

Dat. die 10. Martii 1590. An. V.

XLV.

Collegio Societatis Jeſu in Civitate Tornacenſi erecto Prioratus de Englos Ordinis S. Benedicti ejuſdem Tornacen. ſeu Bituntinæ Diœceſis unitur.

Ex Regeſt in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. EXhibita Nobis nuper pro parte Venerabilis Fratris Joannis Epiſcopi Tornacen. petitio continebat, quod cum ipſe charitatis ſtudio erga Populum Civitatis, & Diœceſis Tornacen. ſuæ curæ creditum, ductus, judicaret ad piam, & Catholicam inſtitutionem Juventutis dictæ Civitatis Tornacen., quæ poſt aliquot annos in viros evadet eruditos, & Rempublicam adminiſtrabit, & extirpandas hæreſes, augendamque pietatem Cleri, & Populi ſummopere expedire in dicta Civitate, in qua Domus dumtaxat novitiorum eſt, inſtitui Collegium Presbyterorum Societatis Jeſu; ut que hoc fieri poſſet, partem aliquam dotis dicti Collegii inventam eſſe, alteram tamen adhuc deeſſe; utiliſſimum autem fore, ad reliquam dotem dicti Collegii inveniendam, ei ſic inſtituto, & erecto Prioratum de Anglos Ordinis S. Benedicti Tornacen. Diœceſ. a Monaſterio Abbatia nuncupat. Beatæ Mariæ Magdalenæ Veſulien. Bituntinæ, vel alterius Diœceſis forſan dependentem, qui Conventualis non eſt, perpetuo uniri, annecti, & incorporari.

Epiſcopus Tornacen. erecto Collegio S. J. dotis partem aſſignaverat.

Utrique Prioratum de Englos propoſuerat.

§.2. Quare pro parte dicti Joannis Epiſcopi Nobis humiliter fuit ſupplicatum, quatenus Collegium illud erigere, & unionem hujuſmodi facere, aliaſque in præmiſſis opportune de benignitate Apoſtolica providere dignaremur.

Petit erectionem, aliaque omnia Pontificia auctoritate firmari.

Sixtus d. Collegium de novo erigit.

§.3. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus fieret commiſſio ad partes, vocatis quorum intereſſet, tam pio operi ſubſidium conferre cupientes, nec non dictum Epiſcopum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Collegium Presbyterorum Societatis Jeſu juxta illius Conſtitutiones, & ad inſtar aliorum dictæ Societatis Collegiorum ubivis inſtitutorum in aliquo decenti, & idoneo loco dictæ Civitatis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac in dicto Prioratu dignitatem Pioralem, & Ordinem, ſtatum conditionem, eſſentiam, ac dependentiam regulares, aliaque ejuſdem Prioratus officia, ſi quæ ſint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, Prioratumque prædictum cum ipſi annexis a dicto Monaſterio, & quovis alio regulari loco etiam perpetuo diſmembramus, & ſeparamus, eumdemque, in quo tantum unus Prior repettitur, ac cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus ſummam duccatorum ducatorum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, ut dictus Joannes Epiſcopus aſſerit, non excedunt, quamprimum illum per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam quamvis dimiſſionem, aut amiſſionem, ſeu per liberam reſignationem moderni illius Prioris, ſeu cujuſvis alterius de illo in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factam, aut aſſecutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtiei, quavis auctoritate collati, aut alias quovis modo, & apud Sedem Apoſtolicam, & in aliquo ex menſibus per Nos, & Conſtitutiones Apoſtolicas Nobis, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis, aut iiſdem Ordinariis per hujuſmodi Conſtitutiones, aut literas Alternativarum, vel alia privilegia, & indulta conceſſis hactenus, & impoſterum concedendis vacare contigerit, etiamſi nunc actu vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranen. ſtatuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam legitime devoluta exiſtat, ipſeque Prioratus diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alia quavis cauſa generaliter reſervatus exiſtat, & ad illum conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cora etiam juriſdictionalis immineat, & ſuper eo, ſeu ejus poſſeſſorio inter aliquos lis, & & moleſtia, cujus ſtatum præſentibus volumus haberi pro expreſſo, pendeat indeciſa cum annexis, domo, colonia, hortis, pratis, prædiis, fundis, Terris, & juriſdictionibus tam in ſpiritualibus, quam temporalibus, ac bonis ejuſmodi, & aliis juribus, pertinentiis, membris, & appendiciis ſuis univerſis eidem Collegio pro parte dotis, auctoritate, & tenore prædictis ſimiliter perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Suppreſſaque in dicto Prioratu Prioris dignitate, eũ Collegio unit.

§.3. Ita quod liceat Rectori, & Collegialibus prædicti Collegii Prioratus, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, illorumque fructuum, reddituum, & proventuum, jurium, & emolumentorum quorumcumque corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe, vel alium, & alios apprehendere, ac proventus, redditus, jura, & emolumenta hujuſmodi percipere, & levare, arrendare, locare, & dislocare, ac in ſuos, & dicti Collegii uſus convertere, nec non eidem Prioratui per aliquem idoneum Presbyterum ipſius Societatis, vel etiam Secularem ab Ordinario approbandum, et ad eorum notum amovibilem deſerviri facere, Diæceſani Loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita. Decernentes Prioratum hujuſmodi decedente Priore, eo ipſo abſque aliqua alia literarum impetratione, aut expeditione, vel Judicis miniſterio non vacare, ſed illum ex nunc prout ex tunc, & e contra, eidem Collegio unitum eſſe, ac reſignationes, vel ceſſiones, & quaſcumque collationes, proviſiones, commendas, & alias diſpoſitiones de eodem Prioratu per Nos, aut Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac dictam Sedem, vel alias quomodolibet, cuicumque perſonæ, ſeu etiam in favorem dicti Ordinis, etiam per viam Reſignationis, ſeu Commendæ, ceſſionis ex quavis cauſa, etiam motu proprio, & conſiſtorialiter, ac ad quorumcumque etiam Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum inſtantiam, etiam cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam irritantibus faciendas, nullas, irritas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, eaſdemque in favorem dicti Collegii factas eſſe cenſeri.

Omnimodam Rectori Collegii auctoritatem concedit, realem ejuſdem Prioratus capiendi poſſeſſioné.

§.4. Præſenteſque literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel alio quovis defectu, etiam ex eo quod in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere prætendentes vocati, & unio hujuſmodi effectum ſortita, & cauſæ legitimæ, & canonicæ propter quas præmiſſa fieri debuerint, expreſſæ, & juſtificatæ non fuerint, ac dilecti filii ejuſdem Monaſterii Abbas, & Conventus, aut dictus Prior his non conſenſerint, vel alias notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, vel ſub quibuſvis ſuſpenſionibus, limitationibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, & per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, & Sedem prædictam, etiam per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, etiam in craſtinum aſſumptionis cujuslibet Succeſſorum prædictorum ad ſummi Apoſtolatus apicem, vel alias etiam in favorem cujuſcumque loci quantumvis pii, vel perſonæ quomodolibet qualificatæ, & quacumque dignitate Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgentis pro tempore emanatis, & emanandis, nullatenus comprehendi,

Talem autem conceſſionem nullo unquam vitio notari poſſe declarat.

Digitized by Google

di, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri: Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præſentium literarum deputat executores.

§.5. Quocirca Venerabilibus Fratribus Cameracen., & Mechlinien. Archiepiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel alter eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte Rectoris, & Collegialium prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque, & eorum ſingulis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter obſervari, ac Rectorem, & Collegiales prædictos erectione, inſtitutione, ſuppreſſione, unione, annexione, & incorporatione, aliiſque præmiſſis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes ipſos, aut eorum aliquem deſuper per quoſcumque contra earumdem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari: Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, nec non Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohiben. ac fæ: re: Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dictæ Civitatis, nec non Monaſterii, ſeu alius regularis loci, a quo forſan Prioratus dependet, ordiniſque hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini, ac illius Monaſterii Prioratibus, ac aliis locis, illorumque Abbatibus, Conventibus, ac aliis Superioribus, & perſonis, ac etiam Ordinariis collatoribus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis etiam Motu proprio, ex quibuſvis cauſis, & quavis etiam Imperiali, ſeu Regia conſideratis in genere, vel in ſpecie, ac aliis quomodolibet iteratis vicibus in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi alias de illis, eorumq; totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus, ſeu commendis ſibi facien. de Prioratu hujuſmodi ſpeciales, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſecuta quæcumque ad Prioratum hujuſmodi volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Prioratuum, vel beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, Indultis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta effectus earum impediri valeat, quomodolibet, vel differri, ac de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Proviſo quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, dictus Prioratus debitis non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrua ſupportentur onera conſueta.

Dat. die 30. Martii 1590. Ann. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Martii 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

XLVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Amotis a Monaſteriis vacantibus Ordinis, & Congregationis S. Benedicti in Principatu Roſilionis Adminiſtratoribus a Laica Poteſtate deputatis Œconomos eorumdem Monaſteriorum deputat Præſidem Congregationis ejuſdem Ordinis Provinciarum Tarraconen., & Cæſarauguſtan.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

IN ſupremæ dignitatis ſolio meritis licet imparibus divina diſpoſitione collocati, ad hoc noſtra ſolerter vacat intentio, ut fælicibus noſtræ proviſionis auſpiciis Monaſteriorum quorumlibet, ac regularis inibi vigentis obſervantiæ diſpendiis, quantum Nobis ex alto conceditur, competentibus remediis obvietur.

In Monaſteriis vacantibus deputati a Rege fuerunt

§.1. Cum itaque, ſicut Nobis non ſine animi Noſtri diſplicentia innotuit, nonnulla Monaſteria Ordinis S. Benedicti in Principatu

Adminiſtratores Laici.

patu Cathaloniæ, ac Comitatibus Roſſinonis, & Ceritaniæ exiſtentia, & ad quæ, dum pro tempore vacant, nominatio perſonarum idonearum ad pro tempore exiſtentem RegemCoronæ Aragonum ex privilegio Apoſtolico ſpectare dignoſcitur, a pluribus annis citra Abbatis regimine deſtituta reperiantur: In quibus cariſſimus in Chriſto Filius noſter Philippus modernus Aragonum Rex Catholicus poſt vacationem hujuſmodi perſonas ſæculares, Ordinemque prædictum minime profeſſas in Œconomos aliquorum eorumdem Monaſteriorum *Sequeſtratores* nuncupatos conſtituerit, & deputaverit cum magna Ordinis, & regularis obſervantiæ prædictorum perturbatione, nec non divini cultus detrimento.

Unde non modica dimanaverant detrimenta.

§.2. Nos conſiderantes, quod ubi majus periculum intenditur, ibi maturius, & plenius eſt conſulendum, & etiam quam gravibus fuerit, & ſit onuſta diſpendiis, quot, & quantis plena periculis œconomorum, & Sequeſtratorum hujuſmodi, qui Monaſticæ diſciplinæ ignari, & inexpertes ſunt, deputatio: Quamquam indignum, & ab omni jure diſſonum ſæculares regularium negociis ſe ſe immiſcere, ac alias in præmiſſis remedio reformationis accommodæ opportune providere volentes.

Sixtus caſſatis talibus deputationibus.

§.3. Motu proprio, non ad alicujus Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam ſed de mera liberalitate, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine quaſcumque nominationes, deputationes, Œconomorum, & ſequeſtratorum de perſonis quibuslibet in dictis Monaſteriis hactenus per quoſcumque quomodolibet factas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, caſſamus, annullamus, irritamus, & abrogamus, viribuſque, & effectu evacuamus, & ſeu pro caſſis, nullis, irritis, & abrogatis, viribuſque, & effectu vacuis haberi, & cenſeri debere, decernimus, & declaramus.

Præſidentes Congregationis vacantiũ Monaſteriorũ œconomos declarat.

§.4. Et ex nunc dilectos filios modernos, & pro tempore exiſtentes Præſidentes Ordinis, & Congregationis S. Benedicti in Provinciis Tarraconen., & Cæſaraugustan., quæ juxta Conſtitutionem fe. re. Benedicti Papæ XII. Prædeceſſoris noſtri quoad Ordinem hujuſmodi pro una reputante œconomos dictorum Monaſteriorum vacan., & impoſterum in dictis Principatu, Comitatibus, ac Provinciis eiſdem vacaturorum, eadem auctoritate nominamus, conſtituimus, & deputamus, ita quod liceat eis, ſede Abbatiali dictorum Monaſteriorum vacan. plenam, & omnimodam juriſdictionem, quæ ipſis de jure, ſtatuto, vel conſuetudine competit, vel alias competere quomodolibet poſſet, exercere, nec non Sequeſtratores prædictos, ac quoſcumque alios Depoſitarios, ſeu perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, & præeminentiæ fuerint, ad computum, ſeu rationem de adminiſtratis, geſtis, & quocumque nomine, titulo, & cauſa receptis per eos, coram ipſis Præſidentibus tanquam Commiſſariis Apoſtolicis legitime redden., & ineundum compellere, ac fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta univerſa tam penes prædictos Sequeſtratores, & ſeu Depoſitarios, quam alios quoſcumque exiſtentes dicta auctoritate recipere, exigere, & levare, ac recuperare, & recepta, & exacta, ac recuperata ſupportatis prius eorumdem Monaſteriorum debitis, & conſuetis oneribus, penes Banchum, ſeu Tabulam Civitatis Barcinonen. deponere, & conſignare teneantur quæ per Adminiſtratores ejuſdem Banchi, ſeu Tabulæ futuris eorumdem Monaſteriorum Abbatibus integre, & ſine ulla defalcatione, ſeu diminutione reſervent, & realiter perſolvantur: Contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non obedientes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac quævis alia juris, & facti remedia omni appellatione poſtpoſita, auctoritate prædicta compeſcendo.

Addita auctoritate adminiſtratores prædictos cōpellendi ad rationem adminiſtrationis reddendam.

Quibuſcumq; in contrarium non obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & Ordinum, ac Congregationis prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non uſibus, naturis, & Pragmaticis Regni prædicti in contrarium quomodolibet facien. cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 5. Aprilis 1590. Ann. V.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Aprilis 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

XLVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Indultum Archiepiſcopis, & Epiſcopis Portugalliæ conficiendi Chriſma cum Balſamo Orientali deficiente Balſamo Vallis Hieryco.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Avulſis a Turcis arboribus in Valle Hieryco difficillime haberi poterat Balſamum ab iis dimanans.

§.1. CUm Balſamom Orientale, quod in Valle Hyerico Terræ Sanctæ colligitur, & quo Romana Eccleſia cæterarum Eccleſiarum Mater, & Magiſtra in Sancti Chriſmatis confectione hactenus uti conſuevit, hoc tempore, quo ejus arbuſculæ ab immani Turcarum feritate forſan in Chriſtiani nominis odium, & Eccleſiaſtici cultus contemptum pro majori parte eradicatæ fuerunt, commode haberi minime poſſit.

Pro Sacramento Confirmationis apta materia quodcumque Balſamum, quod Balſami ſubſtantiam retineat.

§.2. Nos licet illud, quod in Eccleſia longo jam uſu probatum fuit, poſthac etiam in eodem Chriſmate conficiendo retineri cuperemus: ejus tamen habendi difficultatem attendentes, & ipſum Balſamum in quacumque Orbis Terrarum parte colligatur, & cujuſcumque qualitatis ſit, modo Balſami ſubſtantiam retineat, aptam ejuſdem Sacramenti Confirmationis materiam eſſe conſiderantes: quinimo Chriſtifideles Chriſmate ſalutis unctos multiplicem virtutum, quæ Chriſtianum hominem decet, ſuavitatem

Digitized by Google

tem effuſuros, quocumque genere Balſami æque ſignificari, & per illius naturæ vim, qua quidquid eo circumlitum, eſt incorruptum conſervatur, Sacramenti virtutem fidelium confirmatorum animos a criminum contagione præſervantem pari ratione in quocumque Balſamo demonſtrari apud omnes pro comperto eſſe intelligentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium Congregationis Sacrorum Rituum, quibus hoc negotium mature examinandum commiſimus conſilio, Venerabilibus Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnia, aliiſque Provinciis, & locis Coronæ eorumdem Regnorum ſubiectia nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut in Sancto Chriſmate conficiendo, poſthac, ipſo Orientali Terræ Sanctæ Balſamo deficiente, alio Balſamo, quod in Braſilii, & novi Orbis, cæteriſque Indiarum Regionibus; ad agnitionem veræ Fidei divina bonitate traductia, ſingulari ejuſdem divinæ providentiæ beneficio nuper inventum colligitur, libere, & licite utendi auctoritate Apoſtolica facultatem concedimus, & indulgemus.

Facultatem Sixtus Epiſcopis Portugalliæ facit utendi Balſamo Indico.

§.3. Id autem eo libentius facimus, quod ſæ: re: Pium IV., & Gregorium XIII. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros ad Sanctum Chriſma conficien. ejuſdem Balſami Braſilii, & novi Orbis, cæterarumque Indiarum Regionum uſum iiſdem fortaſſe rationibus adductos nonnullis Epiſcopis conceſſiſſe comperimus.

Adducit in hujus rei exemplum conceſſiones Pii IV, & Gregorii XIII.

§.4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tranſumptis danda fides.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Aprilis 1590. Pontificatus noſtri Anno V.

Dat. die 30. Aprilis 1590. An. V.

XLVIII.

Prætori Rotæ Maceratenſis conceditur facultas moderandi Ferias, præterquam ex præcepto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ indictas.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Dilecto Filio Moderno, & pro tempore exiſtenti Auditori Rotæ Maceraten. Prætori.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

PErlatum eſt ad Nos, in iſta Provincia Marchiæ, & in ejus Conſtitutionibus a diverſis ejus Gubernatoribus diverſos Feriarum dies, in quibus jus non dicitur, præcipue Meſſium, & Vindemiarum temporibus, quæ nimium longum ſpatium complectuntur, introductos fuiſſe: quod cum in maximum collitigantium, quorum cauſæ nimium protrahuntur, cedere dignoſcatur, damnum, & præjudicium.

Frequentes Feriæ litigantibus damno eſſe ſolent.

§.2. Nos eorum indemnitati in præmiſſis conſulere volentes, Diſcretioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut Feriarum dies, tam Meſſium, & Vindemiarum, quam aliis anni temporibus introductos, præterquam in honorem Dei, ac Sanctorum ex præcepto S.R.E. indictos, cum mercantilium, & aliarum quarumcumque cauſarum expeditioni opus fore, aut expedire judicaveris, moderari, reſtringere, iiſque ad tui libitum derogare debeas, ſuper quo plenam, & amplam Tibi Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium concedimus facultatem.

Sixtus Prætori Rotæ Maceraten. facultatem concedit eas moderandi, prout in Rubrica

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictis, aliiſque Provinciæ prædictæ ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis ejuſdem Provinciæ Gubernatoribus, aut Legatis etiam de latere, aliiſque perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus illorum tenores, acſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Quibuſcumq: non obſtantibus.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 7. Julii 1590., Pontificatus noſtri Anno VI.

Dat. die 7. Julii 1590. An. VI.

XLIX.

Confirmatio Conſtitutionum Domus, ſub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis Solitudinis in Civitate Neapolitana erectæ pro educatione Virginum filiarum Hiſpanorum, ac præcipue Orphanarum.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

SAlvator noſter Jeſus Chriſtus, Dei Filius, & ſummo Patri conſubſtantialis, & coæternus, ut humanum genus Adæ primi parentis prævaricatione æterna morte damnatum ſalvum faceret, & ipſi Patri reconciliaret, de ejuſdem Patris ſinu ad hujus Mundi infima deſcendere, & ex Virgineo utero carnem noſtram aſſumere, ac tandem poſt habitam ſalutiferam inter homines converſationem, nobiſque per eum ad æternam capeſſendam ſalutem datam plenam inſtructionem, Crucis Patibulo affigi, & temporalem mortem ſubire dignatus eſt: unde clare perſpicitur, quanti ipſe Salvator animas noſtras fecerit, quamque illi gratum, & acceptum ſit, quaſcumque inire rationes, & remedia quæque perquirere, per quæ Hæreditas Domini noſtri Jeſu Chriſti, videlicet Populus fidelis dirigi

Quam ſit Deo gratum, ut quiſque proximi ſui ſpiritualem ſalutem curet

rigi valeat, & conſumato noſtræ mortalitatis curſu, fideles ipſi ſpe, fide, & charitate muniti, ad cœleſtia gaudia poſſint fæliciter pervenire. Et quamquam hæc Animarum cura ſit præcipua Prælatorum Eccleſiaſticorum, tamen unicuique Deus mandans de proximo ſuo, illam omnibus communem eſſe voluit, & cordibus humanis impreſſit, ut in ſua quiſque conditione ad ſalutem animarum procurandam ſua ſtudia conferret.

Hinc moti nonnulli Hiſpani Domum Neapoli erexerunt, ad recipiendas Orphanas virgines.

§.1. Hæc itaque cauſa præcipuè movit nonnullas perſonas primarias Nationis Hiſpanicæ in Civitate Neapolitana commorantes ad conſtruendam, & fundandam iſthic Domum ſub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis *della Solitudine* nuncupatam, ut in illa multæ Virgines Filiæ Hiſpanorum Orphanæ, & pauperes remanentes, quarum pudicitia periclitari facile poterat, reciperentur, & inibi ſub timore Domini manutenerentur, donec, aut nuberent, aut ad Religionem tranſirent, & ad hunc effectum emerunt quamdam Domum in eadem Civitate, & eleemoſynas inter ſe tantas collegerunt, ut illius redditus annui ad bis mille ducatos annuatim aſcendant, necnon pro fælici hujus Domus regimine, & gubernio nonnulla ſtatuta, & ordinationes de conſilio nonnullorum Religioſorum, & Doctorum Virorum ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito ediderunt.

Convenienti dote auxerunt.

Conſtitutioneſque pro ejus regimine condiderunt.

Sperandum, quod in dies augeatur hujuſmodi fundatio.

§.2. Et ſicut Opera Dei ex infirmis principiis firmus, validus, & fælices, ac magnos exitus habere ſolent, ita Deo auctore, ac Beatæ Mariæ Virginis præſidio, dictæque Nationis piorum eleemoſynis ſperatur fore, ut hoc tam pium, & neceſſarium opus majus in dies ſuſcipiat incrementum.

Quam confirmat Pontifex.

§.3. Quocirca de conſilio Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Concilio Tridentino interpretando a Nobis præpoſitorum, quibus hoc negotium mature examinandum, & nobis referendum commiſimus, ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac Glorioſiſſimæ, ſemperque Virginis Mariæ, & totius Curiæ cœleſtis honorem, & animarum ſalutem, ſupplicationibus dilectorum Filiorum modernorum Adminiſtratorum dictæ Domus, ea in parte inclinati, omnia, & ſingula dictæ Domus ſtatuta, ordinationes, & decreta, quorum omnium tenorem vulgari idiomate conſcriptum de verbo ad verbum inferius adſcribi fecimus, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, & ſolemnitatum forſan omiſſarum, ſi qui intervenerint, in eiſdem ſupplemus, illaque omnia, & ſingula, ad quos, vel quemlibet ſpectat, & ſpectabit in futurum, perpetuo, & inviolabiliter obſervari debere decernimus.

Dictam Domum, Perſonas, Bona &c. ab Ordinarii juriſdictione liberatam S. Sedi immediate ſubjectam declarat

§.4. Eamdemque Domum, ac illius Adminiſtratores, Servitores, & Puellas, ac illarum Curatrices, & alias quaſcumque perſonas in ea pro tempore degentes, ac cenſus, proprietates, & alia quæcumque bona, ab omni juriſdictione, viſitatione, correctione, ſuperioritate moderni, & pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Neapolitani perpetuo eximimus, & liberamus, illoſque, & illa omnia ſub cura noſtra, ac Beati Petri Principis Apoſtolorum, ac pro tempore exiſten. Romani Pontificis ſuſcipimus, & ſubjicimus.

Privilegium Altari in eadem erigendo concedit pro Defunctis ad inſtar Altaris S. Gregorii de Urbe.

§.5. Nec non privilegium Altari ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis de ſolitudine in Eccleſia Sancti Spiritus Neapolitan. ſito per ſe. re. Gregorium Papam XIII. Prædeceſſorem noſtrum conceſſum, per quod quilibet Sacerdos ad illud Miſſam pro Defunctis celebrans Animam in Purgatorio exiſtentem a pœnis liberare poſſit, ad Altare ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis de ſolitudine in Eccleſia dictæ Domus primo quoque tempore erigenda, poſtquam illa erecta fuerit, transferimus, ita ut, dum quilibet Sacerdos Miſſam pro Defunctis ad ipſum Altare celebrabit, Anima de pœnis Purgatorii liberetur, perinde ac ſi dictus Sacerdos Miſſam ad Altare in Eccleſia S. Gregorii de Urbe pro illa celebraret.

Executores præſentis Conſtitutionis deſignat.

§.6. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Capuan., & Nolan., ac Caetan. Epiſcopis mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum Adminiſtratorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari, nec permittant eos deſuper a quoquam quomodolibet contra præſentium tenorem moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantia tollit.

§.7. Non obſtan. fæ: re: Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad Judicium ultra tres Dietas non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§.8. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ,

vel

vel oſtenſæ; Tenor autem dictorum ſtatutorum ſequitur, & eſt talis; videlicet.

JESUS MARIA.

Nel nome della SSma Trinità Padre, Figliuolo, e Spirito Santo, e della Sagratiſſima Vergine Maria noſtra Signora, e di tutti i Santi, e Sante del Cielo.

Conſtitutiones Domus Solitudinis.

Incominciano le Coſtituzioni, e Regole da oſſervarſi nella Caſa Religioſa di noſtra Signora della ſolitudine, fondata dalla Nazione Spagnuola reſidente nella Città di Napoli per ricoverare, e raccogliere in eſſa le Vergini Orfane figliuole de' Spagnuoli, acciò ivi ſieno allevate ſino alla età da mediarle, fatte in detta Città di Napoli il 1. di Agoſto dell' anno della Natività del Signore Salvator noſtro 1589.

PROEMIO.

Nel quale ſi dichiara la importanza di queſt' Opera.

Unicuique mandavit Deus de proximo ſuo Eccleſ. 17. Cap.

Qualitas, gravitasque fundationis.

GRande ſtima fece Dio noſtro Signore delle Anime, poichè avendole create ad Immagine, e ſimilitudine ſua, per il rimedio di eſſe volle il Padre Eterno mandare al Mondo il ſuo Unigenito Figliuolo, acciò prendendo Carne umana, col proprio ſuo Sangue le ricompraſſe, e redimeſſe, e colla ſua Morte le liberaſſe dall' Inferno, e le faceſſe meritevoli della Vita eterna; Opera fù queſta della Onnipotente Mano di Dio, con la quale volle moſtrare al Mondo, che in un certo modo ſtimò più la ſalute delle Anime, che la Vita, e Sangue del ſuo proprio Figliuolo, il che ponderò molto bene San Paolo, quando diſſe *ad Rom. octav. Qui proprio Filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum*, di dove chiaramente ſi conoſce, che il maggior ſervizio, e più grato, che ſi può fare a Dio noſtro Signore è trovar mezzi, e rimedj atti, acciocchè le Anime create per il Cielo, redente col Sangue di Gesù Chriſto non ſi perdano, nè condannino, ma che ſervano a Dio, e ſi ſalvino, e vadano a goder Lui nella ſua Gloria, ed ancorchè queſta cura di ſalvar Anime è più propria de' Prelati, e Principi della Chieſa, con tutto queſto l'ha voluta Dio noſtro Signore communicare a tutti, ed imprimerla ne' Cuori de' Criſtiani, acciò ciaſcuno nello ſtato ſuo ajuti per quanto potrà alla ſalvazione di eſſe, e così dice l' Eccleſiaſtico nelle parole già dette, che a ciaſcuno di noi ha dato Dio cura particolare del ſuo proſſimo, perchè non ſi contenta il Signore, che tanto ſolamente l'Uomo abbia cura con la ſalvazione della ſua propria Anima, ma vuole anco, che procuri, quanto ſarà poſſibile di ſalvare le Anime del ſuo Proſſimo. Queſta è la principale cauſa, che ha moſſo alcune Perſone principali della Nazione Spagnuola a fondare queſta Caſa, acciò molte Vergini Figliuole de' Spagnuoli, che reſtavano Orfane, e povere, e così facilmente ſi perdevano, abbiano adeſſo dove raccoglierſi, ed allevarſi nel ſervizio di Dio noſtro Signore. Opera è queſta degna di Nazione tanto Criſtiana, che poichè in Napoli vi ſono tanti Monaſterj, e Luoghi Pii, dove ſono ricevute le Orfane di altre Nazioni, ragion è, che anco vi foſſe una Caſa per Figliuole de' Spagnuoli, e così, come le Opere di Dio da piccoli principj ſogliono avere grandi ſucceſſi, e proſperi fini, così ſi ſpera nella gran Bontà di Dio noſtro Signore, e nella Carità della noſtra Nazione, che queſt'Opera anderà di giorno in giorno creſcendo di bene in meglio, e ſpecialmente pigliando per Patrona, e Fondatrice la Sagratiſſima Vergine Maria noſtra Signora, a cui onore, e gloria ſi comincia queſt' opera, in memoria de' dolori, che ſentì nella Morte, e Paſſione del ſuo preziosiſſimo Figliuolo, il cui Titolo, ed Invocazione ha da eſſere di Noſtra Signora della *Solitudine*: Però, perchè queſt' Opera abbraccia in ſe due coſe, l' una è la Confraternità di noſtra Signora della Solitudine, la ſeconda il Governo della Caſa Religioſa di queſte Vergini, ſi dirà prima di quello, che tocca alla detta Confraternita, e conſervazione di eſſa, e poi di quello, che tocca alla detta Caſa, e governo di eſſa.

Titulus de Solitudine.

CAPITOLO I.

In che ſi dichiara la conſervazione, ed aumento della Confraternita.

Confraternitas ibidem antea erecta.

LA conſervazione, ed aumento di tutta queſta Caſa dipende dalla conſervazione della Confraternita di noſtra Signora della ſolitudine, perchè il principal fondamento di queſt' opera è la Elemoſina, che danno i Confrati di eſſa, e così ſi deve procurare con gran diligenza, che detta Confraternita ſi conſervi, e vada molto avanti, per il quale ſi procuri, che tutti gli Spagnuoli, che riſiedono in queſto Regno, così dentro, come fuori di Napoli ſi facciano Confrati di detta Confraternita, non ſolamente la gente di guerra, ma anco tutti gli altri, così quelli, che ſono nati in queſto Regno, come quelli, che vengono di nuovo di Spagna, perchè per entrare in detta Confraternita baſterà, eſſere Figliuoli, e diſcendenti da' Spagnuoli, per il che gli Amminiſtratori ponganò cura, che gli Predicatori, che per tempo predicheranno alla Nazione Spagnuola in queſta Città, perſuadano quanto è poſſibile alla conſervazione, ed aumento di detta Confraternita, ed ajutino queſt' Opera con loro elemoſine, così in vita, come in morte, poichè ridonda in così gran ſervizio di Dio noſtro Signore, e bene univerſale di tutta la noſtra Nazione.

CA-

CAPITOLO II.

Delle Proceſſioni, che ſi hanno a fare in queſta Confraternita.

Proceſſiones a Confraternitate faciendæ.

LE Proceſſioni, che ogni Anno ſuol fare queſta Confraternita per coſa alcuna ſi tralaſcino, poichè ſi vede il gran frutto, ed eſempio, che da eſſe riſulta, e così ſi ordina, che ſi faccia ogni anno il Venerdì Santo a ſera la Proceſſione de' Diſciplinanti con tutta la ſolennità, e buon ordine, che ſi potrà, della quale tutta queſta Città reſta molto edificata, ed abbiaſi cura, che in eſſa non vadano Donne in modo alcuno, ſebbene poſſano eſſere ammeſſe in detta Confraternita per Conſuore, acciò godino delle grazie, e privilegj di eſſa, però non ſi permetta, che ſi vadano diſciplinando, nè facendo lume fra gli Uomini, ma ſibbene dietro di tutta la Proceſſione, come vuol farſi in noſtra Spagna, e parimenti li Governatori di detta Proceſſione abbiano cura di dare alli Titolati, e Cavalieri, che vengono ad accompagnare la Proceſſione il luogo, che gli ſi deve, conforme alla qualità, e ſtato di ciaſcuno; parimente ſi farà la ſeconda Proceſſione, che ſi ſuol fare il primo giorno della Reſurrezione di noſtro Signore nella mattina, oſſervando in eſſa lo ſteſſo ordine, e concerto già eſpreſſo in quella del Venerdì Santo, ed uſciranno tutte due queſte Proceſſioni dalla noſtra Chieſa, ed anderanno per le ſtrade ordinarie, che ſi ſuole, fino al ritornare alla medeſima noſtra Chieſa, di dove uſcirono, ancorchè per adeſſo potranno uſcire di S. Luigi, finchè la noſtra Chieſa ſia finita,

CAPITOLO III.

Della Cappella, o Chieſa, che ſi ha da fare per tenere l' Immagine di noſtra Signora.

Eccleſia a Cõfraternitate erigenda.

ANcorchè queſta Confraternita ſin quì abbia tenuto una Cappella nel Monaſtero di S. Spirito adeſſo ſi ordina, che nel ſito che ſi è comprato dinanzi della noſtra Caſa, ſi fabbrichi nell' interim una Chieſa piccola conforme al Modello, che ſi è dato dagli Amminiſtratori di detta Caſa, e ſubito, che ſia finita la detta Chieſa, ſi trasferiſca ad eſſa con molta ſolennità l' Immagine di noſtra Signora della Solitudine con le altre Inſegne della Paſſione, e con tutto quello, che ſpetta a detta Confraternità, di modo, che non rimanga coſa, che ſia della noſtra Confraternita nella Chieſa di S. Spirito, e quando a Dio piacerà, che poſſa edificarſi la Chieſa principale, ſi faccia una Cappella grande a lato dell' Altar Maggiore, nella quale ſi ponga la detta Immagine di noſtra Signora, ed ivi ſi celebrino le Meſſe, che ſogliono dirſi di noſtra Signora, ed ogni anno ſi faccia una feſta ſolenne di noſtra Signora della Solitudine con Predica, e Meſſa Cantata, per il quale ſi piglierà un giorno ſegnalato, che potrà eſſer il giorno della Natività di noſtra Signora a dì 8. di Settembre, o altro giorno, che parerà ai detti Amminiſtratori, come in alcuna Domenica tra l' anno.

CAPITOLO IV.

Degli Officiali di detta Confraternita.

Officiales ejuſdem.

PArimenti ſi ordina, che li detti Amminiſtratori tengano cura ogni anno il giorno della detta Feſta di nominare gli Officiali per il ſervizio della detta Confraternita, cioè un Maggiordomo, che tenga cura di tutto quello, che ſi appartiene a detta Confraternita, ed un Segretario, o Scrivano, che abbia cura in notare l' Entrate, e ſpeſe di eſſa; e parimente tenga un Libro nel quale ſcriva tutte le Vergini, ed altre perſone, che entreranno in detta Caſa, mettendo il giorno, meſe, ed anno, che ſaranno ricevute con l' informazione, che di quelle ſi farà; Oltre di ciò ſi faccia proviſione di un Mandatario, che chiami li Confrati per ſeppellire li Confrati, che moriranno, o per altra coſa neceſſaria, e finalmente ſieno nominati tutti gli altri Officiali, che giudicheranno eſſer neceſſarj per il ſervizio di detta Confraternita, li quali abbiano da eſſere eletti per Voti dalli tre Amminiſtratori, ed intendano, che hanno da eſſer ſoggetti in tutto, e per tutto a' detti Amminiſtratori, li quali, ſervendo bene, li potranno conſermare per il tempo a loro ben viſto, e quando uſciranno dall' Officio, abbiano da dar conto di quello, che ſtarà a ſuo carico, e procuriſi, che ſieno perſone tali, che ajutino all' aumento della Confraternita, e che la ſervino più per amore di noſtra Signora, che per intereſſe alcuno, alli quali, non ritrovandoſi chi ſerva gratis, gli ſi potrà dare il ſalario moderato, che parerà alli Amminiſtratori, e particolarmente allo Scrivano, o Segretario, e Mandatario, che hanno più fatica, e queſti Officiali potranno per adeſſo ſervire a quello, che ſarà neceſſario per la Caſa.

CAPITOLO V.

Dell' Entrate, ed Elemoſine di detta Confraternita.

Redditus, & eleemoſynæ.

ABbiaſi cura di eſiggere l'entrate di detta Confraternita, così la Cinquina de' Soldati, come il reſto, che danno particolari, e di tutto ſi faccia una Liſta, acciò ſi ſappia il tempo, e la quantità, che da ciaſcuno ſi ha da eſiggere, e parimente ſi abbia cura con eſiggere le loro elemoſine, e Legati Pij, che laſcieranno quelli, che moriranno, ne' ſuoi Teſtamenti, e per queſto ſi faccia un Arca competente con tre Chiavi, le quali tengano li detti Amminiſtratori, nella quale ſi ponga tutto il danaro di detta Confraternita, e di ordine degli Amminiſtratori ſi cavi, e ſpenda quello, che ſarà neceſſario così per la Confraternita,

co-

come per la ſuſtentazione delle Vergini. Parimente ſi eſigga quello, che pagheranno le Vergini, che ſi ſoſtentano co' ſuoi proprj beni. Oltre di ciò ſi ordina, che ſi domandi elemoſina ordinaria per la Città un giorno della Settimana con licenza di Sua Eccellenza, per il che provedano gli Amminiſtratori di un Uomo ſicuro, e fedele, che tenga cura di domandare queſta elemoſina per noſtra Signora della Solitudine, e nella noſtra Chieſa ſi ponga un Ceppo, o Caſſetta, dove quei, che anderanno ad udire Meſſa, poſſano porgervi la elemoſina. Finalmente di tutto quello, che ſi darà, e ſpenderà in detta Confraternita, e Caſa, ſi tenga particolar conto, di tal maniera, che quando ſi vorrà ſapere lo ſtato di detta Confraternita, ſi poſſa dar ragione di eſſa non ſolamente agli Amminiſtratori, però anco a chi Sua Eccellenza ordinerà.

CAPITOLO VI.

Delle Meſſe, ed Offizj, che ſi anno a celebrare per i Defonti.

Miſſæ, Divinaque Officia pro Defunctis recitanda.

POichè queſta Confraternità, e Caſa deve eſſer fondata in carità, ſi ordina, che ſi tenga gran conto con i Defonti: e così morendo alcuno de' Confrati di detta Confraternita, ſe vorrà ſepellirſi nella noſtra Chieſa, ſi faccia con molta carità, e per queſto ſi fabbricherà ſotto Terra una Foſſa grande nella parte della Chieſa, che parerà agli Amminiſtratori, nella quale ſi ſepelliranno tutti li Confrati di detta Confraternita, ancorchè ſieno molto poveri, e non laſcino elemoſina alcuna, con i quali ſi terrà l' ordine, che ſi ſuole con gli altri, ed il giorno di ſua ſepoltura ſi chiameranno i Preti di noſtra Chieſa, e li Confrati acciò accompagnino il Corpo con ſue Torcie acceſe, e queſto giorno, che ſi farà la ſepoltura, ſi dirà una Meſſa per l' Anima ſua, o ſino al dì ſeguente: ed acciò neſſuno ſi lamenti, ſi oſſerverà con tutti li Confrati un medeſimo ordine, e pompa moderata, ſe già il Defonto nel ſuo Teſtamento non ordinaſſe altro. Item ſi ordina, che perpetuamente ſi dica ogni Venerdì dell' anno una Meſſa per li Confrati Defonti, e Benefattori di queſta Confraternita, come ſi ſuol fare, e così ogni anno il giorno delle Anime dopo la Feſta di tutti li Santi, ſi dirà una Meſſa Cantata col ſuo Anniverſario per le Anime de' Defonti di detta Confraternita, ed ogni ſera ſi provveda, che una vada con una Campanella per le parti, dove ſogliono ſtare li Spagnuoli, acciò gli ſi faccia raccordato, che preghino Dio noſtro Signore per le Anime del Purgatorio, come ſi ſuol fare. Però ſi avvertiſce, che ſe alcuno delli detti Confrati, o altra qualſivoglia perſona principale, ancorchè non ſia Confrate, vorrà ſepellirſi nella noſtra Chieſa in alcuna Cappella, o in altra qualſivoglia Chieſa, e vorrà, che l' accompagni la detta Confraternita gli ſi potrà dare licenza dalli Amminiſtratori, dando la elemoſina, che gli parerà, non pregiudicando in coſa alcuna di queſte al jus, e ragione della Parrochia, che gli viene per ragione del detto Defonto. Item ſi dichiara, che ſi continui il cantare ogni Venerdì di Quadrageſima il Miſerere nella Cappella di noſtra Signora, ed acciò ſi faccia con più ſolennità, ſi potrà procurare qualche Predicatore, che predichi mezz' ora avanti, che ſi canti il Miſerere, acciocchè con queſta occaſione ſi tiri la gente, ed il tutto ſi faccia con più devozione.

CAPITOLO VII.

De' Cappellani, che anno da ſervire nella Chieſa di Noſtra Signora.

Sacellani.

ACciò il Culto divino ſi faccia come ſi conviene, ſi ordina, che gl' Amminiſtratori abbiano particolar conto di provvedere de' Cappellani, che ſaranno neceſſari per la detta Chieſa, conforme alle Meſſe, che ſi averanno da dire, ed alla frequenza delli audienti, e ſi onera la coſcienza degli Amminiſtratori, acciò procurino eleggere Sacerdoti di buona vita, e dottrina, e tali, che non ſolamente ſappiano dire la Meſſa, ma amminiſtrare li Sagramenti della Confeſſione, e Communione alli Confrati ed altre perſone, che vorranno riceverli in noſtra Chieſa. E perchè, come San Paolo dice 1. Chorinth. 9. *Qui Altari ferviunt de Altari vivere debent*, ſi ordina, che gli ſi dia la Pietanza, ed Elemoſina, che ſuol darſi, di modo, che il Cappellano poſſa vivere con eſſa onoratamente, e di tutti li Cappellani ſi nomini un Cappellano maggiore, il quale abbia cura di tutta la Chieſa, e degli altri Cappellani, ed ad eſſo ſia dato competente ſalario, conforme all' uffizio, che terrà. Però ſi avvertiſce, che tutti queſti Cappellani anno da eſſer nominati, ed eletti per voto, e parere degl' Amminiſtratori, alli quali ſolo, e non ad altri tocca la proviſione di quelli, e quando non ſaranno tali, potranno licenziarli con parere di tutti tre gli Amminiſtratori; però, perchè al preſente non potrà la Confraternita per la ſua povertà mettere tanti Cappellani, quanti ſi richiedono, ſi potrà pregare alli Capitani Spagnuoli, che riſiedono in Napoli, che mandino li Cappellani delle loro Compagnie a dire la Meſſa nella noſtra Chieſa. Item ſi avvertiſce, che ſe alcuno voleſſe fondare alcuna Cappellania nella detta Chieſa, ſi potrà ammettere, però il tal Cappellano ſtarà nel reſto ſogetto agli Amminiſtratori di detta Chieſa. Similmente averanno cura gli Amminiſtratori di provvedere di ornamenti, e Calici, e di tutto il reſto, che ſarà neceſſario per la detta Chieſa, del che ſi darà il peſo, e cura ad uno de' Cappellani, che ſarà eletto per Sagreſtano, il quale abbia tutto il peſo della Sagriſtia, e cuſtodia di eſſa, e quando entrerà, darà cauzione, e ſicurtà di tutto quello, che riceverà a ſuo carico, e quando uſcirà dall' uffizio, darà conto di eſſo, al quale ſi potrà dare alcuna coſa più, che agli altri

altri Cappellani, per avere più fatica. Item ſi faccia proviſione di Scolari, che ſervano le Meſſe nella Chieſa, li quali, ſe ſi troveranno, ſieno figli di Spagnuoli, e ſe no, ſi proveggano di altri, e perchè per l'avvenire ſi averà a dire Meſſa cantata, e gli altri offizj, rimane queſto all'ordine, e diſpoſizione, che perciò daranno gli Amminiſtratori di detta Caſa, e Chieſa. Finalmente ſi raccomanda molto così agli Amminiſtratori, come al Cappellano maggiore, e Sagreſtano di detta Chieſa, che con gran diligenza ſi procuri, che ſi tenga tutta la nettezza poſſibile in detta Chieſa, acciò queſto ſia incitamento a' Secolari di frequentare li divini Offizj nella noſtra Chieſa.

CAPITOLO VIII.

Delle Indulgenze, e Grazie di queſta Confraternita.

Indulgentiæ, & Privilegia.

ACciò tutti con maggior devozione ſi muovano ad eſſer Confrati di noſtra Signora della ſolitudine, ſi ordina agl'Amminiſtratori di eſſa, che procurino che ſua Santità conceda molte Grazie, ed Indulgenze a' detti Confrati, ed a quelli, che ajuteranno queſt' Opera con ſue elemoſine, e ſi vedano le Indulgenze già conceſſe, e di tutte ſi faccia un tranſunto, e ſi ſcrivano in una Tavola, la quale ſi ponga nella Chieſa, che poſſa eſſer viſta, e letta da tutti, e particolarmente ſi procuri una Indulgenza Plenaria per tutti quei, che ſi diſciplineranno, ovvero ſaranno lume alla proceſſione del Venerdì Santo, e parimente ſi domandi un Indulgenza Plenaria a tutti quelli, che confeſſati, e communicati viſiteranno la Chieſa, e Cappella di noſtra Signora della ſolitudine di Napoli il giorno della ſua Natività, ò il giorno, che ſi farà la Feſta di noſtra Signora, ſiccome di ſopra ſi è detto nel terzo Capitolo. Parimente ſi ordina, che il Privilegio, che tiene l' Altare di noſtra Signora della Solitudine, che ora ſta in S. Spirito, conceſſo dalla fe: me: di Gregorio XIII. che è di cavare un Anima di Purgatorio con ogni Meſſa, che ſi dirà pro Defunctis in detto Altare, ſia trasferito il detto Privilegio all'Altare di noſtra Signora, che ſi ha da fare nella noſtra Chieſa, poichè è da credere, che il detto Privilegio ſi conceſſe all' Altare, dove ſtarà l' Immagine della Confraternita di noſtra Signora della Solitudine, ed in caſo, che farà di biſogno di Confermazione da Sua Santità per la detta Traslazione, ſi procuri con gran diligenza per li detti Amminiſtratori, acciò con queſte Grazie, e Teſori della Chieſa, ſi animino li Fedeli Criſtiani all' aumento di queſta ſanta Opera.

Queſte ſono le avvertenze, che poſſono darſi per la conſervazione di detta Confraternita; ma il principale, che l' ha da conſervare, ſi è l' unione, e carità, che deve eſſere tra li Confrati, la quale ſi deve ſopra tutto procurare dagl' Amminiſtratori, perchè ſenza eſſa non può durare queſt' Opera, e perciò s' incarica, che li detti Amminiſtratori nominino la Settimana Santa due perſone onorate della detta Confraternita, le quali guardino, e s' informino diligentemente, ſe vi ſono alcuni della Confraternita, che tengano inimicizia, e diſcordia, e procurino, che ſi facciano amici, e non volendo eſſere li ſcaccino dalla Confraternita, e non conſentino, che vadano nella Proceſſione del Venerdì Santo, come Confrati di eſſa, perchè non è ragione, che tra Gente di una ſteſſa Nazione, e Confrati di così grande Signora la Vergine Maria, abbia diſcordia, e diſſenſione, colla quale, nè queſt' Opera potrà durare, nè ſarà accetta, nè grata a Dio noſtro Signore.

SECONDA PARTE

Di quello, che tocca al buon Governo della Caſa Religioſa di dette Vergini.

CAPITOLO I.

Che queſta Caſa ha da ſtare ſoggetta nello ſpirituale al Sommo Pontefice, e nel temporale a Sua Maeſtà.

De regimine Domus pro Virginibus.

ACciò il Governo di queſta Caſa ſia qual conviene, e perpetuo, ſi giudica per coſa importante, che nello ſpirituale ſia immediatamente ſoggetta al Sommo Pontefice, di modo, che neſſun altro Prelato ſi poſſa intromettere in viſitare le dette Vergini, nè Caſa, nè Chieſa, nè coſa, che ſi appartenga al detto Monaſtero, ſalvo che di tre in tre anni poſſa eſſere viſitata nello ſpirituale dal Cappellano maggiore, che è, o per tempo ſarà dall'Eccmo Sig. Vicerè di Napoli, o da un' altra Perſona, che a Sua Eccellenza piacerà, il qual detto Viſitatore non poſſa intrometterſi in mettere, nè levare, nè mutare coſa alcuna della detta Caſa, nè Chieſa, ma ha da avvertire, e guardare, ſe ſi oſſervano queſti Statuti, e Regole, e quando vi troverà alcuna coſa degna di rimedio, l' abbia d' avviſare alli Amminiſtratori, acciò di ſubito gli dieno rimedio, e quando queſto non baſterà a Sua Eccellenza, e ſe neceſſario ſarà, lo poſſa aviſare a Sua Santità, poichè in queſto non ſi pretende altra coſa, che il maggior ſervizio di Noſtro Signore, e buon governo di detta Caſa.

Similmente ſi ordina, che nel temporale queſta Caſa, e tutto quello, che ad eſſa ſpetta ſtia immediatamente ſoggetta a Sua Maeſtà il Re Noſtro Signore, ed in ſuo luogo all' Illmo, ed Eccmo Signor Conte di Miranda Vicerè al preſente di queſto Regno, ed a quello, che per tempo ſarà, il quale ſia Protettore, e Correttore di queſt' Opera, poichè col ſuo conſenſo, e volontà ſi è cominciato: E ſebene il Governo ordinario di queſta Caſa ha da eſſere delli tre Amminiſtratori, con tutto queſto, ſi ordina, che Sua Eccellenza quando le parerà, che

che convenga, poſſa provvedere un Viſitatore, che viſiti tutto il temporale di queſta Caſa, e pigli conto delle entrate, e ſpeſe di eſſa, così agli Amminiſtratori, come agli altri Officiali, e quello, che averà neceſſità di rimedio lo ordini, ed avviſi a detti Amminiſtratori, e quando queſto non baſterà a Sua Eccellenza di maniera, che queſta opera vada innanti con grande aumento del ſervizio di Noſtro Signore, e bene univerſale di noſtra Nazione.

CAPITOLO II.

Degli Amminiſtratori, ed Offizio di eſſi.

De Adminiſtratoribus, eorumque officio.

POichè quelli, che immediatamente hanno da ſoſtentare tutta queſta machina ſono gl' Amminiſtratori di eſſa, ſi ordina, che ſi buſchino tre Cavalieri, e perſone principali di noſtra Nazione, il primo della gente di guerra, il ſecondo, che ſia uno degli Entertenidi, o Continui di Sua Eccellenza, una volta delli Entertenidi, ed un' altra volta delli Continui, il terzo, che ſia uno delli Cavalieri Spagnuoli, che riſiedono in Napoli, o ſia Generale, Caſtellano, o altra qualſivoglia perſona principale, li quali hanno da tenere le qualità, e condizioni ſeguenti, cioè che tengano gran ſpirito, e zelo dell' onore di Dio noſtro Signore, e della ſalute dell' Anime, e che procurino aumentare queſt' Opera, ajutandola ſe ſarà neceſſario con le loro perſone, e beni, e finalmente, che ſieno tali, che ſicuramente gli ſi poſſa fidare un' Opera di così grande ſervizio di Dio, li quali, ſe a loro toccherà la ſorte, procurino liberarſi dagl' altri negozj per potere meglio attendere al buon Governo di queſta Caſa, e ſoffrire con pazienza le fatiche di eſſa, ſperandone però non premio temporale della Terra, ma eterno guiderdone del Cielo, che ſuol dare Noſtro Signore a quelli, che con allegra volontà ſi occupano in coſe di ſuo ſervizio.

L' offizio di queſti tre Amminiſtratori ſarà tener l' aſſunto, e governo univerſale di tutta queſt' Opera, così della Confraternita, come della Caſa, e Chieſa di Noſtra Signora, di modo, che tutto ſi abbia a fare per ſuo ordine, e tutti ſieno obbligati ad obedirli, e neſſun' altra perſona ſi poſſa intromettere in detto Governo, e così devono tutti tre procurare, quanto ſarà poſſibile, di conformarſi, ed avere tutti inſieme un medeſimo parere, e volontà: però ſe alcuna volta vi ſarà tra di eſſi diſparere, in tal caſo ſieno obbligati ad aver ricorſo al Molto Illuſtre Signor Regente Annibale Moles, e ſeguire in tutto, e per tutto il ſuo parere, e conſiglio, ed il medeſimo faranno in tutte le difficoltà, che gli ſi offeriranno, e per ſuo mezzo tratteranno quello, che ſarà neceſſario con Sua Eccellenza, e queſto durerà tutto il tempo della vita del Signor Regente Moles, e dopo li ſuoi giorni, ſi domanderà a Sua Eccellenza di diſegnare un altro Regente, al quale averanno l' iſteſſo ricorſo in tutte le coſe, che ſi offeriranno.

Item ſi ordina, che detti Amminiſtratori ſieno obbligati di radunarſi almeno adeſſo al principio di queſt' Opera nella caſa, o luogo, che perciò ſarà aſſegnato due volte ogni Settimana, che potrà eſſere il Mercoledì, e Domenica, o altri giorni, che meglio a loro pareranno, ed ivi tratteranno di quello, che ſarà neceſſario, procurando con brevità dare ſpedizione a tutti li negozj, che ſi offeriranno, ed oltre a queſto ognuno delli tre Amminiſtratori, cominciando dal primo, ſerva a detta Caſa una Settimana, venendo ogni giorno perſonalmente a viſitare la Chieſa, e ſapere dalla Governatrice delle Vergini quello, che ſarà neceſſario di provvedere.

Item ſi ordina, che per quanto il buon Governo di queſta Caſa dipende dalla oſſervanza di queſti ſtatuti, li quali ſi ſono fatti con grandi orazioni, e conſiderazione, ciaſcuno delli tre Amminiſtratori, il giorno, che entrerà in detto offizio con Cedola di Sua Eccellenza avanti, che cominci ad eſercitarlo, faccia il giuramento finita la Meſſa nell' Altar Maggior in mano del Cappellano maggiore di detta Chieſa di oſſervare e fare oſſervare agl' altri tutti queſti Statuti, e Regole, di vivere in queſta Caſa, e che tratterà fedelmente queſt' offizio, che gli hanno dato, procurando in tutto l' aumento, e conſervazione di queſt' Opera.

CAPITOLO III.

Della Elezione degl' Amminiſtratori, e del tempo, che hanno a durare.

De electione Adminiſtratorum, eorumque officii termino.

L' Eccellenza dell' Illmo, ed Eccmo Signor Conte di Miranda Vicerè di Napoli tra li favori, e mercè, che ha fatto a queſta Caſa è aver preſo la protezione, e tutela di eſſa, di tal maniera, che Sua Eccellenza vuole eleggere gl' Amminiſtratori di queſt' opera, e così gli è piaciuto di nominare per primi Amminiſtratori alli Molto Illuſtri Signori Don Luigi Enriquez Commendatore di Sant Jago, e Maeſtro di Campo per Sua Maeſtà del Terzo di Napoli, e Don Geronimo Bacan Intertenido di Sua Maeſtà, ed a Giovanni Vazquez di Acugna Generale dell' Artiglieria, li quali con Cedola, ed Ordine di Sua Eccellenza hanno cominciato ad eſercitare il detto offizio, e così hanno comprato la Caſa, che era di Sancio di Corroca, col ſito, che è dinanzi di eſſa per ivi edificare la Chieſa, però da qui innanzi ordina, e comanda Sua Eccellenza, che ſi guardi queſt' Ordine, che ogni hanno eſca uno delli tre Amminiſtratori, e rimangano li due, però quello, che eſce con li due, che rimangono nomini trè, che ſieno della ſorte, e qualità di quello, che eſce, li quali tre nominati ſi preſentino a Sua Eccellenza, e Sua Eccellenza eleggerà uno di quelli tre, il quale entrerà in luogo di quello, che uſcì, e queſto ſi comincierà ad eſercitare dal giorno di noſtra Signora di Settembre dell' anno, che viene 1590. nel qual giorno, detta la Meſſa, tutti tre ſi con-

congregheranno, e per ſorte uſcirà uno di eſſi, e quello con gl' altri nominerà tre, e come ſi è detto, ſi preſenteranno a Sua Eccellenza, e l' anno ſeguente 1591. nello ſteſſo giorno entreranno in ſorte li doe, che rimaſero, e quello, che uſcirà, come ſi è detto, nominerà altri tre, e così ſi farà l' anno ſegnente, e queſt' ordine ſi guarderà perpetuamente. E perchè tutti queſti Signori Amminiſtratori ſono Cavalieri, e perſone principali, che ſi muovono a prendere queſto peſo, e fatica per amore di Dio, per evitare qualche differenza, che ei potria eſſere nella precedenza, ſi ordina, che tutti tre ſieno uguali ne' Voti, e nel ſedere, e per queſto ſi faccia una Tavola rotonda, dove ſi ſedano indifferentemente, e proponga quello, che ſi ha da trattare colui, che ſervirà nella ſua Settimana, e gli altri riſpondano, e dicano il ſuo parere, poichè perchè queſt' opera ſta ſondata in carità, ed umiltà, non è ragione di dar luogo alla Vanità del Mondo, che ſuole intromettérſi iu ſimili opere pie, ed impedire gran parte di quello, che più ſi merita in eſſe.

CAPITOLO IV.

Della Governatrice, e Rettora di queſta Caſa Religioſa.

De Præſide ſeu Gubernatrice Domus.

TRa le perſone più importanti per il buon governo di queſta Caſa è la Governatrice, e Rettora, che ha da governare tutte queſte Vergini, e le altre, che ſtaranno dentro della Caſa, la quale conviene, che ſia Signora Principale, di molta qualità, e valore, e ſpecialmente, che ſia perſona di molto ſpirito, orazione, mortificazione, e prudenza, libera, e diſoccupata di figliuoli, e parenti quanto ſarà poſſibile, acciò poſſa meglio attendere al governo di queſta Caſa, e finalmente ha da eſſere tale, che ſicuramente gli ſi poſſa incaricare un peſo così grande di governare tante Vergini, ed allevarle in ſervizio di Dio, alla quale tutte le perſone, che ſtaranno dentro di Caſa l' ameranoo come a Madre, e l' ubbidiranno come a Superiora, e la riverenziaranno come a quella, che rappreſenta la perſona di noſtra Signora la Vergine Maria, nel cui nome gli ha da ordinare, e comandare quello, che ſarà neceſſario; l' ufficio principale della Rettora ha da eſſere aver carico di tutta la Caſa, ed allevare quelle Vergini tali, che poſſano eſſere Spoſe di Gesù Criſto. Ha d' aver cura, che ſieno proviſte di tutto il neceſſario per il ſuo ſuſtento, per il che gli Amminiſtratori gli provvederanno di un Compratore, o Procuratore, che per ſuo ordine provveda ogni giorno di tutto quanto ſarà di biſogno per la detta Caſa, ſecondo l' ordine, che ſi dirà, Ha d' avere particolar cura, che dentro di Caſa ſi viva con gran ordine, e concerto, di maniera, che tutte le coſe ſi facciano a ſuo tempo, come è il levarſi, ed andare a dormire le Vergini, il dire l' Uffizio, ed udire la Meſſa, il mangiare, e cenare, ſi deve fare alle ore ſtatuite, di modo, che non ſi manchi in quello, perchè il diſordine, che ſarà in queſte, ſarà baſtante a diſordinare tutta la Caſa, e per queſto averà gran cura di oſſervare tutti gli Statuti, e Regole, che qui ſi daranno, ſpettanti al buon governo, ed ordine di queſta Caſa. Ha da eſſere vigilantiſſima in guardare la ſua Caſa, di modo, che non ſucceda alcuno ſcandalo, per il quale averà cura, che neſſuna perſona di ſuori, Uomo, o Donna, entri nella detta Caſa, ſe non ſono quelli, che qui ſotto ſi diranno. Parimenti debba guardare le perſone, che parleranno nella Crate, e Locutorio con dette Vergini, che ſieno tali, che di eſſe non poſſi naſcere alcuno ſcandalo. Nel caſtigare queſte Figliuole ha da procurare, che di tal maniera ſia amata, come a Madre, che anco ſia temuta come Superiora, caſtigando con moderazione chi lo meritarà, ed avviſando agli Amminiſtratori, a' quali ſolamente ella ha da tenere ubbidienza, e riſpetto di tutto quanto ſuccederà nella detta Caſa, acciò iu ogni coſa ſi ponga il rimedio, che conviene. Le penitenze ordinarie, che potranno dare alle Vergini, quando faranno qualche difetto, ſaranno nel Refettorio riprendere di parole il difetto commeſſo, ſtando la Vergine inginocchioni, e comandare, che mangi in terra, e baciare li piedi alle altre, ed altre coſe ſimili a queſte, ſe già il difetto non foſſe pubblico, e più grave, che meritaſſe maggiore caſtigo. Finalmente acciò meglio poſſa adempire al ſuo offizio, procuri di fare orazione, e di ajutarſi nella frequenza de' Sagramenti confeſſando, e communicando ſpeſſo, con che non ſolamente darà eſempio alle altre, però anco il Signore gli communicherà la ſua grazia, acciò in ogni coſa accetti a ſervirlo, ed a governare quella Caſa, di maniera, che piuttoſto paja Caſa di Angeli, che di Donne.

CAPITOLO V.

Della Elezione della Rettora, e Vicaria, e del tempo, che hanno a durare.

Iſabella de Matta eligitur in Præſidem.

DAl Capitolo paſſato s' intenderanno le parti, che ha da tenere la Rettora, e Governatrice di queſta Caſa, acciò gli Amminiſtratori, a chi tocca l' elezione di eſſa avvertano, e guardino cou gran conſiderazione, che elegghino la perſona più di eſſere, e principale, che potrà ritrovarſi nella noſtra Nazione, e perchè per dare principio a queſta Opera ſi giudica eſſere qual conviene la Signora Iſabella di Matta, ſi ordina, che ella ſia la prima Rettora, e Governatrice di queſto Monaſtero, poichè così è parſo a tutti tre gli Amminiſtratori, ed al Signore Regente Moles, e perchè ſi tiene molta ſperanza nel ſuo buon governo, e prudenza, poichè per venire a ſervire a queſte Vergini laſcia il comodo, che tiene nel ſuo Monaſtero, ſi ordina, che durante tutta la ſua vita non poſſa eſſer rimoſ-

ſa

ſa dal detto officio, ſe già non foſſe per alcun caſo molto ſtraordinario, nel quale non poſſa eſſer privata del ſuo officio, ſe non foſſe per ordine, e parte di Sua Eccellenza. Però le altre, che dopo di lei ſaranno Rettore, ſi ordina, che non durino di ordinario più di tre anni, ſe bene gli Amministratori le potranno confermare, facendo bene il ſuo officio tutto il tempo, che gli parerà, ed in termine delli tre anni non poſſano eſſere depoſte ſenza parere di tutti tre l'Amministratori, e del Signor Regente Moles. Parimente ſi ordina, che quando in detta Caſa ci ſarà perſona ſufficiente di quelle, che ivi ſi ſaranno ritirate, che tenga le buone parti ſopradette per eſſere Rettora, poſſa eſſere eletta della detta Caſa, e quando non ſi troverà dentro, ſi cerchi di fuori, ora ſia Religioſa di alcun Monaſtero, ora nò, ed il medeſimo ſi oſſervarà nella elezione delle altre Officiale, che eſſendoci perſone ſufficienti dentro della Caſa per gli officj di Caſa, non ſi cerchino perſone di fuori; Però ſi avvertiſce, che poichè alla detta Priora non ſi gli ha da dare ſalario, nè ſtipendio alcuno, ſi abbia gran cura di tutto il neceſſario per il ſuo vitto, e veſtito, conſorme alla qualità della ſua perſona, ed alla povertà della Caſa. E perchè queſta Caſa, come ſperiamo nel Signore, ha da creſcere molto, ed una ſola perſona non baſterà a governare tante Vergini, ſi ordina, che inſieme con la Rettora, ſia eletta dagli Amminiſtratori di tre in tre anni una Vicaria, che ajuti alla detta Rettora, la quale ſia tale, che poſſa ſuccedergli nell' Officio, ed in aſſenza ſua, o per infermità, o morte, eſſa governerà tutta la Caſa, fino che ſia eletta un'altra Rettora di nuovo. L' officio di queſta Vicaria ſarà mettere in eſecuzione tutto quello, che la Rettora gli ordinarà, viſitare la Caſa, ed Officine, di maniera, che tutto ſi faccia a ſuo tempo, e non venga mancamento veruno. Parimente ſi provederanno altre perſone neceſſarie per la guardia, e ſervizio della Caſa, come Torniera, Portinara, Maeſtra delle Vergini, ed altre Donne, che ſervano alle altre, ſiccome ſi dirà di ſotto, tra le quali biſogna, che ſia gran concordia, ed unione nel governo della Caſa, ſequendo in tutto il parere della Rettora, perchè di altra maniera non poſſono andare le coſe bene ordinate al ſervizio di Dio noſtro Signore.

Officium Præſidis triennale.

De Vicaria, ejuſque officio.

CAPITOLO VI.

Delle Vergini, che hanno da eſſer ricevute in queſta Caſa Religioſa.

De qualitatibus Virginum recipiendarũ.

SUppoſto, che la facoltà, e potere di ricevere queſte Vergini ſolamente appartiene alli tre Amminiſtratori, e non ad altro alcuno, ſi onera la coſcienza di tutti quelli ſotto pena del giuramento, che hanno fatto, che nel ricevere perſone per queſta Caſa, non ſi muovano per affezione, nè paſſione, ma con puro zelo del ſervizio di Dio noſtro Signore, e del bene univerſale di queſta Caſa, e così in primo ſi ordina, che per quanto importa molto al buon nome, e fama di queſta Caſa, in modo alcuno non ſi riceva in eſſa perſona infame, e di mala vita, o figliuola di perſone infami, e diſoneſte, le cui Madri, o Padri abbiano mal viſſuto, o ſieno ſtati caſtigati pubblicamente per giuſtizia. Però ſi avvertiſce, che quando ſi troveranno Figliuole di tali perſone, ancorchè in Caſa noſtra, in modo alcuno non ſi poſſano ricevere, s' incarica agli Amminiſtratori, che procurino per altra via dargli rimedio, acciò non ſi perdano, o cercando alcuna Signora, che le riceva, o procurando, che ſieno ricevute nello Spirito Santo, o in altra parte, o ajutandole fuori della caſa, acciò ſi nutriſcano con perſona ſicura.

Item ſecondariamente ſi ordina, che poichè queſta Caſa è fondata di elemoſine delli ſoli Spagnuoli, in eſſa non poſſano eſſere ricevute, ſe non Figliuole di Spagnuoli, che almeno il Padre ſia Spagnuolo, o nati in queſto Regno, o fuori di eſſo. Terzo, Oltre di queſto ſi ordina, che ſieno Orfane, e povere, e ſopra tutto Vergini, e così ſi ordina, che ſi ricevano di ordinario di età di cinque anni fino alli dodeci, però ſi avverta, che ſe alcuna figliuola di Spagnuoli rimarrà bambina di minore età di queſta, e non averà rifuggio, nè rimedio alcuno, li detti Amminiſtratori ſieno obbligati a riceverla, e darla a nutrire, fin che tenga età da potere entrare nella detta Caſa, e ſe alcuna Figliuola di Spagnuolo ſarà di più età, che di dodeci anni, ſi ordina, che ſi poſſa ricevere con tal condizione, che ſia Vergine, ed onorata, ſopra la quale ſi farà prima particolare informazione per li detti Amminiſtratori.

Item Quarto, Si avvertiſce, che quelle, che hanno da eſſere ricevute in queſta Caſa, ſieno ſane, e nette, ſpecialmente d'infermità contaggioſe, con la quale maniera alcuna ſi poſſa ricevere: e ſe avveniſſe ad alcuna dentro della Caſa tale infermità, ſia di ſubito cavata fuori, acciò non infezioni le altre. Però gli Amminiſtratori ſieno obbligati a dargli ricapito, o procurando in altra parte farla curare, o mandandola ad alcuno Oſpedale, dove ſia medicata, e ſuſtentata per amor di Dio, con che ſi provvederà al bene univerſale della Caſa, e non ſi mancherà alla carità.

Item Quinto, Si ordina, che ſe alcuna Figliuola di Spagnuolo rimarrà Orfana, ed averà beni, gli Amminiſtratori ſieno obligati di riceverla, e prendere a loro cura tutti gli ſuoi beni, con tale, che ſia Vergine, come ſi è detto, la quale potrà pagare un tanto alla Caſa per il vitto, poichè tiene poſſibilità, conſorme al parere degli Amminiſtratori, che pare, che baſtarà pagare ſolo per il vitto trentaſei ducati all' anno, con ciò, che oltre a queſto, ſi veſta del ſuo proprio, e paghi le medecine ſe ſtarà inferma. Ultimo ſi ordina, che ſe vivendo qualche Spagnuolo, voleſſe mettere in queſta Caſa ſua Figliuola, acciò ſi nu-

nutriſca in eſſa, eſſendo Vergine, e concorrendo in eſſa le condizioni già dette, poſſa eſſere riccvuta di parere di tutti tre gli Amminiſtratori, pagando ſuo Padre ogni anno li trenta ſei ducati per il Vitto, e pagherà il veſtito, e medecine, o quello, che parerà alli tre Amminiſtratori, per il che ſuo Padre ſi obbligarà, e farà le ſcritture neceſſarie. Però ſi avvertiſce, che quando il Padre di detta Vergine ſarà così povero, che non averà con che pagare il vitto di ſua Figliuola, in tal caſo gli Amminiſtratori potraono uſare di miſericordia, e riceverla, ſpecialmente quando la tal Vergine ſtarà in pericolo di perderſi, e così il tutto ſi laſcia al giudizio, e prudenza di detti Amminiſtratori, che in queſto, e negli altri caſi, che ſi potranno offerire, facciano quello, che più ſarà di ſervizio a Noſtro Signore, e ſalvazione delle Anime, ed acciò queſto meglio ſi faccia, ſi obbliga agli Amminiſtratori, che quando averanno da accettare qualche Vergine ſenza paga, lo trattino prima con Sua Eccellenza.

CAPITOLO VII.

Delle altre Perſone, che potranno eſſer ricevute in detta Caſa Religioſa.

De aliis, quæ admitti poſſunt.

PErchè queſta Caſa Religioſa deſidera di ajutare ad ogni ſorte di perſone di noſtra Nazione, ſi ordina, che ſe alcuna Signora Vedova, onorata, Spagnuola, o che ſia ſtata Moglie di Spagnuolo, vorrà ritirarſi in queſta Caſa per alcuni anni, o per tutta la ſua vita, poſſa eſſere accettata, col parere di tutti tre gli Amminiſtratori, con condizione, che ſi tenga informazione certa, che ſia viſſuta onoratamente, e ſia tale, che piuttoſto guadagni auttorità la detta Caſa con la ſua entrata, che la perda, pagando in però tutto quello, che giudicheranno li detti Amminiſtratori per il ſuo Vitto, Caſa, e ſervizio, che ha da tenere, e ſpecialmente, quando voleſſe ſtare a vita particolare. Similmente ſi ordina, che ſe alcuna Donna maritata con Spagnuolo, ſtando il ſuo Marito aſſente, o preſente, con volontà di ambedue voleſſe ritirarſi in detta Caſa, poſſa eſſer ricevuta con parere di tutti gli Amminiſtratori, e non di altra maniera, con condizione, che ſi ſappia, o ſi faccia informazione certa della ſua vita, e che così eſſa, come il Marito abbiano viſſuto onoratamente, e che l' una, e l' altro lo deſiderino, e lo domandino con iſtanza, pagando, ſiccome ſi è detto tutto quello, che giudicheranno li detti Amminiſtratori, e facendo ſopra ciò le ſcritture neceſſarie, e ſe alcuna di queſte Signore vorrà mettere ſeco alcuna Figliuola, o Serva, che la ſerva, lo poſſa fare concorrendovi in eſſa le condizioni già dette, e pagando ſimilmente quello, che ordinaranno li detti Amminiſtratori. Con queſto ſi vede chiaramente, che l' intenzione, e fine di queſta Caſa è il provvedere ad ogni ſorte di Donne onorate Spagnuole, che vorranno ritirarſi in eſſa a ſervire Dio noſtro Signore.

CAPITOLO VIII.

Del modo come devono eſſere governate queſte Vergini quanto al Temporale.

De forma ea gubernandi quoad temporale.

AFfinchè tutte le coſe di queſta Caſa vadano guidate con molta prudenza, ſi ordina, che il modo di governare queſte Vergini ſia il ſeguente.

Primieramente, quanto al veſtire tutte vadano veſtite di Bianco, un Velo bianco nella Teſta, e la Saja, o abito bianco, ed un Manto di Panno nero, come lo ſogliono portare le Monache di S. Agoſtino, e porteranno una Inſegna di noſtra Signora della Solitudine, che è l' Abito conforme alla Invocazione della Chieſa. Il Bianco ſignifica la nettezza, e purità della Vergine noſtra Signora: il Nero ſignifica il dolore grandiſſimo della Vergine, che ſentì nella Morte del ſuo benedetto Figliuolo, le quali due coſe hanno da procurare d' imitare queſte Vergini quanto gli ſarà poſſibile, la Inſegna la porteranno così nell' Abito bianco, come nel Manto nero, in ſegno, che hanno a portar ſempre ſcolpiti nel cuore li Dolori della Vergine noſtra Signora. Del Manto nero uſeranno l' Inverno nel tempo del freddo, e ſpecialmente li giorni di Feſta per andare al Coro, e quando vanno a communicare, e finalmente quando parerà alla ſua Superiora.

Il ſecondo, quanto al mangiare, le Domeniche, Lunedì, Martedì, e Giovedì gli ſia dato Carne a mangiare, ed a Cena, e li Mercoldì Uuova, o Peſce, li Venerdì, e Sabbato già ſi ſa, che hanno a mangiare Peſce: la quantità della Carne, o Peſce, che gli ſi ha da dare, reſta alla diſcrezione delli Amminiſtratori, e della Rettora, ed alla età delle Zitelle, ed Entrate della Caſa. Similmente gli ſi darà Collazione, e Merenda, come parerà alla Madre Rettora: Vino ſi darà a chi tiene in coſtume di beverlo, e ſpecialmente alle Grandi: Pane gli ſi darà quanto averanno di biſogno, e ſi gli potrà dare frutti ſecondo il tempo, che ſarà. Il Terzo, quanto all' eſercizio corporale, ſi ordina, che doppo pranzo, e cena ſi poſſano ricreare tutte le Vergini nell' Orto, o in altra parte per lo ſpazio di un' ora, e poi facendo ſegno con la Campanella, ſi ritirino tutte, ognuna a dare la Lezione, o a lavorare, o a fare altra coſa, che gli ſarà ordinata, ed ogni giorno faranno un' ora di eſercizio corporale ognuna ſecondo la ſua età, o nell' Orto, o nettando la Caſa, e quelle, che ſaranno ſufficienti, potranno ajutare alla Refettoriera, ed agli altri Officj, acciò ſi eſercitino nell' umiltà, ed imparino un poco di ogni coſa.

Il quarto, quanto al dormire, ſi ordina, che tutte vadano a dormire ad un' ora, e potranno dormire le Fanciulle otto ore, ſe già ad alcune non pareſſe alla Madre Ret-

tora

tora dargliene più, perchè come ſono Fanciulle è neceſſario trattarle come tali, fin che tengano maggior età, le altre ſette ore, e ſi levaranno un'ora innanzi delle altre.

Item ſi ordina, che ciaſcuna di queſte Fanciulle dorma ſola, e gli ſi faccia un Letticeiuolo piccolo, conforme alla ſua età, coo il ſuo Matarazzo, Lenzuoli, e Coperta, e ciaſcuna tenga ona Caſſa picciola, o Armario, dove tenga in ſerbo le ſue Camiſcie, e Veſtiti, e ſopra tutto ſi procuri, che tutte vadano molto nette, quanto ſarà poſſibile, avendo di queſto cura la Donna, che le ſerve, e particolarmente la Maeſtra di eſſe. Finalmente ſi ordina, che quando alcuna Madre, o Parente di alcuna Vergine, gli manderà alcuna coſa da mangiare, ſe ſarà coſa poca, ſi dia alla detta Vergine, però, ſe ſarà molto, ſi riparta tra le altre, ed ad eſſa ſi dia la maggior parte, e guardando queſt' ordine con tutte, neſſuna ſi potrà lamentare.

CAPITOLO IX.

Del modo di governare queſte Vergini, quanto allo Spirituale.

De regimine ſpirituali.

IL buon governo ſpirituale di queſte Vergini è quello, che principalmente ſi pretende in queſta Caſa, e così la Madre Rettora deve molto particolarmente attendere a queſto, e procurare, che queſta Caſa ſia un Giardino, e Paradiſo Terreſtre piantato nella Terra di queſte nuove piante, e ſia, come dice Criſto, una Caſa di Orazione, e di pace, ſia una abitazione di Angeli, ſia on Palombaro di Palombe ſante, ſia finalmente una Caſa, dove viva Dio, della quale ſi poſſa dire quello, che diſſe Jacob: *Vere non eſt hic aliud, niſi Domus Dei, & Porta Cæli*. Di modo, che l' odore di Santità di queſta Caſa ſi eſtenda per tutta queſta Città, e Regno, e di eſſa ſia noſtro Signore Dio glorificato. Per il che ſi ordina primieramente, che tutte queſte Vergini, e tutte le altre Perſone, che viveranno dentro di queſta Caſa ſieno obbligate a confeſſarſi almeno una volta ogni Meſe, e communicare quelle, che ſaranno di età con conſiglio del ſuo Confeſſore, ma quelle, che terranno devozione di confeſſarſi, e communicarſi più ſpeſſo, come di otto in otto giorni, ſi ordina, che ſi gli dia commodità, pigliando in queſto, e nel reſto, che tocca allo ſpirito il conſiglio, e parere del ſuo Confeſſore, il quale deve eſſere tale, che ſappia guidare le Anime verſo Dio, ed approfittarle nello ſpirito, per il che ſi onera la coſcienza alli Amminiſtratori, che ſopra tutte le Coſe, procurino di provvedere queſta Caſa di Confeſſori tali, che ſieno letterati, ſpirituali, e ſanti, e così ſi ordina, che tutte le Vergini, e le altre ſi confeſſino ordinariamente con uno, due Confeſſori, che ſieno, o della Compagnia di Gesù, o dei Padri Teatini, o di quei di San Girolamo, o di qualcun' altra Religione, come di San Franceſco, o di San Domenico, li quali procurino iſtruire eſſe Vergini Spoſe di Gesù Criſto, come abbiano ad eſſere grate al ſuo Spoſo, ed inſegnarle a tenere Orazione Mentale quelle, che ſaranno capaci, e quando non ſi potrà avere alcuno di queſti Confeſſori, ſi ordina, che ſi confeſſino col Cappellano Maggiore, che ſarà della noſtra Chieſa, perchè ſi preſuppone, che ha da eſſere tale, che averà le condizioni già dette de' Confeſſori,

Il ſecondo ſi ordina, ed eſorta parimente, che tutte queſte Vergini ſieno particolarmente devotiſſime della Sagratiſſima Vergine noſtra Signora, la quale terranno per Madre, Padrona, e Signora, e per ſua devozione tutte quelle, che ſaranno d' età digiuneranno tutti li Sabbati, e tutti li Veſperi di noſtra Signora, e non gli s' imponghino più diggiuni, ſalvo quei della Chieſa, perchè ſi preſuppone, che la devozione di queſte Vergini ſarà tanta, che ſarà di biſogno piuttoſto andargli alla mano, e detenerle nelle penitenze, che obbligarle a quelli, e così ſi ordina, che nelle penitenze di cilizj, diſcipline, e diggiuni, neſſuna di queſte Vergini faccia penitenza alcuna ſenza licenza della ſua Prelata, e del Confeſſore, acciò ſi faccia col merito della obbedienza, ed in tutto ſi proceda con più luce, e ſia lodato Dio noſtro Signore.

Il terzo ſi ordina, che per ora fino che ſieno più in numero dicano in Coro in tono tutte inſieme ogni giorno l' Offizio di noſtra Signora, al quale ſi radduneranno tutte le Vergini, che non ſaranno impedite, grandi, e piccole, il quale ſi dirà nella forma, e tempo, che di ſotto ſi dichiara. Parimente tutti udiranno Meſſa ogni giorno, e reciteranno la Corona di Noſtra Signora, che ſono 62. Avemarie, è 7. Paternoſtri, o la terza parte del Roſario, e la ſera avanti di andare a riposarſi ſi radduneranno tutte nella Cappella, e diranno le Letanie di noſtra Signora, e ſubito faranno l' eſame della Coſcienza, che tutto potrà durare un quarto d' ora, e ſubito fatto il ſegno tutte ſi ritireranno alle ſue ſtanze per riposarſi.

Il quarto, ſi ordina, che dentro di Caſa ſi tenga una Cappella molto bene adornata, nella quale ſi poſſono ritirare quelle, che vorranno fare orazione, e raccomandarſi a Dio, e procuriſi, che queſta Cappella ſtia appreſſo all' Infemeria, di maniera, che quando ſarà neceſſario dirſi la Meſſa in quella, la poſſano udire l' Inferme, che non poſſono ſcendere in Choro ad udirla. Però ſi avvertiſce, che queſta Meſſa non ſi ha da dire, ſe non in caſo di molta neceſſità, come è per communicare qualche Inferma, o per altra cauſa urgente, perchè con queſta occaſione non ſi apra la Porta ad entrare molte volte nella Caſa gente di fuori, ed il Sacerdote, che averà da dire queſta Meſſa ſarà il Confeſſore, o il Cappellano maggiore, o altra perſona ſicura, che Lui aſſegnarà, e qualſivoglia, che averà da entrare a dirla, non entri, ſe non accompagnato da uno delli Amminiſtratori, e da chi lo ſerva,

Digitized by Google

va, ed il medemo ſi oſſervarà quando ſarà neceſſario entrare a confeſſare qualche Inferma, o ajutarla a morire, ed abbiaſi gran cura, che il Confeſſore mai ſtia ſolo, di modo, che non poſſa eſſer viſto dal Compagno, e dagl' altri.

Ultimo ſi ordina, che per quanto la parola di Dio è molto neceſſaria per andare avanti nel ſervizio di Dio, gli Amminiſtratori tengano gran cura di provvedere Predicatori, che predichino a queſte Vergini così nella Chieſa, come nella Crate, di modo che, ſiccome non gli deve mancare il ſuſtento corporale, molto meno gli manchi lo ſpirituale dell' Anima, che è la parola di Dio.

CAPITOLO X.

Della diſtribuzione del tempo, che ſi oſſerverà ogni giorno in queſta Caſa.

Diviſio horarum.

ACciò non ſi perda il tempo tanto ſtimato da' Santi, e tuttu il giorno ſtieno occupate queſte Vergini in ſanti eſercizj, ſi ordina, che ſi tenga in Caſa un Orologio, per il quale ſi governino, e facciano tutte le coſe alle ſue ore, e guarderanno l' ordine ſeguente.

Primieramente ſi ſuonerà in levarſi al fare del giorno nell' Inverno, ed Eſtate, più tardi, come parerà alla Madre Rettora, e ſentendo la Campana, tutte ſi comincieranno a veſtire, e quelle, che tengono offizio nella Caſa, come Torniera, Riſettoriera, e Cuocha, ed Infermiera, e le altre, che ſtaranno occupate, anderanno ſubito al Coro, ed udiranno la Meſſa, che ſi dirà di mattina, e finita di udirla, ciaſcuna ſi ritirerà al ſuo offizio, e miniſterio, e ſubito le Vergini finito, che averanno di veſtirſi, ſentendo il tocco della Campana, quando ſi ſuonerà all' Offizio, anderanno tutte al Coro, e diranno Prima, Terza, Seſta, e Nona della Madonna, e ſubito le Letanie grandi, e finite ſi comincierà la Meſſa con molta devozione, e ſilenzio, e trattanto, che ſi dice, reciteranno una Corona, o Roſario della Madonna, offerendoli per ſe, per li ſuoi Genitori, e per li Benefattori di quella Caſa.

Secondo, finita la Meſſa, tutte anderanno al Refettorio, e piglieranno la Collazione quelle, che vorranno, ſecondo l' ordine della Superiora, e ſubito ſi ritireranno alli ſuoi offizj con le ſue Maeſtre, quali ſtudieranno la lezione, quali lavoreranno, o fileranno, come gli ſarà ordinato, e queſto tutto durerà fino all' ora di pranzo.

Terzo, eſſendo gia ora di pranzo, ſi ſuonerà la prima volta la Campana del Refetturio, ed all' ora tutte laſcieranno i ſuoi lavori, ed uffizj, ed anderanno al Refettorio, e ſi laveranno le mani, e ſuonandu la ſeconda volta, entreranno nel Refettorio, e ſi porranno in due Ordini, e la Rettora, o Vicaria comincierà la Benedizione della Tavola quale ſtà nel Breviario, e tutte riſponderanno per ſuoi verſi: finita la benedizione, ognuna ſi ſederà nel luogo, che gli ſarà ſegnalato, le grandi in una Tavola, e le minori in un' altra, e la Maeſtra di eſſe ſi ſederà nel principio della Tavola, e facendo ſegnale la Superiora, tutte raccoglieranno la ſalvietta, ed una di eſſe leggerà nel Pulpito qualche Libro ſpirituale tutto il tempo, che durerà il pranzo, di maniera, che ſi tenga ſilenzio mentre che ſi mangia al pranzo, ed alla cena nel Refettorio, e ſerviranno in Tavola due, o tre, o più delle Vergini con la Refettoriera, dando a ciaſcuna quello, che le ſarà ordinato: Finita la menſa, tutte ſi levaranno, e daranno le grazie, come al principio, e ſubito ſi toccherà alla ſeconda menſa, e ſerviranno quelle, che hanno mangiato nella prima.

Quarto, dopo, che averanno mangiato tutte le Vergini per lo ſpazio di un' ora ſi ricrearanno nell' orto, o in altro luogo publico, e potranno ricrearſi una con un' altra in eſercizj leciti, ed oneſti, ſalvo due di eſſe, che ajuteranno alla Cuoca a nettare li Vaſi della Cucina, le quali, dopo di aver finito, ſi potranno anco ricreare la ſua ora: paſſata l' ora di ricreazione tutte ſi ritireranno alle ſue occupazioni, quelle, che leggono daranno la lezione alla ſua Maeſtra, e le altre lavoreranno, o ſi occuparanno in quello, che gli ſarà ordinato finche ſia ora di Veſpero.

Quinto, ſubito, che ſarà ſonato a Veſpero la prima volta, tutte vadano al Coro, e fatto il ſecondo ſegno ſi dirà Veſpero, e Compieta di noſtra Signora, e per li Benefattori ſi dirà ogni giorno il Salmo *Deus miſereatur noſtri*, con il *De profundis*, ed *Oremus pro Benefactoribus noſtris*, con il Reſponſorio *Et pro Fidelibus Defunctis*, e con l' Orazione *Omnipotens ſempiterne Deus, qui vivorum dominaris &c.*, e finito tutto queſto anderanno al Refettorio, e gli ſi darà un poco di Pane, e qualche frutto per merenda, e per lo ſpazio di un' ora faranno qualche eſercizio corporale, come è nettare la Caſa, ajutare alla Refettoriera, e Cuoca, lavare i panni ed altre coſe, che le ſaranno ordinate dalla loro Superiora.

Seſto, finito l' Eſercizio corporale tutte ritornino al luogo commune, dove ſi lavora; ed acciò ſi tenga ſilenzio, le Maeſtre procurino raccontare qualche eſempio di qualche Santo, o facciano leggere qualche Libro trattanto, che tutte lavorano, e queſto durerà, ſin che ſi ſuoni a Matutino.

Settimo, li Matutini di noſtra Signora ſi diranno avanti Cena, e così ſuonando ad eſſi, tutte vadano al Coro, e dicano con divozione li Mattutini, e Laudi di noſtra Signora, e finiti, ſi faccia il primo ſegnale per cenare, e tutte vadano al Refettorio, ſiccome ſi è detto nel Pranzo: dopo Cena averanno un' altra ora di ricreazione, come dopo pranzo, e finita la ricreazione, ſi ſuonerà alle Litanie di Noſtra Signora, e tutte anderanno alla Cappella, e la Maeſtra comincierà le Litanie di Noſtra Signora, e ri-

riſponderanno le altre, e poi ſtaranno lì, come mezzo quarto d'ora eſaminando la ſua coſcienza, penſando in quello, che hanno offeſo Noſtro Signore quel giorno, e li benefizj, che da eſſo anno ricevuti, rendendogli grazie per eſſi, e domandandogli perdono per li difetti con un *Pater noſter*, ed una *Ave Maria*, e ſubito ſi ſuonerà il tocco per andare a dormire, e tutte ſi ritireranno con molto ſilenzio alle ſue Camere con le ſue Maeſtre, e dormiranno ott'ore, e di queſta maniera perſevereranno nel ſervizio di Dio, e ſpenderanno il giorno di maniera, che non ſi perda il tempo, nè Sua Maeſtà ſia offeſa. Queſt'ore potrà la Superiora mutarle conforme al tempo dell'Inverno, e dell'Eſtate.

CAPITOLO XI.

Delle Maeſtre, ed altre Vfficiali, che devono provederſi in queſta Caſa.

De Magiſtris, aliiſque Officialibus.

COsì come in un Corpo umano ci biſogna il Capo, avere membri, e parti per governare il Corpo, così nella Religione ci è biſogno, che il Superiore abbia miniſtri, ed offiziali, che l'ajutino a governare il Corpo della Religione, per il che ſi ordina per il buon governo di queſta Caſa, che gl'Amminiſtratori di eſſa provedano tutte le Officiali neceſſarie per il ſervizio di eſſa, e così conviene, che oltre la Rettora, e Vicaria, ſi proveda di Maeſtre, che tengano cura d'inſegnare a queſte Vergini, e perchè queſto ſi faccia con più perfezione, ſi ordina, che ogni Maeſtra abbia a ſua cura ſulamente dodeci Vergini, di maniera, che ſe ci ſaranno ventiquattro, ci ſiano due Maeſtre, le quali tengano obbligazione ad inſegnarle primieramente la Dottrina Criſtiana, ed a fare orazione, e raccomandarſi a Dio: ſecondo le ceremonie della Caſa, cioè la modeſtia, con che ha da ſtare nel Coro, e nel Refettorio, il riſpetto, ed ubbidienza, che hanno da tenere alla ſua Prelata, ed altre coſe ſimili: Terzo le inſegni a leggere, cioè quello, che giudicherà la Superiora, che abbiano capacità per ſervire al Coro, ed ajutare alla Caſa: Quarto le inſegni a lavorare, filare, e tutti gl'altri offizj della Caſa, perchè quelle, che averanno a pigliare ſtato di Matrimonio, è neceſſario, che ſappiano del tutto, e quelle, che averanno da reſtare dentro della Caſa n'averanno ancora di biſogno: Quinto queſta Maeſtra dormirà nella ſteſſa ſtanza, dove dormono le dodici Vergini, che ſtanno a ſuo carico, e ſederà nella Tavola con eſſe, e nel luogo, dove ſi lavorerà, ſtarà con eſſe, ed in qualſivoglia altro eſercizio, di modo, che giammai le perda di viſta, e finalmente averà così particolar cura di guardare per queſte dodeci Vergini, come quella, che ha da dar conto di eſſe a Dio Noſtro Signore, ed alla Superiora, ed Amminiſtratori della Caſa: e così le avviſerà di quello, che le parerà aver biſogno di rimedio, acciò in tutto ſi proceda con carità; queſta Maeſtra per adeſſo ſarà di fuori, e quando ci ſarà nella Caſa alcuna delle Monache, che rimaneranno in eſſa, ſi potrà ſcegliere una di eſſe, o più ſecondo il numero delle Vergini, che tengono queſt'offizio di Maeſtra. Anco tocca alla detta Maeſtra aver particolar cura con la ſalute corporale di queſte Vergini, e quando alcuna di eſſe infermerà, procuri, che ſia governata con molta carità, e perciò, come ſi è detto, ſi faccia una Stanza particolare appreſſo alla Capella, dove ſtieno tutte le Inferme, alle quali ſi proveda d'Infermaria, Medico, e medicine neceſſarie, e con eſſe ſi uſi la carità, che ognuno deſidera, che ſi uſi ſeco.

Oltre di queſto è neceſſario di provvedere una Torniera, e Portiera, che tenga le Chiavi della Caſa, la quale ha da eſſere perſona di molta confidenza, poichè gli ſi ha da dare in cuſtodia una Caſa di tante Vergini, il ſuo offizio ſarà il riſpondere a quelli, che verranno alla Caſa con molta carità, ed umiltà, e procurerà, quanto ſia poſſibile, d'eſſere breve nel Torno, ſpecialmente parlando con uomini, e non chiami Vergine alcuna, nè gli dia ambaſciata, nè lettera, nè altra coſa, ſe prima non l'avviſi alla Madre Rettora: La porta non ſi apra giammai, ſe non con licenza della Prelata: tutto quello, che potrà ricevere per il Torno, non apra la Porta per riceverlo, ſe non è perchè entri il Medico, o Confeſſore, o le perſone, che di ſotto ſi diranno, e quando alcuno entrarà, vada ella medeſima con Lui, o un'altra Religioſa di età, ſino al luogo, dove va, ed alla ſera ſerri le porte, ed il Torno, e ſe ne porti le chiavi, conſegnandole alla Prelata, la quale viſiterà ogni ſera o per ſe, o per la ſua Vicaria la Caſa, e le Porte di eſſa.

Item ſi proveda d'una Cuoca, o più ſecondo il numero, che ſarà delle Vergini, e di altra Refettoriera, le quali ſe ſi potranno trovare al principio, e vorranno fare queſti uffici per amor di Dio, ſi riceveranno, con tale, che ſieno donne approvate, e di virtù, e ſe no, che ſi cerchino quali conviene, pagandogli per ora qualche coſa, ſin che dell'iſteſſa Caſa vi ſieno Religioſe, che facciano queſt'ufficj, e gl'altri, alle quali, come ſi è detto potranno ajutare le Vergini per ſettimana, ſpecialmente quelle, che averanno età, e forze perciò, l'uno per conſervarle in umiltà, e l'altro acciò imparino a fare tutti gl'ufficj neceſſarj ad una Caſa.

E perchè l'entrata di queſta Caſa non è tanta al preſente, che poſſa ſoſtentar molte Vergini, ſi ordina, che per ora non ſi ricevano, ſe non le ſeguenti perſone: una Rettora, una Vicaria, una Torniera, e Portiera, una Maeſtra, ed una Cuoca, ed una Refettoriera, e dodeci Vergini, che in tutto ſono diciotto, le quali ſia obbligata la Caſa a ſoſtentare. Però ſe alcune altre perſone vorranno entrare, pagando la ſpeſa, potranno eſſer ricevute, e per l'avvenire, creſcendo l'entrata, ed elemoſine di queſta

Caſa,

Caſa, ſi potranno ricevere in maggior numero, però ſi avvertiſce, che così, come gl' Amminiſtratori ſono obbligati a dare a quelli, che ſoſtenta la Caſa tutto quello, che hanno di biſogno per il ſuo Vitto, e Veſtito, così tutto quello, che eſſe guadagneranno con il ſuo lavorare, ha da eſſere per la detta Caſa, e ſi ha da conſegnare all'Amminiſtratori di eſſa, il che non ſi ha da intendere di quelle, che pagheranno il Vitto, perchè per eſſe ha da ſervire quello, che lavoreranno, e cuciranno,

CAPITOLO XII,

Del tempo quando ſi averanno a maritare, o rimediare queſte Vergini, e della Clauſura della Caſa,

De collocandis Virginibus, & Clauſura ſervanda,

IN queſto Capitolo ultimo ſi ha da trattare del fine, e termine di queſt' Opera, che è il rimedio di queſte Vergini, e per queſto ſi ordina, che dopo di averle allevate fino alli venti anni, ſi domandi a ciaſcuna di eſſe, che ſtato vuole pigliare, o rimanere Religioſa perpetuamente in queſta Caſa, ſervendo a noſtra Signora, o pigliare ſtato di matrimonio, il che domanderanno li detti Amminiſtratori, laſciando ciaſcuna in ſua libertà, di modo, che non gli ſi faccia forza veruna, e quelle, che vorranno reſtare, ſieno ritenute, e ſia obbligata di reſtare in detta Caſa perpetuamente, ed allora eſca dalla ſoggezione, che tenea alla Maeſtra, e ſi uniſca con le altre, che reſtaranno a differenza delle altre Vergini, e poſſa eſſere eletta agli uffici della Caſa, ſecondo il talento, che Dio gli darà, e le altre Vergini le tengano riſpetto, e tutte quelle, che ſaranno così reſtate, mangieranno in una Menſa con la Prelata, e dormiranno a parte in un Dormitorio, e ſe alcuna vorrà venire per rimanerci di quelle di fuori in queſta Caſa, avendo ſtato almeno in eſſa un anno, ed avendo le condizioni ſopradette, poſſa eſſer ricevuta, dando la dote, che giudicheranno eſſi Amminiſtratori; e ſe per l'avvenire, parerà, che le dette Vergini, che vorranno reſtare in detta Caſa, faccino Profeſſione, e ſieno Monache, e dicano l' Ufficio Divino del Signore, queſto ſi potrà communicare con ſua Eccellenza, e di parere di tutti gl' Amminiſtratori, e del Signor Regente Moles, ſi domanderà per queſto licenza a Sua Santità, e ſi farà quello, che ordinerà. Ma per ora baſta, che quelle, che vorranno reſtare ſieno ritenute, e ſe alcuna di dette Vergini inclinaſſe ad eſſer Monaca in alcun Monaſtero, gli ſi potrà dare la licenza, ma gl'Amminiſtratori non gli daranno più dote di quella, che gli ſi averà a dare volendoſi maritare, perchè queſta Caſa non ha obbligazione a mettere le Figliuole, che allieva in alcuno Monaſtero, ma tenendo eſſa dote ſufficiente de' ſuoi Padri, o Parenti, non gli ſi può, nè deve impedire, anzi ſi hanno da rallegrare gl'Amminiſtratori, che da queſta Caſa eſcano tali Vergini, che poſſano dare eſempio di bontà, e di virtù in altre parti.

Il ſecondo, quelle, che vorranno maritarſi, ſi ordina, che arrivando all' età di vent' anni, gl' Amminiſtratori ſieno obbligati in coſcienza a ritruovarli mariti come conviene, e daranno a ciaſcuna di eſſa di dote Cento Ducati, attenta la povertà della Caſa, però quando creſcerà l' entrata, ſi laſcia alla liberalità degl' Amminiſtratori, ed alla qualità della Vergine, che gli ſi dia la dote, che gli parerà eſſer conveniente, e queſti cento Ducati li daranno in queſta forma, o che ſi dieno al Marito dando ſicurtà di eſſi, o che ſi pongano in qualche entrata acciò non ſi perdano, ed in caſo, che ella morirà ſenza figliuoli, abbiano a ritornare alla detta Caſa li cinquanta ſcudi, ed il reſto li poſſa diſponere a ſua volontà, e quando uſciranno dalla Caſa per maritarſi, ſi procuri, che alcune Signore Spagnuole le accompagnino, ed onorino, ed eſſe tengano ſempre memoria di pregare Dio per gli ſuoi Benefattori, e Amminiſtratori, che le hanno poſte in quello ſtato, e procurino di vivere di maniera, che pajano ſempre figliuole di queſta Caſa Santa, e ſe morto il marito vorranno ritornare alla detta Caſa, avendo viſſuto onoratamente, poſſano eſſere ricevute.

L' ultimo, che ſi ordina per concluſione di dette Coſtituzioni è il molto, che importa la clauſura di queſta Caſa, dalla quale dipende tutto il buon nome, e fama di quella, e così ſi carica la coſcienza alla Madre Rettora, che in maniera alcuna laſci entrare alcuna perſona ſecolare, uomo, o è donna, madre, ne parente veruna ſenza eſpreſſa licenza di Sua Santità, ſalvo al Medico, e Confeſſore, e quello, che averà da dire Meſſa all' Inferme, come ſi è detto, anco potranno entrare gl' Amminiſtratori tutti e tre, o almeno li due a viſitare la detta Caſa tre volte l'anno, e non più, ſe non foſſe in qualche nuova occaſione, che ſi offeriſſe, e quando foſſe neceſſario, che ſi fabbricaſſe in detta Caſa ſi provveda d' una, o due perſone ſicure, che aſſiſtano a detta Opera. Ed acciò queſta Clauſura meglio ſi guardi, ſi ordina, che gl' Amminiſtratori provedano d' una perſona fedele, uomo, o donna, che tenga le chiavi della Porta principale della Caſa, ed anco della Porta di mezzo, la quale tenga due ſerrature con ſue chiavi, e l' una tenga la Portinara della Caſa, e l' altra di fuori tenga queſta perſona, la quale non ſi apra, ſe non alle perſone già dette, e quando alcuna proviſione ſi aveſſe a mettere nella Caſa, e queſta perſona aſſiſterà ſempre nella Porta, e la mattina aprirà la Porta principale, e la notte la ſerrerà, e porterà le chiavi di ambe le porte all' Amminiſtratore, che governa quella ſettimana. Parimente ſi avvertiſce, che neſſuna di queſte Vergini, dopo una volta ricevuta, può uſcir fuori della Caſa, ſe non è per ritornare più a quella: e quella, che una volta uſcirà ſenza licenza, non poſſa più eſſere ricevuta in eſſa, e molto meno ſarà le-

lecito uſcire per occaſione alcuna alla Rettora, Vicaria, Tormera, Maeſtra, nè altra Religioſa alcuna, poichè, come ſi è detto, promettono clauſura perpetua, ſalvo quelle, che entreranno per tempo, pagando le ſue ſpeſe, e le ſerve, che ſervono per intereſſe alla Caſa, le quali ſi potranno licenziare come parerà alla Rettora, e quando le Madri, o Parenti di queſte Vergini vorranno parlargli, gli ſi potrà dare licenza ſolo ad eſſi, che le parlino nel Locutorio, o Crate, ſtando ſempre preſente con eſſe la ſua Maeſtra, o alcun'altra Religioſa, acciò non ſi parlino coſe, che non convengono, e perchè la eſperienza, e decorſo del tempo inſegnerà quello, che più conviene al buon governo di queſta Caſa, ſi laſcia libertà agl' Amminiſtratori, che con conſiglio del Signor Regente Moles, e principalmente di Sua Eccellenza poſſano aggiungere, e levare quello, che gli parrà a queſte Coſtituzioni, e Regole, poichè al preſente non ſi può prevenire a tutto quello, che potrà ſuccedere, baſtino queſti Capitoli, che dopo di molta orazione ſi ſono qui ſcritti per dare principio a queſt'Opera, non pretendendo con neſſuno di eſſi obbligare in coſcienza a peccato alcuno delle Vergini, e perſone, che dentro viveranno, ſolo s'incarica molto agl' Amminiſtratori, che guardino, e cuſtodiſcano dette Coſtituaioni per il giuramento, che hanno fatto, e le facciano oſſervare quanto ſarà poſſibile, ed alla Madre Rettora ſi ordina, che dia penitenze alle Vergini, che non le oſſervaranno, e faccia, che ſi leggano in Refettorio tre volte l'anno, acciò ognuna intenda quello, che tocca al ſuo uffizio: Speriamo nella Bontà di Dio, e della Sagratiſſima Vergine Maria noſtra Signora, che così, come ha dato principio a queſt'Opera, chè in ſuo ſervizio ſi è incominciata, ci averà, ed impetrerà grazia dal ſuo preziosiſſimo figliuolo, acciò queſt'Opera vada innanzi, e da eſſa riſulti onore, e gloria al Padre, Figliuolo, e Spirito Santo, ed alla Vergine noſtra Signora, che vive, e regna in ſæcula, ſæculorum. Amen.

Dat. die 14. Julii 1590. An.IV.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 14. Julii 1590. Pontificatus noſtri Anno VI.

L.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Eſtinctis Controverſiis, quæ inter Cardinalem de Caſtro Archiepiſcopum Hiſpalenſem, ejuſdemque Eccleſiæ Capitulum obortæ fuerant, Conſtitutiones a præfato Cardinali editas, & a S. Congregatione Concilii emendatas, confirmat, perpetuoque præcipit obſervari.

SIXTUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Ad ea es Apoſtolicæ ſervitutis officio libenter intendimus, per quæ Eccleſiarum decori, & morum correctioni, ac Cleri, & Populi reformationi provide conſultum iri, ac alias ſalubriter in Domino conſpicimus expedire.

Edita a Cardinale de Caſtro Conſtitutionibus pro Eccleſia Hiſpalenſi.

§.1. Itaque cum alias Dilectus Filius noſter Rodericus Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Præsbyter Cardinalis de Caſtro nuncupatus pro bono regimine Eccleſiæ Iſpalen., cui ex diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſcitur, illiuſque Civitatis, & Diœceſis nonnullas Conſtitutiones per ſuos Prædeceſſores Archiepiſcopos Iſpalen. editas innovavit, & diſperſas, inſimul compilavit, alias etiam de novo condidit, & deinde ſuper illarum validitate, juſtitia, & obſervantia exorta controverſia, & lite inter dictum Rodericum Cardinalem ex una, & Dilectos Filios Decanum, & Capitulum dictæ Eccleſiæ Iſpalen., ac Univerſitatem Beneficiatorum dictæ Civitatis, & Diœceſis partibus ex altera. Nos illas primum per noſtrum ſpeciale Reſcriptum Dilecto Filio Magiſtro Marcello Bubaln Capellano noſtro, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditori audiendas, cognoſcendas, & fine debito terminandas commiſerimus, ipſeque Marcellus citationem cum inbibitione ad partes decrevit, quæ executioni demandata fuit.

Controverſiæ exortæ ſunt inter ipſum, Capitulum, & Beneficiatos.

Quarum examen Sixtus Auditori Cameræ commiſit.

Conſtitutiones autem Congregatione Concilii examinari mandavit.

§.2. Et deinde cupientes litium hujuſmodi brevitati conſulere, Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Interpretibus Decretorum Sacri Concilii Tridentini reviſionem, ac reformationem dictarum Conſtitutionum etiam commiſerimus, Conſtitutiones prædictæ, ſicut Nobis relatum fuit, ab eiſdem Cardinalibus, adhibita prius matura cauſæ cognitione, ac ſæpius partibus auditis fuerunt, per eoſdem Cardinales uti juſtæ, & æquæ judicatæ, additis tamen nonnullis limitationibus, emendationibus, declarationibus, & reſtrictivis, ac demum etiam ab Auditoribus Cauſarum dicti Palatii eas, uti juſtas ſervandas eſſe decisum fuit.

Quæ nonnullis additis æquas judicavit, & C. Auditor eaſdem ſervandas eſſe decrevit.

Pontifex cauſas omnes inde exortas ad ſe avocat, & extinguit.

§.3. Nos propterea, ut Conſtitutiones hujuſmodi perpetuo, ut par eſt, obſerventur, opportune providere volentes, ac diligentem dicti Roderici Cardinalis ſollicitudinem, qua in adminiſtranda dicta Eccleſia Iſpalen. utitur, plurimum in Domino commendantes, qui pro debito ſuæ curæ paſtoralis officio, proque ferventi zelo Domus Dei, & ſalutis animarum ſuper Gregem Dominicum ſibi commiſſum non ceſſat continuo vigilare, necnon Conſtitutiones prædictas juſtas, & æquas procul dubio, obſervandas, & ad hunc finem promulgandas eſſe attendentes, eorumque tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, nec non litis, & cauſæ hujuſmodi ſtatum, & merita præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, non ad dicti Roderici Cardinalis, aut alicujus alterius pro eo Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & de ambarum etiam partium conſenſu, cauſam, & cauſas hujuſmodi reſpectu tantum Conſtitutionum a dicto Roderi-

Digitized by Google

eo Cardinali compilatarum, & aliarum de novo ab eo factarum ad Nos harum ſerie advocamus, ac litem prædictam ſuper præmiſſis extinguimus, & inhibitiones quaſcumque per præſentes moderamur, & revocamus, perpetuumque ipſis partibus ſilentium deſuper imponimus.

Dic. ſeu Cōſtitutiones a Congregatione Cardinalium emendatas cōfirmat, obſervarique jubet.

§.4. Nec non Conſtitutiones prædictas juxta tamen eorumdem Cardinalium limitationes, emendationes, declarationes, & reſtrictivas, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium approbamus, & confirmamus illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, illaſque ab omnibus, & ſingulis, quavis auctoritate, dignitate, & honore fungentibus, quos illæ quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter obſervandas eſſe & obſervari debere.

Præſentesque literas nullo unquam tempore notari poſſe declarat.

§.5. Nec non præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quoquam alio defectu, etiam ea eo, quod intereſſe habentes vocati non fuerint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari poſſe, Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Conſtitutiones hujuſmodi a Cardinale de Caſtro publicari præcipit.

§.6. Quocirca eidem Roderico Cardinali, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo, & Officiali Iſpalen. motu ſimili mandamus, quatenus dictas Conſtitutiones promulgari, & ab omnibus illis, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis auctoritate noſtra obſervari faciant, cogant, & compellant. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantia tollit.

§.7. Non obſtante lite, & inhibitione executioni demandata, aliiſque præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Eccleſiæ etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis Clauſulis, & Decretis Decano, & Capitulo, ac Beneficiatis prædictis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorumque tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis fidem addit.

§.8. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 28. Julii 1590. An. VI.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 28. Julii 1590., Pontificatus noſtri Anno VI.

UR-

Digitized by Google

URBANUS SEPTIMUS

PAPA CCXXX.

ANNO CHRISTI MDXC.



VIgeſima poſt Sixti V. mortem die electus eſt in Summum Pontificem Joannes Baptiſta Cardinalis Caſtaneus Januenſis antea Presbyter Tituli S Marcelli, & Archiepiſcopus Roſſanenſis. Nihil poſt ſui electionem fecit morbo impeditus, quo ſublatus VI. Kalendas Octobris anno MDXC. die ſcilicet duodecima poſt quam fuerat electus, Corpus ejus delatum eſt ad Baſilicam Vaticanam .. Vacavit Sedes Menſes II. Dies X. (*a*)

(*a*) Incluſis in utroque computo extremis.

I.

Deputatio Cardinalis Pinelli in Præfectum Congregationis S. R. E. Cardinalium, ſuper conſultationibus negociorum temporalis ditionis Status Eccleſiaſtici, præpoſitorum. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

Dilecto Filio noſtro Dominico Tituli Sancti Laurentii in Pane, & Perna Presbytero Card. Pinello nuncupat.

URBANUS PAPA VII.

Dilecte Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUM dilectus filius noſter Alexander Cardinalis Montaltus nuncupatus, Congregationi pro conſultationibus negociorum Status Eccleſiaſtici, cui ſub fel. rec. Sixto Papa V. Prædeceſſore noſtro, præter alia ſibi, tunc incumbentia munera, præerat, aliquibus juſtis, ut nobis expoſuit, de cauſis, impeditus, commode vacare minime poſſit, Nos, ne hujuſmodi negociorum expeditiones, aliqua hoc tempore detrimenta ſuſtineant, tua opera, de cujus fide, prudentia, atque ſolertia, plurimum in Domino confidimus, in hujuſmodi munere uti decrevimus. Itaque tibi, qui unus ex S. R. E. Cardinalibus in dicta Congregatione deputatus exiſtis, ut una cum eiſdem Cardinalibus in dicta Congregatione deputatis, prout hactenus feciſti, conſultationes, deputationes, ſeu quærelas quorumcumque ditioni noſtræ temporali ſubjectorum, ad Nos confluentes, ſuper cauſis tam civilibus, quam criminalibus, ad forum ſæculare dumtaxat ſpectantes, audire, & ſtatis diebus cum dictis Cardinalibus conferre, & de majoris partis ſententia expedire, nec non ſuper iis, quæ in dicta Congregatione de ſententia majoris partis, ut præfertur, decreta, & diffinita fuerint, Literas noſtro nomine ad Provinciarum Legatos, & Vice-Legatos, Civitatum Gubernatores, & alios Terrarum, & Oppidorum, quocumque nomine vocentur, Magiſtratus, & Officiales in ſtatu, & ditione temporali noſtra, & Sedis Apoſtolicæ nunc, & pro tempore conſtitutos, nec non reſponſa, ac mandata noſtra illis, & aliis etiam privatis perſonis, quibus opus fuerit, ſcribere valeas, ac debeas, &, quod Literis tuis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ adhiberetur, ſi noſtra manu ſubſcriptæ eſſent, auctoritate Apoſtolica, plenam, & liberam facultatem concedimus, ac tenore præſentium etiam injungimus. Contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Cardinalis Montaltus hanc Præfecturam dimittit.

Committitur Cardinali Pinelli.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Septembris 1590. ſuſcepti a Nobis Apoſtolatus Officii Anno I. *Dat. die 20 Septem. 1590 An. I.*

GREGORIUS XIV.

PAPA CCXXXI.

ANNO CHRISTI MDXC.



DIe V. Decembris anno MDXC. ad Summum Pontificatum evectus eſt Nicolaus Sfondratus Patria Mediolanenſis, antea Presbyter Cardinalis Tituli S. Ceciliæ, cui Sacra Thiara impoſita eſt die 8. Menſis ejuſdem. Vixit Menſes X. Dies X. temporibus Rodulphi II. Imperatoris. Creavit Cardinales quinque. Ex hac vita deceſſit die XV. Octobris, ejuſque cadaver delatum eſt ad Baſilicam Vaticanam, & reconditum in Sacello, quod a Gregorio XIII. qui illud erexit, Gregorianum appellatur. Vacavit Sedes dies XIV.

I.

Confirmatio Conſtitutionis Pii V. de non alienandis, & infeudandis Terris, & locis S. R. E.

Hæc Pii V. Conſtitutio eſt 53. Admonet Nos *Tom. IV. Par. II. fol.* 364. *ubi tibi indicavi, ejus declarationes, & extenſiones.*

Eamdem Conſtitutionem certo modo declaravit etiam iſte Gregorius in Conſiſtorio ſecreto, ſed eam declarationem rejecit Clemens VIII. ut infra in ſua Conſtitut. Ad Romani.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex, pro Paſtoralis ſibi divinitus injuncti muneris debito, inter cæteras, quas pro communi bono Chriſtianæ Reipublicæ ſuſcipit curas, etiam ad ea confirmanda, quæ ad Statum Eccleſiaſticum, & S.R.E. ditionem, etiam temporalem in primis tuendam, & conſervandam, a Prædeceſſoribus ſuis non minus prudenter, ac ſapienter, quam rite, & recte geſta, & conſtituta fuerunt incumbere ſolet, & quo firmius illa ſubſiſtant, & ſanctius ab omnibus obſerventur, ſuæ comprobationis, & muniminis partes libenter, ac mature adhibet, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Exordium.

§.1. Sane jam pridem fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter tenoris ſubſequentis literas edidit. *Omittitur inſertio hujus Bullæ, quia habes eam in Tom. IV. Par. II. fol.* 364. Admonet. Pii V. Conſtitutio hic eſt indicata.

§.2. Nos igitur recol. mem. Gregorii XIII. ac Sixti V. Romanorum Pontificum ſimiliter Prædeceſſorum noſtrorum exempla, ac pium in tuendis S. R. E. juribus zelum imitantes, eaſdem literas, & in eis contenta quæcumque, ex certa noſtra ſcientia, ac de Nobis a Deo attributæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium approbamus, confirmamus, atque etiam innovamus, eaſque, & ea omnia inconcuſſæ, ac validiſſimæ firmitatis robur perpetuis futuris temporibus obtinere, & a cunctis quos illa quomodolibet concernunt, inviolabiliter obſervari debere decernimus, præcipimus, atque mandamus. Confirmatio de qua in rubrica.

Nulli ergo omnino hominum liceat &c. Si quis autem hoc, attentare &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo, 14. Kalend. Januarii, Pontificatus noſtri Anno I. D. P. An. I. die 19. Dec.

Con-

I I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatio Erectionis Rotæ Avenionen. cum reſtrictione facultatum Ordinariarum ad ipſam Civitatem Avenionenſem, ejuſque Territorium, & cum Taxa Sportularum Auditoribus pro cauſarum diverſitate perſolvendarum.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Vigilantis Pontificis præcipuum ſtudium eſſe debet, ita eos, qui ſub immediata Sedis Apoſtolicæ defenſione, & temporali dominio conſtituti eſſe noſcuntur, in eorum juſtis petitionibus, & votis confovere, ut eiſdem ſine cujuſque injuria per legitimos tramites Juſtitia miniſtretur, aliaſque deſuper opportunis remediis, prout rerum, & temporum, & perſonarum conditione penſata, commodius eſſe proſpexerit, providere.

Rota Avenionen. a Cardinalibus Armaniaco, & Borbonio erecta.

§.1. Dudum ſiquidem, ſicut accepimus bo: me: Georgius Cardinalis de Armigniaco tunc ſimilis me: Caroli Cardinalis Borbonii Sedis Apoſtolicæ in Civitate noſtra Avenionen. de latere Legati Collega, ex auctoritate ſe: re: Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri, adhoc ut cauſæ, quæ Auditoribus Palatii Apoſtolici Avenionen. a Legatis, & Vice-Legatis committebantur, maturius, & conſultius ex plurimorum judicio cognoſcerentur, unam Rotam, ſeu Auditorium perpetuum, partim Eccleſiaſticorum, partim Laicorum, quorum unus illorum Præſes eſſe deberet, ſub Apoſtolicæ tamen Sedis beneplacito erexit, & inſtituit cum poteſtate omnes, & quaſcumque cauſas, tam ſpirituales, quam profanas, criminales, civiles, & mixtas in Civitate, & Comitatu noſtro Venaiſſino ad utrumque forum mediate, vel immediate pertinentes, etiam per viam appellationis, aut alias, tunc, & pro tempore motas, & movendas eiſdem Auditoribus, ſeu uni eorum commiſſas, & committendas ſummarie, ſimpliciter, & de plano ſola veritate inſpecta cum illorum dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, audien., cognoſcen., deciden., ac fine debito terminan., ac in eis cum voto aliorum Auditorum, tunc præſentium, ſeu majoris partis eorum judicandi, pronunciandi etiam diffinitive, aut alias prout cauſarum merita poſtularent, & requirerent jubendi, & mandandi, ac inhibendi, ſententias quoque, tam diffinitivas, quam interlocutorias, decreta, & præcepta, & alias quaſcumque ordinationes a dicta Curia, ſeu Auditoribus emanatas, exequendi, & exequi mandandi, cum omnibus honoribus, præeminentiis, ac prærogativis, & dignitatibus debitis, cum hoc, quod dicti Auditores, & Præſes antequam eorum officia exercere inciperent, juramenta in forma ſolita præſtarent de eorum officio fideliter exercendo. Et ſucceſſive idem Carolus Cardinalis Legatus habita de dictæ Rotæ erectione notitia, illam confirmavit, atque approbavit, ac quatenus opus eſſet, de novo etiam cum eiſdem facultatibus erexit, & ordinavit.

Qui nonnullas etiam ab Auditoribus ejuſdem Rotæ obſervandas leges ſanxerunt.

§.2. Poſtmodum vero pro felici ejuſdem Rotæ, & Auditorum regimine, & gubernatione præfatus Georgius Cardinalis regulamentum quoddam, ac nonnullas ordinationes, & Conſtitutiones per dictum, etiam Carolum Cardinalem poſtea confirmatas, tam circa dictorum Auditorum, quam etiam Advocatorum, & Procuratorum qualitates, mores, auctoritatem, & facultatem fecit, & edidit, Et inter alia ordinavit, quod dictæ Rotæ Præſes ſemper eſſet, & eo ipſo eſſe intelligeretur Auditor Generalis domeſticus ipſius Legati, quam partes adire poſſent pro habendo Juſtitiæ complemento in cauſis, quæ coram D. Legato tractarentur: voluitque, quod cauſæ omnes dictis Auditoribus committerentur, & referrentur in Rota, & de communi conſenſu, ac voto deciderentur, & quod dicti Auditores, in conſilium intrare tenerentur omnibus, & ſingulis diebus, præterquam in diebus feſtis in honorem Dei dicatis. Ac præterea, quia in cartellis, & literis Juſtitiæ, ſeu Juſtitiam concernentibus ſæpe Notariorum imperitia, aut forſan dolo nonnullæ clauſulæ inſolitæ, & iniquæ apponebantur, ac plures, & diverſi errores committebantur, fuit per dictum Georgium Cardinalem ordinatum, quod Cartelli omnes, ac literæ Juſtitiam concernentes, antequam Legato pro tempore exiſtenti pro Signatura apponenda præſentarentur, præfatis Auditoribus, ſeu eorum alteri exhiberentur, qui illa, ſeu illas diligenter perlegere, & examinare tenerentur, & ſi quid in eis incivile, injuſtum, inſolitum, aut impertinens reperirent, illud corrigerent, & e mendis expurgarent, ac correcta, & emendata, aut alias legitime facta manu propria inſcriberent, proque labore reviſionis hujuſmodi tria ſolida turonenſia pro quolibet Cartello inter ipſos poſtea ſtipendiorum ſuorum loco dividenda accipere liceret, ac alias, prout latius in literis dictæ erectionis, nec non in regulamento, decretis, ac ordinationibus præfatis, quas omnes hic, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, pro expreſſis haberi volumus, plenius dicitur contineri.

Sixtus V. eos quolibet triennio ſindicatum ſtare voluit, & decrevit.

§.3. Cum autem, ſicut etiam accepimus ab eo tempore (aſſumptis ad hujuſmodi judicandi munus peritis, ac eruditis viris) magnum dictum Tribunal acceperit incrementum, ac nedum ex Apoſtolicæ Sedis auctoritate erectum, & inſtitutum fuerit, ſed dicta Apoſtolica Sede annuente, ſaltem tacite confirmatum, & approbatum propter varias Summorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum cauſarum commiſſiones, & delegationes dictis Auditoribus factas, extiterit, ac alias a fel. rec. Sixto Papa V. etiam Prædeceſſore noſtro ad tollendos nonnullos abuſus, qui in pauperum præſertim præjudicium ſub prætextu impunitatis, tam in dictæ

Rotæ

Rotæ Auditorio, qoam aliis dictæ Civitatis Judicibus committebantur, ratam in cæteris dictæ Rotæ inſtitutionem habente, motu ejus proprio mandatum fuit, quod Legati, & Viee-Legati pro tempore exiſtentes eurare, ae facere deberent, qood Præſes, ae Auditores cauſarum dicti Palatii noſtri, prout etiam Vieeſgerens, & alii Magiſtratus deberent, & quilibet eorum teneretur, tertio quoqne anno in ipſa Civitate de geſtis, & adminiſtratis per eos eorum officio durante rationem reddere, & Sindicatum ſubire, illiqne ſtare eoram Sindicatoribus per eonſilium dictæ Civitatis deputandis, illoque durante a dicta Civitate recedere nequitent.

Epiſcopus Biſignani Vice-Legatus Taxam Sportularum, ac cæterarum expenſarũ præfixit.

§.4. Noviſſime vero Venerabilis frater Dominieus Biſignani Epiſcopus Vice-Legatus Avenionen. animadvertens in dicto Tribunali in Pauperum præſertim damnum, & detrimentum cauſas, etiam leviſſimas interdum agitari, quarum extimatio ſumptus, qui tam pro informatiooe, ſeu Auditorum, quam etiam Sportularum, ae Notariorum mereede fiunt, rei ipſius, de qua eontroverſia exiſtit, extimationem æquare, aut etiam ſuperare ſæpiſſime eonſueviſſet, ooonullas ordinationes, & reformationes, tam eirca eauſarum in dicta Rota cognoſcendarum modum, quam etiam circa ſportulas, & aliorum Judieialium actuum taaationem, & moderationem feeerit, & ante omnia præceperit, ut intra certum, tunc præfixum tempus Auditores ipſi eorum deputationem, & eapreſſam approbationem, de qua tune minime apparebat, a Sede Apoſtolica acciperent, & obtinereot.

Status Comitatus Venaiſſini erectionẽ Rotæ Avenionen. utpote ſibi præjudicialem impugnarunt apud Sixtum Papam V.

§.5. Verum cum pro parte dilectorum filiorum trium Statuum Comitatus noſtri Venaiſſini prætenderetur dictæ Rotæ inſtitutionem in præjudieium privilegiorum dicti Comitatus a diverſis Romanis Pontifieibus Prædeceſſoribus noſtris eonceſſorum minime confirmandam fore, neque æquum eſſe, ut dicti Comitatus Incolæ, Cives, & habitatores extra dictum Comitatum ad Civitatem præſatam pro levibus præſertim eauſis trahantur, eum adſint in Comitatu ipſo proprii Judices, a quibus Juſtitiæ eomplementum conſequi poſſunt, & ideo pro parte dilectorum filiorum, tam Auditorum, quam trium Statuum Comitatus Venaiſſini prædictorum pridem eidem Sixto Prædeceſſori humiliter ſupplieatum eatiterit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur.

Sixtus remꝫ nonnullis Cardinalibus cognoſcendam commiſit.

§.6. Ipſeque Sixtus Prædeceſſor negotium hoe re: me: Joanni Baptiſtæ tunc Sancti Marcelli Presbytero Cardinali, eui poſtea ad Apoſtolatus faſtigium aſſumpto Urbani VII. nomen fuit, & Scipioni tituli Sancti Salvatoris in Lauro Lancellotto Presbytero, ac Benedicto Sanctæ Mariæ io Coſmedin Juſtioiano Diacono S. R. E. Cardinalibus examinandum, cognoſeendum, & pro eorum prudentia reformandum commiſerit, ae juxta eorumdem Cardioalium relationem, & eonſilium, dictæ Rotæ erectionem eonfirmaverit, ac alias reformaverit, deſuperque literas expediri mandaverit, quæ tamen, eodem ea hae vita erepto eapediri minine potuerunt.

Gregorius PP. d. Rotæ erectionem, Conſtitutioneſque confirmat.

§.7. Nunc autem eorumdem Auditorum, & trium ſtatuum nomine Nobis quoqne, qui divina favente clementia ad Apoſtolicæ dignitatis culmen evecti fuimus humiliter ſupplicatum fuerit, ut in eiſdem præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica pariter dignaremur. Nos io hoc ipſo noſtri Pontificatus initio hoc unom maaime cupientes, ut ſubditorum noſtrorum commodis apprime eonſulatur, eiſque æquitatis, & Juſtitiæ complementum miniſtretur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati juata eorumdem Cardinalium relationem, ac proviſionem ab eodem Prædeceſſore factam, dictæ Rotæ erectionem in Civitate noſtra prædicta, ut præfertur factam, necnon prædictorum Auditorum deputationem, & aſſumptionem eum omnibus Statutis, Ordinationibus, Conſtitutionibus, & Reformationibus a primodictis Cardinalibus factis, prout hactenus obſervatæ fuerunt, ae eum omnibus oneribus, & honoribus, ae emolumentis etiam ea Cartellorum ſignatura provenientibus, quibus hucuſque dicti Auditores quomodolibet uſi fuerunt, quæque hueuſque perceperunt, ae omnibus inde ſecutis Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, approbamus, plenumque Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem; & nihilominus pro potiori cautela eamdem Rotam in Civitate prædicta cum omnibus, & ſingulis facultatibus, ordinationibus, & emolumentis, ſalvis tamen iis, quæ particulariter inferius diſponenda, & reformanda duximus, de novo perpetuo erigimos, & inſtituimus.

Quamcumque tamen ordinariam juriſdictionem Auditoribus adimit, itaut cauſas eãcõmiſſione tantum cognoſcere poſſint.

§.8. Volumus autem, quod de cætero Auditores præſati nullam juriſdictionem ordinariam habere cenſeantur, aut prætendere poſſint, ſed ſint tantum Judices Commiſſarii, neque cauſam aliquam cognoſcere poſſint, oiſi vigore præeedentis eommiſſionis.

Cognoſcere autem tantũ valeant cauſas Civitatis, & Territorii Avenionen.

§.9. Coguoſcant autem cauſas omnes Civitatis, & Diſtrictus Aveniooen., tam eiviles, quam criminales, ſpirituales, prophanas, & mixtas ad forum dicti Legati, ſeu Vice-Legati pertinentes, prout hactenus a prima Rotæ erectione eogooſcere couſueverunt.

Cauſæ, quæ non excedunt ſummam 200 aur. ab uno ſolum, vel altero Auditore cognoſcendæ, non a toto Auditorio.

§.10. Quia vero Pauperum diſpendiis oceurrere, quantum in Nobis eſt, ſummopere cupimus, ne partes ipſæ pro ſea Judicibus informandis eapenſis oimis graventur, decernimus, ne impoſterum cauſæ non excedeotes ſummam, ſeu valorem, & extimationem 200. aureorum cenſeantur, & intelligantur eſſe Rotales, ſed Auditoribus ipſis committantur, vel etiam commiſſæ eſſe cenſeantur ſingulis Anditoribus abſque aliorum Auditorum partieipatione, eaſque ſoli per ſe ipſos, abſque aliorum

voto

voto cognoſcere, & expedire debeant.

Quando cognoſci ab Auditoribus poſſint cauſæ etiam Comitatus Venaiſſini.

§.11. Ne vero paſſim cauſæ Comitatus noſtri Venaiſſini a propriis dicti Comitatus Judicibus avocentur, & ſubditi ipſi extra dictum Comitatum in maximum eorum diſpendium trahantur, Mandamus, quod cauſæ dicti Comitatus, quæ alias ratione rei, vel cauſæ, aut obligationis, ſeu qualitatis perſonarum ad Legati, ſeu Rotæ cognitionem minime pertinere dignoſcuntur, coram Judicibus dicti Comitatus tam in prima, quam ſecunda, & tertia inſtantia cognoſcantur, & terminentur, niſi utraque pars conſentiat in Rota committi. Quod ſi altera pars diſſentiat, tunc in prima inſtantia cauſa a Judice loci ordinario non avocetur, niſi ex magna, & urgenti cauſa, in ſecunda vero inſtantia, ſi cauſa dictam ſummam: ſeu valorem 200. aureorum excedat, & a Legato, ſeu Vice-Legato expedire judicatum fuerit, committi quidem poſſit in Rota, tamen Vice-Legatus diſcrete agat, ut quantum fieri poſſit, Judex ſecundæ inſtantiæ non defraudetur jure ſuo, & onere judicandi. In ſecunda vero inſtantia ſi cauſa dictam ſummam excedat, vel ſi Legatus, aut Vice-Legatus ita expedire judicaverit, committi debeat in Rota; utraque vero parte conſentiente nulla rei, vel ſummæ habita diſtributione in quacumque inſtantia in Rota committi, & cognoſci poſſit.

Si quæ tamen cauſa per Legatum, aut Vice-Legatũ committenda ſit, hiſce Auditoribus cõmitti debet.

§.12. Cum autem cauſa aliqua per Legatum, ſeu Vice-Legatum pro tempore exiſtentem committenda fuerit, volumus, quod ſive civilis, ſive criminalis cauſa hujuſmodi exiſtat, aut etiam mixta, necnon Beneficialis, ipſis dumtaxat Auditoribus, juxta præſcriptum modum, & non alias committatur.

In hoc caſu unica tantum ſufficit commiſſio.

§.13. Ad tollendum autem multiplicitatem commiſſionum, ac parcendum laboribus, & expenſis litigantium, mandamus, unicam commiſſionem in qualibet cauſa, & inſtantia ſufficere, cauſaſque committi debere, aut etiam commiſſas cenſeri cum omnibus, & ſingulis inciden., dependen., ac alias emergen. uſque ad ſententiæ prolationem.

Ab eis tamen cito debent expediri.

§.14. Properandum autem ipſis Auditoribus erit ne lites fiant pene immortales, ſed illas quamprimum auditis tamen ipſarum partium juribus, & competentibus dilationibus præfixis mature ſimul, ac propere expediant. De cætero autem ſententias prout in cedula non fuerant, aut ſi terminos proſervatis interdum habuerint, teneantur intra decem dies ſententias ipſas ſubſcribere, & in actis Notarii cauſæ publicare, alioquin pronunciationes hujuſmodi pro nullis, & circumductis habeantur.

Modus Sportulæ in cauſis primæ inſtantiæ.

§.15. Ut autem debitus modus ſportulis, ac aliis ipſorum Auditorum emolumentis, & proventibus imponatur, firmis in cæteris remanentibus juribus, proventibus, ac ſalariis eorumdem Auditorum, quæ hucuſque juxta laudabilem conſuetudinem, ac ipſius Rotæ fundationem exigere conſueverunt, habita conſideratione reformationis per dictum Dominicum Vice-Legatum nuper factæ: *Præcipimus*, & mandamus ne Auditores ipſi a partibus per ſe, vel per alios, quovis modo ſportularum nomine aliquid petere, vel exigere, ſed nec a ſponte dantibus ultra infraſcriptam taxam aliquid accipere valeant, videlicet in cauſis civilibus pro diffinitiva ſententia tantum in prima quidem inſtantia, quoties cauſa valorem, vel extimationem, aut ſummam viginti quinque ſcutorum non excedit, uſque ad libras duas Turonen. a ſumma vero, ſeu extimatione ſcutorum 25. uſque ad quinquaginta aureum unum: A quinquaginta uſque ad centum aureum unum cum dimidio, a centum uſque ad ducentum aureos tres, a ducentum uſque ad quingentos aureos quinque, a quingentis uſque ad mille aureos novem, a mille uſque ad mille quingentos aureos duodecim, a mille quingentis uſque ad duo milia aureos ſexdecim, a duobus millibus uſque ad tria millia, aureos tantum viginti quinque. Quod idem ſervetur in cauſis a dicta ſumma trium millium uſque ad quamcumque ſummam, niſi aliud Legatus, ſeu Vice-Legatus pro tempore exiſtens arduitate cauſæ, & Auditoris laboribus inſpectis arbitrati fuerint.

Alia taxa Sportularum pro cauſis ſecundæ inſtantiæ.

§.16. In ſecundis vero, & aliis inſtantiis taxæ prædictæ addatur tertia pars illius, nec aliquid ultra non ſolum ipſis Auditoribus, ſed nec etiam ipſorum familiaribus, vel conſanguineis, aut aliis quibuſvis perſonis directe, vel indirecte, quovis quæſito colore, vel ingenio præſtari poſſit. Quæ quidem ſportulæ juxta taxam prædictam exigendæ apud Notarium cauſæ deponantur. Nec Auditoribus ullo modo conſignare, aut tradere præſumat, niſi prius ſententiæ ipſæ ſubſcriptæ, & Notario pro publicatione facien. conſignatæ fuerint.

Sportulæ in cauſis criminalibus.

§.17. In cauſis vero Criminalibus pro definitiva ſententia abſolutoria, quoties pro qualitate delicti imponenda fuiſſet pœna pecuniaria, ſportulæ taxam civilium cauſarum non excedant, quoad ſi veniſſet imponenda pœna corporalis, ſi quidem citra pœnam mortis civilis, vel naturalis capiat aureos quinque. Si vero imponenda eſſet pœna civilis, vel naturalis, habeat Judex aureos decem, niſi forte reus ita pauper ſit, ut taxa ipſa nimia fortaſſe videatur, quia tunc, vel nihil omnino, aut æquitatis penſata ratione Judex accipere debebit, idemq. in aliis deſcribendis caſibus obſervari volumus. Quod ſi reus principaliter de pluribus delictis inquiſitus fuerit, ſportulæ duplicentur. Si vero duo, vel tres correi fuerint, etiam quilibet in ſolidum juxta dictam taxam perſolvat, ſive ſeparatim, ſive conjunctim ipſorum cauſæ cognoſcantur. Quod ſi plures tribus rei fuerint, ſolvantur ſportulæ dumtaxat, ac ſi tres fuiſſent. Pro examinatione autem teſtium ad defenſam, quoties Judex intereſſe debebit, ſi quidem ratione delicti pœna pecuniaria imponenda foret, Judex ſolidos ſex tantum pro quolibet Teſte accipere poterit, & non ultra: decem vero quoties pœna corporalis citra mortem: duodecim vero ſi pœna mortis veniret infligenda.

Sportulæ in ſententiis interlocutoriis.

§.18. Pro ſententiis vero interlocutoriis in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, ac mixtis, aut etiam Beneficiariis nihil omnino accipiant niſi pro decreto de relaxando carcerato facto Proceſſu Fiſci, quo caſu unum tantum aureum pro quolibet reo capiet Auditor, niſi pauperes ſint, quia tunc omnino gratis relaxandi erunt.

Pro acceſſu.

§.19. Cum vero contigerit Auditorem pro neceſſaria cauſæ inſtructione ad locum differentiæ accedere, aut ad examinandum Teſtes ad partium inſtantiam, ſeu alia de cauſa neceſſaria, Auditor, qui accedit, ſi intra Civitatem, habeat pro dicto acceſſu medium aureum, ſi extra Civitatem in Territorio tamen ipſius, habeat aureum unum: Per Comitatum vero Venaiſſinum ſi illuc contingat accedere, habeat aureos duos pro qualibet dieta ſibi præcipuos, & immunes ab omnibus expenſis, & alimentis ſolvi conſuetis: ſi vero extra dictum Comitatum, & Juriſdictionem noſtram accedere neceſſe fuerit, habeat pro qualibet dieta aureos tres ſalvos, & immunes, niſi ex conſuetudine, aut juxta antiquas taxas minus perſolvi ſolitum ſit, quia tunc tam pro acceſſu iſto, quam aliis ſupradictis caſibus, quod hactenus in uſu fuerit, ſervari volumus, & mandamus.

Legatis, & Vice-Legatis committitur obſervantia hujuſce Conſtitutionis, taxarum &c.

§.20. Cæterum Legati, & Vice-Legati partes erunt diligenter animadvertere, & curare, ne Auditores ipſi, aut etiam Notarii prædictas, aut alias honeſtas taxas tranſgrediantur, & ne in aliquo partes ipſas gravent, ſed æqua lance omnibus Juſtitia ſine ſorde, & avaritia aliqua adminiſtretur, præcludaturque, tam litigantibus ipſis, quam etiam Advocatis, & Procuratoribus, ac ſi opus ſit etiam Judicibus, ac Notariis via, & occaſio lites injuſtas ſuſtinendi, defendendi, & immortales reddendi, ſuperfluiſque probationibus, & actis partes ipſas, præſertim pauperes, & miſerabiles perſonas gravandi contumaces ipſos pœnis etiam ſeveris prout, opus fuerit, mulctando.

Clauſulæ.

§.21. Decernentes præmiſſa ab omnibus ad quos ſpectat inviolabiliter obſervari debere, ac debite executioni etiam reſpectu cauſarum in dicto Rotæ Auditorio pendentium mandari, necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis occaſione, vel cauſa, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari,

Contraria tolluntur.

§.22. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſorum Auditorum Collegii, Comitatus, & Civitatis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, facultatibus, & reformationibus eiſdem Auditoribus, aut aliis quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis earumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac de verbo ad verbum non autem per clauſulas generales mentio habenda foret, ſpecialiter, & expreſſe, quatenus præſentibus noſtris literis obſtare, & contrariari apparuerit, derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides danda transumptis.

§.23. Ut autem præſentes noſtræ literæ ad omnium, quorum, intereſt notitiam facilius perducantur, mandamus quatenus per Legatum, ſeu Vice Legatum debite publicari debeant, ac facta publicatione ipſa, perinde omnes afficiant, acſi perſonaliter eis intimatæ forent.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 16. Februarii 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

Dat. die 16. Februar. 1591 An. I.

III.

Communicatio Privilegiorum, quibus fruitur Congregatio Regularium Theatinorum Congregationi Clericorum Regularium Minorum.

Iſtam Congregationem primo approbavit Sixtus V. ut ſupra in ſua Conſt. CXXVII. Sacræ fol. 4. Quam Conſtitutionem confirmavit Gregorius XIV. Literis quibus initium eſt Ut ea, *& quas nos ideo omiſimus, quia editæ leguntur a Dominico Bandi in Compendio Privilegiorum, facultatum &c. hujuſce Ordinis.*

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex perſonarum Eccleſiaſticarum quarumlibet, præſertim Regularium vota, Religionis propagationem, & augumentum reſpicientia, ad exauditionis gratiam libenter admittit, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Petitio omnium privilegiorum alias conceſſorum Congregationi Presbyterorum, qui Theatini nuncupantur.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum Presbyterorum, & Clericorum Congregationis Clericorum Regularium Minorum nuncupatorum, Nobis exhibita petitio continebat, quod cum ipſi cupiant pro illorum Congregationis augumento, ut ipſi in via Domini ſub ſuavi Religionis jugo Deo dante plurimum proficere poſſint, omnia privilegia, gratias, facultates, tam ſpirituales, quam temporales, ac indulta Congregationi Presbyterorum Theatinorum nuncupatorum conceſſa, eorum Congregationi hujuſmodi concedi, Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum deſiderio hujuſmodi annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Conceſſio Pontificis, eorumdem privilegiorum.

§.2. Nos igitur hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, facultates, exemptiones, immunitates, indulta, indulgentias, & peccatorum remiſſiones, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, ac tam conjunctim, quam diviſim etiam per viam communicationis, vel extenſionis, aut alias quomodolibet dictæ Congregationi Presbyterorum Theatinorum nuncupatorum, illiuſque Generali, aliiſque Superioribus, Officialibus, Miniſtris, & perſonis, eorumque domibus Regularibus quibuſcumque conceſſa, ac quibus dicta Congregatio Theatinorum, ejuſque domus Regulares-

Digitized by Google

lares, necnon Generales, Superiores, Officiales, Miniſtri, & aliæ quæcumque illius perſonæ, de jure, uſu, conſuetudine, privilegio, aut conceſſione Apoſtolica, vel alias quomodolibet etiam per viam communicationis, & extenſionis utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, eidem Congregationi Clericorum Minorum, illiuſque domibus Regularibus, necnon Præpoſito generali, aliiſque Superioribus, Officialibus, Miniſtris, & aliis quibuſcumque illius perſonis nunc, & pro tempore exiſtentibus, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo concedimus, illaque omnia, & ſingula ad dictam Congregationem Clericorum Minorum, illiuſque domos Regulares, necnon Præpoſitum generalem, Superiores, Officiales, Miniſtros, & perſonas prædictas, ita ut dicta Congregatio Clericorum Minorum, ejuſque Regulares domos, illorumque Generalis, Superiores, Officiales, Miniſtri, & perſonæ nunc, & pro tempore exiſtentes, præmiſſis omnibus, & ſingulis, æque, & pariformiter, & ſine aliqua differentia, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite poſſint, perinde ac ſi ſingula præmiſſa illis ſpecialiter, & expreſſe, ac principaliter, non autem ad inſtar conceſſa, & præſentibus expreſſa, ac de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo inſerta fuiſſent, auctoritate, & tenore prædictis extendimus, illaque omnia, & ſingula dictæ Congregationi Clericorum Minorum, illiuſque domibus regularibus, & perſonis prædictis communicamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.3. Decernentes præſentes literas de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu, notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi nullatenus umquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri.

Clauſula ſublata &c.

§.4. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſula derogatoria.

§.5. Non obſtantibus noſtra de non conceden. indulgentiis ad inſtar, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicta Congregatione Theatinorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dictæ Congregationi Theatinorum, ejuſque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, illorum omnium tenores, acſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro ſufficienter inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§.6. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Superioris dictæ Congregationis Minorum ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Congregationis munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum, &c. Si quis, &c.

D. P. An.I. 18. Februarii 1591.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris die 18. Februarii, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno I.

IV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Congregationi Concilii facultatem elargitur eos in utroque foro abſolvendi, qui ad Sacros Ordines promoti fuerant cum Dimiſſoriis a ſufficientem facultatem non habentibus obtentis, perceptoſque Eccleſiaſticorum Beneficiorum fructus eis condonandi.

GREGORIUS PP. XIV,

Ad futuram rei memoriam.

Facultas abſolvendi promotos cum literis obtentis a non habentibus ſufficientem auctoritatem.

UT ſecuritati conſcientiæ illorum, qui cum Literis dimiſſoriis ab Abbatibus, Commendatariis, Cappellanis Regiis, & aliis quibuſcumque minus ſufficientem facultatem ad id habentibus obtentis Sacris Ordinibus, alias tamen rite, & bona fide initiati ſunt, & eorum etiam, qui hujuſmodi Literas conceſſerunt, opportunius, & facilius conſulatur, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus facultatem concedimus, quoſcumque Clericos ſæculares, vel regulares, qui cum hujuſmodi Literis ad Sacros Ordines promoti ſunt, & eos etiam, qui eaſdem Literas conceſſerunt, dummodo in poſterum abſtineant, & injuncta illis pro modo culpæ pœnitentia ſalutari, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis in utroque foro abſolvendi, ac pœnas hujuſmodi illis remittendi, & condonandi, nec non cum illis ſuper irregularitate præmiſſorum occaſione forſan contracta, ita ut ea non obſtante in ſuſceptis alias tamen rite ordinibus, perinde ac ſi a propriis Epiſcopis, vel cum eorum Dimiſſoriis Literis illos ſuſcepiſſent, miniſtrare, & ad

ulteriores etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines aſcendere, ac beneficia quæcumque, & penſiones eccleſiaſticas, ſi quas obtineant, vel ſi illis Canonici conferantur, vel aſſignentur, recipere, & retinere libere, & licite valeant diſpenſandi,

Fructuſque ex Beneficiis Eccleſiaſticis poſtea aſſequutis perceptos condonandi.

§.2. Inſuper, ut tam eiſdem ſupradictis, qui fructus eccleſiaſticos ex ſuis beneficiis, vel penſionibus perceptos ſuos propterea non fecerunt, quam aliis perſonis eccleſiaſticis, qui fidei profeſſionem, quam juxta Concilii Tridentini decreta, & fel: recor: Pii Papæ IV. Prædeceſſoris noſtri conſtitutionem emittere tenebantur, non emiſerunt, fructus hujuſmodi, propterea indebite perceptos, condonandi, aliaque in præmiſſis omnibus faciendi, & exequendi, quæ neceſſaria fore cognoverint, ſeu quomodolibet opportuna.

Derogat contrariis.

§.3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Februar. 1591 An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 22. Febr. 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

V.

Moderatio duarum Conſtitutionum Sixti V. ſuper receptione Novitiorum illegitimorum ad Ordines Regulares.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Circumſpecta Romani Pontificis providentia, ea quæ rationabilibus cauſis, auctoritate Apoſtolica ſancita fuerunt, ipſa rerum experientia ſuadente, ex aliis interdum non minus juſtis cauſis moderantur, & immutantur, prout in Domino conſpicitur ſalubriter expedire.

Sixtus Quintus ſuper forma recipiendi Religioſos duas edidit Conſtitutiones.

§.1. Sane licet alias fel: rec: Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter, nonnulla circa qualitates, modum, & formam admittendi Religioſos ad quoſcumque Ordines, ſalubriter ſtatuerit, prout in duabus deſuper, prima videlicet ſub datum ſexto Kal. Decembris, Anno Tertio, & altera ſub datum duodecimo Kalendas Novembris, Anno Quarto ſui Pontificatus editis Conſtitutionibus latius continetur. Quia tamen uſu comprobatum eſt, multa inventa fuiſſe impedimenta, propter quæ ea, quæ in præmiſſis ſtatuta fuerunt, executioni mandari minime potuerunt. Unde quamplures literis, & pietate inſignes viri, a ſancto propoſito Regularem ducendi vitam abducti, ac impediti, atque etiam alii diu cum maxima eorum laude in Religione verſati ab illius dignitatibus, honoribus, prælaturis, cum non modico Religionis, & Ordinum hujuſmodi detrimento repulſi, & inhabiles penitus redditi fuerunt.

Quas hic Pontifex ad terminos juris reducit.

§.2. Nos igitur ea, quæ docuit experientia ſalubriter fuiſſe conſtituta, confirmare, quæ vero moderatione aliqua indigere, moderari volentes, ac dictarum Conſtitutionum, & inde ſequutorum quorumcumque tenores etiam veriores, præſentibus pro expreſſis habentes, habita cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſuper negociis, & conſultationibus Regularium deputatis, matura deliberatione, de eorumdem conſilio prædictas Conſtitutiones in ea parte, qua cavetur, ne illegitimi ex certo inibi expreſſo damnato thoro, vel complexu, ad quamcumque Religionem, neque ad habitum, aut profeſſionem regulares, ſed tantum ad habitum Converſorum, aut Famulorum, in Monaſteriis aliiſque locis Regularibus ſervientium admittantur, & ſi poſt dictam Conſtitutionem profeſſionem emitterent, voluit illam nullius eſſe momenti. Et in altera parte, in qua illegitime genitos, etiam ante ipſas Conſtitutiones profeſſos vigore privilegiorum, aut indultorum Apoſtolicorum, cuivis Ordini, Religioni, Monaſterio, aut Congregationi, eorumve Superioribus, in genere, vel in ſpecie conceſſorum, etiam ipſi per ingreſſum Religionis, vel per eoſdem Superiores legitimatos, ſeu ad gradus, honores, & dignitates habilitatos, ſeu integratos, ab honoribus, gradibus, & dignitatibus quibuſcumque, tam antiquis, quam aliis privilegiis, literis Apoſtolicis, indultis, aut declarationibus non obſtantibus, excludi, ac diſpenſationes quaſcumque, aut legitimationes non ſuffragari, neque in futurum cum his, niſi a Sede Apoſtolica, privilegiis quibuſcumque non obſtantibus, diſpenſari poſſe voluit, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ad terminos juris reducimus, & moderamur, ac omnes diſpenſationes, & habilitationes, vigore privilegiorum, aut indultorum Apoſtolicorum, cuivis Ordini, Religioni, Monaſterio, aut Congregationi, eorumve Superioribus, in genere, vel in ſpecie, ut præfertur, conceſſorum, quæ tempore Conſtitutionum hujuſmodi uſu recepta, & non ſub ullis aliis revocationibus comprehenſa erunt, per quoſcumque eorum Superiores factas, in priſtinum ſtatum, & validitatem, in quibus ante ipſas Conſtitutiones exiſtebant, reſtituimus, & reintegramus. Volentes, iiſdem Conſtitutionibus non obſtantibus, eos, qui quovis modo illegitimi procreati fuerint, ad habitum, & profeſſionem regulares admitti poſſe, quemadmodum admitti poterant, ſi ſupradictæ Conſtitutiones editæ non fuiſſent.

Quam reductionem hic declarat.

§.3. Ita tamen, ut cum de recipiendis quomodocumque illegitime natis, ad habitum, & profeſſionem Ordinum quorumcumque agetur, ii, ad quos hujuſmodi receptio ſpectat, præter alia, de quibus ex dictarum Conſtitutionum præcepto circa quoſcumque etiam legitimos diſquirere debent, diligenter eorum vitam, & mores inquirant, & ita demum recipiant, ſi tamen bonam indolem, & virtutis ſpecimen præſeferant, ac tot eis merita ſuffragentur,

ut

Digitized by Google

ut natalium ſuppleant defectum, eorumque receptio Religionis commodo, & utilitati profutura videatur. Et ſuper hoc ipſo ii, ad quos, ut dictum eſt, pertinet hujuſmodi receptio, matura deliberatione habita, ita cenſuerint, & judicaverint, dummodo tamen filius illegitimus in Religione, in qua pater, ſive ante, ſive poſt nativitatem dicti filii profeſſus fuerit, ipſo patre vivente non admittatur, quod expreſſe prohibemus.

Generalibus, vel Provincialibus Ordinũ, auctoritatem diſpenſandi il legitimos ad dignitates juxta eorũ privilegia uſu recepta.

§.4. Volumus quoque, ac ſtatuimus, licere Generali, aut Provinciali ſingulorum Ordinum, aut Congregationum, aut Hoſpitalium, ad quos dicta diſpenſatio ſpectat juxta tenorem privilegiorum, & indultorum Apoſtolicorum eis conceſſorum, quæ dummodo uſu recepta, nec alias ſub ullis revocationibus comprehenſa ſint, ut præfertur, in hac parte revalidamus, cum illegitimis, quos dictus Generalis, aut Provincialis, cum Generali, Provinciali, ſeu intermedio Capitulo, & non alias, ſuffragantibus meritis dignos judicaverint, ad honores, gradus, & dignitates obtinendas diſpenſare, ac diſpenſationes hujuſmodi pro tempore ita factas, & inde ſequuta quæcumque, ut antea, valere, & tenere, perinde ac ſi ſupradictæ Conſtitutiones non emanaſſent.

Superioribus Ordinum concedit, Novitios prævia informatione ad Religionẽ recipere poſſe.

§.5. Cæterum cum acceperimus, nonnullarum Religionum, & Ordinum, præſertim Monachalium Monaſteria ita inſtituta eſſe, ut in eis perpetua quædam filiatio conſtituatur; ideoque receptio Novitiorum in unoquoque Monaſterio ad Superiorem Prælatum, & Capitulum ejuſdem Monaſterii tantum pertineat, quæ etiam Monaſteria ut plurimum inter ſe longe diſtant, nec Generalia, Provincialia, aut intermedia Capitula, niſi raro, celebrari ſolent. Ideo ſtatuimus, ut Superiores illorum Monaſteriorum de conſenſu ſui Capituli, præhabita ſimul cum his, de quibus in unaquaque Religione, aut Monaſterio, juxta ejus Conſtitutiones recipiendus interrogari ſolet, aliqua informatione ſuper his, quæ in dictis Conſtitutionibus continentur, ad receptionem hujuſmodi procedere valeant, dum tamen antequam ad profeſſionem admittatur, plenaria, & eo modo, prout in dictis Conſtitutionibus habetur, inquiſitio fiat, quæ poſtea ab his, a quibus in prædictis Monaſteriis examinari ſolent, diligenter examinetur, & approbetur, & demum omnia in dicto Capitulo coram Superiore referantur. Volentes, quod Superiores prædicti, cum eorum Capitulo, aut ubi conſuetudo non fuerit celebrandi Capitula, cum tribus, aut quatuor ad id in Generali Congregatione per vota ſecreta deputatis, ſervatis eorum regularibus inſtitutis, ac ſupradictis omnibus, eamdem in recipiendis Novitiis habeant auctoritatem, quæ per dictas Conſtitutiones Provincialibus Capitulis eſt attributa.

Clauſula ſublata, &c.

§.6. Decernentes, ſic & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam ejuſdem Romanæ Curiæ Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere. Irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Prælati, vel perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo, &c. Si quis, &c.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo. Idus Martii, Pontificatus noſtri Anno I.

D. P. An.I. die 15. Martii 1591.

VI.

Damnatio Sponſionum, ſeu Excommiſſarum, ſuper vita, morte, & futura electione Summi Romani Pontificis, ac promotionibus S. R. E. Cardinalium.

De materia Cardinal. vide ad Conſt. LXXVI. Sixti V. Poſtquam. *Tom. IV. Part. IV. fol. 279.*

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Excommiſſarum uſus, multa mala maximaque damna parit.

COgit Nos depravata miſeri hujus ſeculi corruptela, ut vel in ipſo noſtri Pontificatus ingreſſu ſeverioribus pœnis illorum coerceamus audaciam, qui cœca ducti cupiditate gravioribus peccatis divinam Majeſtatem lædere, ac Sacroſanctæ Eccleſiæ Dei mala, & ſcandala pernicioſa inferre non perhorreſcunt. Qualia multa cum ingenti animi noſtri dolore ſenſimus manare ex frequenti ſponſionum illarum uſu, quæ Excommiſſæ vulgo dictæ, ſuper futura electione, aut vita, & morte Romani Pontificis, aut promotionibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium fieri conſueverunt. Nam ſive rem ipſam, quæ nedum Eccleſiaſtica, ſed, & Sacra, & mere ſpiritualis eſt, ſpectemus, profanatio quædam rei Sacræ, & ſacrilegium quoddam inde propterea committi videtur, dum electionibus, & promotionibus Sacris, ac plane ſpiritualibus, ſors pecuniarum immiſcetur, & turpiſſimæ nundinationis genus cohæret, ſive graviſſima peccata earum occaſione perpatrari ſolita, & detrimenta inde provenientia, ſponſiones hujuſmodi, quæ ſuper prædictis fiunt omnino damnandas, & prohiben-

bendas, atque a Chriſtifidelium commercio prorſus exterminandas arbitramur. Multi ſiquidem cupiditate, aut metu jacturæ pecuniarum illicitis modis, directe, vel indirecte per ſe, vel alium, electiones, ſeu promotiones impedire, aut retardare conantur. Alii eligendorum, aut promovendorum honorem, & famam, & exiſtimationem, impiis, falſis, ac prorſus iniquis detractionibus, aut diffamationibus lædere, ac dilacerare non erubeſcunt: Orationes vero, & vota, ac pias preces Chriſtiani populi, quas eo potiſſimum tempore, ſummo devotionis fervore, ex intimo cordis affectu, ab univerſo fidelium cœtu Deo Omnipotenti offerri par eſſet, ut hujuſmodi electionibus, ac promotionibus Spiritus Sanctus aſſiſteret, non mediocriter hac de causa impediri, perturbari, ac refrigeſcere neceſſe eſt, dum multi temporalibus lucris intenti, aut obliviſcuntur, quæ Dei ſunt, aut certe deſiderant ſæpenumero, & procurant, ut eligantur non ii, qui optimi ſunt, ſed ex quorum electione plurimum lucri ſe conſequuturus animadvertunt. Nec deſunt, qui innumerabiles fraudes, ac pernicioſa mendacia, dolos, & fallacias comminiſcuntur, dum ſponſionum precia augere, aut imminuere, callide, & verſute ſatagunt. Nonnulli quoque manifeſta injuſtitia peccant, dum fere certi eorum, qui eligendi, aut promovendi ſunt, conventiones, ſeu ſponſiones ineundo, ab aliis id ignorantibus pecunias per fraudem extorquent. Multi præterea, dum vana ſpe univerſum patrimonium ſuum in diſcrimen temere deducunt, repente, & ex improviſo ad inopiam rediguntur, ex quo, & abominabiles contra Deum blaſphemiæ, & plurima ſcandala, & peccata atrocia conſequuntur: quod autem deterius eſt, miſeri quidam ad nefandas Dæmonum invocationes, ad prohibita ſortilegia, damnataque divinandi genera confugiunt, ut futura, ſi id fieri poſſet, prænoſcendo, minori eum periculo, aut quemadmodum ipſi vana ſpe decepti ſibi perſuadent, certiori eventu ſponſiones ineant. Illud denique omnibus notiſſimum eſt, magnum hoc eſſe avaritiæ fomentum, & ex eo vehementem quæſtus cupiditatem, quandoque etiam in Eccleſiaſticis, ac Religioſis perſonis excitari.

Hic ideo Pontifex inhærendo Conſtitutioni Pii V. omnes excõmiſſas ſuper vita, morte, aut creatione Summi Pontificis, vel promotione Cardinalium ubique prohibet.

§. 1. Nos igitur, qui hoc præcipuum munus ad paſtoralem noſtram ſollicitudinem maxime pertinere exiſtimamus, ut gregem Dominicum fidei noſtræ creditum ab omni offenſione, atque æternæ vitæ periculo ſecurum, in viam ſalutis, divina favente gratia, dirigamus, peſtiferi hujus morbi contagionem, priuſquam in communem fidelium perniciem latius ſerpat, quantum in Nobis eſt, tollere, necnon delicti, & ſcandali inde ut plurimum provenientis occaſionem penitus, & ubique ſubmovere cupientes, ac ſimul æquum cenſentes, ut in quo frequenter, & graviter peccatur, id ad tollendum ſcandali periculum generatim, & peræque omnibus interdicatur, fel. record. Pii Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri, qui pariter hoc ipſum ſuper futura Pontificis electione fieri prohibuit, veſtigiis inhærentes, de tributæ Nobis a Domino poteſtatis Apoſtolicæ plenitudine, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione damnamus, & reprobamus omnes, & quaſcumque ſponſiones, promiſſiones, ſtipulationes, conventiones, aut pacta, Excommiſſas vulgo dictas, quovis nomine, aut vocabulo appellatas. Quas, ſive cedulas, ut ajunt, vel apochas, aut alio quocumque, publicæ, aut privatæ ſcripturæ, aut Chirographi genere, vel per Menſariorum, aut Mercatorum libros, aut partitas, ut dicunt, ſeu verbo tantum data fide, aut facto depoſito certæ pecuniarum ſummæ, vel cujuſvis alterius rei pretio extimabilis, aut alias quoquomodo, vel ſub quavis nominati, aut innominati contractus forma, aut conditione, in eventum vitæ, aut mortis, vel futuræ creationis Romani Pontificis, tam eo vivente, quam Apoſtolica Sede vacante, aut in eventum promotionum S. R. E. Cardinalium, poſthac in quibuſvis Chriſtiani Orbis Regnis, Dominiis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, ubilibet gentium, aut locorum iniri quandocumque contigerit, ipſoſque contractus, ſponſiones, aut pacta, ſiquæ poſt hanc noſtram prohibitionem inita fuerint, vel etiam antea, quarum tamen, vel quorum exitus adhuc expectatur, damnata prorſus, illicita, & invalida decernimus, & declaramus, illaque, ex nunc prout ex tunc, & e contra, harum ſerie reſcindimus, & annullamus, ac ne de cætero fiant diſtricte interdicimus, & prohibemus. Decernentes ex his tamquam damnatis, & reprobatis, etiam ſi juramento, quod pariter illicitum, & tamquam contra bonos mores præſtitum nihil operari, in hoc caſu declaramus, aut inſtrumento in forma Cameræ Apoſtolicæ, vel alias quomodolibet roborata fuerint, nullam prorſus obligationem oriri, nullamque actionem realem, aut perſonalem, aut Judicis officium in foro exteriori neque extra illud, nec etiam quo ad forum conſcientiæ, provenire, neque exceptionem, aut aliud quodcumque jus cuiquam competere.

Et quicquid in excommiſſis deductum fuerit, Piis locis applicat.

§. 2. Quinimmo ſtatuimus, & declaramus, ex prædictis damnatis ſponſionibus nullum talium pecuniarum dominium, etiam ſi ſolutæ, aut datæ, ſeu remiſſæ, vel condonatæ hac de cauſa fuerint, cuiquam acquiri, ſed quicquid pecuniarum, aut cujuſvis alterius rei, in contractus, ſeu ſponſiones hujuſmodi deductum fuerit, ſive datum, & acceptum, ſive tantummodo promiſſum, vel ut præfertur condonatum, aut etiam ut ab aliis ſolvatur mandatum exiſtat, eo ipſo piis locis ejus Civitatis, aut Oppidi, ubi ſponſiones ipſæ initæ, vel ubi primum detectæ fuerint, etiam ſi prius alibi initæ ſint, acquiſitum cenſeri, & ipſos contrahentes ad reſtitutionem, ſive elargitionem eiſdem piis locis in utroque foro teneri, & in foro exteriori ad id per Epiſcopum (cujus conſcientiam ſuper hoc oneramus)

mus) opportunis juris, & facti remediis, etiam ſub cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, cogi, & compelli debere, & non ſolum Procuratoribus, ſeu Adminiſtratoribus, ſed cuilibet perſonæ, actionem popularem nomine eorumdem piorum locorum pro ipſis pecuniis conſequendis competere. Ita tamen, ut ſi plura loca pia in Oppido, ſeu Civitate hujuſmodi exiſtant, inter ipſa loca is præferatur, & pecunias integre lucretur, qui prior agere cœperit.

Quibus deſuper tráſigere aut concordare poſſe vetat.

§.3. Nec componere, tranſigere, aut concordare cum ipſis delinquentibus, aut illis partem aliquam pœnæ remittere, aut condonare quoquomodo liceat, ſed integre ab ipſis locis piis exigatur. Quod ſi de facto concordatum fuerit, tunc eo ipſo concordia, compoſitio, aut tranſactio irrita ſit, & nulla, & actio pro reliqua ſummâ non exacta ad alia loca pia devoluta cenſeatur, donec pœna prædicta integre, ab ipſis tranſgreſſoribus fuerit perſoluta.

Eccleſiaſticiſque perſonis excommiſſas facientibus, pœnam privationis beneficiorum imponit.

§.4. Perſonas vero Eccleſiaſticas, ſiquæ forſan, quod non credimus, tale aliquod pactum, aut ſponſionem, contra hanc noſtram prohibitionem inire præſumpſerit, tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis, aut Militiæ regulares, cujuſcumque ſtatus, gradus, vel conditionis fuerint, etiam ſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Primitiali, Patriarchali, aut alia quacumque, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus præfulgeant dignitate (præter ſupradictam, & alias in præſenti Conſtitutione contentas pœnas) omnibus, & quibuſcumque per eas obtentis beneficiis, cum cura, & ſine cura, ſæcularibus, & quorumvis Ordinum, aut Militiarum regularibus, ex tunc eo ipſo per præſentes in utroque foro privamus, & privatas, ac ad illa, & quæcumque in poſterum obtinenda, perpetuo inhabiles, & incapaces declaramus, eaque omnia juxta præſentem Conſtituionem ipſo facto vacare, deque illis libere per Sedem Apoſtol., vel per ordinarios Collatores aliis provideri poſſe, ac etiam ſi alioquin noſtræ Sedis Apoſt., ſeu Rom. Pontificis tantum, diſpoſitioni, ex quavis reſervatione generali, etiam in corpore juris clauſa, ſeu alias quomodolibet reſervata, ſeu affecta fuerint, nihilominus per ordinarios Collatores, ad quos eiſdem reſervationibus, ſeu affectionibus Apoſtolicis ceſſantibus, pertineret, libere, & licite conferri, & de eis perinde ac ſi reſervata, aut affecta non eſſent, diſponi poſſe volumus, & declaramus.

Et tam eis quam aliis, huic prohibitioni contravenientibus, excommunicationis pœnam infligit.

§.5. Ulterius etiam in eos, qui talia patrare, & huic noſtræ Conſtitutioni contravenire præſumpſerint, tam ſi prædictis, quæ hic pro expreſſis habeantur, quam ſi quibuſvis mundanis etiam Ducalibus, Regiis, Imperialibus dignitatibus fungantur, ac etiam in eoſdem, vel alios, qui id in Terris, Locis, Civitatibus, ac Dominiis ſibi ſubjectis, tacite, vel expreſſe fieri permiſerint, eorumque Conſiliarios, Magiſtratus, Poteſtates, Gubernatores, Præfectos, aut Locatenentes, eorumque ſingulos, qui pariter conſenſum, auxilium, conſilium, vel favorem in præmiſſis præſtiterint, ac in quoſcumque proxenetas, vel mediatores, excommunicationis ſententiam per eaſdem præſentes ferimus, & promulgamus, eoſque ipſo facto, abſque aliqua monitione, aut declaratione, ſeu Judicis decreto, aut miniſterio, excommunicationis ſententiam incurrere volumus, a qua eorum nullus ab alio, quam a Romano Pontifice pro tempore exiſtente, niſi in mortis articulo, & quo ad eos, qui pecunias, vel aliud quidpiam præmiſſorum occaſione perceperint, etiam prævia reſtitutione integra pecuniarum ejuſmodi occaſione perceptarum, abſolvi poſſit, aut debeat.

Clauſula ſublata, & decretum irritans.

§.6. Sicque in omnibus, & ſingulis ſuperius expreſſis, per quoſcumque Judices, ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quavis cauſa, & inſtantia, judicari, & definiri debere. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca univerſis locorum Ordinariis, ubilibet conſtitutis, per Apoſt. ſcripta mandamus, ut præſentes literas in ſuis quiſque Eccleſiis, Civitatibus, Diœceſibus, & locis ab omnibus inviolate obſervari curent. Et contra quoſcumque præſentis Conſtitutionis tranſgreſſores ad declarationem cenſurarum, & pœnarum hujuſmodi procedant invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ cõtrariorum derogatoriæ.

§.7. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Cancellariæ Apoſtolicæ regulis, necnon Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, & Locorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam quantumvis longiſſimo tempore obſervatis, ac legibus etiam municipalibus, & pragmaticis, aliiſque ſanctionibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta, effectus earum impediri valeat, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Aut ſi aliquibus, communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Forma, & effectus publicandæ hujus Cõſtitutionis.

§.8. Cæterum, ut præmiſſa, ac eædem præſentes literæ ad eorum, quorum intereſt, notitiam deducantur, nulluſque poſſit aliquam illorum ignorantiam prætendere, vel excuſationem allegare, Volumus, ut eædem præſentes in Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, ac Cancellariæ Apoſtolicæ valuis, & acie Campi Floræ, per aliquem ex Curſoribus noſtris affixæ, copia illarum ibi-

Digitized by Google

ibidem dimiſſa, ab eadem die, quo ad eos qui in Urbe ſunt, quo vero ad eos qui citra montes ſunt, poſt viginti dies, quo vero ad eos, qui ultra montes, poſt duos menſes a die publicationis prædictæ numerandos, omnes, & ſingulos perinde afficiant, & arctent, acſi illis ipſis fuiſſent perſonaliter intimatæ. Quodque earum exemplis, etiam impreſſis, manu Notarii publici, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ ipſis præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitę, vel oſtenſę. Nulli ergo omnino, &c. Si quis &c.

Fides tranſumptorum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus noſtri Anno I.

D. P. An. I. die 21. Martii 1591.

VII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Cardinali Epiſcopo Oſtien., & Veliternen. Decano Sacri Collegii reſtituitur Gubernium, & temporalis juriſdictio Civitatum Oſtien. & Veliternen. pridem per Sixtum PP. V. ab eiſdem Eccleſiis ſeparata.

Vide ſuperius in Appendice Sixti V. ad Conſtit. XXXVII. Ex varietate *fol.* 217.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SI de reſtituendis, & conſervandis Juribus Eccleſiarum cæterorum Epiſcoporum magna Nobis cura animo inſidet, quanto majori ſtudio eam Nos ſollicitudinem ſuſtinere opportet, ut earum Eccleſiarum, quæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium propriæ ſunt, Jura ablata reſtituantur, ac reſtituta conſerventur.

Disjunctio, de qua in Rubrica a Sixto Papa V. facta.

§.1. Cum itaque ſe: re: Sixtus PP. V. Prædeceſſor noſter, ab Eccleſiis Oſtien., & Veliternen. tunc per obitum bon. mem. Alexandri Epiſcopi Oſtien., & Veliternen. Cardinalis Farneſii nuncupati, apud Sedem Apoſtolicam defuncti Paſtoris ſolatio deſtitutis gubernium, & omnimodam Juriſdictionem temporalem Civitatum Oſtien., & Veliternen., ac hoc ut perſonis idoneis, & benemeritis per eumdem Prædeceſſorem, & Succeſſores ſuos Romanos Pontifices in perpetuum ſimul, vel ſeparatim committerentur, motu proprio, & ex certa ſua ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine diſmembraverit, & ſeperaverit, ac unionem, ſi quæ eſſet, diſſolverit, ac gubernium, & Juriſdictionem hujuſmodi, ea tunc perpetuo diſmembrata, & ſeparata Cameræ Apoſtolicæ incorporaverit, & applicaverit, prout in literis dicti Prædeceſſoris deſuper confectis plenius continetur.

Cauſæ faciendæ reintegrationis.

§.2. Nos attente proſpicientes Cardinales ipſus Romano Pontifici in dirigenda Eccleſia Catholica, cui præeſt Conſiliarios, & Coadjutores exiſtere, & in partem Apoſtolicæ ſollicitudinis, ab Altiſſimo vocatos fuiſſe, ac ipſam Eccleſiam Romanam, cujus honorabilia membra exiſtunt, ſuorum honorare plenius magnitudine meritorum, nec alicui dignius, quam Epiſcopo Oſtien. ipſius Sacri Collegii Decano pro tempore exiſtenti, hujuſmodi gubernium, & Juriſdictionem temporalem committi poſſe: quod etiam ipſemet Sixtus Prædeceſſor noſter poſt diſmembrationem factam perſpexit, cum ſtatim omnimodam Juriſdictionem, adminiſtrationem, & gubernium ipſum temporale prædictæ Civitatis Veliternen. bon: me: Joanni Antonio Epiſcopo Oſtien., & Veliternen. Cardinali S. Georgii ſub certis modo, & forma tunc expreſſis commiſerit, ac denique, ex conceſſione gubernii hujuſmodi Civitates, & Diœceſes Oſtien., & Veliternen. magnam utilitatem omnino percepturas eſſe ſentientes dictarum literarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes;

Reintegratio, de qua in Rubrica.

§.3. Motu proprio non ad alicujus ſuper hoc Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, diſmembrationem, ſeparationem, diſſolutionem, incorporationem, & applicationem, necnon literas prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo revocamus, caſſamus, & annullamus, & irritamus, ac revocata, caſſata, & irrita, nulliuſque roboris, vel momenti fuiſſe, & eſſe, nullique prorſus ſuffragari poſſe, ſeu debere decernimus. Eiſdemque Eccleſiis Oſtien., & Veliternen. Gubernium, & omnimodam Juriſdictionem temporalem Civitatum Oſtien., & Veliternen. prædictarum, cum omnibus, & ſingulis arcibus, fortalitiis, Palatiis, Hortis, omnibuſque aliis juribus, pertinentiis, adjacentiis, & annexis quibuſcumque prout Epiſcopo Oſtien., & Veliternen. ante diſmembrationem, & unionem dicti Sixti Prædeceſſoris gaudere, frui, & poſſidere ſolebant, ac in priſtinum, & in eum, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, itaut nunc, & pro tempore exiſtens Decanus, & Epiſcopus Oſtien., & Veliternen. gubernium, & omnimodam Juriſdictionem dictarum Civitatum, cum omnibus ſuis priſtinis honoribus, oneribus, privilegiis, & facultatibus in omnibus, & per omnia gerere, & exercere poſſit, & debeat, perinde ac ſi illa, ab eiſdem Eccleſiis diſmembrata, & ſeparata, ac dictæ Cameræ incorporata, & applicata nunquam fuiſſent.

S. R. E. Camerario, & Clericis Reverendæ Cameræ injungitur, ne ſe ingerant in gubernio Civitatū Oſtien. & Veliternen.

§.4. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, S.R.E. Camerario, ac dictæ Cameræ Clericis, Præſidentibus, & quibuſvis aliis, ad quos pertinet, ne deinceps in gubernio, & adminiſtratione hujuſmodi, ſe quoquo modo intromittere audeant, ſeu præſumant, ſed gubernium, & omnia alia prædicta eidem Decano, & Epiſcopo Oſtien. pro tempore libere, prout ante diſmembrationem prædictam dimittant, & relaxent, ita quod liceat eidem Decano, & Epiſcopo Oſtien., & Veliternen. moderno, prædictorum gubernii, Juriſdictionis temporalis, & aliorum præmiſſorum poſſeſſionem propria auctu-

Digitized by Google

auctoritate, & vigore præſentium per ſe, vel alium, ſeu alios apprehendere, ac retinere, ac gubernium, & juriſdictionem hujuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios regere, adminiſtrare, & gubernare.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenos opus ſit, noſtra de non tollendo Jure quæſito, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon felicis recordationis Pii PP. IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis infra certum tempus in ipſa Camera Apoſtolica quibuſvis gratiis, illius intereſſe quomodolibet concernen., ita quod præſentes literæ, etiamſi infra tempus prædictum, aut etiam nunquam in ipſa Camera regiſtratæ fuerint, nihilominus perpetuo valeant, nec illis unquam opponi poſſit. Quibus omnibus eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Martii 1591. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 23. Martii 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

VIII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Validatio electionis Priorum, aliorumque geſtorum in Monaſterio Sancti Laurentii el Real ante publicationem literarum Sixti V., quibus illius Monaſterii ſtatuta confirmabantur.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Sixtus V. Monaſterii del Eſcurial a Philippo II. erectionem, ſtatutaque confirmavit.

§.1. CUM nuper fæl. rec. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter, chariſſimi in Chriſto filii noſtri tunc ſui Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ſupplicationibus inclinatus, ut in celebri Monaſterio Sancti Laurentii el Real nuncupat. Ordinis Sancti Hieronymi prope, & extra Muros del Eſcurial nullius Diœceſis ab ipſo Philippo Rege pia, & magnifica impenſa fundato, conſtructo, & dotato, & illi annexis Collegio, & Abbatia de Parajes electiones Priorum, & aliorum officialium, omni fraude, & ambitione ceſſante, canonice, & rite celebrarentur, & libri novi officii debite adminiſtrarentur, nonnulla Capitula, & ordinationes circa electionem Prioris, cæterorumque officialium prædicti Monaſterii, & Abbate, ac adminiſtratione librorum hujuſmodi debite conſultata confirmaverit, & approbaverit, ac perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjecerit, prout in ſuis deſuper in forma Brevis expeditis literis ſub dat. 4. Septembris 1588. plenius continetur.

Cum vero Priorum electiones factæ fuerint ante publicationem literarum Sixti V.

§.2. Et ſicuti poſtea idem Philippus Rex Nobis exponi fecit, ante datam, & expeditionem dictarum literarum confirmationis Capitulorum, & Ordinationum hujuſmodi in generali Capitulo dicti Ordinis, in quo literæ prædictæ præſentandæ, & acceptandæ, erant Capitulorum, & ordinationum hujuſmodi ſubſtantia ex parte Regis prædicti præſentata extitit, & juxta illius continentiam, ad electiones Prioris, & aliorum Officialium, & forſan alia proceſſum extitit: & quoniam data earumdem literarum ſubſequebatur, idem Rex Nobis ſupplicari fecit, quatenus omnes, & ſingulas electiones, aliaque acta Capitularia juxta earumdem tamen literarum formam facta, & inde ſequuta quæcumque Apoſtolica auctoritate confirmare, & approbare, aliaſque deſuper opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Validari petit idem Rex.

Validat Pontifex una cũ actis inde ſequutis.

§.3. Nos igitur præmiſſis attentis, ac ejuſdem Regis ſupplicationibus inclinati, literarumque prædictarum tenores, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, quaſcumque electiones, & acta, ut præfertur facta, approbamus, & confirmamus, illiuſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus ſupplemus, perinde ac ſi literæ prædictæ de data anteriori generalis Capituli prædicti confectæ in eodem generali Capitulo præſentatæ, & acceptatæ fuiſſent, illaque præſentis ſcripti patrocinio communimus, nec non eis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus: ac præmiſſa omnia, & ſingula perpetuo firmiter, & inviolabiliter obſervari debere volumus, & mandamus.

Clauſulæ pro ejuſdem validationis firmitate.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, & Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere decernimus, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§.5. Quocirca Venerabili fratri Epiſcopo Segobien., & dilectis filiis Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & Archidiacono Eccleſiæ Toletan. per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte alicujus Religioſi dicti Ordinis fuerint requiſiti, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, faciant eos, & quos illa concernunt, pacifice frui, & gaudere, nec permittant quidquam contra præmiſſa per quoſcumque attentari: Contradictores quoſlibet, & Rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantia tollit.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 3. Aprilis 1591. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Aprilis 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

Digitized by Google

IX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultates nonnullæ Cappellano Majori Regiæ Cappellæ Regis Hiſpaniarum, circa Sacramentorum adminiſtrationem, & munia Parochialia,

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam,

Pius V. Cappellano majori Aulæ Regis Hiſpaniarum ordinariam juriſdictionem ſuper omnes ejuſdem Aulæ familiares attribuit.

§.1. CUM dudum fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter ſupplicationibus chariſſimi in Chriſto filii noſtri, tunc ſui Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ea in parte inclinatus, tunc, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Compoſtellan, tanquam Cappellæ dicti Philippi Regis Cappellano majori, quamdiu, & quoties, in curia ipſius Philippi Regis perſonaliter reſideret, & eo a dicta Curia abſente, ſeu in illa non reſidente perſonæ in Presbyteratus ordine conſtitutæ per ipſum Philippum Regem toties, quoties ſibi viſum foret, nominandæ per ſuom Ordinarium approbandæ, quæ durante abſentia dicti Archiepiſcopi a dicta Curia in quibuſvis Civitatibus, Oppidis, & locis, in quibus dictum Philippum Regem, ejuſque Curiam regiam pro tempore reſidere contingeret, curam animarum familiæ ejuſdem Philippi Regis, ac omnium, & ſingularum perſonarum, tam in Regnis Hiſpaniarum, & dominiis originem trahentium, quam extraneorum ex quibuſvis Orbis partibus ad ipſam Curiam confluentium cujuſcumque qualitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, ac præeminentiæ forent, Archiepiſcopis tamen, & Epiſcopis exceptis, exercere, eoſque viſitare, corrigere, ac omnimodam juriſdictionem Ordinariam, omniaque, & ſingula alia, quæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi, ac alii locorum ordinarii in Diœceſ. ſuis de jure, vel conſuetudine, aut alias quomodolibet facere, & exercere conſueverant, citra tamen exercitium Pontificalium, & Ordinum, & Beneficiorum collationem, exercere libere, & licite valeret, Apoſtolica auctoritate conceſſerit, & indulſerit, prout in literis d. Prædeceſſoris deſuper die ſeptima Junii Pontificatus ſui Anno IV. ſub Annulo confectis plenius continetur,

Gregorius d. Cappellano facultatē concedit eccleſia ſibi eligendi pro Parochialium munium adminiſtratione dictis miliaribus.

§.2. Et Nobis nuper pro parte dicti Philippi Regis nonnulla, quæ majorem dictarum literarum expreſſionem, requirunt exhibita fuerunt. Nos dictarum literarum tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, ſupplicationibus dicti Philippi Regis hac in parte inclinati, de conſilio Venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium decretis Concilii Tridentini interpretandis præpoſitorum, quibus hoc negocium mature videndum, & diſcentiendum, ac Nobis referendum commiſimus, ad majorem dictarum literarum expreſſionem, ſeu declarationem harum ſerie concedimus, ſeu dictis literis adjungimus, quod dictus Cappellanus major, ſeu perſona ab eo ad animarum curam pro tempore deputata, cui Sacramentorum Confeſſionis, Euchariſtiæ, Extremæ Unctionis, & Matrimonii exercitium, & adminiſtratio incumbit, quique Eccleſiam certam, in qua dicta Sacramenta adminiſtret, non habet, poſſit eligere Parochialem Eccleſiam viciniorem Palatio, ubi eumdem Philippum Regem pro tempore morari contigerit, & ſi fuerint duæ Parochiales Eccleſiæ æque vicinæ dicto Palatio, tunc eligat quam voluerit, in quam prædictus Cappellanus major, ſeu perſona hujuſmodi libere ingredi, & exinde Sacramenta prædicta accipere, & ſibi ſubditis exercere, & ad infirmos Curiæ dicti Philippi Regis deferre, & monitiones matrimoniales ſuorum ſubditorum juxta decreta dicti Concilii publicari facere, eoſque matrimonio jungere, ac per ſe, aut alios miniſtros ſuos ſuam Juriſdictionem ordinariam exercere ſine præjudicio Jurium Parochi,

Subdelegandi aliis propriā auctoritatem.

§.3. Præterea, quod ipſe Cappellanus major tenere valeat miniſtros, & Officiales neceſſarios ad exercendam Apoſtolica auctoritate omnimodam Juriſdictionem, tam curæ Palatii, quam uti Judex Cappellæ hujuſmodi, & aliorum, qui ab eo, & ejus mandato nominati exerceant eorum officia, & Juriſdictionem ſuam, tam in cauſis ſemiclericorum, Cappellanorum ſervientium Oratorio Cappellæ, Cantorum, & Miniſtrorum ejuſdem Cappellæ quarumcumque nationum eidem Regi ſervientium, ac perſonarum Regalium, & Regiæ prolis, in illos tantum, qui vere ſunt Curiales.

Confeſſarios pro Regia aula deputandi.

§.4. Ad hæc dictus Cappellanus major per ſe, aut miniſtros ſuos nominare Confeſſores regulares de licentia ſuorum Superiorum, aut ſæculares pro cura animarum dicti Palatii, & examinare, ſeu examinari facere Cappellanos, & Clericos ſervientes dicto Philippo Regi, & Domui Regali in dicta Cappella, & Oratorio, ad celebrandas Miſſas, & Confeſſiones audiendas, ac verbum Dei prædicandum, & eis id faciendi licentiam, & facultatem dare,

Prædicatores pro Regia Cappella deſignandi.

§.5. Nec non convocare Prædicatores regulares, aut ſæculares in dicta Curia, vel extra eam ad prædicandum verbum Dei in Cappella Regia, & Domo, ubi erit ipſe Philippus Rex, & Curia ſua, itaut nullus ordinarius loci, in quo dicta Curia, ſeu ipſe Philippus Rex, aut Domus erit, ſive eundo, ſive ſtando, ſive etiam recreationis cauſa prædicationem verbi Dei impedire poſſit.

Ac Euchariſtiæ Sacramentum ibidem detinendi.

§.6. Poſtremo ſi eidem Cappellano majori videbitur, conſiderata decentia, & neceſſitate, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, & Extremæ Unctionis in Cappella Regia, ut ad infirmos, & infirmas in dicto Palatio exiſtentes commodius deferatur, & multis incommodis, quæ alias naſci poſſent, obvietur, reponere libere, & licite, & abſq; ullo conſcientię ſcrupulo, aut cenſurarum Eccleſiaſticarum incurſu valeat.

§.7. Non

Derogat contrariis.

§.7. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ dictus Prædeceſſor in literis prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 3. Aprilis 1591. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Aprilis 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

X.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Diverſæ ordinationes circa Indos Inſularum Philippinarum ad Chriſtianam fidem converſos.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Qui damna Indis intulerant ante ipſorum converſionem, ea ſequuta dicta damna reparare cupiebãt.

§.1. CUM ſicuti nuper accepimus in primæva converſione Indorum inſularum Philippinarum tanta vitæ pericula propter ipſorum Indorum ferocitatem adeunda fuerint, ut multi contra ipſos Indos arma ſumere, & in bonis damna dare coacti extiterint, ipſique Indi poſtea relictis falſis Deorum cultibus, & verum Deum agnoſcentes fidem Catholicam amplexi ſint, & qui hæc damna in bonis ipſorum Indorum dederunt, cupiant bona ablata hujuſmodi reſtituere, licet id faciendi facultatem non habeant.

Gregorius epiſcopo Manilan. committit, ut incumbat huic reſtitutioni &c.

§.2. Nos ſerenitati conſcientiarum dictarum perſonarum conſulere, & periculis, ac incommodis hujuſmodi obviare cupientes, Venerabili Fratri Epiſcopo Manilan. per præſentes committimus, & mandamus, quatenus auctoritate noſtra curet, ut ſupradictæ perſonæ, & Domini, quibus facienda eſt reſtitutio, inter ſe deſuper componant, ipſiſque Dominis, ſi certi fuerint ſatisfiant: ubi vero certi Domini non extiterint, eadem compoſitio per eumdem Epiſcopum fiat in utilitatem, & ſubventionem pauperum Indorum, ſi illi, qui reſtituere tenentur, id commode facere potuerint, ſi vero pauperes fuerint, ſatisfaciant, cum ad meliorem conditionem, ſeu fortunam pervenerint pinguiorem.

Statuta ab eodem Epiſcopo facta, vel facienda ſervari præcipit.

§.3. Et ne Conſtitutiones, & determinationes a dicto Epiſcopo, & Religioſis, ac Doctoribus inſimul Congregatis, ad felicem progreſſum Chriſtianorum noviter ad fidem converſorum factæ, ab illis pro ſuo libitu, & re, vel affectu particulari infringantur; Volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, ut quæ ab ipſa Congregatione per ſuffragia majoris partis in favorem fidei Chriſtianæ, vel ſalutem animarum pro bono ipſorum Indorum converſorum regimine ordinata, & mandata fuerint, firmiter, ac inviolabiliter obſerventur, donec, & quouſque ab eadem Congregatione aliter ordinatum, vel mandatum fuerit.

Adimit omnibus facultatem abſolvendi a caſibus, quos ipſe Epiſcopus ſibi reſervaverit.

§.4. Quodque ſi quando idem Epiſcopus de Conſilio dictæ Congregationis aliquem caſum ſibi reſervaverit, prout pro temporum, perſonarum, & rerum qualitate expediens viſum fuerit, nullus Presbyter ſecularis, vel cujuſvis ordinis, aut Congregationis Regularis prætextu cujuſvis privilegii, & Indulti, etiam Apoſtolici præter ipſum Epiſcopum, vel de ejus licentia, & expreſſo mandato, a caſibus hujuſmodi reſervatis, durante dicta reſervatione, abſolvere ullo modo poſſit, audeat, aut præſumat, ſub pœna ſuſpenſionis a Miniſterio Altaris, & a fidelium confeſſionibus audiendis ipſo facto incurrenda.

Eidem Epiſcopo injungitur Viſitatio Diœceſis per perſonas ad id idoneas.

§.5. Præterea cum præcipuum munus Epiſcoporum ſit, proprias oves per ſe ipſos paſcere, & viſitare, eidem Epiſcopo, ut per ſe ipſum, vel per ejus Vicarium in Spiritualibus Generalem, aut ſaltem per alias valde graves perſonas, non autem per ſimplices Clericos inexpertos, & literarum ignaros, & nullius exiſtimationis commiſſum ſibi gregem, ac Religioſos doctrinæ Chriſtianæ, eaſdemque doctrinas viſitet, injungimus, & mandamus.

Jubet, ne quis ab Inſula pacifica ad non pacificã tranſeat ſine licentia Epiſcopi, vel ſuorum Superiorum.

§.6. Et quia nonnulli earumdem Inſularum, & ordinum prædictorum rerum novarum curioſi de una ad aliam partem vagantes, aut tranſeuntes nuper converſos, & Baptizatos deſerunt, ac propterea ſunt in cauſa, ut interdum, quod maxime dolendum eſt, ii ad Idololatriam facile revertantur, & quod multi alii, qui alias ad fidei agnitionem venirent, & accederent ad Baptiſmum, ob defectum Miniſtrorum id negligant, aut in Infidelitate permaneant; & è contra ipſi Religioſi etiam Idiomatis illarum partium ignari, in dedecus ſuorum ordinum contemnantur, ac debitos fructus ſuæ prædicationis in Vinea Domini non producant, difficilioremque Indorum converſionem reddant. Nos huic malo opportunum remedium adhibere cupientes, omnibus, & ſingulis cujuſvis Ordinis Religioſis, ac aliis quibuſcumque circa Infidelium converſionem, & doctrinæ Chriſtianæ eruditionem incumbentibus ſub excommunicationis pœna, ne de pacifica ad non pacificam Terram accedere audeant, aut præſumant, niſi de ejuſdem Epiſcopi, & Prælatorum Religionum expreſſa licentia, & mandato in ſcriptis obtenta diſtricte interdicimus, atque prohibemus.

Prohibitio, ne quis Indos habeat tamquam mancipia.

§.7. Poſtremo, cum ſicut accepimus, chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus prohibuerit, quod nullus Hiſpanus in prædictis Inſulis Philippinis Mancipia, ſive ſervos, etiam Jure belli juſti, & injuſti, aut emptionis, vel quovis alio titulo, vel prætextu propter multas fraudes inibi committi ſolitas facere, vel habere, ſeu retinere audeant, & nonnulli adhuc eadem mancipia, apud ſe contra ipſius Philippi Regis edictum, vel mandatum detineant. Nos, ut ipſi Indi ad doctrinas Chriſtianas, & ad proprias ædes, & bona ſua libere, & ſecure abſque ullo ſervitutis metu ire, & redire valeat, ut rationi congruit, & æquitati; omnibus, & ſingulis cujuſcumque Status, gradus, conditionis, ordinis, & dignitatis exiſtant, in eiſdem Inſulis exiſtentibus perſonis, in virtute Sanctæ

obedientiæ, & ſub escommunicationis pœna præcipimos, & mandamus, quatenus publicatis præſeutibus, qoæcumque mancipia, & ſervos Indos, ſi quos habent, ſeu apud ſe detinent, ac omni dolo, & frande ceſſante, liberos omnino dimittant, & impoſterum, nec captivos, nec ſervos ullo modo faciant, aut retineant, juxta dicti Philippi Regis edictom, ſeu mandatum.

Fides tranſumptis hujus Cõſtitutionis dãda.

§.8. Cæterum quia difficile foret præſentes literas, ad ſingulas prædictas Inſulas, & ad alia qnæcumque loca, ubi opus eſſet deſerri, volumus, ut eorum tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis eadem prorſus fides habeatur in Judicio, & extra illud ubique Gentium, & locorum, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 18. Aprilis 1591. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Aprilis 1591. Pontificatus noſtri An.I.

XI.

Confirmatio exemptionis Fratrum Militum Sancti Joannis Hieroſolymitani, eorumque Familiarium, &c. a ſolutione decimarum, & aliorum onerum. Et estenſio facultatis M. Magiſtri, & Conventus, quoad diſpoſitionem beneficiorum. Ac præſervatio Ordinariorum, quoad perſonas curam animarum habentes.

Hanc exemptionem, & præſervationem firmavit primo loco Pius V. in ſua Conſt. CIV. Et ſi cuncta. *Tom. IV. Par. 3. fol. 49.*

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Prœmium.

QUanta Chriſtianæ Reipublicæ commoda, atque ornamenta, omni tempore attulerit Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani ampliſſimus Ordo, inſignia, quæ aſſidue præſtitit pietatis, & charitatis officia, tam late teſtantur, ſummo ardentique ſtudio, vel initio naſcentis Eccleſiæ in Civitate Sancta Hieruſalem, in qua Chriſti pedes ſteterunt, & ubi Deus Rex noſter ante ſæcula ſalutem in medio terræ dignatus eſt operari, complexa, & uſque modo, prout tempora tulerunt, variis in locis continuata, quæ nunc potiſſimum elucent eo in Hoſpitali, quod in Inſula Melitæ B. Pauli Apoſtoli, cujus in tutela eſt, multis celebrata miraculis, ab eo ordine conſtitutum fuit, in quo ejuſdem Pauli auctoritate permoti ejus Hoſpitalis curam gerentes re ipſa comprobant, jactis fidei, & ſpei fundamentis, inter præcipuas virtutes, quæ Theologicæ dicuntur, charitatem principem obtinere locum: neque his piis actionibus, quas iidem aſſiduis officiis, & hoſpitalitatis ſtudiis in proximos exercent plane ſecundæ, aut poſtremæ ſunt res ab eis ad divini nominis gloriam, & exaltationem præclare geſtæ, quarum longe lateque ſama pervagatur. Dum tamquam veri Chriſti athletæ Machabæorum æmulati morem, aſſumpta galea ſalutis adverſus Chriſtiani nominis hoſtes, & præſertim impios Mahometis ſectatores arma ſumunt, ſortiterque dimicant. Nos igitur Religionem floridam paternis contemplantes affectibus, ea quæ eis pro eorum proſpero ſtatu, commodo, & quiete per Romanos Pontifices prudenter conceſſa reperimus, ut illibata firmaque perpetuo ſubſiſtant, libenter approbationis noſtræ munimine roboramus.

Exemptio a ſolutione Decimarum, aliorumque onerum a nonnullis Pontificibus conceſſa

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, licet alias fel: re: Leo X. Clemens VII. Paulus III. Pius IV., & Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, inter alia privilegia, & indulta dilectis filiis Magiſtro, & Conventui Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani a Sede Apoſtolica conceſſa, eumdem, & pro tempore eſiſtentem Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites, Familiares, aliaſque perſonas Hoſpitalis hujuſmodi: necnon eorum Subditos, Vaſſallos, Colonos, & Servitores, & alios in eorum obſequiis, & dicti Hoſpitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis eſiſten., etiam Presbyteros curam animarum exercentes, quamdiu illam exercerent, & in illorum obſequiis forent, illorumque animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumque, quæ obtinebant, ac in poſterum obtinerent, & poſſiderent, a ſolutione, & exactione decimarum, cenſuum, jurium, etiam Synodalium, & Canonicarum portionum, ſeu charitativi ſubſidii, aut jucundi adventus, ſeu quartæ, aut alias quomodolibet, aut aliorum quorumcumque onerum, ſub certis modo, & forma, exemerint, & liberaverint, prout in diverſis ipſorum Prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur.

Ordinariorũ moleſtiæ ſuper prædicta exemptione.

§.2. Et licet ipſi Milites, & aliæ perſonæ præfatæ, non debuiſſent neque deberent, a quoquam contra dictorum privilegiorum tenorem, & formam moleſtari, perturbari, vel inquietari, cum ipſi non modo eorum facultatibus, & fortunis, verum etiam ſanguini, & vitæ pro tuitione fidei Catholicæ non parcant: nihilominus diverſi locorum Ordinarii, & Parochialium Eccleſiarum Rectores, & multæ Capitulares perſonæ id ſibi omnino juxta Sacri Concilii Tridentini decreta licere aſſerentes, eoſdem Magiſtrum, Bajulivos, Caſtellanum Empoſtæ, Priores, Præceptores, Milites, & perſonas, diverſis oneribus contra eorum privilegia prægravare, illoſque ad decimas, cenſus, ſubſidia, etiam caritativa, congruas portiones, jucundum adventum, paſtor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam jura ſynodalia cogere præſumant, in grave ipſius Hoſpitalis detrimentum, & gravamen.

Eam Gregorius confirmat modo, quo infra.

§.3. Nos igitur attendentes, Hoſpitalis præfati multa eſſe in fidem Catholicam, & Sedem Apoſtolicam merita, Nobis, & Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus non incognita, Cardinalem Magnum

Ma-

Magiſtrum, Bajolivos, Catellanum Empoſtæ, Præceptores, Milites, Fratres, Familiares, & eorum ſingolos, ac ſiogulares dicti Hoſpitalis perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, necnon omnium, & ſingulorum privilegiorum, indultorum, ſacultatum, exemptionum, immunitatum, libertatom, & gratiarum per præſatos, & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam Hoſpitali, illiuſque Magiſtro, Conventui, & Fratribus, Militibus, aliiſque perſonis præfatis hactenus conceſſorum, ac literarum deſuper confectarum tenores præſentibos pro expreſſis habentes. Motu proprio, non ad Cardinalis Magni Magiſtri, & Conveotus Hoſpitalis hujuſmodi, aut alicujus alterius ſuper hoc pro eis Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, & de mera noſtra liberalitate, ac Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eiſdem Magiſtro, & Conventui quomodolibet conceſſa, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem ſupplemus.

Pii IV. conceſſio uniendi, & diſmembrandi beneficia.

§.4. Cum autem fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter, eidem Magiſtro, & Conventui inter cætera privilegia, Prioratus, Bajulivatus, Caſtellaniam Empoſtæ, Commendas, ac alia ejuſdem Hoſpitalis beneficia, libere uniendi, & diſmembrandi ſacultatem conceſſerit. Et nihilominus a quibuſdam quandoque dubitatum fuerit, an ante, vel poſt mortem poſſeſſorum, unio, ſeu diſmembratio ipſa fieri poſſet, ac deberet.

Gregorius Pii Conſtitutionem extēdit.

§.5. Nos ad tollendum omne dubium, & ambiguitatem, quæ in præmiſſis in futurum oriri poſſet, ut quandocumque eis videbitur, ſive ante, ſive poſt mortem poſſeſſorum, Prioratos, Bajulivatus, Caſtellaniam Empoſtæ, ac alia ejuſdem Ordinis beneficia unire, & diſmembrare, libere, & licite poſſint, & valeant. Necnon omnia & ſingula privilegia, & exemptiones præſatas etiam ad Confratres, & Donatos ejuſdem Hoſpitalis extendi debere, auctoritate præſata decernimus, & declaramus.

Clauſulæ præſervativæ.

§.6. Decernentes, præſentes literas nullo umquam tempore, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu, etiam ea eo, quod locorum Ordinarii vocati non fuerint, notati, impugnari, vel invalidari minime poſſe, minoſque ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, revocationibus, limitationibus, reſtrictionibus, & derogationibus comprehendi poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties io priſtinom ſtatom reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe.

Injuncta Tribunalibus obſervantia.

§.7. Sicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate ſungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Executores hujus Conſtitutionis.

§.8. Quocirca dilectis filiis in Regnis Hiſpaniarum, & Neapolitani, noſtris, & Sedis Apoſtolicæ pro tempore exiſtentibus Nunciis, aut Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Cardinalis Magni Magiſtri, & Conventus ſuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eoſdem Magiſtrum, & Conventum, confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, decreto, & aliis præmiſſis pacifice uti, frui, & gaudere. Non permittentes eos per Ordinarios prædictos, aut quoſcumque alios, contra præſentium tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari: contradictores quoslibet, & rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas hujuſmodi incuriſſe declaran. illaſque etiam iteratis vicibus aggravan. interdictumque Eccleſiaſticum apponen. invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſula derogatoria.

§.9. Non obſtantibus piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliqois auctoritate præſentiom ad judicium non extrahatur, ac aliis quibuſvis Apoſtolicis, necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis, etiam præſatis locorum Ordinariis, ſob quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, etiam Conſiſtorialibus, de fratrum noſtrorum conſilio in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica,

ex-

Digitized by Google

expreſſa, & individua meutio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores acſi de verbo ad verbum inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertia habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hae vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas, non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Præſervatio Cōſtitutionis Pii V. Gregorii XIII. & Concilii Tridentini.

§.10. Volumus autem quod fel. record. Pii Quinti 22. Septembris, anno ſexto, ae Gregorii Decimitertii Prædeceſſorum noſtrorum literis ſub Annulo Piſcatoris 25. Novembris, Anno IX. Pontificatuum ſuorum expeditis, in ſuo robore, & efficacia permanentibus, præſentes literæ non comprehendant, neque Eccleſias neque perſonas, in his quæ ad euram animarum pertinent, in quibus decreta Coneilii Tridentini hujuſmodi omnino ſervari debeant.

Tranſumptorum fides.

§.11. Declarantes inſuper, ac præcipientes, quod præſentium literarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in judicio, & extra illud ubique locorum plena, & indobitata, eademque prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. I. 30. Apr. 1591.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annolo Piſcatoris, die ultima Aprilis 1591., Poutifieatus ooſtri Anno I.

X I I.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Privilegium a Pio PP. V. conceſſum Civibus Veliternenſibus, ut caoſæ omnes tam civiles, quam criminales iu prima, & ſecunda inſtantiis cognoſcantur in ipſa Civitate, in tertia vero inſtantia in Curia, confirmatur, & extenditur ad Cives Oſtieuſes.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DEcet Romanum Pontificem votis illis, præſertim S.R.E. Cardinalium gratum præſtare aſſenſum, per quæ ſingulorum Chriſtifidelium, præſertim ſibi, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjectorum commoditatibus conſulatur, & illa, quæ jam alias ab ipſa Sede propterea emanarunt, ut firmiora inde, & illibata perſiſtant, de novo approbare, prout conſpieit in Domino ſalubriter expedire.

Pius Papa V. juſſit, ut cauſæ tam civiles, quam criminales Civitatis Velletran., in prima, & ſecunda inſtantia in ipſa Civitate, in tertia vero inſtantia in Curia cognoſcerentur.

§.1. Exponi ſane Nobis nuper fecit Venerabilis frater noſter Alphonſus Epiſcopus Oſtien., & Veliternen. Cardinalis Geſualdus nuncupatus, quod alias per fæl. record. Pium PP. V. Prædeceſſorem noſtrum accepto, quod licet ſimilis record. Paulus II., & Paulus IV. Rom. Pontifices noſtri etiam tunc ſui Prædeceſſores ex certis tunc expreſſis cauſis pro tempore exiſtentibus Oſtien., & Veliternen. Epiſcopus dilectorum filiorum Ineolaruoı Civitatis Velletran., tam eiviles, quam criminales in prima, & ſecunda iu eadem Civitate Velletran., in tertia vero inſtantiis in Curia cognoſcendi facultatem conceſſiſſent, idque per multum tempus obſervatum fuiſſet; Nihilominus bo: me: Franciſcus Oſtien., & Velletran. Epiſcopus iu Curia ſua id obſervare temporibus ſuis neglexerat in grave dilectorum filiorum Populi Velletran. gravamen, & detrimentum; idem Pius V. Prædeceſſor bo: me: Joannis Epiſcopi Oſtien., & Velletran. Cardinalis Moroni nuncupati ſupplicationibus inclinatus, ſingulas conceſſiones prædictas, ac deſuper confectas literas, & inde ſequuta quæcumque Apoſtolica auctoritate confirmavit, & approbavit, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjecit, ſupplens omnes, & ſinguloa, tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem. Et nihilominus pro potiori cautela eidem Joanni Epiſcopo, & Cardinali, ut tam ipſe, quam ejus Succeſſores Epiſcopi Velletran. qui pro tempore forent, omnes eauſas civiles, & criminales, quæ in Civitate, & Diœceſi Velletran. pro tempore orirentur, per ſe, aut ad id ab eo deputatos in prima, & ſecunda in dicta Civitate Velletrau., in tertia vero inſtantiis in Curia, non tamen in atrocioribus cognoſcere, libere, & licite poſſent, conceſſit, diſtrictius inhibens quibolvis tam Sæcularibus, quam Eccleſiaſticis Judicibus etiam Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & aliis, tam in Alma Urbe noſtra tunc ſua, quam alibi exiſtentibus, & quavis auctoritate fungentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis, aliiſque arbitrio ſuo moderandis, & infligendis pœnis, ne in cauſis prædictis ullo modo ſe intromittere, aut aliter judicantes moleſtare auderent, vel præſumerent.

Juſſit etiam ne ibi exequutiones fierent ſine licentia Epiſcopi Oſtienſis.

§.2. Ac inſuper, quoniam ſæpe contingebat, graves expenſas partes litigantes ſubire oportere, dum contra eos ad executionem procedebator, adeout maximum præſertim miſerabilibus perſonia exinde detrimentum oriretur, & quandoque eapenſæ hujuſmodi prineipale debitum ſuperarent, quod, ut eatenus bo: me: Rodulphi Epiſcopi Oſtien. Cardinalis Carpenſis nuncupati, ac dicti Franciſci Epiſcopi, & Cardinalis temporibus fuerat obſervatum, deinceps ad aliquam exequutionem devenire, niſi prius habita notitia per eumdem Joannem Epiſcopum, & Cardinalem, ac de ejus licentia nullatenus valeret. Decernens literas tunc deſuper eonfectas ullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis ſuæ, vel quovis alio defectu, etiam ex eo quod partes, & dictæ Cameræ Apoſtolicæ Auditor vocati ad præmiſſa non fuiſſent, notari, impugnari, invalidari ad ter-

Digitized by Google

terminos juris reduci, in jus, vel controverſiam vocari, ac ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi nullatenus poſſe, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanarent, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita per quoſcumque Judices, etiam Commiſſarios, etiam ipſoſmet Camerales, & S.R.E.Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, prout in literis plenius dicitur contineri.

Hujuſmodi ſtatuta confirmat Gregorius.

§.3. Cum autem illa, quæ a dicta Sede ſæpius corroborantur firmius ſubſiſtant, & melius obſerventur. Idcirco Nos ſingularum conceſſionum prædictarum, ac deſuper confectarum literarum, ac inde ſequutorum quorumcumque tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, prædicti Alphonſi Epiſcopi Cardinalis ſupplicationibus inclinati, ſingulas conceſſiones, ac deſuper confectas literas prædictas, ac inde ſequuta quæcumque Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint.

Et extendit ad Cives Oſtien.

§.4. Et nihilominus pro potiori cautela eadem præmiſſa omnia, prout conceſſa ſunt, & permiſſa per præſentes innovamus, ac de novo prædicto Alphonſo Cardinali ejuſque ſucceſſoribus Velletran. Epiſcopis concedimus, & ad utramque Eccleſiam Oſtien., & Velletran., earumque Civitates, & Diœceſes, Incolas, & ſubditos ſimiliter perpetuo extendimus.

Clauſulæ ad præſentis Cōſtitutionis ſignaturam.

§.5. Decernentes eadem præmiſſa, & alia in prædictis literis contenta, præſenteſque noſtras literas per quoſcumque inviolabiliter perpetuis futuris temporibus obſervari, ac ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam ipſius Cameræ Apoſtolicæ generalem, ac Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores hujuſce Conſtitutionis deputat.

§.6. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Tuſculan., & Albanen. Epiſcopis, necnon Venerabili Fratri Epiſcopo Tiburtino per præſentes mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Alphonſi Cardinalis, & ejus Succeſſorum Oſtien., & Velletran. Epiſcoporum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ſibique in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtẽtes, faciant præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari, non permittentes eos deſuper quomodolibet indebite moleſtari: contradictores quoslibet, & rebelles per prædictas, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, legitimiſque ſuper his haben., ſervatis ſervandis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.7. Non obſtantibus fel. rec. Bonifacii Papæ V. ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas vigore præſentium ad Judicium non trahatur, ac aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis prædictis Auditoribus, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, & motu proprio, & ex certa ſcientia, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma adhoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab Apoſtolica ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die prima Maii 1591. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Maii 1591. Pontificatus noſtri Anno primo.

Cat-

XIII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Cardinali Geſualdo Epiſcopo Oſtien., & Veliternen. conceditur facultas exercendi Juriſdictionem Eccleſiarum Oſtien., & Veliternen. in Romana Curia perinde acſi apud eaſdem Eccleſias, perſonaliter reſideret.

Venerabili Fratri noſtro Alphonſo Epiſcopo Oſtien., & Velletran. Cardinali Geſualdo nuncupato,

GREGORIUS PAPA XIV.

Dilecte Fili Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Conceſſio, de qua in Rubrica.

§.1. CUM tu in alma Urbe Roma apud Nos reſidendo non tantum Oſtien., & Velletran. Eccleſiis invicem, ſeu alias perpetuo unitis, quibus ex diſpenſatione Apoſtolica præeſſe dignoſceris, ſed etiam Nobis atque adeo univerſali Eccleſiæ inſervias, ne igitur de Juriſdictionis tuæ viribus dubitari unquam contingat, ſuper his, quæ per te in dicta Urbe, dum apud Nos reſides, expediri contigerit, vel quæ jam forſan expedita reperiantur, providere, & alias commoditatibus tuis conſulere volentes; Motu proprio, non ad tuam, vel alterius Nobis per te ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex noſtra certa ſcientia, meraque deliberatione, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tibi, ut in dicta Urbe, & Romana Curia reſidendo omnimodam Juriſdictionem, quam in Oſtien., & Velletran. Eccleſiis, ac Civitatibus, & Diœceſibus de Jure, vel conſuetudine, aut alias ex Indulto Apoſtolico habes, perinde acſi apud eaſdem tuas Eccleſias, Civitates, & Diœceſes perſonaliter reſideres, libere, & licite, ac in omnibus, & per omnia per te, vel alium exercere poſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus.

Eamdem juriſdictionem per Delegatos exerceri permittit.

§.2. Et inſuper omnia, & ſingula per te, ſive tuum Auditorem, alioſque per te forſan deputatos, vel pro tempore deputandos in his, quæ ad eamdem Juriſdictionem Oſtien., & Velletran. Epiſcopi pertinent, quæque tam voluntariæ, quam contentioſæ Juriſdictionis fuerint, & pœnitentialis fori jam forſan acta, geſta, decreta, & mandata, ac quæ deinceps fieri, decerni, & mandari contigerit, ſententiaſque tam interlocutorias, quam diffinitivas, ſeu diffinitivarum vim habentes in quibuſcumque cauſis tam pendentibus, quam præteritis, & futuris ferendas, ac etiam jam forſan latas, rata, & firma, validaque, & efficacia eſſe, & fore, nec ullo unquam tempore de Juriſdictionis, & poteſtatis defectu, ſeu nullitatis vitio impugnari, vel irritari poſſe volumus, decernimus, & declaramus, eaque omnia ex nunc, prout ex tunc approbamus, & confirmamus, ac eis firmitatis robur adjicimus.

Cuicumque Judici, ne ſe Judiciis ad Epiſcopum Oſtien. & Veliternen. ſpectantibus immiſceat, prohibet.

§.3. Quinimo ad illa exequenda, prout per te, tuoſque Officiales mandatum fuerit, omnes, & quoſcumque Judices, & Officiales, Birruarios, Coſtodes Carcerum, Curſores, mandatarios, & alios Miniſtros, etiam ſub eccleſiaſticis cenſuris cogi, & compelli poſſe volumus, & mandamus. Nos enim Tibi quoſcumque in Curia, & extra eam etiam per Edictum publicum, conſtito ſummarie, & extrajudicialiter de non tuto acceſſu citandi, illiſque, ac quibuſcumque Judicibus quavis dignitate, & præeminentia Eccleſiaſtica, vel Sæculari in ipſa Curia præfulgeant, ne erga Subditos Oſtien., & Velletran. Epiſcopi prædicti, nec in cauſis, quæ ad illius omnimodam Juriſdictionem alias pertinent, ſe intromittant, aut immiſceant, ſed illos, atque illas ad ejus Juriſdictionem omnino remittant, etiam per ſimile edictum, ac ſub excommunicationis, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis arbitrio ſuo imponen., moderan., & applican., ac contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas hujuſmodi appellatione poſtpoſita compeſcendi, cogendique, & compellendi, ac irritum, & inane, quidquid in contrarium per quoſcumque factum, ſeu attentatum, vel fieri, & attentari contigerit, decernendi, prout Nos ſic per quoſcumque Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere decernimus, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, & exequendi, plenam, liberam, & omnimodam facultatem, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur.

Poteſtatem etiam dat Beneficia dd. Diœceſum in Urbe conferendi.

§.4. Et nihilominus, ne etiam de viribus collationum, & proviſionom per Te in dicta Urbe de quibuſvis Beneficiis in Oſtien., & Velletran. Eccleſiis, ac Civitatibus, & Diœceſibus prædictis conſiſtentibus, & ad tuam collationem, proviſionem, & quamvis aliam diſpoſitionem pertinentibus pro tempore factarum dubitari, ſeu quomodolibet hæſitari etiam contingat, Tibi, ut ipſas collationes, proviſiones, nec non etiam commendas de Regularibus, ſi quæ ſint, ac alias quaſvis diſpoſitiones hujuſmodi in dicta Urbe, ac in propriis tuæ ſolitæ reſidentiæ perſonalis ædibus data illarum appoſita abſque eo, quod propterea extra ipſam Urbem, ſeu aliquam illius Portam te conferre tenearis, ac alias libere, liciteque, & valide poſſis, indulgemus, ipſaſque collationes, proviſiones, commendas, & alias diſpoſitiones ſic per Te faciendas validas eſſe, & fore, ac illis, quibus factæ fuerint, etiam perinde acſi Tu illas apud dictas Eccleſias tuas reſidendo feciſſes, & alias in omnibus, & per omnia ſuffragari debere ſimiliter decernimus, & declaramus.

Derogat contrariis.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & Cancellariæ Apoſtolicæ regulis,

gulis, nec non ſtylo, uſu, & conſuetudinibus quibuſcumque, privilegiis quoque, Indultis quibuſvis perſonis, & Judicibus ſub quavis forma conceſſis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 1. Maii 1591. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 1. Maii 1591. Pontificatus noſtri An.I.

XIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Coofirmat, ionovatque ea, quæ in Conſtitutionibus Societatis Jeſu ſtatuuntur circa Novitiorum admiſſionem, ac Superiorum electiones; & quidquam ſoper his vetat innovari.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Sixtus V. nonnulla ſtatuerat circa Novitiorum admiſſionem, & Superiorum electionem Inſtituto Societatis contraria.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Claudius Aquaviva Societatis Jeſu Præpoſitos Generalis, quod cum in ipſa Societate juxta illius Inſtitutum Apoſtolica auctoritate confirmatum, nec Conventus, ſeo Congregationes generales (oiſi ad Præpoſitum Generalem eligendum, & alias rariſſime, & ex cauſis tantum magni momenti) neque Provinciales, in quibus juxta fel. rec. Sixti PP. V. Prædeceſſoris noſtri priorem de Novitiis admittendis Conſtitutionem, quæ incipit: *Cum de omnibus*, Novitii ipſi admitti deberent, frequentius, quam ſingulis triennii cogantur, & cum hæ coguntor, duodecim ad ſummum dies durare, in quibus non de Novitiis admittendis, ſed graviora alia juxta Societatis ejuſdem Conſtitutiones tractari debent. Ratio vero deputandi eos, qui Novitios extra Googregationes ipſas juxta poſteriorem ejuſdem Prædeceſſoris declarationem admittere poſſunt, primum quidem valde difficulter, & incommode io praxim deduci poſſit, præſertim in regionibus Aquilonaribus, & ultra marinis propter magnam Collegiorum diſtaotiam, & ſæpiſſime etiam propter itinerum difficultates, bellaque, & alia pericula; Deinde etiam in univerſum, modus ille minus exactus ſit comodo, quam ſocietas ipſa ſequitur, cum io illo duo, vel tres Deputati ſufficiant, & hoc plures communiter ioterveniant: Et poſtremo cum ratio illa decernendi valde differat a modo, quem Societatis Cooſtitutiones, & Apoſtolica diplomata in deliberationibus faciendis, ac in univerſa illius gubernatione præſcribunt, juxta quem modom Superior auditis io rebus alicujus momenti conſultoribus decernit, quod ſibi ad majorem Dei gloriam facere videtur. Admiſſio autem illa per deputatos, cum ad eorom ſuffragia non cooſultiva, (ut ſunt in Societate) ſed deciſiva fieri debeat, diverſitatem non parvam in Societatem inducit. Quamvis enim in ipſa Societate electiones quædam primariæ ejuſmodi ſunt Generalis Præpoſiti, & illius Aſſiſtentium io generalibus Congregationibus, in Provincialibus vero tam eorum, qui Generalem eligere, vel generali Congregationi cum Jure ſuffragii intereſſe, quam Procuratorum etiam, qoi e ſingulis Proviociis quolibet triennio in Urbem ad Procuratorum Congregationem mittuntur, & ejuſmodi quædam aliæ electiones, ac rerum deliberationes, per ſecreta ſcrutinia, & deciſiva ſuffragia fiant, in reliquis nihilominus proprius cujuſque gradus judicum, & officiorum diſcretio, ac diſtribotio, juxta Conſtitutiones caſdem, & Apoſtolica diplomata ipſius Inſtituti Confirmatoria Pauli PP. Tertii, ac Julii etiam Tertii Prædeceſſorum ooſtrorum Romanorum Pootificum tota eſt in ipſius Præpoſiti Generalis mano, unde reliquæ omnes Superiorum electiones, rerumque, ac negotiorum alicujus momenti determinationes, ab ipſo Generali Præpoſito acceptis in rebus majoris momenti, ex provinciis ipſis, informationibus, & auditis Aſſiſtentibus communiter fioot, ſicut & Provinciales ipſi in ſuis Provinciis, ac locales Superiores in ſuis locis auditis ſimiliter eorum Conſultoribus gubernant, atque de rebus ad eos attineotibus decernunt. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecit dictus Claudius, quatenus ſtatui, & indemnitati dictæ Societatis conſulentes io præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Gregorius renovat, quæ in Statutis Societatis ſanciuntur.

§.2. Nos igitur, qui Societatem prædictam propter ejus in Eccleſia Dei uberes fructus ſinceris ſemper amplexi ſumus affectibos, atque, ut uberiores in dies proferre valeat, integram, & intactam illi ſui Inſtituti, ac gubernandi rationem ſervari cupimus, prædictum Claudium ſpecialibus ſavoribos, & gratiis proſeqoi volentes, & a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſenteotiis, cenſuris, & pœnis a Jure, vel ab homioe, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſeric abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibos inclinati, præmiſſa omnia, & ſingula, tam ad Societatis Superiorum quorumlibet electiones, quam ad gubernandi, & de rebus decernendi rationem juxta ipſius Societatis Conſtitutiooes, vel etiam ad ipſum Societatis Inſtitutum, & Conſtitutiones quomodolibet pertinentia Apoſtolica auctoritate approbamus, & confirmamus, & pro potiori cautela Societati prædictæ, ut ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tam in Novitiis, etiam cujuſvis generis illegitimis, admittendis, & in diſpenſationibus ad gradus, dignitates, & officia quæcumquæ in Societate habenda, & retinenda, eiſdem Novitiis concedenda, quam in Superiorum quorumvis electionibus faciendis, necnon in gubernandi, ac de rebus conſulendi, & decernendi modo formam, & rationem omnimodam in illius Apoſtolicis diplomatibus, Conſtitutionibus,

nibus, ac decretis, ac regulis expreſſam, libere, & licite proſequi, & retinere valeat, Apoſtolica auctoritate, de novo concedimus, & indulgemus, ac perpetuo obſervari volumus, mandamus, ac decernimus.

Quidquam contra hujuſmodi Statuta vetat innovari.

§.3. Et quoniam in magnam Religioſorum Ordinum perturbationem vergit oſtiumque perniciosis novitatibus aperit, ſi quovis prætextu a quibuſvis, quæ divino inſtinctu, ab ordinum eorumdem fundatoribus ſalubriter inſtituta ſunt, temere impugnentur, atque in dubium revocentur; univerſis, & ſingulis perſonis, tam ſæcularibus, quam quorumvis ordinum Regularibus cujuſcumque ſtatus, & præeminentiæ exiſtant, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub divini interminatione Judicii, cæteris vero ejuſdem Societatis perſonis, ac Religioſis ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & vocis, tam activæ, quam paſſivæ privationis pœnis ipſo Jure, & facto, & abſque alia declaratione incurrendis, a quibus non niſi a Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore exiſtente, (præterquam in mortis articulo) abſolvi, aut alias liberari, aut in priſtinum ſtatum reſtitui valeant, ſtricte præcipiendo mandamus, & interdicimus, ne præmiſſa, vel eorum aliquod contra præfatarum Conſtitutionum formam immutari, alterari, aut in formam aliam, ſeu rationem circa ea induci directe, vel indirecte quovis quæſito colore, aut prætextu curare, aut contra, vel præter prædicta, ſeu quævis alia ipſius Inſtituti ſubſtantialia, quæ a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus confirmata, & ſtabilita ſunt, agere, vel quippiam ulli alii perſonæ quacumque etiam Epiſcopali, Archiepiſcopali, ſeu Patriarchali, aut alia majori Eccleſiaſtica dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundana etiam Imperiali, aut alias ſpeciali nota digna poteſtate, auctoritate, ſeu excellentia præfulgeant, præterquam immediate ore ad os, ſive per literas Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, vel noſtro, aut Sedis Apoſtolicæ Legato, aut Nuncio, vel ipſius Societatis Generali Congregationi, aut Præpoſito Generali addendum, minuendum, aut immutandum, ſive alterandum proponere quoquo modo audeant, vel præſumant.

Clauſulæ.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, definiri, & interpretari debere, & quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane, eadem auctoritate decernimus, prædictis, ac noſtra nuper edita, quæ incipit: *Circumſpecta Romani Pontificis*, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c.

Fidem tranſumptis addit.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die 2. Maii 1591. Pontificatus noſtri Anno Primo.

Dat. die 2. Maii 1591. An.I.

XV.

Diſſolutio Unionis Brundusinæ, & Uritanæ Eccleſiarum, remanente Brunduſina Metropolitana, & Uritans ſuffraganea Archiepiſcopi Tarentini.

Ex Regeſt. in Cancell. Apoſtol.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Regimini univerſæ Eccleſiæ divina voluntate meritis licet imparibus præfecti, de Cathedralibus, & aliis Eccleſiis, ipſarumque Paſtoribus, quo populus eis commiſſus in via Domini dirigatur, feliciter, quantum Nobis ex alto conceditur, Nos cogitare convenit, idque, ut facilius ſequatur, dum unicuique Eccleſiæ proprium Paſtorem præeſſe debere cognoſcimus, expedire, earumdem Eccleſiarum jam pridem factam unionem diſſolvimus, prout, temporis conditione, & rerum qualitate penſata, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Philippus V. ſupplicavit Sixto V. pro diſſolutione, de qua in rubrica.

§.1. Dudum ſiquidem cariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, ad quem nominatio perſonæ idoneæ ad infraſcriptas Eccleſias, dum pro tempore vacant, ratione Regni Siciliæ, cujus ipſe Philippus etiam Rex exiſtit, ex privilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, ſpectat, & pertinet, conſiderans, quod cum propter unionem Brunduſinarum, & Uritanarum Eccleſiarum auctoritate Apoſtolica dudum invicem perpetuo factam, ac hujuſmodi unionis occaſione, variæ exinde, graveſque lites, & diſcordiæ inter Brunduſinæ, & Uritanæ Civitatum Communitates, & homines exortæ fuiſſent, & continuo vigerent, in dies magiſque accenderentur in ſcandalum, & damnum plurimorum, ſtatuſque Civitatum, & Eccleſiarum hujuſmodi perturbationem non modicam, fel. recordationis Papæ Sixto Quinto Prædeceſſori noſtro humiliter ſupplicavit, quatenus unionem hujuſmodi diſſolvere dignaretur.

Rem Sixtus Congregationi Conſiſtoriali examinandam remittit, quæ ſtat pro diſſolutione.

§.2. Idem Prædeceſſor negocium hujuſmodi Congregationi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Rebus Conſiſtorialibus Præfectorum examinandam, & poſtea ſibi referendam commiſit: qui demum, tam Philippi Regis, quam Civitatum hujuſmodi pluries auditis agentibus, & Procuratoribus, viſiſque videndis, & conſideratis conſiderandis, unionem ipſarum cenſuerunt diſſolvendam. Quin etiam Eccleſiæ ipſæ, & Civitates, quæ competentes habebant Diœceſes, & unaquæque proprium Præſulem, ac Paſtorem habere, exindeque me-

melius, commodiuſque a ſuo quoque Paſtore regi, gubernarique poſſent.

Cauſæ facien- dæ diſſolutionem.

§.3. Unde Nos conſiderantes, quod ſi unio prædicta perpetuo diſſolveretur, & litibus, diſcordiiſque prædictis, indeque provenientibus ſcandalis, & incoovenientibus opportune obviaretur, ac alias utriuſque Eccleſiæ, & Civitatis perſonarum paci, & tranquillitati conſuleretur. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus, & diſmembrationibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſt, unionis, anneaionis, & incorporationis, aliorumque præmiſſorum, ac inde ſequutorum, & de occeſſitate, ſeu alias quomodolibet exprimendorum tenores, ac menſarum dictarum Eccleſiarum, & cujuslibet earum fructus, ac illarum veros, & annuos valores, ac litium, & cauſarum ſuper quibuſcumque prætenſionibus, ac unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum occaſione motarum, & pendentium ſtatum, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, necnon jura, & prætenſiones præſentibus pro expreſſis habentes, necnon omnes, & quaſcumque cauſas inter communitates, & homines prædictos ſuper quibuſcumque prætenſionibus, ac illarum, & unionis, annexionis, & incorporationis prædictarum occaſione quandocumque motas, & quomodolibet introductas, & indefinitas pendentes ad Nos harum ſerie advocantes, illaſque, ac lites quaſcomque, cum omnibus, & ſiugulis ſuis incidentibus, dependentibus, emergentibus, anneais, & connexis eatinguentes, & perpetuum ſilentium hinc inde deſuper imponentes, ex prædictis, & aliis rationabilibus cauſis animum noſtrum moventibus, præmiſſa cauſa, cogitatione, ac re mature diſcuſſa de Venerabilium Fratrum noſtrorum ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu, unionem, anoeaionem, & incorporationem de dictis Eccleſiis Brundusin. & Uritan. nunc per obitum bonæ memoriæ Bernardini olim Archiepiſcopi Brundusin., & Uritan., qui extra Romanam Curiam debitum naturæ perſolvit, Paſtoris ſolatio destitutis, alias, ut præmittitur, factas, quarum tenorem haberi volumus pro eapreſſo, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo diſſolvimus, itaut, ex nonc de cœtero ipſæ Eccleſiæ non amplius ſint, nec intelligantur unitæ, ſed unaquæque de per ſe, ipſaque Brundusina Metropolitana, Uritina vero tantum Cathedralis remaneat.

Jus nominandi ad utramque Eccleſiã Philippo V. eribuit, penſioneſque reſervatas confirmat.

§.4. Et nihilominus augmentum dotis eidem Eccleſiæ Uritanæ, per eoſdem communitatem, & homines dictæ Civitatis Uritanæ ideo factam, ut alia Metropolitana, ut ipſi inſtabant, remaneret, ſeu fieret, ita etiam illis conſentientibus, juſque nominandi perſonas idoneas ad dictas Eccleſias, ſic olim unitas, pro dicto Philippo Regi, ex privilegio Apoſtolico, cui non erat hactenus derogatum, competebat, ſibi, & ſucceſſoribus ſuis firma, & illæſa reſpective perpetuo remaneat; itaut de cœtero idem Philippus Rex, & ſucceſſores ſui perſonas idoneas ad unamquamque prædictarum Eccleſiarum, ſuper quarum fructibus antiqua penſio quingentorom Ducatorum, ſeu ſcutorum, quam Nos ſuper utriuſque fructibus pro cujuſcumq;rata ſolvendam eſſe volumus certæ, ſeu certis perſonis Eccleſiaſticis, illam annuatim percipientibus Apoſtolica auctoritate prædicta reſervata reperitur, tam hac prima vice, quam quoties illas deinceps vacare contigerit, nominare poſſint, prout ipſe Philippus Rex ante unionis hujuſmodi diſſolutionem ad ipſas Eccleſias unitas nominabat, ac nominare poterat.

Uritanam Eccleſiam Tarentino ſubiicit Archiepiſcopo.

§.5. Dictamque Eccleſiam Uritanam Cathedralem remanentem Eccleſiæ Tarentinæ, & illius Archiepiſcopi nunc, & pro tempore exiſtentis ſuffraganeam conſtituimus, & aſſignamus.

Brundusinæ Eccleſiæ nonnulla addit Caſtra.

§.6. Inſuper prædictæ Eccleſiæ Brundusinæ, pro ſua Diœceſi ultra eam, quam prius habebat, Caſtra Celini, Guagnaui, Salicis Veliæ, & Severani, quatenus de ipſa Brundusina Diœceſi non ſint, cum eorumdem Caſtrorum diſtrictibus, Territoriis, juribus, & pertinentiis, ac Incolis, & habitatoribus illa a Diœceſi Vritana, quatenus de ea exiſtant diſmembrando, & ſeparando eiſdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Unicuique Civitati ſua confirmat privilegia.

§.7. Volentes, & dicta auctoritate decernentes, ac mandantes, quod decimæ, quas Eccleſia Brundusina in Territorio Eccleſiæ, & Civitatis Uritanæ vigore Donationis Tancredi, ſeu cujuſcumque alterius tituli prætendebat, eidem Eccleſiæ Brundusinæ ſalvæ etiam remaneant, nominaque, & Denominationes Caſtrorum, & locorum, quæ unicuique dictarum Civitatum Brundusin., & Uritan. poſt unionis, annexionis, & incorporationis hujuſmodi diſſolutionem remanebant, in ſuis exinde conficiendis literis exprimi, & ſpecificari, declararique poſſent, & deberent.

Derogat obſtantibus.

§.8. Non obſtantibus voluntate noſtra Apoſtolica, & quatenus opus ſit, de jure quæſito non tollendo, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, necnon etiam in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, & generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac dictarum Eccleſiarum, etiam juramento roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam illis, ac earum Præſulibus, Capitulis, & quibuſvis aliis Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis aliis Derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis Clauſulis irritantibus, & aliis Decretis etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac Conſiſtorialibus, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum omnium, & ſingulorum tenores pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ.

§.9. Nnlli ergo omninu hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis &c.

Dat. die 8. Maii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo. Sexto Idus Maii, Pontificatus noſtri anno Primo.

XVI.

Forma promovendi ex præſeripto Coneilii Tridentini, ad regimina Eccleſiarum Cathedralium, & aliarum dignitatum, de quibus conſiſtorialiter providetur.

De his agitur in Concil. Triden. ſeſſ.7. cap.1. ſeſſ.24. cap.2. & ſeſſ.25.cap.1. & antea in Leonis X. Conſtit. VIII. Supernæ *Tom.3. Par.3. fol.295., & poſtremo in Six.V. Conſtit.CXVII.*Immenſa *in 3.Congreg. To.IV. Par.IV. fol.392.*

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Salus gregis pendet a bono paſtore.

ONus Apoſtolicæ ſervitutis, ad quod nuper nos dignatio divina provexit, aſſidue admunet, in eam potiſſimum curam Nobis eſſe paſtorali ſolicitudine incumbendum, nt quæ a ſaeris œcumeneiſque Conciliis pro communi totius Chriſtiani populi ſalute, pie prudenterque ſtatuta ſunt, nulla aut temeritate violentur, aut negligentia deſerantur; ea præſertim quæ ad bonos, idoneoſque Paſtores Cathedralibus, ac Superioribus Eccleſiis gubernandis præfeiendos pertinent; nam ſi in quibuſvis Eecleſiæ gradibus, & miniſtris, curaudum eſt tales eligi, qui in Religione, & ſanctitate fideles ædificent, multo eerte magis elaborandum eſt, ne in ejus electione erretur, qui ſupra omnes gradus conſtituitur, cui tamquam ſervo fideli, & prudenti totius familiæ cura traditur. qui ad omnem virtutem & mandatorum Dei obſervantiam aliorum forma eſſe debet, cum certum ſit gregis ſalutem magnopere pendere ex boni Paſtoris præſtanti vita, & doctrina.

Concilium itaque Tridentinum inſignes viros ad Cathedrales Eccleſias eligi decrevit in locis citatis in rubrica.

§.1. Sane Venerabiles Patres, qui ex toto Terrarum Orbe ad ſacrum generale Tridentinum Concilium a Summis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris evocati magna frequentia convenerunt, cum io aliis rebus multis præclarum ſtudium ad corrigendos depravatos mores, & collapſam Eccleſiaſticam diſeiplinam reſtituendam oſtenderunt, tum in eo potiſſimum inſigni zelo, magnaque cum laude laborarunt, ut rationem invenirent, qua viri doctrina, pietate, prudentiaque excellentes, & in Eccleſiaſticis functionibus diu multumque verſati, Eccleſiis Cathedralibns præficerentur.

Hic Pontifex ut Epiſcopus Cremonenſis d. Concilio interfuit, & illud exequi exoptat.

§.2. Nos igitur, qui cum in minoribus conſtituti, Cremonen. Eccleſiam regeremus, in eodem Conelio cum ſanctis, & egregiis illis Patribus interfuimus, & Concilio abſoluto ad Eccleſiam noſtram reverſi magno ſemper deſiderio flagravimus, ut tam ſalubria generalis Concilii decreta executioni debitæ mandarentur, atque ut id fieret pro virili parte euravimus. Multo nunc magis, cum diſponente Domino omnium Eccleſiarum cura, & ſollicitudo nos premit, ſummo deſiderio tenemur, ut Paſtores ii præficiantur Eccleſiis, qui opus ſuum, & miniſterium impleant, & de ovium ſalute nos in Domino lætificent.

Concilium mandavit, ut in quibuſcumque locis per Metropolitanum in Synodo præſcriberetur forma examinis, & inſtructionis.

§.3. Illud autem in hoc ſaluberrimo, & pernecceſſario negocio, quod eſt de Epiſcopis eligendis, & præficiendis videtur eſſe præcipuum, ut inſtructio, examen, & inquiſitio, de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promovendorum, tam accurate fideliter, ac ſerio inſtituatur, ut omnis fallaciæ ſuco ſemoto, certo confidere valeamus, tales a Nobis Chriſti gregi paſcendo eſſe præpoſitos, quales tantum onus, Angelicis videlicet humeris formidandum, exigit, & quales ille expetit, qui pro iiſdem ovibus redimendis propriæ vitæ, ac ſanguini non pepercit. Et quidem in hac parte providentia dicti Coneilii Tridentini minime defuit, cum ſtatuerit, ac mandaverit, ut in Provinciali Synodo per Metropolitanum habenda, præſcriberetur quibuſque locis, & Provinciis, propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma, Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis utilis, atque opportuna eſſe videretur.

Sed in pauciſſimis locis id exequutum fuit

§.4. Verum neque id hactenus niſi a pauciſſimis factum eſt, ueque ſpes eſt, niſi longiſſimo temporis ſpatio, ut ab omnibus fiat; atque interim, dum certa examinis ſive inquiſitionis ratio a ProvineialibusConeiliis expectatur, petit nber ille fructus, qui ex tam utilibus Concilii Generalis decretis ſperari poſſe videbatur, & experientia ipſa docuit per tot annos a publicatione Coneilii prædicti elapſos, quid in unaquaque Provineia opus ſit, quidue poſſit fieri.

Hic ideo Pŏtifex deſignat perſonas, quibus committenda erit inſtructio, & examen extra Curiam.

§.5. Habita igitur cum Venerabilibus Fratribus noſtris S.R.E. Cardinalibus matura deliberatione, ac de eorum unanimi conſilio, & aſſenſu, præſenti noſtra perpetuo valitura Conſtitutione deeernims, ut cum extra Romanam Curiam, examen, inſtructio, ſive inquiſitio facienda erit, nemo omnino cujuſcumque ſtatus, gradus, conditioniſve fuerit, inquiſitionem prædictam ſibi arrogare præſumat, ſed integrum hoc negocium iis, qui a prædicto Tridentino Coneilio deſignantur, Apoſtolicæ videlicet Sedis Legatis, ſeu Nunciis Provinciarum, aut ejus de quo inquiſitio ſit, Ordinario, eoque deficiente, Ordinariis vicinioribus relinquatur; niſi juſtis de cauſis, Nobis, aut pro tempore exiſtenti Romano Pontifici per ſpeciale mandatum alicui alteri hoc munus quandoque committendum eſſe viſum fuerit. Quod ſi forte aliquis prædictorum, conſanguinitate, aut affinitate uſque ad tertium gradum incluſive promovendum con-

tinge-

tingeret, ut omnis ſuſpicio carnalis affectus a tam ſancto negocio repellatur, ille quidem eo caſu cenſeatur exclusus, atque ad eum, qui proxime ſequitur, hoc eſt, ſi Legatus excludendus erit, ad Nuncium, ſi Nuncius ad Ordinarium, ſi Ordinarius, ad viciniorem Ordinarium inquiſitionis officium deferatur.

Et in Curia.

§.6. In Curia vero hæc functio ſpectet, vel ad eos Cardinales qui a Nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice deligentur, vel ad Cardinales earum Provinciarum, ſeu Regnorum, apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectores, in quibus Eccleſiæ ipſæ conſiſtunt, ſi tamen ad ipſos hujuſmodi vacantium Eccleſiarum relatio pertinebit: quod ſi de Epiſcopo, vel Metropolitano extra Romanam Curiam degente, ab una Eccleſia ad aliam ex aliqua gravi, & juſta cauſa transferendo agetur, hoc minus deficientibus Legato, vel Nuncio Apoſtolico ejus Provinciæ, aut Regni, ubi Eccleſia ipſa, a qua transfertur, ſita erit, ad Metropolitanum ſi Epiſcopus, ad Suffraganeum vero antiquiorem reſidentem, ſi Metropolitanus trensferendus erit, pertinere declaramus.

Formamque instructionis, & examinis praſcribit.

§.7. Deinde, quia ſacrum Tridentinum Concilium, non ſine magna ratione eminentes perſonas, & quæ negocii magnitudinem probe intelligerent, ad hoc officium nominavit, declaramus, & ſtatuimus, tam Legatos, ſive Nuncios, quam Ordinarios, vel alios ab hac Sancta Sede forte delegandos, non per Auditores, aut Vicarios, alioſve miniſtros, ſed per ſe ipſos inquirendi munus exercere debere, quamvis ab hujuſmodi perſonis, aliiſque viris peritis adjuvari poſſint. Et ſi Prælatus inquirens, per ſe non poſſet ob locorum diſtantiam teſtes examinare circa articulum aliquem, ut legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid ejuſmodi, licebit ei articulum illum alteri perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſubdelegare, non autem univerſam inquiſitionem. Quod ſi forte contingat, aliquem ſupradictorum legitime impediri, ut per ſe hoc munus præſtare non poſſit, ad alios ea cura transferetur, qui ſunt ab eodem Concilio Tridentino ad hoc officium deſignati, ut ſupra dictum eſt, de iis qui ob conſanguinitatem, vel affinitatem ab hoc munere excluduntur. Ad hæc, ut mens ejuſdem ſacri Concilii recte, ac fideliter debitæ executioni mandetur, & tale ſit examen, quale requiritur in negocio tanti ponderis, declaramus, ac ſtatuimus, non eſſe in vita, ac doctrina promovēdi inveſtiganda eam rationem adhibendam, ut ab ipſo promovendo articuli offerantur, ac teſtes producantur, ſed oportere, ut Prælatus, qui munus inquirendi ſuſcepit, articulos conſcribat, atque ipſe ex officio ſuo illos teſtes vocet atque examinet, quos de rebus inquirendis ſincerum, ac fidele teſtimonium daturos eſſe exiſtimet. Verum, ut inquiſitio prædicta facilius, ac plenius perfici atque expediri queat, utile erit, ſi Prælatus, qui inquiſitionem facturus eſt, vel a promovendo, vel ab alio aliquo confici curet ſchedulam, in qua ſint ordine deſcripta nomen promovendi, cognomen, patria, parentes, ordo, gradus, profeſſio, functio, ſiquam is ſorte exercuit, loca in quibus, aut Theologiæ, vel Juri Canonico operam dederit, aut longo tempore verſatus fuerit, denique amici, ac familiares, qui tam ipſum, quam parentes ejus intime norint. Quod ſi promovendus documentum aliquod exhibere voluerit, unde ipſius ætas, gradus, dignitas, ſacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquid ejuſmodi comprobetur, admittendum, ac proceſſui inſerendum erit, modo documentum publicum, ſeu authenticum fuerit.

Quive teſtes deſuper recipi poſſint.

§.8. Illud quoque prohibendum cenſuimus, ac expreſſe prohibemus, ne ad teſtimonium dicendum de fide Catholica, vita, moribus, doctrina, atque aptitudine ad regendam Eccleſiam quilibet homines admittantur: ſed viri tantum graves, pii, prudentes, docti, qui de qualitatibus promovendorum rectum judicium ferre valeant, ac ut ſupra diximus, ſincerum, ac fidele teſtimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac nimium familiares, quam inimici atque æmuli excludendi erunt. Porro teſtes ejuſmodi, Prælatus qui examen, ſeu inquiſitionem habiturus erit, ſeorſum, ac ſigillatim examinabit; & ſi quando judicaverit expedire, eis ad memoriam reducet tum juramenti vim, tum perjurii gravitatem: eoſdem etiam ſerio, & graviter admonebit, ipſos reos futuros apud Omnipotentem Deum eorum omnium, quorum, vel committendo, vel omittendo rei erunt, qui promovebuntur, ſi vel falſa narrando, vel reticendo vera, in cauſa erunt, ut homines indigni, vel minus idonei ejuſmodi Eccleſiis præficiantur. Diligenter etiam teſtium qualitates cognoſcere ſtudebit, ac potiſſimum, quam ſint ad promovendos affecti, ut inde coniiciat utrum ex affectu, an ex veritate teſtimonium dicant. Denique cum teſtes de qualitatibus promovendi interrogabit, dabit operam, ut quoad fieri poterit, omnia, & ſingula, quæ ad prædictam inquiſitionem facere videbuntur, per ipſos exprimantur.

Qualitateſque promovendorum, quæ probari debeant.

§.9. Quamvis autem qualitates omnes promovendorum, quæ in generalium Synodorum decretis, aliiſque canonicis ſanctionibus continentur, probe cognitæ eſſe debeant iis, quibus inquiſitionis officium demandatum eſt, quales ſunt natum eſſe ex legitimo matrimonio, atque ex parentibus Catholicis, annum trigeſimum jam expleviſſe, ſacris Ordinibus, ſaltem ante ſex menſes initiatum eſſe, gradum Doctoratus, aut licentiæ in Theologia, vel Jure Canonico, aut certe publicum alicujus Academiæ teſtimonium obtinuiſſe, quoad alios docendos idoneus eſſe declaretur, ad hæc in Eccleſiaſticis functionibus diu eſſe verſatum, item fidei puritate, innocentia vitæ, prudentia, uſu rerum, integra fama, doctrina denique præditum eſſe: tamen quia circa doctrinam plures fraudes committi ſolent, &

ſæpe

ſæpe contingit, ut nonnulli ſcientia vacui, de ſolo Doctoris titulo, aut privilegio glorientur, volumus, ut de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, qui vel Doctoratus, aut licentiæ titulis, & privilegiis gaudent, vel etiam a publicis Academiis teſtimonium habuerunt, quod idonei eſſent ad alios docendos, niſi forte aliquorum inſignis doctrina, ex publica ipſorum functione notoria eſſet. Ita vero inquiſitio facienda erit, ut quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ, vel Juri Canonico promovendus operam dederit cognoſcatur. Et quoniam in quibuſdam Provinciis nulla ſunt Studia generalia, neque ullæ publicæ Scholæ, neque uſus habet, ut qui ſtudiis operam navant, ullis Doctoratus aut licentiæ inſignibus decorentur, declaramus in ejuſmodi locis ſufficere, ſi teſtimonio virorum gravium, & ſacræ Theologiæ, vel juris Canonici peritorum conſtet, promovendos ea ſcientia Theologiæ, vel Canonum vere pollere, ut idonei ſint ad ea docenda, quæ Populum Chriſtianum ſcire oportet, ac muneris ſibi injungendi neceſſitati valeant ſatisfacere. Teſtes prætcrea deponant, ſe de ſcientia promovendorum certos redditos eſſe ex eo, quod prædictos promovendos, ſpecimen ſuæ doctrinæ, publice, vel privatim dediſſe cognoverint. Quod autem ad Regulares pertinet, cum ad Eccleſias Cathedrales promovendi fuerint, ne fraus ulla ſubrepere poſſit in eo, quod idem Tridentinum Concilium ſtatuit, ut Regulares a ſuis Superioribus ſufficientis doctrinæ teſtimonium habeant; Declaramus, nomine Superiorum eos dumtaxat intelligendos eſſe, qui nullum ſui Ordinis Superiorem agnoſcunt, ſive ii cujuſvis Ordinis Abbates, Magiſtri, aut Miniſtri, Præpoſiti Generales, aut quarumlibet Congregationum Præſidentes, ſive Definitores, aut Viſitatores Capitulum Generale repræſentantes, ſive alii quocumque vocabulo nominentur, & in eorum abſentia ipſorum Vicarii, ſeu Commiſſarii Generales, vel in Romana Curia Procuratores Ordinum, aut Congregationum Generales in hac parte ſuccedant. Et nihilominus præter Superiorum teſtimonium, qui fidem facient ejuſmodi Regulares ad alios docendos idoneos eſſe, volumus ea ſervari, quæ de iis diximus, qui publicum ſuæ doctrinæ ab aliqua Academia teſtimonium habent; ut videlicet ſerio inquiratur, an Regulares ad Cathedrales Eccleſias promovendi, eos progreſſus in ſtudiis fecerint, qui in futuro Antiſtite requiruntur.

Abſolutis prædictis, & etiā ſi niſi inquiſitione de Statu Eccleſiæ, profeſſionem fieri a promovendis jubet.

§.10. Poſt inquiſitionem vero de fide, vita, moribus, doctrina, & prudentia promovendi, necnon informationem de Statu Eccleſiæ, aliiſque neceſſariis rebus, quæ pariter coram ſuperius expreſſis Prælatis, juxta ejuſdem Concilii decreta fieri debet, profeſſio fidei Catholicæ a promovendo facienda erit; quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam eſſe declaramus, ad quem inquiſitio pertinebit, niſi forte, qui profeſſionem emiſſurus eſt, a Prælato inquirente longe diſtet; tunc enim is Prælatus ex ſubdelegatione inquirentis, profeſſionem admittere debebit, cui promovendus vicinior erit; quod idem intelligatur de informatione de Statu Eccleſiæ accipienda, ſi quando contingeret, ut in alia Provincia, ſive Regno eſſet Eccleſia, in alio promovendus. Recipiet autem Prælatus profeſſionem promovendi, præſente Notario publico, ac teſtibus, atque eam a ſe admiſſam, ac receptam propriæ manus ſubſcriptione teſtabitur. Is quoque, qui profeſſionem ejuſmodi fecerit, in eo loco, ubi proprium nomen profitentis exprimi ſolet, nomen ſuum manu propria adſcribet. Denique his peractis, Notarius publico inſtrumento fidem faciet de profeſſione prædicta adhibitis teſtibus, ut præfertur. Ubi vero totum examen, ſeu inquiſitio de perſona promovenda perfecta fuerit, ea in inſtrumentum publicum redacta, cum toto teſtimonio, ac profeſſione fidei emiſſa, ad hanc Sanctam Sedem, ut Concilium ſtatuit, quam primum clauſa, & obſignata in forma authentica tranſmittenda erit. In qua re obſervari volumus, ut profeſſio fidei iiſdem omnino verbis deſcripta ſit, quæ in ea forma continentur, quam felicis recordationis Pius Papa Quartus Prædeceſſor noſter ſtatuit obſervandam; & ut Prælatus, qui inſtructionem, examen, & inquiſitionem fecit, vel per literas ſeparatas ſimul tamen cum proceſſu mittendas, vel per ſubſcriptionem dicti proceſſus ſignificet, quanta fides teſtibus examinatis, eorumque dictis, & ſcripturis productis ſuo judicio habenda ſit, ſimul etiam quid de promovendo ipſe ſentiat.

Inquiſitionis proceſſus, a Cardinalibus, Prioribus Ordinum in Curia, poſtea examinari percipit.

§.11. Proceſſus autem ſic formati, & ad Curiam tranſmiſſi, a Cardinale, cui proponendi munus incumbit, & a tribus Prioribus Ordinum Cardinalibus, ut moris eſt, juxta formam Concilii prædicti ſubſcribentur, & eſpedientur. Volumus autem, ut Cardinalis relator, moneat promovendum, ſi præſens in Curia fuerit, ut juxta Concilium Lateranen. noviſſime celebratum, omnes Cardinales, ſive majorem partem Collegii adeat antequam Eccleſiam proponat, ut quæ a referente Collega ſint audituri, oculata fide quantum ad perſonam promovendi attinet, cognoſcere poſſint.

Eandemque inquiſitionem fieri mandat, de promovendis ad Eccleſias, de quibus conſiſtorialiter providetur, cum certis declarationibus.

§.12. Hæc porro omnia, quæ de promovendis ad Eccleſias Cathedrales dicta ſunt, ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione ſervanda eſſe declaramus, & decernimus, qui nominati, præſentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus, ſeu Præpoſitatus, Monaſteriorum regimina, aut alias Regularium cujuſvis Ordinis, aut etiam ſæcularium præfecturas, de quibus conſiſtorialiter provideri contigerit; atque eos præſertim, quibus præter curam, & regimen Monachorum, aut Canonicorum Clericorumque, Regularium, vel ſæcularium, annexa eſt in populum juriſdictio ſpiritualis, vel temporalis, excepta tamen ætate, circa quam nihil innovamus.

§.13. Quo vero ad doctrinam, cum generalia Concilia non ſtatuant, ut perſonæ pro-

promovendæ ad regulares dignitates, Doctoratus ſive licentiæ gradum ſuſcipere, vel publicum teſtimonium ab Academia aliqua habere teneantur, & tamen æquum ſit, ut ea doctrina polleant, qua onus ſibi imponendum ſuſtinere valeant, declaramus, & ſtatuimus, ut Prælati, qui inquirendi munus ſuſcepturi ſunt, ſtudioſe, ac diligenter inquirant, ſuper doctrina ejuſmodi perſonarum, juxta modum, & formam ſuperius præſcriptam, ut Nos, & pro tempore futuri Romani Pontifices, habita de illis vere informatione per proceſſum qui ab inquirente tranſmittetur, certo ſtatuere, ac judicare poſſimus, an perſona promovenda vera ſit talis, qualem dignitas illa, ad quam provehenda eſt, exigit, & requirit.

Jus præſentandi, vel eligendi habentes, pie hortatur ad idoneos præſentandum, & eligendum.

§.14. Hortamur vero in viſceribus Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac paterna caritate monemus eos omnes, qui ab hac Sancta Sede nominandi, præſentandi, vel etiam eligendi futuros Epiſcopos, vel Abbates jus habent, ut ſerio apud ſe cogitent, quanti momenti ſit hoc negocium, ex quo ſalus animarum, tranquillitas Reipublicæ, incolumitas Religionis, propagatio fidei, aliaque permulta, & maxima bona dependent. Illud etiam ſæpe, & ſæpius ad mentem revocent, quod Sancta Tridentina Synodus admonet, nihil ſe ad Dei gloriam, & populorum ſalutem utilius poſſe facere, quam ſi bonos Paſtores, & Eccleſiæ gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant, eoſque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, niſi quos digniores, & Eccleſiæ magis utiles ipſi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium cupiditatibus, ſed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint. De nominandis vero, præſentandis, vel eligendis ad Regulares dignitates præter ea, quæ ſuperius obſervanda eſſe declaramus, illud quoque paternis his noſtris hortationibus, & monitionibus adjiciendum cenſuimus, ut nominationis, præſentationis, vel electionis jus habentes, eos diligere ſtudeant, atque omnino conentur, qui non modo eumdem Ordinem ſint ante profeſſi, ſed in eodem etiam ſatis diu laudabiliter verſati; neque enim decet, ut Magiſtri aliorum eſſe incipiant, qui non fuerint ante diſcipuli, & ſubditis imperare præſumant, qui prius non didicerint Superioribus obedire.

Inquiſitores prædictorum, ad diligenter exequendum monet.

§.15. Eos denique, qui vel examinando, & inquirendo, vel teſtimonium ferendo, operam ſuam in hac re præſtabunt, ſerio admonemus, ut ea fide, ac diligentia in negocio tanti momenti verſentur, ut a Deo, & a Nobis laudem pro bono opere expectare valeant.

Sanctio pœnalis.

Nulli ergo &c.

D.P. An.1. 15. Maii.

Datum Romæ in Monte Quirinali anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Idibus Maii, Pontificatus noſtri Anno I.

XVII.

De Immunitate Eccleſiarum, quibuſdam exceptis caſibus, inviolabiliter obſervanda.

Ad quod habet etiam diſpoſitionem Concilii Tridentini Seſſ.25. Cap.20., & Bullam Joan. XXII. Ex parte.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Pius V. & Sixt. IV. certis caſibus permiſit extrahi Eccleſiis, homines criminoſos.

CUM alias, nonnulli Prædeceſſores noſtri, & præſertim fel. rec. Sixtus Papa Quartus, necnon Pius etiam Quintus, ſancto zelo ducti, diverſas facultates, & indulta extrahendi, etiam in caſibus quibuſdam a jure non permiſſis, ex Eccleſiis criminoſos, & delinquentes, compluribus ſæcularibus Principibus, eorumque Curiis, & Magiſtratibus, ſub variis modis, & formis conceſſerint, prout in illis plenius continetur.

Sed ſæcularium Principum Miniſtri d. facultate abuſi ſunt, & mala hic enarrata evenerunt.

§.1. Experientia poſtmodum docuit, tum ob diverſitatem, & differentiam hujuſmodi indultorum, tum quia plerique eorumdem Principum Miniſtri, ex hoc ipſo illa diverſimode, etiam latius, quam par erat, & ad ſuum libitum interpretandi occaſionem arripuerunt, illiſque abuti cœperunt, ſubortam eſſe non mediocrem in aliquibus locis, libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem, & confuſionem, alibi vero, ne ipſos quidem laicos indultis hujuſmodi uti voluiſſe, aut potuiſſe, quod Populis, inveterata erga Eccleſias reverentia, devotis, & aſſuetis, ſcandali potius, quam quietis occaſionem præberent. Illud etiam abſurdum ſæpenumero ſequutum eſt, ut infimæ interdum conditionis laici, non modo juris, ſed etiam literarum penitus ignari, & imperiti, dum, quaſi poteſtates, aut Miniſtri Curiæ ſæcularis in aliquo Caſtro, aut Oppidulo juriſdictionem exercebant, facultatum, & indultorum hujuſmodi limites longe exceſſerint, eaque ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos, & ab intentione concedentis omnino alienos, detorſerint, & illorum prætextu quicquid ſibi in mentem venit, attentare præſumpſerint, in grave juriſdictionis, & immunitatis Eccleſiaſticæ præjudicium, locorum, & perſonarum divino cultui dicatarum contemptum, ipſius divinæ majeſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum. Quare pro commiſſo Nobis a Domino Paſtoralis officii munere, prædictis abſurdis, & ſcandalis obviare, ac differentias hujuſmodi ad uniformem regulam reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione ſubmovere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica jura plane conculcentur, & negligantur, opportune providere decrevimus, prout etiam dictus Sixtus Prædeceſſor noſter iiſdem de cauſis motus ſtatuere decreverat, licet morte

præ-

Præventus hoc adimplere nequiverit; ita tamen, ut quando præſens temporum calamitas, & nimia, quæ jam invaluit perverſorum hominum malitia id expoſcit, aliquid, etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, ultra id quod priſca illa majorum noſtrorum diſciplina, & vera ſacrorum canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus congrua moderatione adbibita, permittamus,

Hic itaque Pont. hujuſmodi facultates revocat, & immunitatem Eccleſiarum obſervari præcipit,

§.2. Hac itaque noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, omnia, & quæcumque privilegia, indulta, & gratias, tam per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quam alios quoſcumque noſtros Prædeceſſores, ant noſmetipſos, Sedem Apoſtolicamque, ejuſve Legatos, ſuper abducendis, vel extrahendis, ab Eccleſiis, Monaſteriis, Sacellis, domibus regularibus, & ſæcularibus, lociſve Sacris, aut Religioſis, aliaſque in caſibus a jure permiſſis, hominibus certorum, tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum reis, aut fraudulentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex cauſis urgentiſſimis, ac neceſſariis, & æquipollentibus caſibus in jure expreſſis, atque ex paritate, identitate, aut majoritate rationis extenſis, perpetuo, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicujus Principis, aut beneplacitum, ſeu alias qnomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, & innovata, ac uſu recepta, literaſque Apoſtolicas ſub plumbo, ant in forma Brevis, ſeu alias quomodocumque deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, ſublata penitus omni differentia, ita ad unam tantum formam reducimus, & moderamur.

Certos tamen caſos hic expreſſos excipit, in quibus laici delinquentes Curiæ ſæculari requirenti remitti debent.

§.3. Ut laicis, ad Eccleſias, locaque ſacra, & religioſa prædicta confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumqne graſſatores, qoi itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores, ex inſidiis aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quive homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſiis, earumve Cæmeteriis committere non verentur, aut qui proditorie proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſinii, vel hæreſis, aut læſæ Majeſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur, Sed univerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tam ſæcularibus, qnam cujuſvis Ordinis Regularibus, diſtricte præcipiendo mandamus, & præcipimus, ut laicos in caſibus prædictis delinquentes, ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu Religioſa reſpective confugientes, & in eis ſe recipientes, atque morantes, qui prædicta delicta, eorumve aliquod, judicio ſuo commiſiſſe videbuntor, quando a Curia ſæculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, Miniſtris, & Officialibus Curiæ ſæcularis abſque irregularitatis nota, ant alicujus cenſuræ Eccleſiaſticæ incurſu, tradi, & conſignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat,

Et Curia ſæcularis abſque licentia Judicis Eccleſiaſtici nullo pacto accipiat,

§.4. Ne autem Curiæ ſæcularis prædictæ Minoiſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, ut præfertur, attributa, & per præſentes revocata, abutantur, Volumus, dictaque auctoritate decernimus, & declaramus, ut Curia ſæcularis ejuſque Judices, & Officiales, ab Eccleſiis. Monaſteriis, lociſqoe ſacris prædictis, laicum aliquem, ut præfertur, delinquentem, in nullo, ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel ejus Officialis, & cum interventu perſonæ Eccleſiaſticæ, ab eo auctoritatem habentis, ad quos Solos, & non alios Epiſcopis inferiores, etiamſi alii Ordinarii ſint, aut nullius Diœceſis, aut Conſervatores, ab hac Sede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi, facultas pertineat. Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio, & non ad alios, capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus, & dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles, tradere, aut capturæ, & carcerationi intervenire, & aſſiſtere recuſaverint: tuncque reverentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores, prædictos delinquentes, minori quo id fieri poterit, cum ſcandalo, & tumultu, extrahere curent.

Sed Eccleſiaſticus prius videat an carceratus aliquod ex criminibus exceptis commiſerit.

§.5. Quodque delinquentes laici prædicti, poſtquam, ut præfertur, ab Eccleſiis, lociſve ſacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac opportuna cuſtodia, data illis, ſi opus fuerit, per Curiam ſæcularem, detineri debeant, nec inde extrahi, Curiæque ſæculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſen ab eo deputatum, an ipſi vere crimina ſuperius expreſſa commiſerint; tuncque demum de mandato Epiſcopi per Judicem Eccleſiaſticum Curiæ ſæculari, quacumque appellatione poſtpoſita, conſignentur.

Criminis hæreſis cognitio totaliter ſit fori Eccleſiaſtici

§.6. De crimioe vero hæreſis, cognitio ad forum Eccleſiaſticum tota pertineat, neque in ea Curia ſæcularis ſe quoqnomodo intromittat.

Et omnium perſonarum Regularium in omnibus caſibus.

§.7. Sicuti etiam prohibemus, ne contra Eccleſiaſticas perſonas, ſæculares, aut cujuſvis Ordinis, vel Militiæ etiam Sancti Joannis Hieroſolymitani regulares quoquomodo etiam vigore prædictorum privilegiorum, indultorum, aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos juris per præſentes reducimus, procedant, aut ſe intromittant, illaſve ab Eccleſiis, Monaſteriis, Domibus, lociſque ſacris, aut religioſis, etiam in caſibus in hac Conſtitutione expreſſis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aot cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, alias, quam de jure,

jure, & per privilegia eiſdem Ordinibus, aut militiis conceſſa permittitur, quomodolibet præſumant.

Contravenientes pœnas hic enarratas incurrunt.

§.8. Quod ſi quis quacumque dignitate, & auctoritate præditus, præmiſſorum, aut alio quovis prætestu, quicquam præter, aut contra hujus noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, juris, & immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per ſacros Canones, & Conciliorum generalium, noſtrorumque Prædeceſſorum Conſtitutiones ſnut promulgatæ,

Clauſula ſublata, &c.

§.9. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, in quavis cauſa, & inſtantia, judicari, & diffiniri debere, necnon irritum, decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcumque quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, tam Sixti, & Pii V. quam aliorum quorumcumque Prædeceſſorum noſtrorum literis Apoſtolicis, privilegiis, indultis, & facultatibus, quibuſvis perſonis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quavis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuſpublicis, Dominiis, Regnis, Provinciis, Civitatibus, Terris, & locis, eorumve Curiis, Parlamentis, Senatibus, Conſiliis, Communitatibus, Univerſitatibus, Collegiis, aut Præſidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicariis, Poteſtatibus, aliiſque Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris, aut Conſiliariis, es prædictis, vel aliis etiam gravioribus, & urgentioribus cauſis: tam illorum intuitu, & contemplatione, ſive ad eorum preces, & inſtantiam, quam etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ae per modum ſtatuti, & legis perpetuæ, etiam in vim contractus, & fratrum noſtrorum conſilio, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis præſervativis, reſtitutivis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque validiſſimis, efficaeiſſimis, & inſolitis clauſulis, neenon irritantibus, & aliis decretis, etiamſi inibi caveatur expreſſe, quod illis, niſi ſub certis modis, & formis, & niſi de expreſſo eorum conſeuſu, ad quorum favorem coneeſſæ fuerint, derogari poſſit, & aliter factæ derogationes nullius ſint roboris, vel momenti, & alias quomodolibet conceſſis etiam ſæpius approbatis, & innovatis. Quæ omnia, & ſingula, ae illorum tenores pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo adverſentur, aut plures, quam ſuperius expreſſos caſus contineant, auctoritate, & tenore præmiſſis omnino, ac perpetuo tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præſentis Conſtitutionis, quoad ſuperius deſcripta dumtaxat, reducimus; & nolumus cuiquam de cœtero ſuffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earum quomodolibet valeat impediri.

Publicatione hujus conſtitutionis demandat.

§.11. Ut autem præſentes literæ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in valuis S. Joannis Lateranen., & Principis Apoſtolorum, Baſilicarum de Urbe, necnon Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, & publicari: earum etiam exemplis inibi affixis, & dimiſſis, ac poſt publicationem hujuſmodi volumus, & decernimus, ut omnes, & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Earumdem vero præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, eamdem fidem in judicio, & extra illud ubique gentium, & locurum haberi volumus, quæ eiſdem originalibus literis haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctionem pœnalem adjicit.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ moderationis, præcepti, mandatorum, decretorum, reductionum, declarationum, prohibitionis, ſublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An.I. die 24. Maii.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, nono Kal. Junii, Pontificatus noſtri Anno primo.

XVIII.

Inhibetur Concionatoribus Regularibus Cremonen. ne abſque licentia Epiſcopi populum hortentur ad eleemoſynam.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Regulares prætextu ſuorum privilegiorum inconſulto Epiſcopo Populum ad eleemoſynam hortabantur.

§.1. REminiſcimur dum Eccleſiæ Cremonenſi, antequam ad Summi Apoſtolatus apicem divina diſpoſitione aſſumpti fuerimus, ex conceſſione Apoſtolica præeſſemus, nonnullos diverſorum Ordinum Regulares in Civitate, & Diœceſi Cremonen. degentes, prætextu privilegiorum ipſis Ordinibus conceſſorum a Sede Apoſtolica, aut antiquæ conſuetudinis, vel alias in ſuis concionibus perſonas, aut loca pia, quæ ipſi vellent, aut etiam ſe ipſos, vel ſuos Fratres, ut ad eorum neceſſitates ſublevandas Chriſtifideles eleemoſynas conferant, etiam ſine licentia Epiſcopi Cremonen. pro tempore exiſtentis, ſeu ejus Vicarii in ſpiritualibus generalis commendare, ac fideles ipſos ad elargien. eleemoſynas perſonis, aut locis ejuſmodi poſſe monere, & hortari prætendere; quod quidem in Epiſcopalis auctoritatis injuriam tendere manifeſtum eſt, cum & pauperum cura, &

eleemoſynarum diſtributio ad proprium cujuſque loci Epiſcnpum præcipue pertineat.

Fieri Impoſterum vetat Gregorius.

§.2. Quare Nos hujuſmodi abuſom a dicta Civitate, quam præcipua dilectione complectimur, tollere volentes, univerſis quorumcumque Ordinum, & militiarum regularibus, ac etiam ſæcularibus quantumlibet exemptis, & quibuſcumque privilegiis, immunitatibus, & exemptionibus munitis nunc exiſtentibus, & qui imposterum quocumque tempore fuerint, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, ſub Noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ indignationis, & interdicti ipſo facto incurren. pœna perpetuo prohibemus, atque interdicimus, ne in Civitate, & Diœceſi prædicta ullo unquam tempore perſonas, aut pia loca, præterquam ab Epiſcopo Cremonen. aut ejus Vicario in ſpiritualibus generali in Civitate nominata, & extra eam in Diœceſi a Parocho illius loci commendare, nec pro eis collectas eleemoſynarum facere, ſeu fieri curare quoquo modo audeant, vel præſumant, ſed neque perſonas ab ipſo Epiſcopo, vel ejus Vicario ad colligendas eleemoſynas in ipſorum regularium, vel ſæcularium quomodolibet exemptorum Eccleſiis deputatas, quominus illas colligere, & ſibi conſignari facere libere valeant, quoquomodo impediant, vel perturbent.

Poteſtatem Epiſcopo facit inobedientes puniendi.

§.3. Quod ſi ſecus a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; Epiſcopus Cremonen. pro tempore exiſtens, aut ejus Vicarius in eum pro qualitate culpæ ſevere animadvertere valeat.

Derogans eſt contrariis.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Ordinum hujuſmodi Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Eccleſiis, & Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus illorum tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Epiſcopum monet, ut regularibus ſemel in anno id concedat.

§.5. Monemus tamen ipſum Epiſcopum, ejuſque Vicarium, ut ſaltem ſemel in anno cuilibet concionatori regulari licentiam concedat colligendi eleemoſynas pro ſuo Monaſterio loci, in quo prædicat, ſi illud vere indigere cognoverit.

Dat. die 24. Maii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 24. Maii 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

XIX.

Conſtitutiones Collegii Germanici de Urbe non obligant Rectorem, & Collegiales ad ipſarum obſervantiam ſub gravi, niſi in his tantum, quæ ex ſui natura peccatum includunt.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Expedit interdum ea, quæ per Romanos Pontifices, licet originis ſuæ initio provido conſilio ſtatuta ſunt, ad conſcientiarum ſcrupula removenda aliquantulum moderari.

Gregorius XIII Conſtitutionum obſervantiam mandavit *ſub obteſtatione divini Iudicii*

§.1. Sane cum alias fel. record. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter ad felicem directionem, & proſperum gubernium Collegii Germanici de Urbe a ſe pridem erecti, illiuſque Alumnorum, Superiorumque, & aliorum ibi degentium provida conſideratione proſpiciens nonnullas Regulas, Conſtitutiones, & Ordinationes illius Collegii regimen concernentes per ſuas literas Kalendis Aprilis Pontificatus ſui Anno XII. datas ediderit, quas in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub obteſtatione divini Judicii, conſcientiam quoque ipſius Collegii Rectoris deſuper onerando obſervari præcepit, ac alias prout in ipſis literis plenius continetur.

Scrupulū exortum, ne ſingulæ ſub peccati pœnam obligent.

§.2. Cumque ſicut accepimus, ex hoc tam ſuperiorum, quam ſubditorum mentibus ſcrupulus generetur, ne omnia in dictis literis contenta, quæ plurima ſunt, & minima, ad peccati pœnam obligent.

Declaratio, de qua in Rubrica.

§.3. Nos omnem ſuper præmiſſis dubitandi materiam præcidere, ſimulque conſcientiarum Rectoris, & Collegialium perſonarum dicti Collegii ſecuritati conſulere volentes, ac literarum prædictarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, per præſentes Apoſtolica auctoritate decernimus, & declaramus, Præceptum, & verba prædicta, ac alia in eiſdem literis contenta ad peccati pœnam, niſi in his tantum, quæ ex ſui natura peccatum inducunt, minime obligare: neque ipſius Gregorii Prædeceſſoris voluntatis fuiſſe, ipſos Superiores, & ſubditos ex his peccati pœnam incurrere, ſed eo pacto Conſtitutionum, & Ordinationum prædictarum obſervantiam arctiori ſtudio illis commendare, ſicque deinceps ab omnibus interpretari debere.

Obſtantia tollit.

§.4. Non obſtantibus prædictis literis, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Collegii ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento, & Apoſtolica, vel alia confirmatione roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Hortatur tamen ad dd. Conſtitutionum ſedulam obſervantiam

§.5. Hortamur autem in Domino eoſdem Rectorem, Superiores, & Collegiales perſonas Collegii prædicti, ut hujus declarationis prætextu, ordinationum prædictarum obſervantiam, nec ullatenus relaxent,

xent; neque minori, quam antea ſtudio complectantur.

Dat. die 29. Maii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 29. Maii 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

XX.

Moderatio Conſtitutionis a Sixto V. editæ, contra Abortum quovis modo procurantes, & eorum complices.

Conſtitutionem Sixti V. quæ incipit Æffrænatam *vide ſupra fol.* 25.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus moderationis.

SEdca Apoſtolica pia mater aſſidue ſentiens ponderis ſibi incumbentis in procuranda ſalute animarum, pretioſo Chriſti Domini ſanguine redemptarum, gravitatem, & magnitudinem, & re tanti momenti, ut par eſt, magis in dies ſolicita, eumdemque optimum finem ſemper ante oculos propoſitum habens, nihil unquam intentatum prætermittit eorum, quæ ad fidelium animas in viam ſalutis dirigendas judicat pertinere. Quare nemini mirum videri debet, ſi interdum quidem contumacium fidelium audaciam pœnarum ſeveritate deterret. Rurſus eiſdem, ſi ad cor redire velint, & peccati veniam humiliter expoſcere, maternum aperit ſinum, viamque ad pœnitentiam eis ſternit faciliorem, ac manſuetudine congrua rigorem temperat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Sixtus V. contra abortum procurantes edidit bullam in rubr. citat.

§.1. Dudum ſiquidem fel. rec. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter, juſtitiæ zelo accenſus, contra procurantes abortum fœtus, tam animati, quàm inanimis, ejuſque graviſſimi ſceleris participes, & adjutores, necnon contra eos, qui mulierum fœcunditatem impedirent, & ſterilitatis potiones, ſeu venena præberent, Conſtitutionem edidit, ſub dat. 4. Kalend. Novembris, Pontificatus ſui anno tertio, per quam ultra diverſas, ſpirituales, & temporales pœnas, etiam inter alia excommunicationis ſententiam contra eos promulgavit, ſibique, & ſucceſſoribus ſuis tantum abſolvendi facultatem reſervavit, prout in eadem Conſtitutione plenius continetur.

Quam hic Pont. moderatur quo ad reſervationẽ abſolutionis ab excommunicatione.

§.2. Cum igitur poſtmodum experientia docuerit, ex remedio hujuſmodi, non eam, quæ ſperabatur, utilitatem, & fructum proveniſſe, verum potius multis Satanæ malitia ad peccandum inductis, difficiliori, ob ſoli Sedi Apoſtolicæ reſervatam abſolvendi facultatem, reddito ad pœnitentiam aditu, eos a nefariis hujuſmodi flagitiis perpetrandis non ſolum non retraxiſſe, ſed etiam plurimorum ſacrilegiorum, graviſſimorumque peccatorum, & ſcelerum occaſionem dediſſe: Nos propterea animadvertentes, gladium Eccleſiaſticæ diſciplinæ, præſertim quoad cenſuras, & pœnas ſpirituales, ita exercendum eſſe, ut ad medicinam tendat, non ad perniciem animarum, æternumque Paſtorem, cujus vices in terris gerimus, quantum (divina ejus gratia adjutrice) poſſumus, imitari volentes, qui venit animas hominum ſalvare, non perdere, neminique quantumcumque graviter, & enormiter deliquerit, viam ſalutis præcluſit, quin potius ad eam aſſequendam copioſa remedia adhibuit, ac Nobis reliquit, & ſimul utilius cenſentes, ubi nec de homicidio, nec de animatu fœtu agitur, pœnas non imponere duriores iis, quæ per ſacros Canones, & leges prophanas ſunt inflictæ, habita ſuper hoc, cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, ſuper negociis, & conſultationibus Epiſcoporum deputatis, matura deliberatione, de eorum conſilio, Conſtitutionem prædictam ſic duximus moderandam, ut a peccato, & excommunicatione contra perſonas ibi expreſſas lata, tam quoad eos, qui hactenus deliquerunt, quam quoad illos, qui poſt noſtram Conſtitutionem in eiſdem caſibus deliquerint, quilibet presbyter, tam ſæcularis, quam cujuſvis Ordinis regularis ad Chriſtifidelium confeſſiones audiendas, & ad hos caſus ſpecialiter per loci Ordinarium deputatus plenam, & liberam in foro conſcientiæ tantum, abſolvendi habeat facultatem, eamdem prorſus, quam idem Sixtus Prædeceſſor, ſibi ac ſuis ſucceſſoribus reſervavit.

Et etiam quo ad procurantes abortum fœtus inanimis.

§.3. Quo vero ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exhibentium mulieribus, vel ſumentium, venena ſterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel conſilium eis dantium, in prædicta Conſtitutione contentas, Conſtitutionem præfatam, in ea parte ubi de his agit, ad terminos juris communis, ac Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini diſpoſitionem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, tam quoad præterita, quam quoad futura, perpetuo reducimus, perinde, ac ſi eadem Conſtitutio in hujuſmodi parte numquam emanaſſet.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus eadem Prædeceſſoris noſtri Conſtitutione, quam quoad reliqua omnia, præter contenta in hac noſtra Conſtitutione, in ſuo robore omnino permanere volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplorum fides.

§.5. Volumus autem; ut præſentium tranſumptis, notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Prælati Eccleſiaſtici munitis eadem prorſus fides habeatur in judicio, & extra illud, quæ eiſdem originalibus haberetur, ſi forent exhibitis, vel oſtenſis.

Sanctio pœnalis.

§.6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum moderationis, reductionis, & voluntatum infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

1591. D. P. An.I. die 31. Maii.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, prid. Kal. Jun. Pontificatus noſtri Anno primo.

XXI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Reſtitutio partis Gabellæ ſuper Eſculentia, & Poculentis in Urbe Neapolitana Clero Sæculari, & Regulari ejuſdem Civitatis.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

DEcet Romanum Pontificem eccleſiaſticam immunitatem illæſam conſervare.

Sixtus partem Gabellæ, de qua in rubrica Cameræ Apoſtolicæ applicavit.

§.1. Proinde cum, ſicut accepimus, permiſſu ſuperiorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum in Civitate Neapolitana ad evitandas fraudes, quæ in ſolutione gabellæ ſuper exculentis, & poculentis ibi exigi ſolitæ, committi poſſunt, gabella hujuſmodi etiam a perſonis eccleſiaſticis ſæcularibus, & regularibus ejuſdem Civitatis ſolvi; Sed pro immunitate eccleſiaſtica conſervanda portio gabellæ prædictæ clerum, & regulares utriuſque ſexus dictæ Civitatis tangens per Exactores dictæ gabellæ, ſeu alios ad id deputatos reſtitui conſueverit, ea tamen portio ſæpe per Romanos Pontifices alicui pio loco ſpecialiter, & ad tempus applicari, & concedi ſolita, noviſſime per fel. recor. Sixtum Papam V. Prædeceſſorem noſtrum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ pro ſolutione Palatii in dicta Civitate pro habitatione Nuncii Apoſtolici ab ipſius Cameræ Miniſtris Sixti Prædeceſſoris prædicti mandato empti, & aliis ipſius Cameræ uſibus applicata extiterit.

Gregorius Clero ſæculari, & regulari reſtituit.

§.2. Nos Cleri, & Regularium utriuſque ſexus perſonarum dictæ Civitatis indemnitati conſulere cupientes, ac conceſſiones quaſcumque per Prædeceſſores noſtros Romanos Pontifices, & nominatim Sixtum prædictum cuivis Loco Pio, & Cameræ Apoſtolicæ prædictæ factas caſſantes, & revocantes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine portionem dictæ gabellæ poſthac in perpetuum, tam Clero dictæ Civitatis, quam regularibus utriuſque ſexus inter eos pro rata eos tangente diſtribuenda reſtitui, & per ipſos tantum percipi omnino debere volumus, decernimus, & ſtatuimus.

Exactoribus mandat executionem hujuſmodi reſtitutionis.

§.3. Mandantes propterea Exactoribus, ſeu Deputatis dictæ gabellæ, aliiſque, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ut portionem gabellæ hujuſmodi Clero prædicto, & Regularibus, ſeu ab eis Deputatis annuatim reſtituant, & perſolvant, ſeu reſtitui, & perſolvi faciant.

Cameræ Apoſtolicæ Miniſtris prohibet quo minus in hac exactione ſe ingerant.

§.4. Theſaurario vero noſtro generali, & aliis Cameræ prædictæ Miniſtris, ne ulterius in exactione dictæ portionis gabellæ ſe intromittant, ſed ipſis Clero, & Regularibus, ut præfertur, reſtitui permittant.

Exequutores hujus Conſtitutionis deputat.

§.5. Quocirca Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitano, & dilecto Filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Regno Neapoli Nuncio nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel eorum alter per ſe, vel alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes ac Clero, & Regularibus Fratribus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra portionem hujuſmodi gabellæ eis, ut præfertur, reſtitui, & aſſignari, ac inter eos pro rata diſtribui, prout antea diſtribui conſueverat, aliaſque eos præmiſſorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper a quoquam, quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantia tollit.

§.6. Non obſtantibus noſtra de non tollendo jure quæſito, ac fel. rec. Pii Papæ IV. de ſimilibus, vel diſſimilibus gratiis in Camera Apoſtolica regiſtrandis, & inſinuandis, ita ut præſentes literæ, etiamſi nullo umquam tempore in dicta Camera inſinuentur, & regiſtrentur, nihilominus perpetuo valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ac aliis quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & ſtatutis, & conſuetudinibus etiam, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 7. Junii 1591. An. I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 7. Junii 1591. Pontificatus noſtri An. I.

XXII.

Conceſſio uſus bireti rubri S. R. E. Cardinalibus ex Ordinibus Regularium aſſumptis.

De materia Cardinalium, vide in Conſtit. LXXVI. Sixti V. Poſtquam, *Tom. IV. Par. IV. fol. 279.*

SAnctiſſimus D. N. Gregorius PP. XIV. vocavit ad Sedem, Dominos Cardinales, eiſque propoſuit, de concedendo uſu rubri bireti DD. Cardinalibus, ex Ordinibus regularium aſſumptis, & ſententias eorum audivit, die 26. Aprilis 1591. Romæ apud S. Petrum in Conſiſtorio ſecreto.

§.1. Poſtea die Dominico 9. Junii feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, Sanctiſſimus D. N. Romæ in ædibus Hortorum Quirinalium, antequam deſcenderet ad SS. Apoſtolorum proximam Baſilicam, ad Cappellam Celebrandam, dedit rubra bireta infraſcriptis DD. Car-

DD. Cardinalibus, ex Ordinibus regularium, quæ perpetuo deferrent more aliorum, habitu io cæteris nihil immutato. Cardinales hi fuere.

Nomina Cardinalium qui d. biretum tunc receperunt.

Frater Michael Alexandrinus, ex Ord. Præd.
Frater Hieronymus Aſculanus, ex Ord. Præd.
Frater Conſtantius Sarnanus, ex Ordine Minorum Conventualium.
Frater Gregorius de Montelparo nuncupatus, ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini.

XXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Conceſſio nonnullorum Privilegiorum, & Indulgentiarum Abbatibus, perſonis, & Collegio Judicum Cremonenſium.

Dilectis Filiis Abbatibus, & Collegio Judicum Cremonen.

GREGORIUS PAPA XIV.

Dilecti Filii ſalutem. & Apoſtolicam benedictionem.

Hujuſce Collegii erga ſe, & S. Sedem Amorem commendat.

§.1. DUM veſtram pietatem, religionem, & præcipuam in nos, & Apoſtolicam Sedem obſervantiam, noſtramque viciſſim erga vos paternam charitatem ex diurno uſo, dum in minori officio conſtituti iſti Eccleſiæ Cremonenſi præſuimus, ortam, & auctam grata mente recolimus, & nonnulla, quæ iſti Collegio decorem, & dignitatem allatura videotur, vobis concedenda duximus.

Singulos Judices Lateranenſes Comites creat.

§.2. Vos igitur veſtra ſponte ad virtutum gloriam currentes, honoribus, & privilegiis decoratos alacriores reddere cupientes, Motu proprio, non ad veſtram aut alicujus veſtrum inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vos univerſos, & ſingulos condignis honoribus decorare volentes, Collegii veſtri perſonas præſentes, & futuras in perpetuum, & veſtrum ſingulos ex nunc Sacri Palatii Apoſtolici, & Aulæ Lateranenſis Comites, atque auratæ militiæ Equites creamus, facimus, & deputamus, ac aliorum Palatii, & Aulæ Comitum, auratæque militiæ Equitum hujuſmodi numero, & conſortio ſavorabiliter aggregamus, & aliis Comitum, & Equitum hujuſmodi, nec non gentilitiis inſignibus domus noſtræ hujuſmodi ſimpliciter, vel compoſite, ſi, & prout vobis illis uti placuerit, decoramus.

Eiſque Lateranenſiū Comitum concedit privilegia.

§.3. Vobiſque, ac veſtrum ſingulis etiam in perpetuum, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, prærogativis, exemptionibus, ſavoribus, gratiis, & Indultis, quibus alii Palatii, & Aulæ Comites, & militiæ auratæ hujuſmodi Equites de jure, & conſuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, citra tamen facultates, & exemptiones a Concilio Tridentino ſublatas, pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia uti, potiri, & gaudere.

Auctoritatem impertitur Notarios creandi.

§.4. Ac quoſcumque Notarios, & Tabelliones publicos extra Romanam Curiam, de licentia Epiſcopi, recepto prius ab eis ſolito juramento, creare, & inſtituere, ac eoſdem de Notariatus, & Tabellionatus officiis hujuſmodi per penam, & calamare, ut moris eſt inveſtire.

Statuta pro Collegii gubernio condendi.

§.5. Utque pro ſelici iſtius Collegii regimine, & adminiſtratione ſtatuta, ordinationes, & decreta quæcumque Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini Decretis non repugnantia condere, & condita alterare, revocare, & annullare, aliaque de novo, & quotieſcumque vobis opportunum videbitur edere, quæ poſtquam edita, & condita fuerint, ut præfertur, ex nunc prout ex tunc, & e contra, auctoritate Apoſtolica prædicta tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus.

Sibique unum ex Cardinalibus in protectorem eligendi.

§.6. Atque, ut pro iſtius Collegii, ejuſque perſonarum, bonorum, privilegiorum, & jurium quorumcumque defenſione, unum, vel plures ex S. R. E. Cardinalibus in ejuſdem Collegii Protectorem, vel Protectores eligere, & deputare valeatis, qui ſic electus, ſeu electi, ſi munus Protectoris hujuſmodi acceptare voluerint, ex tunc Apoſtolica auctoritate confirmati cenſeantur, facultatem concedimus, & indulgemus.

Indulgentiam pro die admiſſionis alicujus Doctoris concedit.

§.7. Ac inſuper omnibus, & ſingulis Doctoribus, qui in veſtrum Collegium deinceps admittentur, die quo in Collegium ipſum admittentur, ſi vere pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam, & vobis item univerſis, & ſingulis bis quolibet anno in perpetuum iis diebus, quos Epiſcopus Cremonenſis pro tempore aſſignaverit, ſi collegialiter congregati ipſius Epiſcopi Miſſæ interfueritis, & vere pœnitentes, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum de manibus ipſius Epiſcopi ſumpſeritis, plenariam omnium peccatorum indulgentiam, & remiſſionem concedimus, & elargimur.

Comeſſationes autem fieri vetat.

§.8. Comeſſationes autem, quæ die admiſſionis alicujus Doctoris in dictum Collegium fieri conſueverant, omnino improbamus, & ſub pœna nullitatis præſentium gratiarum penitus tollimus, & prohibemus, munera vero, ſeu xeniola, quæ Doctoribus dari ſolent, permittimus.

Obſtantibus derogat.

§.9. Non obſtantibus Apoſtolicis, ac in Provincialibus, Synodalibuſque Conciliis editis generalibus vel ſpecialibus Conſtitutionibus, ac dicti Collegii ſtatutis, & conſuetudinibus etiam juramento, & confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 22. Junii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 22. Junii 1591, Pontificatus noſtri An.I.

Pro-

XXIV.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Prohibet, quominus in Hoſpitali Annunciatæ Neapolis puellæ non expoſitæ, extraneæque Mulieres recipiantur.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SOllicitudo Miniſterii Paſtoralis, quo omnium Fidelium, præſertim Chriſti pauperum curam gerimus, nos inducit, ut ea, quæ in Locis Piis quibuſcumque pro pauperibus a propriis Parentibus derelictis nutriendis, & alendis pie inſtitutis, cum eorumdem pauperum detrimento, & fundationum alteratiooe incommoda inferuut, quantum nobis ex alto conceditur, opportunis remediis compeſcamus, & removeamus, prout Fidelium vota depoſcunt, & nos conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Ex Officialiũ indulgentia in Conſervatorio Puellarum expoſitarum, aliæ mulieres fuerant admiſſæ.

§.1. Sane dilecti filii moderni Magiſtri, Gubernatores, & Officiales Hoſpitalis Beatæ Mariæ Annuneiatæ nuncupatæ Neapolitan. nobis nuper exponi fecerunt, quod cum inter alia fere innumera pietatia, & charitatis opera, quæ erga Chriſti pauperes in dicto Hoſpitali exercentur, illud potiſſimum vigeat, quod in recipiendis, nutriendiſque repoſitis ibidem infantibus, quorum numerus ibidem maximus exiſtere perhibetur, ita quod, quamvis in reliquis omnibus pauperibus prædictis optime conſulatur: nihilominus ad hoc in primis recipientes Chriſti Fideles, eo ferventius in erogandis dicto Hoſpitali eleemoſynis promptiores eſiſtant, quamvis eiſdem repoſitis maſima enm charitate ſubveniri videatur, quo fit, ut præter expoſitos maſculos, etiam quamplurimæ puellæ ibidem espoſitæ in loco decenti, & ſeparato, Conſervatorio nuncupato ſub congrua cuſtodia ad inſtar Monaſterii ſub cura, & diſciplina honeſtarum matronarum retinentur, quæ cum ad nubilem ætatem pervenerint, vel matrimonio cum competenti dote, vel in aliquo Monialium Monaſterio collocantur. Et licet juxta fundationem dicti Hoſpitalis in dicto loco Conſervatorio puellæ tantum expoſitæ recipi debeant, quæ cum ibidem ſub certa vivendi diſciplina, & norma, ac juxta illius loci regulas dirigantur, optime conveniat ab extraneis moribus, & converſationibus puellarum, & mulierum ibidem a pueritia non enutritarum ſemotas, & alienas eſſe, nec inter illas ibidem ab infantia cuſtoditas, & eruditas alias puellas, vel mulieres extra locum illum educatas, & extraneis moribus imbutas reponi, & immiſceri, præſertim cum in Civitate Neapolitana domus Spiritus Sancti, in qua ſimiles perſonæ pauperes recipi conſueverunt, & recipiuntur, exiſtat.

Quod d. Conſervatori maximo damno fuit.

Nihilominus dicti Hoſpitalis Magiſtri, Gubernatores, & Officiales, qui pro tempore fuerunt, ſive nimia indulgentia, ſive potius humanis favoribus commoti quamplures puellas estraneas, nec in dicto Hoſpitali, ut præfertur, espoſitas jam grandævas, & moribus a dicto loco conſervatorio aliena aſſuetas, & alias mulieres, ut plurimum, favoribus pollentes potius quam miſerabiles, præter, & estra dicti Hoſpitalis fundationem, & inſtitutum receperunt in maſimum dicti Hoſpitalis diſpendium, & ſcandalum plurimorum. Quare dicti moderni Magiſtri, Gubernatores, & Officiales nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Gregorius expoſitas tantũ recipi jubet.

§.2. Nos igitur, quorum proprium eſt piorum locorum ad pauperum ſubventionem inſtitutorum, ac perſonarum in eis degentium indemnitati, & bono regimini conſulere, volentes, in præmiſſis opportunum adhibere remedium, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, quod de cætero perpetuis futuris temporibus moderni, & pro tempore exiſtentes dicti Hoſpitalis Magiſtri, Gubernatores, & Officiales, puellas ad Rotam dicti Hoſpitalis vere espoſitas, & ſi per dictam Rotam tranſire non potuerint, dummodo quintum earum ætatis annum non escedant, & espoſitæ ſint, tantum in dicto loco conſervatorio recipere, & ibidem admittere poſſint, & valeant.

Extraneaſque excludit.

§.3. Itaque aliquam puellam, ſive mulierem estraneam extra locum prædictum enutritam, & quæ ex dictis expoſitis non exiſtat, in dicto loco conſervatorio recipere, admittere, vel introducere quovis modo, ſeu prætestu ullo unquam tempore non poſſint, neque debeant, ac unam, vel plures honeſtas matronas, quæ dictarum puellarum expoſitarum, juxta laudabilem conſuetudinem hactenus obſervari ſolitam, curam, regimen, & gubernium habeant, toties, quoties eis videbitur deputare, valeant: & ſi contingat aliquam puellam, vel mulierem non expoſitam in dicto conſervatorio ad effectum viſitandi alias puellas, vel ex alia quavis cauſa de licentia dictorum Magiſtrorum, Gubernatorum, & Officialium introire, talis puella, vel mulier non expoſita non poſſit in dicto Conſervatorio pernoctare, & ſub eadem die ab eodem Conſervatorio esire debeat, dictique Magiſtri, Gubernatores, & Officiales aliquam licentiam contra præſentium tenorem aliquo pacto concedere minime poſſint, nec debeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, & ordinamus.

Sublata Præſidibus ſecus agendi facultate.

§.4. Mandantes inſuper in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis pœna quam contra prædictorum aliquod facientes eo ipſo abſque ulla declaratione incurrere volumus, cujus abſolutionem, præterquam in mortis articulo Nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus omnino reſervamus, Modernis, & pro tempore exiſtentibus dicti Hoſpitalis Magiſtris, Gubernatoribus, & Officialibus, quatenus præmiſſa omnia, & ſingula perpetuo, & inviolabiliter obſervari, nec contra præſentium tenorem aliquod facere, aut attentare præſumant.

Perpetuus hujuſce Conſtitutionis exequutores deſignat.

§.5. Et nihilominus pro majori, & perpetua præmiſſorum exequutione, Venerabili Fratri Archiepiſcopo Neapolitan., ac dilectis Filiis noſtris, & Sedis Apoſtolicæ in Regno Neapolitano Nuntio, & Sacriſtæ dicti Hoſpitalis nunc, & pro tempore exiſtentibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios omnia, & ſingula prædicta perpetuo, & inviolabiliter a prædictis modernis, & pro tempore exiſten. dicti Hoſpitalis Magiſtris, Gubernatoribus, Officialibus, & aliis, ad quos ſpectat, & ſpectabit quomodolibet in futurum, obſervari faciant, atque procurent: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per cenſuras, & ſententias eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, quacumque appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio Brachii ſæcularis.

Obſtantium derogatio.

§.6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, & in Provincialibus, ac Synodalibus, vel Generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dicti Hoſpitalis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis contra præmiſſa quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores, præſentibus pro expreſſis ſufficienter habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 25. Junii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 25. junii 1591., Pontificatus noſtri An.I.

XXV.

Approbatio quarta inſtituti, & Religionis Clericorum Regularium Societatis Jeſu, cum aliquarum impugnationum rejectione.

Hanc Religionem primo approbavit Paul.III. in ejus Conſtit.XXXI. Regimen. *Tom.IV. Par.I.fol.*185.

GREGORIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Eccleſiæ Catholicæ, cui Deo auctore præſumus, decor atque utilitas poſtulat, ut cum in omnibus illius membris fovendis, atque ornandis, aſſidue Nobis laborandum ſit: in illa tamen præcipuam vigilantiæ noſtræ partem impendere debeamus, quæ non modo ipſa per ſe, robur, ac pulchritudinem corpori huic myſtico afferunt; ſed cæteras etiam ejuſdem partes, vel diſruptas conſolidare, vel integras cuſtodire, vel fœdatas eluere, atque etiam ornare valeant. Inter hæc autem, quem locum obtineant Religioſi Ordines, præſertim vero, qui proximorum utilitati deſerviunt, non obſcure perſpicimus, eum, & ſuperiora tempora, & præſentia diligenter attendimus.

Societas commendatur.

§.1. In his vero Religio Societatis Jeſu, quam noviſſimis hiſce diebus divina providentia excitavit, adeo ſtrenue laboravit, ac ſine intermiſſione laborat, ut illius vel turbationem, & infirmitatem, ad commune Eccleſiæ damnum, vel pacem, atque integritatem, ad ejuſdem utilitatem maxime pertinere putemus. Et quoniam neque tranquillitati, neque firmitati hujuſmodi Ordinum proſpectum eſſe poterit, niſi eorum inſtituta firmiter inconcuſſa ſerventur, iiſdemque modis feliciter progrediantur, & creſcant, quibus a Fundatoribus, Domino inſpirante, atque hac ſancta Sede approbante, primum fundati ſunt; neceſſarium duximus, ea quæ ab Ignatio, hujus Ordinis Fundatore, ordinata, & a Prædeceſſoribus noſtris Rom. Pont. circa ejuſdem Societatis Inſtitutum ſancita ſunt, Apoſtolicæ firmitatis munimine denuo roborare.

Paulus III. Julius III., & Gregor.XIII. Societatis inſtitutum approbarunt.

§.2. Quamvis enim præfatæ Societatis Inſtitutum, jam inde ab ejus primordiis fuerit per fel. rec. Paulum III., & Julium etiam III. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros approbatum, & a fel. rec. Gregor. XIII. etiam Prædeceſſore noſtro primo per ejus quaſdam literas ſub Dat. Kal. Febr. Pontificatus ejus anno undecimo: deinde copioſius per Conſtitutionem, quæ incipit, Aſcendente Domino, confirmatum: Nihilominus tamen non ideirco defuerunt, qui adhuc ſub zeli, & boni ſpecie, aliqua ex iis, quæ in dictis Pontificiis approbationibus, & confirmationibus continentur, & alia etiam, quæ ad inſtitutum, & rationem gubernandi dictam Societatem pertinent, variis modis impugnarent.

Illud tamen nonnulli improbarût multis modis hac tenus.

§.3. Quin etiam apud piæ mem. Sixtum Papam V. Prædeceſſorem noſtrum oblatis libellis, & variis excogitatis modis traducere, & calumniari, atque ut ea, quæ conſultiſſime ſancita erant, infringerentur, conati fuerint. Inſtantes ſcilicet, ut res, & negocia Societatis non per Superiores, ut hactenus juxta illius Conſtitutiones, & Apoſtolica diplomata factum eſt, ſed per Capitula, ſeu Congregationes definiantur. Ut electiones, tam Provincialium, quam Superiorum localium non a Præpoſito Generali, juxta hujuſmodi Conſtitutiones, ac diplomata, ſed in Capitulis eiſdem fiant. Ut Novitii in Societatem, & ad vota Scholaſticorum, peracto biennio Novitiatus in Capitulis eiſdem admittantur. Ut profeſſioni certum, ac præfixum tempus ſtatuatur, quo exacto, per ſuffragia Congregationis Religioſi hujuſmodi ad profeſſionem admittantur. Ut qui juxta Inſtitutum, ac formulam ipſam votorum, qua voverunt, Sanctæque hujus Sedis approbationem a Societate dimittuntur, nonniſi ordinarii judicii forma ſervata dimittantur. Illa etiam in contro-

ver-

verſiam, & examen eodem tempore adducta fuere, oempe. Nomen ipſum Societatis Jeſu, quod non eſſet ita deinceps vocanda. Religioſos non profeſſos non debere ad ſacros ordines promoveri. Hujuſmodi Religioſos noo eſſe prohibendos, quin ad alios Regulares Ordines tranſire; ſimiliter nec laicos, ut ad Sacerdotium, nec alios non profeſſos, ut ad profeſſionem, aut ad gradus mutationem aſpirare poſſint. Facultatem præterea, eos qui profeſſi non ſunt, dimittendi non probari. Quibus, & hujuſmodi aliis novis impugnantium inventis ſi aditus pateret, nniverſa Societatix ſtructura labefactaretur, atque convelleretur.

Hic ideo Pontifex impugnationes rejicit rationibus hic enunciatis.

§.4. Nos igitur hujuſmodi impugnationibus diligenter conſideratis, & perpenſo circa reliqua, quæ in controverſiam, & examen deducta fuerant, nonnullorum Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium judicio, qui ex mandato ejuſdem Sisti Prædeceſſoris, illa accurate diſcuſſerant, & examinaverant. Simul etiam perpendentes, primum quidem, quod modus ille, res & negocia per Capitula definiendi, optimum Societatis ordinem, ac univerſam gubernaodi rationem prorſus everteret. Illam enim Ignatius Fundator quamvis Superiorum conſilium, prudeotiamque, ac rerum experientiam adiuvare, & promovere curaverit, adhibitis ſcilicet, tam Generali Præpoſito, quam ſingulis aliis Superioribus tum Provincialibus, tum localibus ſuis, ex ſelectoribus, Conſiliariis, atque admonitoribus, monarchicam tameo, & in definitionibus unius Superioris arbitrio contentam eſſe decrevit, Deinde, quod ratio Capitularium electionum maxima ipſi Societati affertet incommoda. In qua licet electiones quædam primariæ, cujuſmodi ſunt Generalis Præpoſiti, ac illius Aſſiſtentium, & Admonitoris, in Generalibus Congregationibus; in Provincialibus vero tam eorum qui Generalem Præpoſitum eligere, vel Generali ipſi Congregationi cum jure ſuffragii intereſſe, quam Procuratorum etiam, qui è ſingulis Provinoiis quolibet triennio in Urbem ad Procuratorum Congregatiooem mittuntur, & ejuſmodi quædam aliæ electiones per ſecreta ſcrutinia, & deciſiva ſuffragia fiant. In reliquis nihilominus proprii cujuſque gradus judicium, & officiorum diſcretio, ac diſtributio, juxta Conſtitutiones eaſdem, & Apoſtolica diplomata ipſius inſtituti confirmatoria, prædictorum Pauli III., ac Julii etiam Prædeceſſorum noſtrorum, tota in ipſius Præpoſiti Generalis manu. Quam Præpoſiti Generalis, ac reliquorum illi ſubordinatorum Superiorum auctoritatem nonnulli impugnatores multis modis cootrahere, & enervare tentarunt. Denique quod in ipſorom dimiſſionibus, qui juxta formulam Votorum ſimplicium in Conſtitutionibus expreſſam voverunt, quoſque io Societate retinere non expedit, nec contractus vitioſe claudicet, nec ulla alia interveniar injuſtitia. Conſiderantes inſuper, quod in regularis diſciplinæ, ac ſpiritualis perfectionis non exiguum detrimentum, totiuſque Ordinis perturbationem maximam, atque perniciem vergeret, ſi ea quæ a Fundatoribus ſancte ſtatuta ſunt, atque ab univerſo ipſo Ordine ſæpius iu illius Generalibus Congregationibus recepta, & approbata, & quod præcipuum eſt, ab hac Sancta Sede ſancita, & confirmata ſunt, non ſolum immutari, ſed quocumque prætextu impugnari, ac labefactari contingat. Omni Nobis ſtudio curaodum eſſe duximus, ejuſmodi novitatibus, ac temerariis impugnantium præſumptionibux omnem aditum præcludere, ac Societatis indemnitati proſpicere, ut hac ratione Societas ipſa noſtro, & Apoſtolicæ Sedis præſidio munita, atque in ſui Inſtituti puritate, & Regularis diſciplinæ integritate, quiete, ac pace conſervata, uberiores iu dies fructus in agro Domini pergat, ipſo Domino adjuvante, alacriter, & abſque impedimento proferre.

Dictumque Inſtitutum, & Societatis privilegia omnia approbat.

§.5. Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, laudabile ipſius Societatis Inſtitutum, Couſtitutioneſque omnes, ac ſtatuta, & decreta, & quæ illud concernunt præmiſſa omnia, & ſingula, prædictaque, ac quæcumque alia ejus privilegia, facultates, exemptiones, immunitatex, gratias, & indulta a prædictis, ſeu ab aliis Prædeceſſoribus noſtris, etiam per communicationem conceſſa, qualiacumque illa, acſi ad verbum præſentibus inſcrercotur, pro expreſſis habentes, tenore præſentium approbamus, & confirmamus; ſupplentes omnes juris, ac facti defectus, ſiqui intervenerunt in eiſdem.

Alia de novo ſtatuit.

§.6. Et nihilominus hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus ſtatuimus, decernimus, & ordinamus.

Quod in Congregationibus procedatur, juxta conſtitutiones, & decreta.

§.7. Ut in Societatis prædictæ Congregationibus quibuſcumque, eo prorſus modo procedatur, atque ea tantum tractentur, & definiantur, quæ in Conſtitutionibus, ac Congregationum generalium decretis ſtatuta jam ſunt, vel in poſterum ſtatuentur, ut in eiſdem Congregationibus tractentur, & definiantur.

Superiorum electio tota ſit penes Præpoſitum.

§.8. Electio vero Superiorum, tam Provincialium, & Viſitatorum, quam quorumcumque localium, tota ſit penes Præpoſitum Generalem juxta Conſtitutiones eaſdem, prout penes ipſum eſſe, & conſervari diſtricte præcipimus; cum poteſtate illorum facultatem revocandi, reſtrigendi, & etiam augendi, ac adminiſtrationis rationem ab illis exigendi, & eoſdem ab officio removeodi, prout in Domioo judicaverit expedire.

Novitii ad Societatem, & ad ſcholaſticorum vota per ſuperiores admittantur.

§.9. Nuvitios etiam, tam in eorum admiſſione ad Societatem, quam ad Scholaſticorum vota, poſt biennium Novitiatus juxta Societatis morem, per Superiores admitteodos eſſe.

Graduum diſcretio, ac in Coadjutores formatos, & Profeſſos pro-

§.10. Graduum etiam diſcretio, & judicium, ac Coadiutorum, tam ſpiritualium, quam temporalium, ſimulque, & Profeſſorum promotio, juxta hujuſmodi Conſtitutio-

motio fit in manu Præpoſiti generali.

tiones ſimiliter fit in manu Præpoſiti Generalis.

Tempus promotionis ad ejuſmodi gradus.

§.11. Tempus autem promotionis ad hujuſmodi gradus, nullo modo volumus certum, ſeu determinatum eſſe, ſed Conſtitutiones, ac diplomata prædicta hac etiam in parte omnino obſervari volumus, & mandamus, quæ ſtatuunt, ſelectos tantum ſpiritus, & doctrinæ viros, & multum diuque exercitatos, ac in variis probationibus virtutis, & abnegationis ſui ipſorum, cum omni ædificatione, & ſatisfactione ſatis cognitos ad Profeſſionem eſſe admittendos, & denique nonniſi cum Societati, vel ejus Præpoſito Generali fuerit ab eis plene in Domino ſatisfactum.

Auctoritas, & facultates Præpoſito conceſſæ, inviolatæ conſervandæ.

§.12. Omnis vero auctoritas, omnes denique facultates per dictæ Societatis Conſtitutiones, & Apoſtolica diplomata Præpoſito Generali conceſſæ, tam in iis, quæ ipſe per ſe exercere debet, quam in communicatione Provincialibus, & Viſitatoribus, ac aliis quibuſcumque Superioribus per ipſum facienda integre, & inviolate conſerventur; quoniam ut ratio ipſa docet, & Ignatius Fundator prudenter animadvertit, ad hoc ut Societas bene gubernetur, valde expedit, ut Præpoſitus Generalis omnem habeat in ea auctoritatem ad ædificationem; ex qua præter cætera quam plurima, illud ſequetur commodi, ut univerſus Ordo ad monarchicam gubernationem compoſitus maxime ſervetur unitus, ipſiuſque membra per univerſum Orbem diſperſa, per omnimodam hanc ſubordinationem ſuo capiti colligata, promptius atque facilius a ſummo Capite Chriſti in Terris Vicario, ad varias functiones juxta eorum peculiarem vocationem, ac ſpeciale votum dirigi, atque moveri poſſint.

Formâ judiciaria in admiſſionibus non ſervetur, ſed formâ Conſtitutionum.

§.13. Quod vero attinet ad dimiſſionem; Declaramus formam judiciariam adhibendam non eſſe, ſed modum in Conſtitutionibus præſcriptum, & hactenus in ipſa Societate ſervatum de cætero ſervari volumus: nempe ut etiam ſine aliquo proceſſu, aut ordine judiciario, ac nullis terminis etiam ſubſtantialibus ſervatis, ſola facti veritate inſpecta, culpæ, vel rationabilis cauſæ tantum ratione habita, ac perſonarum aliarumque circumſtantiarum, quarum conſideratio ſit cum caritate, & prudentia conjuncta, procedi poſſit, auctoritate prædicta declaramus, & decernimus.

Omnes facultates ad correctionem, & punitionem aliis Ordinibus conceſſa, Societati ejuſq; Præpoſito cōceſſa ſint.

§.14. Quin etiam omnes facultates, omnemque juriſdictionem (quod ad ſubditorum correctionem, & punitionem pertinet) quibuſcumque Ordinibus eorumque Generalibus hactenus conceſſas, non ad inſtar, ſed æque principaliter ipſi Societati, ejuſque Præpoſito Generali concedimus, & elargimur. Quo vero ad reliqua, quæ in controverſiam vocata erant, ſic ſtatuimus.

Nomen Societatis Jeſus teneatur.

§.15. Nomen Societatis Jeſu, quo laudabilis hic Ordo naſcens a Sede Apoſtolica nominatus eſt, & hactenus inſignitus, perpetuis futuris temporibus in ea retinendum eſſe.

Societatis Religioſi emiſſis votis ſimplicibus, ad ſacros ordines promoveri poſſint.

§.16. Ac Religioſos hujuſmodi poſt emiſſa vota, etſi ſimplicia, ad ſacros etiam Presbyteratus Ordines juxta Summorum Pontificum conceſſiones promoveri poſſe.

Et ad nullum Ordinē (Carthuſienſium excepto) eis tranſire liceat.

§.17. Eiſdemque, emiſſis hujuſmodi votis, ad quamvis alium Ordinem Mendicantium, vel non Mendicantium (Carthuſienſium dumtaxat excepto) tranſire minime licere.

Ad Sacerdotium, vel ad Profeſſionem, aut cujuſvis gradus mutationem aſpirare non debeant.

§.18. Laicos, vel alios non Sacerdotes, ad Sacerdotium, vel eoſdem, qui Sacerdotes ſunt, ad profeſſionem, aut cujuſvis alterius gradus mutationem aſpirare non debere.

Poteſtas dimittendi tanquam res magni momenti ad Societatis conſervationē omnino retineatur.

§.19. Poteſtatem quoque a Societate dimittendi quoſvis non profeſſos, ab hac Sede Apoſtolica ſæpius approbatam, eoſque ab omni obligatione votorum juxta Conſtitutiones, & diplomata hujuſmodi emiſſorum, per dimiſſionem ipſam, per quam vota prædicta ceſſant, liberandi, tamquam rem magni momenti ad Societatis puritatem, & conſervationem retinendam, omnino ratam, intactam, & illibatam eſſe volumus.

Perturbatorum audacia coerceatur.

§.20. Et ut perturbatorum, & contradicentium audacia coerceatur, ac ne ipſi, vel pernicioſo eorum exemplo alii in poſterum, quæ ab hac Apoſtolica Sede ſemel ſtabilita ſunt, præcipue circa Regularium Ordinum inſtitutionem, & confirmationem, in quibus alioquin ad eamdem Sedem tantum manus apponere ſpectat, impugnare, aut enervare impune præſumant, aut ullo modo valeant: Præcipimus in virtute ſanctæ obedientiæ univerſis, & ſingulis perſonis, tam ſæcularibus, quam quorumvis Ordinum Regularibus, cujuſcumque ſtatus, gradus, & præeminentiæ exiſtant, etiamſi Epiſcopali, Archiepiſcopali, Patriarchali, aut alia majori Eccleſiaſtica dignitate, ſeu Cardinalatus honore, vel mundana quavis auctoritate, ſeu excellentia præfulgeat, ipſis vero Regularibus etiam dictæ Societatis Religioſis ſub pœnis excommunicationis latæ ſententiæ, necnon inhabilitationis ad quævis officia, & dignitates, vociſque, tam activæ, quam paſſivæ privationis, eo ipſo abſque alia declaratione incurrendis, quarum abſolutionem Nobis, ac Succeſſoribus noſtris dumtaxat reſervamus.

Conſtitutiones Societatis non impugnentur.

§.21. Ne dictæ Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones, aut decreta, vel ex his quidpiam, aut ex præmiſſis omnibus articulum quemlibet, vel aliud quid ſupradicta concernens etiam majoris boni, aut zeli, ſeu quovis alio quæſito colore, aut prætextu directe, vel indirecte impugnare, vel immutari, alterari, aut formam aliam, ſeu rationem circa ea induci curare, aut contra, vel præter ea, ſeu quævis alia ipſius inſtituti ſubſtantialia agere, vel quidpiam ulli alii, præterquam Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, idque immediate, vel per noſtrum, aut Sedis Apoſtolicæ Legatum, ſeu Nuncium, vel ipſius Societatis Generali Congregationi, aut Præpoſito Generali, addendum, minuendum, aut immutandum, ſive alterandum proponere quoquomodo audeant, vel præſumant.

Innovantur pœnæ Conſt. fel. rec. Greg. XIII. omniaque in ea contenta confirmantur.

§.22. Pœnas denique omnes in Gregorii XIII. Prædeceſſoris prædicti Conſtitutione, *Aſcendente Domino*, contentas, ac Conſtitutionem eamdem cum omnibus, & ſingulis in ea contentis, acſi ea omnia ad verbum præſentibus inſererentur, per præſentes approbamus, & innovamus.

Præſentes de ſubreptionis vitio notari non poſſint.

§.23. Decernentes præmiſſa omnia, & ſingula, necnon præſentes, ac in eis contenta quæcumque, nullo umquam tempore etiam ex eo, quod intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, vel alio quocumque prætextu, & ex quavis cauſa quantumvis urgenti, legitima, & rationabili, de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, annullari, revocari, ad viam juris reduci, in dubium, vel controverſiam revocari, aut adverſus illa quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari poſſe, vel debere.

Nec ſub quibuſvis revocationibus comprehendantur.

§.24. Nec ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ab illis ſemper excepta, & quoties emanabunt, toties in priſtinum, & eum in quo antea quomodolibet erant, ſtatum reſtituta, repoſita, & plenarie reintegrata, ac de novo etiam ſub Dat. per Societatem illiuſque Præpoſitum Generalem, & alios Superiores prædictos quandocumque eligendo, de novo conceſſa, ac etiam confirmata, & approbata, validaque, efficacia, & illibata, etiam abſque eo quod deſuper a dicta Sede illorum ulterior reſtitutio, revalidatio, confirmatio, ſeu nova conceſſio impetranda ſit, fore, & eſſe, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac eaſdem præſentes literas ad probandum plene omnia, & ſingula præmiſſa ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri

Et ita judicari debeat.

§.25. Sicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Necnon irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Ordinarii curent obſervantiam hic mandatorum.

§.26. Mandantes univerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac cæteris Eccleſiarum, & locorum etiam Regularium Prælatis per univerſum Orbem conſtitutis, ut præſentes literas in ſuis quiſque Eccleſiis Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, & juriſdictionibus ab omnibus inviolate obſervari curent. Quin etiam Præpoſitum, ac perſonas Societatis hujuſmodi defendant, eoſq; præmiſſis omnibus, & ſingulis pacifice frui faciant, & gaudere, non permittentes ipſos per quoſcumque quomodolibet moleſtari. Contradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris, & facti remedia opportuna, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato ad hoc, etiamſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Quibuſcumq; non obſtan.

§.27. Non obſtantibus, tam ipſius Sixti Prædeceſſoris ſuper modo, & forma admittendi Novitios ad Religionem, quam aliis quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aut decretis per eumdem, vel quoslibet alios Prædeceſſores noſtros, etiam vivæ vocis oraculo, aut alias quomodolibet editis. ac etiam aliorum Ordinum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſcumque hujuſmodi Ordinibus, Univerſitatibus, locis, aut perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſvis irritatoriis, annullativis, caſſativis, revocativis, modificativis, præſervativis; exceptivis, declarativis, mentis atteſtativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam pluries conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut nonniſi ſub certis modo, & forma in illis expreſſis derogari poſſit, pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem Sede ſit indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Præſens conceſſio aliis nõ communicatur.

§.28. Præſentis autem Conſtitutionis, & gratiæ communicationem, omnibus aliis qui ſua privilegia cum ipſa Societate copioſa participant, participareque poterunt quomodolibet in futurum, fieri omnino prohibemus.

Tranſumptis fides datur.

§.29. Cæterum volumus, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu Secretarii dictæ Societatis, vel Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo Præpoſiti Generalis ejuſdem Societatis, vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem omnino fides habeatur in judicio, & extra illud, quæ literis ipſis originalibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

Dat. P. An. I. 28. Jun. 1591.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ; milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, quarto Kal. Julii, Pontificatus noſtri Anno primo.

Quod

XXVI.

Quod nec Fratres Reſormati Fratrum Minorum Conventualium S. Franciſci, neque alii Religioſi, Capucium, & habitum Cappuccinorum, vel alium ei conſimilem deſerre poſſint.

Cappuccinorum institutionem, & alia eos concernentia, vide in Conſtit. XXIV. Clementis VII. Religionis. *Tom. IV. Par. I. fol. 73. Et ibi etiam de toto Ordine Fratrum Minorum remiſſive dixi.*

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Franciſcanæ Religionis cōmendatio.

BEati Franciſci Confeſſoris Sodalitas, ab uno fundatore inſtituta, & ad eumdem Dei finem ordinata, utriuſque Seraphicæ Religionis nomine nuncupata, in plures Sodalitates, & membra, Apoſtolica permiſſione dividitur, & quaſi circumamicta varietate, prout pietas diverſimode ſuadet, corde uno, & anima una Deum colit, & inſtar agri Dominici varios, atque uberes fructus quotidie profert, & diſtinctiores, & abundantiores, ut confidimus, in dies proferre non ceſſat.

Paulus III. habitum Cappuccinorum, cæteris aliis vetavit.

§.1. Sane cum ad aures noſtras pervenerit, alias fel. rec. Paulum Papam III. Prædeceſſorem noſtrum inter alia per ſuas in forma Brevis literas, quibuſvis perſonis, cujuſcumque conditionis exiſterent, ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna eo ipſo incurrenda, ne habitum per Fratres Ordinis Minorum Sancti Franciſci Capuccinorum nuncupatorum geſtari ſolitum, niſi in eadem Congregatione eſſent, & ſub moderni, & pro tempore exiſtentis Generalis ejuſdem Ordinis obedientia, & cura permanerent, geſtare quoquomodo præſumerent, diſtrictius inhibuiſſe.

Pius IV. ſimilem habitum pariter prohibuit, die 2. Aprilis 1560.

§.2. Et piæ memoriæ Pius Papa IV. etiam Prædeceſſor noſter, literas ejuſdem Pauli Prædeceſſoris confirmando, inſuper non ſolum ne habitum prædictum, juxta literarum ipſius Pauli Prædeceſſoris hujuſmodi tenorem, verum etiam, nec ita conſimilem, quod propter eum poſſent credi Fratres Congregationis Capuccinorum, geſtare deberent, ſub eadem excommunicationis pœna eo ipſo incurrenda prohibuiſſet.

Gregorius XIII. ſimilem habitum Fratribus Tertii Ordinis prohibuit die 19. Octobr. 1581.

§.3. Et ſimiliter fælic. record. Gregorius Papa XIII. etiam Prædeceſſor noſter, literas Prædeceſſorum hujuſmodi, & in eis contenta quæcumque pro expreſſis habendo, & innovando, Motu proprio, & ex certa ejus ſcientia, eoſdem Fratres, qui Tertiarii ex Ordine Conventualium dicuntur, non ſolum Capucium rotundum, ſed etiam habitum coloris Berettini, ſeu Subcinericii ad inſtar Fratrum eorundem Conventualium, deferre deberent, ita ut a Fratribus Capuccinis facile diſcernerentur, ſub eiſdem Pauli III. & Pii IV. pœnis poſt ſex menſes ipſo facto incurrendis ſtatuiſſet, & ordinaſſet.

Hic modo Pōtifex fratribus Conventualibus Reformatis d. prohibitionem innovat, & illorū habitum deſignat.

§.4. Verum quia iidem Fratres, qui Reformati Conventualium dicuntur, ita conſimiles eiſdem Fratribus Capuccinis incedere præſumunt, ut paſſim a populo pro Capuccinis habeantur, ac illis tanquam Capuccinis, eleemoſynæ, & oblationes conferuntur, non ſine gravi plebis offenſione, & ſcandalo, dum reputantur Capuccini eſſe. Idcirco rationabile exiſtimantes, ut qui ex inſtituto regulæ, atque in vitæ regularis obſervantia uniformes non ſunt, etiam habitus diſtinctione dignoſcantur, atque prædeceſſorum hujuſmodi literarum contemptus, & contumacia, ſeverioris diſciplinæ cenſuram inveniat, ad evitandas etiam confuſiones, & contentiones, quæ exinde oriri poſſent, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, ſingulas Prædeceſſorum hujuſmodi literas, & in eis contenta quæcumque pro expreſſis habentes, & harum ſerie approbantes, & confirmantes, atque etiam innovantes: Motu etiam ſimili, & ex certa ſcientia noſtra ſtatuimus, & ordinamus, quod ex nunc de cætero perpetuis futuris temporibus, hujuſmodi Fratres Reformati non ſolum in Urbe, ſed etiam ubique locorum per univerſum Orbem exiſtentes, ut vere, & realiter a Capuccinis diſtinguantur, & dignoſcantur, præter Capucium penitus rotundum, & colorem Berettinum, vel Subcinericium, ut præmiſſum eſt, etiam mantellum longius ad Conventualium longitudinem deferre, & mozzettam latam, & longam non ſub mantello, ſed ſupra geſtare teneantur.

Receptionem que Cappuccinorum, eiſdem Reformatis interdicit.

§.5. Inſuper ſtrictiori Capuccinorum prædictorum vitæ conſulentes, ne ab eiſdem Reformatis ipſi Capuccini admitti, vel recipi poſſint, ſub eadem excommunicationis ſententia ipſo facto, tam ab ipſis Capuccinis receptis, quam Reformatis recipientibus incurrenda, interdicimus, & prohibemus. Et nihilominus actum ipſum receptionis, & tranſitus tanquam indebite factum ex nunc, prout ex tunc irritum, & penitus nullum eſſe decernimus, & declaramus.

Habitum Capuccinorum, cæteris omnibus iterato prohibet.

§.6. Et quoniam ſimiliter accepimus nonnullos alios, qui ſub Eremitarum vocabulo nominantur, vagos, aut profugos, ac Acephalos ſub nullius obedientia degentes, nec Epiſcoporum juriſdictioni ſe ſubjicientes, ſine aliqua licentia, vel loci aſſignatione, non ſine gravi fidelium ſcandalo huc illucque vagari, eorumdem Fratrum Capuccinorum habitum, vel adeo conſimilem geſtantes, ut facile pro Capuccinis reputentur, Motu pari, eoſdem Eremitas ſine literis dimiſſoriis alicujus Superioris Ordinis approbati, de cujus gremio ſint, vel Epiſcopi loci illius, ubi degunt, vagari, aut ex propriis locis diſcedere non poſſe, & imprimis ab habitu Capuccinorum eiſdem ſaltem, vel aliis notioribus differentiis diſtingui, & dignoſci debere omnino præcipimus, & jubemus.

Inobedientes coerceri mandat.

§.7. Mandantes propterea univerſis, & ſin-

ſingulis Fratribus Reformatis prædicti, eorumque Superioribus, ac ipſis Eremitis Acephalis, & ſine obedientia itinerantibus, præter pœnas per Prædeceſſores prædictos inflictas, in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque gravioribus pœnis arbitrio noſtro imponendis, ut præmiſſa omnia, & ſingula, omni excuſatione, & tergiverſatione poſtpoſita, infra ſex menſium ſpatium a data præſentium computandum, ſtatim adimpleant, & exequantur. Quod ſi facere diſtulerint, vel neglexerint, eos per Almæ Urbis Vicarium noſtrum hic in Urbe, ejuſque diſtrictu, ac per locorum Ordinarios, ubi Fratres prædicti reperiantur, per carcerationem, aliaque opportuna juris, & facti remedia, prout contumacia cujuſque exegerit, cogi, & compelli poſſe, ac debere volumus, & jubemus. Et nihilominus irritum, & inane decernimus, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quibuſcumq; non obſtantibus.

§. 8. Non obſtantibus quatenus opus ſit, regula noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, & utrarumque regularum ſive Ordinum etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, regolis, & inſtitutis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Fratribus, & Eremitis prædictis, eorumque Superioribus, & perſonis, in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides transumptorum.

§. 9. Volumus autem quod præſentium tranſumptis &c.

Dat. P. An. I, die 6. Julii.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub Annulo Piſcatoris, die 6. Julii 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

XXVII.

Confirmatio Privilegiorum Ordinis Fratrum Cruciferorum, & communicatio gratiarum Ordinibus Religioſorum Mendicantium conceſſorum, & concedendorum.

De hoc Ordine, vide Conſtit. X. Urbani III. Cum Anteceſſor. *Tom. III. fol. 25.*

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex Religioſis Altiſſimo famulantibus conceſſa privilegia, nedum confirmare, ſed & alia Congregationum Regularium perſonis conceſſa, ad eos quandoque extendere conſuevit, prout eorumdem Religioſorum vota expoſcunt, & ipſe conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Petitio Congregationis.

§. 1. Sane dilecti filij Magiſter Generalis, & Fratres Congregationis Cruciferorum nobis nuper exponi fecerunt, quod cum eidem Congregationi, quæ per Beatum Cletum inſtituta, & per fel. recordat. Alexandrum III. Romanum Pontificem Prædeceſſorem noſtrum, reformata fuit, & in qua ad præſens quamplures ſacræ Theologiæ Magiſtri, & verbi Dei Concionatores reperiuntur, diverſa privilegia, gratias, & indulta conceſſa, & per eumdem, ac alios Romanos Pontifices etiam Prædeceſſores noſtros, confirmata, & innovata fuerint, prout in diverſis literis deſuper confectis plenius continetur; Cupiant Magiſter Generalis, & fratres prædicti privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori per nos confirmari, & approbari, necnon alia, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, & Congregationibus, ac eorum Monaſteriis, Domibus, & locis, ac perſonis, per quoſcumq; Romanos Pontifices, & præſertim piæ mem. Pium Quintum Prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſa privilegia, facultates, & gratias, ad dictam Cruciferorum Congregationem, illuſque fratres, & perſonas extendi, illaque eis communicari. Quare pro parte Magiſtri Generalis, & fratrum prædictorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Pontificia cõfirmatio indultorum, & indulgentiarũ Ordinis, quatenus ſint in uſu, & Concilio Tridentino non contrarientur.

§. 2. Nos igitur Congregationem Cruciferorum prædictam, ejuſque fratres, & perſonas quaſcumque, ob eorum regularem diſciplinam ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, ac ſingulorum privilegiorum, & gratiarum, ac literarum deſuper confectarum hujuſmodi tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, facultates, exemptiones, libertates, immunitates, indulta, indulgentias, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, dictæ Congregationi Cruciferorum, omnibuſque, & ſingulis illius, tam virorum, quam mulierum Monaſteriis, Hoſpitalibus, Domibus, & Conventibus, necnon illorum Prioribus, Superioribus, Officialibus, & perſonis, tam in genere, quam in ſpecie, ac alias quomodolibet, & quandocumque, tam per prædictos, quam alios quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam quomodolibet conceſſa, necnon deſuper confectas literas, & ſcripturas quaſcumque, quatenus in uſu ſint, & decretis Concilii Tridentini non adverſentur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſiqui forſan intervenerunt in eiſdem, ſupplemus; & nihilominus pro potiori cautela, illa omnia dictæ Cruciferorum Congregationi, ſinguliſque illius Monaſteriis, Hoſpitalibus, Domibus, Conventibus, Prioribus, & Supe-

rioribus, & perſonis, eiſdem auctoritate, & tenore, de novo concedimus.

Cõmunicatio privilegiorũ, quibuſvis Ordinibus Mendicantium, & non Mendicantium conceſſorum, & concedendorum.

§. 3. Et inſuper omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, facultates, exemptiones, immunitates, indulta, indulgentias, cæteraſque gratias, ſpirituales, & temporales, ac tam conjunctim, quam diviſim, & alias quomodolibet quibuſvis Mendicantium, & non Mendicantium Ordinum Congregationibus, ac tam virorum, quam mulierum Monaſteriis, Domibus, & regularibus locis in quibuſcumque Mundi partibus conſiſtentibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monachis, & perſonis per dictum Pium Quintum, & alios quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem eamdem, etiam per viam communicationis, vel extenſionis, aut alias conceſſa, decretis ejuſdem Concilii minime contraria, ac quibus ſingulæ Congregationes prædictæ, earumque Monaſteria, Domos, & loca, ac Superiores, Fratres, Monachi, & perſonæ hujuſmodi, de jure, uſu, conſuetudine, vel privilegio, aut conceſſione Apoſtolica, vel alia quacumque auctoritate, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ad prædictam Cruciferorum Congregationem, ita ut illa, ejuſque, tam virorum, quam mulierum Monaſteria, Hoſpitalia, Conventus, ſeu regulares domus, illorumque Priores, Superiores, Officiales, Fratres, Miniſtri, & aliæ perſonæ nunc, & pro tempore exiſtentes, præmiſſis omnibus, & ſingulis, æque, ac pariformiter, & ſine ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite poſſint, ac ſi illa dictæ Cruciferorum Congregationi, illiuſque Monaſteriis, Hoſpitalibus, Conventibus, & Domibus regularibus, ac Superioribus, Officialibus, Fratribus, Miniſtris, & aliis perſonis prædictis, ſpecialiter, & expreſſe, ac principaliter, non autem ad inſtar, conceſſa, ac præſentibus de verbo ad verbum inſerta fuiſſent, auctoritate, & tenore prædictis perpetuo extendimus, illaque omnia, & ſingula dictæ Cruciferorum Congregationi, illiuſque Monaſteriis, Hoſpitalibus, Conventibus, ac Regularibus, Domibus, necnon Prioribus, Superioribus, Officialibus, Fratribus, Miniſtris, & perſonis prædictis quibuſcumque communicamus.

Clauſula ſublata, &c.

§. 4. Decernentes, ſic & non aliter per quoſcumque Judices, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere: irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§. 5. Quo circa dilecto filio, moderno & pro tempore exiſtenti dictę Cruciferorum Congregationis Protectori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicando, ac dictæ Cruciferorum Congregationis Fratribus, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtendo, faciant auctoritate noſtra, præſentes, & in eis contenta hujuſmodi firmiter obſervari, ac illos ſingulos, quos ipſæ literæ concernunt, illis pacifice frui, & gaudere. Non permittentes, eos, vel eorum aliquem deſuper contra præſentium tenorem per quoſcumque, etiam locorum Ordinarios, quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, ac Cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, quacumque appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ contrariorum derogatoriæ.

§. 6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, Synodalibus, generalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, necnon Mendicantium Ordinum, Congregationum, Monaſteriorum, & Regularium domorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, illis eorumque Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorũ fides.

§. 7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Cruciferorum Congregationis, vel illius Protectoris obſignatis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. I die 22. Iulii 1591.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub annulo Piſcatoris, die 22. Julii 1591. Pont. noſtri Anno primo.

XXVIII.

Confirmatio, & declaratio juriſdictionis, & Privilegiorum Rotæ Civitatis Maceratæ, Status Eccleſiaſtici.

Hanc Rotam inſtituit Sixtus V. ut ſupra in ejus Conſt. XLIV. Romanus f. 52.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Prooemium.

ROmanum decet Pontificem, æqui bonique ſupremum Aſſertorem, ad ea quæ

quæ per ejus Prædeceſſores in ſubſidium, & quibusvis locis, ac præſertim in Provinciis ſuæ, & Apoſtolicæ Sedis ditioni immediate ſubjectis degentium, necnon faciliorem jurium ſuorum conſequutionem provide inſtituta fuerunt, ſollicite intendere, ac ut firma, illibata perſiſtant, efficaciuſque obſerventur, ſuæ confirmationis præſidio propenſius roborare. Si vero aliqua in alieni juris præjudicium tendere, aut diſcordiam, ac litium, & diſſenſionum diſpendia afferre poſſe reperiuntur, ita declarationis ſuæ adminiculo elucidare, ac moderari, ut unicuique quod ſuum eſt remaneat, nec debita juſtitiæ adminiſtratio impediatur, ac alias deſuper diſponere, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Sixtus V. inſtituit Rotam in Civitate Maceraten.

§.1. Cum itaque felicis recordat. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter, per ſuas ſub plumbo expeditas literas in ſubſidium, & utilitatem pauperum Provinciæ noſtræ Marchiæ, ac ex certis aliis rationabilibus cauſis, in Civitate Maceratenſi, quæ alias ſatis celebris, & inſignis, ac fere in medio dictæ Provinciæ, ac in Territorio fæcundo & ameno ſita, ſolitaque Sedes Legatorum exiſtit, unum Tribunal Audientiæ Cauſarum Rotam nuncupandum, quinque Judicum Juris Utriuſque Doctorum, qui omnes, & ſingulas totius Provinciæ prædictæ, ac Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & aliorum locorum ſub eadem Provincia comprehenſorum, necnon incolarum in illis habitantium cauſas, lites, & controverſias civiles, tam prophanas, quam Eccleſiaſticas, meraſque, & mixtas, necnon, etiam criminales, in quibus appellationi locus foret, tam in prima in Diœceſi, ac Juriſdictione Maceraten., quam in ſecunda, & ulterioribus inſtantiis in cauſis appellationis totius Provinciæ hujuſmodi cognoſcere, decidere, fineque debito terminare, ac judicare poſſent, & deberent, Motu proprio perpetuo erexerit, & inſtituerit.

Ad quam etiā ab Epiſcopis Provinciæ appellari permiſit.

§.2. Ac inter alia diſpoſuerit, quod Auditores Rotæ hujuſmodi, in cauſis appellationum, & gravaminum, a ſententiis, & gravaminibus per Epiſcopos dictæ Provinciæ illatis, procedere ac juriſdictionem habere poſſent.

Epiſcopi conqueſti ſunt, dari appellationem etiam in concernen. correctionem morum, &c.

§.3. Cumque vigore ſeu prætextu iſtius facultatis, Venerabiles Fratres Epiſcopi dictæ Provinciæ conqueſti fuerint, prædictos Auditores, etiam in cauſis ad Forum Eccleſiaſticum ſpectantibus, morumque correctionem concernentibus, ac in illis, in quibus appellationi ſuſpenſivæ locus non eſt, proceſſiſſe.

Congregatio ſuper negociis Epiſcoporum Rotæ inhibuit

§.4. Ac proinde habito pro parte dictorum Epiſcoporum recurſu ad Congregationem Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper negociis Epiſcoporum deputatorum, literas eorum nomine, etiam de mandato noſtro decretas obtinuerint, per quas Auditoribus mandabatur, ne in prædictis, & aliis Epiſcoporum eorumdem cauſis procederent, prout in ſingulis literis prædictis plenius continetur.

Civitas Maceraten. ad Papam habuit recurſum.

§.5. Verum ſicut nobis poſtea innotuit, & dilecti filii homines Provinciæ Marchiæ, necnon Communitas Civitatis Maceraten. prædictarum, per dilectos filios Phœbum Rotundum Provinciæ, & Antonium Franciſcum Pellicanum, Nicolaum Hercolanum, & Volumnium Picutium, Civitatis Maceraten. hujuſmodi Oratores ad gratulandum nobis, ac præſtandam debitam obedientiam deſtinatos, quos libenter audivimus, nobis exponi fecerunt, literas dictæ Congregationis, ipſis & prædicto Tribunali, ac privilegiis, & facultatibus illius Judicibus conceſſis, grave damnum, & præjudicium inferre.

Qui modo Rotæ facultatem reſtringit, quo ad dictas appellationes.

§.6. Idcirco Nos, quibus in primis ſemper cordi fuit juſtitiam unicuique æqua lance adminiſtrare, ac Epiſcoporum decori ſimul, & pauperum ſubditorum noſtrorum commodis, & utilitati conſulere, lites, & differentias, quæ occaſione literarum prædictæ Congregationis exoriri poſſent præcidere eaſque moderari, & elucidare, ac alias in præmiſſis omnibus de opportuno remedio ſalubriter, & mature providere volentes, ac literarum earumdem tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, Motu proprio, non ad hominum, aut Communitatis, vel Oratorum prædictorum, ſeu alicujus ipſorum, aut cujuſvis, ſeu quorumvis aliorum pro eis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de mera voluntate, & matura deliberatione, ac ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine; auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, decernimus, & declaramus, modernos, & pro tempore exiſtentes Auditores Rotæ, ac Tribunalis totius Provinciæ Marchiæ hujuſmodi, etiam vigore dictarum literarum Sixti Prædeceſſoris, cauſas appellationum, ſeu recurſus, & querelas, quæ ab Ordinariis locorum dictæ Provinciæ, circa ea, quæ pertinent ad viſitationem, aut morum correctionem, interponuntur, cognoſcere, ac etiam in iis caſibus, in quibus ab eorumdem Ordinariorum decretis, ſeu interlocutoriis ſententiis, aut ordinationibus, ex forma Sacrorum Canonum, & Decretorum Concilii Tridentini, necnon etiam Conſtitutionum Apoſtolicarum, appellationes, recurſus, & querelæ, quoad effectum ſuſpenſivum prohibentur, procedere non poſſe nec debere, ac Rotam, & illius Auditores prædictos in iſtis caſibus nullam prorſus juriſdictionem habere. Inhibitiones quoque in hujuſmodi cauſis per eoſdem Auditores conceſſas, & concedendas, cum proceſſibus, ac omnibus inde ſequutis, nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe.

In reliquis vero ejus juriſdictionem, & indulta confirmat.

§.7. In reliquis vero omnibus, & ſingulis erectionem, ac inſtitutionem prædictæ Rotæ, necnon privilegia, facultates, & indulta quæcumque, eidem Rotæ ejuſque Auditoribus ſeu Judicibus, necnon Notariis, Curſoribus, ac aliis Officialibus, & perſonis, per literas ipſius erectionis, ac alias quomodolibet conceſſa; eaſdemque literas, necnon omnia, & ſingula capitula, ordinatio-

Digitized by Google

tiones, reformationes, & ſtatuta, cæteraque in vim literarum erectionis hujuſmodi, ac facultatis ad hoc in illis attributæ, etiam circa taxas, mercedes, ac ſalaria eorumdem officialium facta, & in eis contenta quæcumque, Apoſtolica auctoritate prædicta perpetuo approbamus, & confirmamus, ac eis plenariæ, & inviolabilis firmitatis Apoſtolicæ robur adjicimus, ac præſentis ſcripti patrocinio communimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui in præmiſſis quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Clauſulas præſervativas apponit.

§.8. Decernentes erectionem Rotæ hujuſmodi, ac privilegia, facultates, indulta, & alia præmiſſa valida, & efficacia eſſe, & perpetuo fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac omnibus, quos concernunt, & concernent, quomodolibet in futurum, inviolabiliter perpetuo obſervari, ſicque ab omnibus cenſeri, atque ita per prædictos, & quoſcumque alios Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam cauſarum noſtri Palatii Apoſtolici Auditores, eorumque Locatenentes, ac ejuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vice-Legatos, necnon Cameræ Apoſtolicæ Præſidentes, & Clericos, aut quoſvis alios, ſublata eis, & ipſorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique locorum judicari, diffiniri, & interpretari debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Exequutorem & Protectoré deputat.

§.9. Quocirca dilecto filio Henrico tituli Sanctæ Pudentianæ Presbytero Cardinali Cajetano nuncupato, Camerario noſtro moderno, & pro tempore exiſtenti Rotæ, & Auditorum, Privilegiorumque, & Indultorum prædictorum, Protectori, motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium ſeu alios, eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcunque ſolemniter publicans, ac Rotæ ac ejus Auditoribus, necnon Officialibus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtens, ipſas præſentes literas, ac in eis contenta hujuſmodi debitæ executioni demandet, ac demandari, necnon ab illis omnibus, quos illæ concernunt, inviolabiliter perpetuo obſervari faciat, mandet, atque procuret. Non permittens Auditores, Notarios, Curſores, ac alios Officiales Rotæ, necnon Homines Provinciæ hujuſmodi deſuper per quoſcumque, contra præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel impediri. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, & alias pœnas, cæteraque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulas derogatorias ſubjicit.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Cameræ, & Provinciæ, Civitatum, & locorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ſtatutis, conſuetudinibus, ac uſibus, & naturis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam illis, ac quibuſvis ſuperioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, ac formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu pari, ac alias in contrarium quomodolibet facientibus, ac conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam ſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, expreſſa, & individua mentio habenda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum exprimerentur, & insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie Motu ſimili derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque, ſeu ſi aliquibus, communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. P. An.I. die 12. Iulii 1591.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub Annulo Piſcatoris, die duodecima Julii milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno I.

XXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio literarum Gregorii XIII., & Sixti V. quibus Mercatoribus Græcis Anconæ commorantibus conceditur facultas ſibi eligendi Conſulem.

Sixti V. Conſtitutionem, cui initium Dudum *legere eſt in ejus Appendice Conſtitut. XVIII. fol.* 172.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Gregorius XIII. hiſce Mercatoribus proprium Conſulem conceſſit.

§.1. CUM ſicut accepimus fe. rc. Gregorius PP. XIII. Prædeceſſor noſter, Mercatoribus, & aliis Græcis Chriſtianis in Inſula Patmos in Civitate noſtra tunc ſua Anconitana commorantibus, & eo accedentibus, ut proprium pro ſua Natione in dicta Civitate Conſulem eligere, creare, & deputare valerent, conceſſit: & deinde piæ mem. Sixtus Papa V. etiam Prædeceſſor

Quod poſtea Sixtus V. confirmavit.

noſter indultum, & facultatem eligendi Conſulem hujuſmodi, omniaque, & ſingula in eiſdem dicti Gregorii Prædeceſſoris literis contenta, necnon electionem, & deputationem dicti Conſulis per eoſdem Mercatores, & alios Græcos vigore earumdem literarum factas, ac omnia, & ſingula inde ſequuta, approbavit, & confirma-

mavit, ac eiſdem Mercatoribus, & aliis prædictis eumdem conſulem, confirmandi, revocandi, & alium nominandi quoties illis expedire videbitur, conceſſit, & indulſit, prout in ſingulis dictorum Prædeceſſorum in forma Brevis expeditis literis plenius continetur.

Hoc idem a Gregorio firmari petunt.

§.2. Cum autem Mercatores, & alii Græci Chriſtiani prædicti cupiant præmiſſa omnia pro illorum ſubſiſtentia, nostro, & Sedis Apoſtolicæ munimine roborari; propterea pro eorum parte Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Pontifex.

§.3. Nos igitur ſingularum literarum prædictarum tenores, ac datas, ac cujuſcumque alterius jura, & prætenſiones, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, facultatem, indultum, electionem, confirmationem, & omnia alia in prædictis dictorum Prædeceſſorum literis contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac illis plenariæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac per eos, ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ad illarum inviolabilem obſervationem teneri, ipſoſque ad id cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque juris, & facti remediis cogi poſſe.

Clauſulæ pro perpetua firmitate,

§.4. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quid quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Executores deputat,

§.5. Mandantes nunc, & pro tempore dictæ Civitatis Anconæ Gubernatori, ſeu ejus Locumtenenti, cæteriſque, ad quos ſpectat, ut quoties pro parte dictorum Mercatorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, præſentes, & dictorum Prædeceſſorum literas, ac in eis contenta hujuſmodi, ab omnibus faciant inviolabiliter obſervari, non permittentes eos ſuper præmiſſis per quoſcumque quomodolibet moleſtari.

Contrariorū derogatio.

§.6. Non obſtante quacumque Conceſſione de Officio Conſulatus dictæ Nationis, & Inſulæ Patmos cuicumque alteri perſonæ præſertim non ex titulo oneroſo per Nos forſan facta, quam per eaſdem præſentes revocamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque,

Dat. die 13. Julii 1591. An. I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 13. Julii 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

X X X.

Juriſdictio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Protectoris, & Judicis cauſarum, intereſſe Monaſterii Monialium Sanctæ Marthæ de Urbe tangentium.

*Hoc Monaſterium, ſeu potius domus, erat probationis dudum, & refrigerii mulierum vitæ culpabilis, ut innuptæ Moniales fierent, vel matrimonio copularentur, nuptæ vero propriis viris reſtituerentur. Sed hoc pium opus, ad Monaſterium Domus Piæ nuncupatum, olim tranſlatum fuit, ut videre eſt in Gregorii XIII. Conſtitut.*79. Cupientes *Tom.IV. Par.III. fol.*355.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

SAlubrem Monaſteriorum omnium præſertim Urbis noſtræ, de quibus peculiarem curam habemus, ſtatum deſiderantes, non modo, quæ illis conceſſa ſunt, libenter confirmamus, & approbamus; verum etiam quæ expreſſiorem ſenſum poſtulare videntur, re diligenter perſpecta, ita declaramus, ut omnis dubietas de piis Chriſtifidelium mentibus evellatur.

Paulus III. Domum in Urbe deputavit ad receptum dum mulieres vitæ culpabilis, & Confraternitatem deſuper inſtituit.

§.1. Dudum ſiquidem fel. recor. Paulus Papa Tertius quandam in Urbe Domum pro mulieribus, tam conjugatis, quam ſolutis, vitæ culpabilis recipiendis, ibique retinendis, etiam ſub clauſura, donec, vel Moniales fierent, vel matrimonio copularentur ſi innuptæ, vel ſi nuptæ eſſent, propriis viris reſtituerentur, deputavit. Ac pro gubernio mulierum, & Domus hujuſmodi, Confraternitatem de Gratia nuncupatam, cum Eccleſia, Dormitorio, & aliis neceſſariis ad prædicta, ac facultate quæcumque ſtatuta licita, & honeſta, ac pro hujuſmodi gubernio, & adminiſtratione neceſſaria, & opportuna condendi, eidem Confraternitati conceſſa, erexit, & ſucceſſive dicta Confraternitas pro tutiori, & faciliori gubernio, & præmiſſorum executione in ſuum, & dictarum mulierum, & domus Protectorem elegit, & dictus Prædeceſſor deputavit bonæ memoriæ Rodulphum Tituli Sanctæ Mariæ in Tranſtyberim Presbyterum Cardinalem, de Carpo nuncupatum.

Et poſtea erectum ibidem fuit, Monaſterium pro recipiendis, quæ ex prædictis mulieribus, Moniales eſſe volebant,

§.2. Necnon ſimilis me: Raynutius tituli S. Angeli Presbyter Card., Ravennaten. nuncupatus, & major Pœnitentiarius, comperto quod multæ ex dictis mulieribus, locum in aliis Monaſteriis commode non reperiebant, ubi Moniales fieri voluiſſent, habita fideli informatione a Confratribus dictæ Confraternitatis, illorumque ſupplicationibus inclinatus, auctoritate Apoſtolica, & de mandato ejuſdem Prædeceſſoris, partem dictæ domus in Monaſterium Monialium, ſub invocatione Sanctæ Marthæ, per Protectorem, & Confratres prædictos electam, cum Eccleſia, Clauſtro, Dormitorio, & aliis neceſſariis pro una Abbatiſſa per eundem Rodulphum Cardinalem, & pro tempore exiſtentem Protectorem ipſius Confraternitatis, perpetuo, ſeu ad tempus, prout ipſi Protectori videretur eligenda, ac per cæteras Moniales confirmanda, & aliis mulieribus ad dictam Domum acceſſuris, &

Re-

Religionem ingreſſuris, ſub certis modo, & forma tunc latius expreſſis perpetuo erexit, & inſtituit, & Abbatiſſam eligendi, & Monialibus habitum exhibendi, ac profeſſionem recipieudi, eidem Rodulpho Cardinali Protectori per eumdem Prædeceſſorem plena facultas conceſſa fuit. Necnon Confraternitatem; Domum, & Monaſteriom S. Marthæ hujuſmodi, eorumque bona ſub protectione Romani Pontificis, & pro tempore exiſtentis Protectoris recepit, ae obedientiæ, correctioni, & viſitationi illius Vicarii Generalis ſubjecta fore, & eſſe decrevit, & declaravit.

Julius III. juriſdictionem cognoſcendi cauſas, mulierum Monialium, & Monaſterii prædictorum, conceſſit.

§.3. Et deinde piæ mem. Julius Papa etiam III. pro majori dictarum mulierum quiete, eidem Rodulpho Presbytero Cardinali, & pro tempore exiſtenti Protectori, ac Vice-Protectori Monaſterii, Domus, & Confraternitatis prædictæ, omnes, & ſingulas cauſas, quæſtiones, & controverſias, civiles, & criminales, ae mixtas, ſuper dotibus, rebus, & bonis quibuſcumque mulierum, Monialiom, & Monaſterii hujuſmodi, ac illorum occaſione, coram quibuſvis Judicibus, tam Eccleſiaſticis, quam ſæcularibus dictæ Urbis quomodolibet motas, & movendas, tam active, quam paſſive, cum omnibus, & ſingulis earum inciden. dependen. emergen. annexis, & connexis, prævia opportuna avocatione per ſe, vel alium ab eo, & pro tempore exiſten. Protectore deputandum, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, audiendi, cognoſcendi, decidendi, & fine debito terminandi, ac quicquid decreviſſet debitæ executioni mandandi, ac demandari faciendi, ac indemnitati partium conſulendo in cauſis ipſis, ac omnibus negociis, Domum, ac Moniales, & Confraternitatem hujuſmodi pro tempore concernen. etiam nullo penitus Juris ordine, ſeu Cameræ Apoſtolicæ ſtylo, vel conſuetudine ſervatis, ſed ſola facti veritate inſpecta, de bono, & æquo quandocumque ei viſum foret, de facto, manu regia, velo levato, & alias pro ejus arbitrio procedendi, & judicandi, necnon excommunicationes, & alias cenſuras, & pœnas deſuper promulgandi, & relaxandi, & ab eis abſolvendi, & brachium ſæculare invocandi, & contra quaſcumque perſonas, quacumque auctoritate, & dignitate ſungentes, & Moniales, & mulieres ipſas contra voluntatem dicti Rodulphi Cardinalis, & pro tempore exiſten. Protectoris, ſeu Vice-Protectoris alibi quam coram eo, ſeu ejus deputato, quomodolibet moleſtari, & denique omnia, & ſingula in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna, etiam unica ſententia, ita quod ab ea, & aliis præmiſſis, nullo umquam tempore appellare liceret, etiam per viam mandati executivi, facien., geren., & exequen. in omnibus, & per omnia, ac ſi tres ſententiæ conformes deſuper latæ eſſent, ſublata quacumque appellandi, & de nullitate dicendi facultate, plenam liberam, & omnimodam facultatem conceſſit, dictaſque cauſas, ut præfertur audien. cognoſcen., & deciden. eidem Rodulpho Cardinali, & pro tempore exiſtenti Protectori, & Vice-Protectori, ſeu ab eis deputando in omnibus, & per omnia commiſit. Decernentes proceſſus, & ſententias ſic ferendas, nullatenus impugnari, ſeu revocari, niſi moto proprio, & ipſo Protectore ſemper vocato, & audito, ac eo conſentiente, impediri non poſſe. Et ſic per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate ſungentes, ſublata aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & deffiniri, ac irritum, & inane quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decrevit.

Facultate ſummarie, &c. procedendi.

Appellatione que remota.

Gregorius XIII. juſſit in d. Monaſterio non amplius recipi mulieres corruptas, ſed Virgines tantũ ex cauſa hic expreſſa.

§.4. Demum recol. me. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter cum accepiſſet, quod hujuſmodi mulieres corruptæ, quæ in Mooiales recipi ſolitæ erant, admitti deſierant, & earum loco Virgines recipi conſueverunt, quæ tamen aliquando remiſſius ibi Moniales fiebant, & ſubinde inſtitutum hoc Virgines recipiendi minoebatur, ne promiſcue cum corruptis reciperentur, devotioni, ac majori augmento dicti Munaſterii conſulens, accedentibos maxime ſupplicationibus Abbatiſſæ dicti Monaſterii, ac illud gubernantium, ſtatuit, & decrevit, quod ex tunc de cætero perpetuis futuris temporibus, aliæ quam Virgines, & mulieres honeſtæ vitæ, & famæ, in Moniales dicti Monaſterii a quoquam quavis auctoritate ſungente, & quacumque etiam Cardinalatus honore fulgen. admitti, vel recipi non valerent, cum irritantis appoſitione decreti, prout in ſingulis dictorum Pauli III. Julii etiam III. ac Gregorii XIII. Prædeceſſorum, & Raynutii Cardinalis literis deſuper confectis plenius continetur.

Sed dubitatũ fuit an Protector, & Congregatio haberet totale regimen dicti Monaſterii, ob mutationem de qua ſupra.

§.5. Cum autem ſicut nuper accepimus, quantum Monaſterium hujuſmodi a primævo illius ſtatu, in bonitate, & obſervantia ereverit, ad bonorem Omnipotentis Dei, & dictæ Urbis utilitatem, non ſine vigilanti cura pro tempore exiſtentis Protectoris, & Congregationis prædictæ, & quomodo in dies magis, magiſque hoc opus creſcat etiamſi a Rodulpho Cardinali, & aliis pro tempore exiſtentibos Protectoribus viſitatum ſciamus, in oniverſum per ſe, & dictam Congregationem hujuſmodi Monaſterium, in ſpiritualibus, & temporalibus regi, & gubernari, ſtatuta ad id neceſſaria, & opportuna conceden. mulieres ad monachan., & virgines ad educan. recipien. moniales prædictas, examinan. illiſque habitum exhiben. ad profeſſionem recipien. licentiaſque ingrediendi dictum Monaſterium, eiſdem virginibus, & quibus opus eſſet conceden. per ſe, vel alium ab eo deputatum, confeſſarios eligen., & alia facien. geren., & exercen., quæ ſibi in præmiſſis omnibus, & ſingulis facultatibus conceſſa reperiuntur, vel quæ ſibi bene viſa forent, & quæ Ordinarii locorum ex forma Juris, & decretorum Concilii Tridentini facere ſoliti ſunt, facultatem habere. Tamen nonnulli nimium ſcrupuloſi de prædictorum poteſtate, & ali-

quibus ab eis geſtis, vel gerendis dubitarunt, & dubitant, quærentes cauſam ex ipſiſmet facultatibus non admodum explicitis, & alias.

Hic idem Pontifex auctoritatem Protectoris, & Congregationis confirmat.

§. 6. Nos omnem in præmiſſis dubitandi materiam removere cupien., ac dictarum literarum tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes Motu proprio, ac ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, conceſſiones, ac literas prædictas Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus & confirmamus.

Innovatque, & iterum concedit, & ampliat.

§. 7. Et quatenus opus ſit, illas innovamus, & ad tollen. omne dubium, & alias ad omnem meliorem finem, & effectum, decernimus, & declaramus, integrum, & plenarium gubernium dicti Monaſterii, & Monialium ſpectare, & pertinere ad Protectorem pro tempore exiſtentem dicti Monaſterii, illique, ſeu Viceprotectori, vel ab eis deputandos, licuiſſe, & licere mulieres Monacandas recipere, receptas probare, examinare, examinatas in Moniales admittere, vel rejicere, admiſſis, habitum exhibere, & ad profeſſiones admittere, puellas ad educationem recipere, receptas intromittere, & retinere, retentas ſuis loco, & tempore dimittere, ipſiſque, & aliis perſonis d. Monaſterium ingredi volentibus, pro rebus, ac negociis neceſſariis licentiam concedere, confeſſarios, & alios Miniſtros deputare, & demum omnia, & ſingula circa gubernium, & regimen dicti Monaſterii facere, gerere, & exercere, quæ in Monaſteriis Monialium ſuarum diœceſum Ordinarii locorum, tam in vim juris communis, quam dicti Concilii, & approbatæ conſuetudinis in dicta Vrbe reſpective facere ſoliti ſunt, conſueverunt, & poſſunt. Reſervata dilecto filio noſtro Hieronymo tit. S. Suſannæ Presbytero Card. Ruſticucio nuncupato, & pro tempore exiſtenti Vicario noſtro in dicta Urbe, & ejus Diſtrictu generali, d. Monaſterii viſitatione, & ita de cætero fieri, & obſervari volumus, & mandamus. Necnon Protectorem, & Congregationem prædictos, ad antiquum eorum ſtatum, & obſervantiam, & facultatem, quatenus opus ſit, reſtituimus, & plenarie reintegramus, ac reſtitutos, & reintegratos eſſe ſtatuimus, & ordinamus.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 8. Necnon præſentes literas, & in eis contenta quæcumque valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari debere, nec de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ defectu, quovis quæſito colore, prætextu, vel ingenio notari, vel impugnari, nec per nos, vel Sedem Apoſtolicam ullo umquam tempore revocari, aut alias illis derogari poſſe, & quoties illa revocari, aut alias illi derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum reſtitui, & de novo, & etiam ſub poſteriori data per ipſos Protectorem, & Congregationem eligen. conceſſa, & ſtabilita eſſe.

Clauſula ſublata, &c.

§. 9. Sicque per quoſcumque Judices, & Cōmiſſarios, etiam cauſarum Palatii Apoſt. Auditores, & S. R. E. Cardinales ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deffiniri debere, necnon irritum, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obſtan. præmiſſis, & Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſt., & Statutis, & conſuetudinibus dicti Monaſterii, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis Rom. Cur. Tribunalibus, Curiis, Magiſtratibus, Judicibus, præſertim dicto Vicario, & aliis quibuſvis perſonis, ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, formulis, & decretis etiam Motu ſimili, & Conſiſtorialiter conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis haben. illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An. I. die 8. Julii 1591.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub annulo piſcatoris, die 8. Julij 1591. Pont. noſtri Anno primo.

XXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Capituli Antuerpienſis Privilegia infirmat in iis, quæ exemptionem a juriſdictione Epiſcopi Ordinarii concernunt.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

INter cætera, quæ internis exoptamus affectibus, id unum eſt, ut inter Prælatos, eorumque Subditos charitatem concordia nutriat, & pacem charitatis firmet amænitas.

Capitulo antiqua Privilegia exemptionis a juriſdictione Epiſcopi obſervanda eſſe.

§. 1. Alias ſiquidem, cum dilecti filii Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Antuerpienſis, ratione quorumdam privilegiorum in eorum favorem a fæ. re. Alexandro VI., Leone X., Adriano etiam VI. Prædeceſſoribus noſtris, antequam dicta Eccleſia, quæ tunc Collegiata, & Diœceſis Cameracenſis erat, in Cathedralem erecta extitiſſet, emanatorum, ſeu approbatorum, ampliatorum, ſeu innovatorum, non ſolum exemptionem a juriſdictione, viſitatione, correctione, & omnimoda ſuperioritate moderni, & pro tempore exiſtentis Epiſcopi Antuerpien., ſeque immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjectos, verum etiam juriſdictionem in univerſum Clerum Antuerpienſem, tam in civilibus, matrimonialibus, & criminalibus cauſis, quam in facultate a caſibus Epiſcopo reſervatis abſolvendi, & concedendi literas dimiſſoriales, necnon forſan pluribus aliis; Et modernus Epiſcopus privilegia hujuſmodi, ſi quæ ipſi Decanus, & Capitulum haberent, ut præfertur, per erectionem prædictæ Eccleſiæ in Cathedralem, poſtmodum a piæ me. Paulo Papa IV., etiam Prædeceſſore noſtro factam, de medio ſublata, &

Epiſcopo vero ſublata fuiſſe per erectionē in Cathedralem contendentibus;

ab-

Cauſa primo commiſſa eſt Nuncio Apoſtolico.

Mox S. Congreg. Concilii

abrogata fuiſſe prætenderent, cauſæque, & prætenſiones, & controverſiæ hujuſmodi, de communi partium conſenſu Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Cajacen. noſtro, & dictæ Sedis in illis partibus Nuntio, componendæ, commiſſæ fuiſſent, & ipſe Epiſcopus Nuntius, juribus ambarum partium hujuſmodi, per eum diligenter viſis, acta deſuper emanata, & geſta ad recolen. me. Sixtum Papam V. ſimiliter Prædeceſſorem noſtrum, & Sedem prædictam tranſmitti, & perferri curaſſet; Idemque Sixtus Prædeceſſor negotium hujuſmodi Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. ſuper interpretatione Concilii Tridentini deputatis Cardinalibus, audiendum, & cognoſcendum, & fine debito terminandum commiſiſſet, prædicti Cardinales, viſis diligenter juribus prædictis, nec non Advocatis, & Procuratoribus partium hinc inde ſufficienter auditis, cauſaque mature, & prout decebat, diligenter, accurateque diſcuſſa, & in utramque partem examinata, cenſuerunt, priſtina quondam Collegiatæ Eccleſiæ, quæ poſtea, ut præfertur, in Cathedralem Antuerpien. erecta eſt, privilegia Capitulo antedicto contra Epiſcopi Antuerpien. juriſdictionem non amplius ſuffragari in iis, quæ concernunt juriſdictionem ipſius Epiſcopi, & præſertim in caſibus, in quibus juriſdictio ipſi Epiſcopo a Concilio Tridentino tributa eſt. Et nihilominus prædicti Decanus, & Capitulum præmiſſis non contenti ad eundem Sixtum Prædeceſſorem, & Sedem prædictam de novo recurſum habentes, prædictum negotium de novo ipſis Cardinalibus audiendum, & examinandum committi obtinuerunt, Cardinaleſque prædicti in deciſis remanentes, ſecundo pro Epiſcopi Antuerpien. juriſdictione, ita, ut præfertur, cenſuerunt; Ac tandem, ne aliqua Decano, & Capitulo antedictis ulterius litigandi remaneret occaſio, iidem Cardinales tertio negotium prædictum reaſſumentes, unanimi conſenſu in eamdem, ut præfertur, devenerunt ſententiam.

Quæ cenſuit dd. Privilegia non ſuffragari quoad exemptionem a juriſdictione Ordinarii.

Et ſic iterum, ac tertio fuit definitum.

Gregorius ita quæ impoſita partibus ſilentia.

§.2. Cum autem Nos, æquitate penſata jure ducamus providendum, ut quæ ipſi Cardinales magna cum maturitate, & ſtudio tribus diſtinctis vicibus deſuper cenſuerunt, debitæ exequutioni demandentur, totius litis, ac differentiarum, & prætenſionis hujuſmodi ſtatum, nec non cauſæ, & cauſarum merita, ac moderni Epiſcopi, & Decani, ac Capituli prædictorum jura, nec non ſingulorum prædictorum privilegiorum eiſdem Decano, Capitulo, & Eccleſiæ quomodolibet per prædictos Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros conceſſorum veriores, etiam totos tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, cauſam, & cauſas, ſeu differentias, & prætenſiones prædictas univerſas, ſuper præmiſſis latius deductas, tam coram prædicto Epiſcopo Cajacen., & Cardinalibus prædictis, quam aliis quibuſcumque Judicibus Ordinariis, ac Delegatis in Romana Curia, & extra eam, & ubilibet pendentes in quibuſcumque ſtatu, & terminis reperiantur, harum ſerie ad nos avocantes, litemque, & lites hujuſmodi penitus extinguentes, perpetuumque ſuper his Decano, Capitulo, & illius ſingularibus perſonis, & Canonicis, & aliis Collitigantibus prædictis ſilentium imponentes, ac eis ſuper prædictis os claudentes, de conſilio eorumdem Cardinalium, quibus, & nos hujuſmodi negotium videndum, & nobis referendum commiſimus, tenore præſentium dicimus, & declaramus, priſtina quondam Collegiatæ Eccleſiæ, quæ poſtea, ut præfertur, in Cathedralem Antuerpien. erecta eſt, privilegia Capitulo antedicto contra Epiſcopi Antuerpien. juriſdictionem non amplius ſuffragari in iis, quæ concernunt juriſdictionem ipſius Epiſcopi, & præſertim in caſibus, in quibus juriſdictio ipſi Epiſcopo a Concilio Tridentino tributa eſt, illaque revocata, caſſata, irrita, & annullata decernimus.

Dicta privilegia infirmat in iis, quæ concernunt exemptionem a juriſdictione Ordinarii.

§.3. Mandantes eiſdem Decano, & Capitulo, quatenus dicto Epiſcopo, tamquam Patri, & Paſtori Animarum ſuarum humiliter intendentes, ac exhibentes ſibi obedientiam, & reverentiam debitas, ejus ſalubria monita, & mandata ſuſcipiant humiliter, & efficaciter adimplere curent, alioquin ſententiam, quam rite tulerit in contumaces, ratam habebimus, & faciemus, authore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Præcipit Capitulo, ut Epiſcopi ſui mandata exequatur.

§.4. Sicque in præmiſſis, & ſupradictis omnibus, & ſingulis ab omnibus cenſeri, ac ita, & non aliter per prædictos, & quoſcumque alios Judices, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, irritum quoque quicquid quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Sicque ubilibet definiri mandat.

§.5. Et nihilominus Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Mechlinien., & Boſcoducen., ac Gandaven. Epiſcopis per præſentes præcipimus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni, & pro tempore exiſten. Epiſcopi Antuerpien. prædicti fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eique efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra a Decano, & Capitulo prædictis, & omnibus aliis, quos eædem literæ, & in eis contenta quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, inviolabiliter, perpetuo, & firmiter obſervari, non permittentes modernum, & pro tempore exiſtentem Antuerpien. Epiſcopum deſuper per Decanum, & Capitulum prædictos, ſeu aliquem ex illis quomodolibet indebite moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis, ſervatis ſervandis, proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam ite-

Executores hujuſce Conſtitutionis deputat.

iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.6. Non obſtantibus litis pendentiis, & Alexandri, Adriani, & Leonis Prædeceſſorum noſtrorum privilegiis deſuper emanatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, & quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, auctoritate, & tenore prædictis ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Decano, Capitulo, & aliis perſonis Eccleſiæ hujuſmodi, vel quibus aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptis fidem addit.

§. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis &c.

Dat. die 20. Julii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 20. Julii 1591. Pontificatus noſtri Anno primo.

XXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confraternitas Sanctiſſimæ Reſurrectionis in Eccleſia S. Jacobi Nationis Hiſpanorum de Urbe erigitur in Archiconfraternitatem, & caput omnium Confraternitatum in Regnis, & Dominiis Regis Catholici exiſtentium cum facultate aggregandi, & communicandi.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PRæclara pietatis, & Miſericordiæ opera, quæ dilecti filii Confratres Confraternitatis Sanctiſſimæ Reſurrectionis in Eccleſia Sancti Jacobi nationis Hiſpanorum de Urbe quotidie exercent, Nos inducunt, ut eamdem Confraternitatem, quæ aliis ejuſdem Nationis Confraternitatibus prælucet, nomine prælationis decoremus, ac favoribus, & gratiis proſequamur opportunis.

Hanc Confraternitatem erigit in Archiconfraternitatem.

§.1. Itaque ſupplicationibus dictorum Confratrum hac in parte inclinati Confraternitatem Sanctiſſimæ Reſurrectionis prædictam in Archiconfraternitatem, & caput omnium Confraternitatum ſub eadem invocatione in quibuslibet Regnis, & Dominiis Catholicæ Majeſtati ſubjectis conſtitutis erectarum, & erigendarum eidem Archiconfraternitati pro tempore aggregandarum Apoſtolica auctoritate tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, illamque nomine, & titulo Archiconfraternitatis decoramus,

Facultatem tribuit alias Confraternitates aggregandi in Dominiis Regi Catholico ſubjectis.

§.2. Nec non illius Confratribus pro tempore exiſtentibus alias Confraternitates ſub eadem invocatione tantum per univerſa Regna, & Dominia prædicta eidem Archiconfraternitati aggregandi, ac omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & alias quaſcumque gratias ſpirituales eidem Archiconfraternitati per Nos, & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros quomodolibet conceſſas, & in futurum concedendas dictis Confraternitatibus pro tempore aggregandis communicandi; Ita quod Confraternitates huic aggregatæ iis omnibus, & ſingulis privilegiis facultatibus, immunitatibus, indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, Indultis, & aliis gratiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus utantur, fruantur, potiantur, & gaudeant, ac uti frui potiri, & gaudere poſſint, quibus ipſa Archiconfraternitas utetur, fructor, potietur, & gaudebit, licentiam, & facultatem per præſentes concedimus,

Cappellæ SS. Reſurrectionis in Eccleſia S. Jacobi de Urbe nonnullas attribuit Indulgentias pro triduo Paſchatis.

§.3. Et ut Cappella ejuſdem Sanctiſſimæ Reſurrectionis ſita in dicta Eccleſia S. Jacobi Nationis Hiſpanorum de Urbe in debita veneratione habeatur, & a Chriſti fidelibus congrue viſitetur, ipſique Chriſtifideles eo libentius devotionis cauſa ad illam confluant, quo ex hoc dono cæleſtis gratiæ conſpexerint ſe uberius eſſe refectos, de omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus dictæ Archiconfraternitatis, ac duobus ipſius Archiconfraternitatis Cappellanis pro tempore vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui in feſto Paſchatis Reſurrectionis Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Cappellam hujuſmodi a primis veſperis, & per totum triduum dictum feſtum immediate ſequens devote viſitaverint, quique etiam vere pœnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti bis in anno orationi quadraginta horarum in ipſa Eccleſia, vel Oratorio conſtruendo devote interfuerint per unius ſaltem horæ ſpatium, & ibi pias ad Deum preces pro S. R. E. exaltatione, & fidei Catholicæ defenſione, ac dicti Philippi, & pro tempore exiſtentis Catholici Regis ſalute, & alias prout unicuique ſuggeret devotio, effuderint, nec non eiſdem Confratribus utriuſque ſexus in eorum mortis articulo conſtitutis, ſi pariter vere pœnitentes, & confeſſi, ſacraque communione refecti, vel ſaltem vere contrito corde nomen Jeſus ore, vel corde pie invocaverint, plenariam omnium, & ſingulorum peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem, auctoritate, & tenore præmiſſis, elargimur.

Eidem Cappellæ attribuit Indulgentias Stationum pro Confratribus.

§.4. Præterea ipſis Confratribus dictæ Archiconfraternitatis, qui legitime impediti Cappellam prædictam, ſeu Oratorium pro tempore extruendum, diebus Stationum Urbis viſitaverint, & ut præfertur, oraverint, eas omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, quas conſequerentur, ſi Eccleſias ipſas Stationum Urbis, tunc devote

Digitized by Google

te viſitarent, eis concedimus, & communicamus.

Alia concedit Confratribus privilegia.

§.5. Ad hæc ipſis Confratribus, ut bis in vita, & in articulo mortis aliquem Preſbyterum Sæcularem, vel cujuſvis ordinis Regularem ex approbatis eligere valeant. qui poſſint illos a caſibus etiam dictæ Sedi Apoſtolicæ reſervatis abſolvere, ac vota quæcumque (ultra marinis limina Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum de dicta Urbe, ac S. Jacobi Compoſtellæ, & Sanctæ Mariæ de Laureto Eccleſias viſitandi Religioniſque, & caſtitatis votis, dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, nec non ipſis Confratribus ubicumque decedentibus, ut poſſint tempore interdicti ſepeliri in loco ſacro ſine pompa tamen funerali, dummodo non dederint cauſam interdicto.

Derogat contrariis.

§.6. Non obſtantibus noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, ac aliis quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.7. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis etiam impreſſis, & manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ac ſigillo dictæ Archiconfraternitatis munitis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 20. Julii 1591. An. I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 20. Julii 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

XXXIII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Statutum, ut in Hoſpitali Regio Burgen. juxta Conſtitutionem Pii V., iis treſdecim ſæcularibus, qui Freyles nuncupantur, non per Diaconum, aut Subdiaconum, ſed tantum per Acolythos, Pax in Miſſis Conventualibus defferatur.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

DEcet quoslibet Eccleſiaſticos Miniſtros, in ſacris conſtitutos, tamquam eos, qui ſoli Deo, & ejus ſervitio ſe in Eccleſia ſua dicarunt, ſic ſuas functiones, & munera Eccleſiaſtica obire, ut nihil, quod ſtatui, & dignitati illorum repugnet, ſervitiumque Altaris, vel impediat, vel interrumpat, faciant, ne alioquin Creatori, & creaturis ſervire, & miniſtrare videantur: ob idque Romanus Pontifex, cui univerſalis Eccleſiæ, & in ea miniſtrantium perſonarum cura ex alto commiſſa eſt, ne contrarium fiat, prohibet, & quæ jam alias provide a Prædeceſſoribus ſuis facta fuerunt, libenter approbat, & obſervari mandat, prout conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Freyles prætendebant Pacem ad ſe per Diaconum, vel Subdiaconum, deferri.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus in Hoſpitali Regio prope, & extra Muros Burgen., ultra ſeptem perpetuos Cappellanos inibi conſtitutos, qui Eccleſiæ dicti Hoſpitalis, in qua proprium Chorum habent, divina Officia celebrando, & Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrando interveniunt, adſint etiam treſdecim ſæculares Freyles nuncupati, qui, ſeu forſan eorum aliqui Presbyteri exiſtunt, habitum ſæcularem, & in eo inſignia, videlicet Crucem per Milites Militiæ de Calatrava geſtari ſolitum, deferentes, bona dicti Hoſpitalis adminiſtrantes, qui etiam in dicta Eccleſia proprias, & in ordine poſitas Sedes habent, in quibus, dum divinis Officiis interveniunt, ſedere ſolent, ipſique Freyles prætendant, in Miſſis Conventualibus, & forſan aliis, quæ in dicto Hoſpitali pro tempore celebrantur, Diaconum, vel Subdiaconum teneri ad eos pacem deferre:

Conſtitutiones Pii V. hac ſuper re ſervari mandat Gregorius.

§.2. Nos attendentes, inconveniens, quin potius indignum eſſe, ut Diaconus, ſive Subdiaconus Altare, pro hujuſmodi præſtando miniſterio, relinquat: Cumque fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter, quadam ſua perpetuo valitura Conſtitutione, ſub Datum Pridie Idus Julii, Pontificatus ſui Anno Quinto edita, ut unus, & idem modus in pſallendo in Dei Eccleſia haberetur, novum Breviarium, cujus formam, & cæremonias ab omnibus obſervari debere voluit, imprimi, & publicari mandaverit, & deinde per aliam prædictam reformatoriam Conſtitutionem, ſub Datum die 17. Decembris, eodem Anno editam, ne in partibus Hiſpaniarum Diaconus, vel Subdiaconus pacem Choro deferat, prohibuerit, ſed quod ſolum quidam Acolythus id munus præſtet, voluerit; & ut ſimiliter accepimus, per Conſtitutiones Synodales Burgen. mandetur, non dari pacem ſæcularibus cum paterna, ſed cum alia Imagine, qua pacis oſculum dari ſolet: volenteſque propterea ulterius dictorum treſdecim ſæcularium, ſuper hoc, prætenſioni viam præcludere, & alias in præmiſſis per noſtræ declarationis, & mandati remedium opportune providere, dictorum Cappellanorum ſupplicationibus inclinati, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, declaramus, & mandamus, volumuſque, & ſtatuimus, ac ordinamus, primodictam Pii V. Conſtitutionem in omnibus, in quibus illa, per aliam ipſius reformatoriam Conſtitutionem, reformata non exiſtit, in reliquis vero, in quibus fuit reformata, ipſam poſteriorem Conſtitutionem, prioris reformatoriam, in omnibus, & per omnia obſervari.

Clauſula ſublata.

§.3. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Executores hujus mandati deſignat.

§.4. Mandantes nihilominus Venerabili Fra-

Digitized by Google

Fratri Archiepiſcopo Burgen. nunc, & pro tempore exiſtenti, ac dilectis filiis illius Officialibus, & Miniſtris omnibus aliis, cujuſcumque ſtatus, ordinis, & conditionis ſint, vel fuerint, Judicibus, & perſonis, quoties pro parte dictorum Cappellanorum, ſeu cujuſcumque illorum requiſiti fuerint, præmiſſa, omnibus juris, & facti remediis, etiam ſub cenſuris, & pœnis, arbitrio ipſorum imponen., & moderan., ab omnibus inviolabiter obſervari faciant; non permittentes eoſdem Cappellanos, ſeu quemlibet illorum deſuper ab aliquo quomodolibet moleſtari, vel impediri.

Derogat contrariis.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac omnibus illis, quæ in utraque Conſtitutione conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Julii 1591. An. I.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub Annulo Piſcatoris, die 23. Julii 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Revalidatio Actorum per Regem Catholicum Portugalliæ, & Algarbiorum geſtorum contra, vel præter formam ſtatutum, & ſtabilimentorum Militiarum Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi, & de Avis tanquam earumdem Militiarum Adminiſtratorem.

Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico Militiarum Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi, & de Avis in Regno Portugalliæ inſtitutarum perpetuo Adminiſtratori Apoſtolica auctoritate deputato.

GREGORIUS PAPA XIV.

Chariſſime in Chriſto Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Sebaſtianus, Henricus, & Philippus Reges nonnulla fecerant bona fide contra, vel præter formam Conſtitutionum hujuſmodi Militiarum.

§.1. MAjeſtatis tuæ nomine nobis expoſitum fuit, quod cum alias fel. rec. Sixto V. Prædeceſſori noſtro expoſui feciſſes, quod poſtquam alias claræ memoriæ Sebaſtianus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Militiarum Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi, & de Avis in Regno Portugalliæ inſtitutarum Adminiſtrator Apoſtolica auctoritate deputatus, quædam ſtatuta, ordinationes, & ſtabilimenta ad earumdem Militiarum gubernium, & proſperam directionem condidiſſet, quæ poſtmodum fel. rec. Pius V., & Gregorius XIII. Prædeceſſores noſtri, tunc ſui Apoſtolica auctoritate confirmarunt, & approbarunt, concedentes eidem Sebaſtiano Regi, & illius Succeſſoribus dictarum Militiarum Adminiſtratoribus, ut pro eorumdem ſtatutorum executione, & ſtabilimento quæcumque alia pro temporum, locorum, & perſonarum conditione, & qualitate, ſive in univerſum, ſive in ſpecie convenire viderentur, ſtatuere, noxia, vel inutilia emendare, dubia quæcumque ex prædictis forte oritura declarare, cæteraque omnia facere, & exequi libere, & licite valerent, quæ ad ipſarum Militiarum proſperitatem, incrementum, & conſervationem neceſſaria forent, & quomodolibet opportuna, prout in diverſis eorumdem Prædeceſſorum literis plenius continebatur, idem Sebaſtianus Rex, ac ſimilis memoriæ Henricus in prædictis Regnis immediatus Succeſſor conſiderantes nonnulla ex prædictis ſtatutis, ordinationibus, & ſtabilimentis confirmatis, & approbatis nullo modo, aut cum difficultate obſervari, & retineri poſſe, ſive ut ea obſervarentur, & retinerentur nullo modo convenire, tam Sebaſtianus, quam Henricus Reges prædicti, quam pluribus perſonis, tam in dictis Regnis, quam extra illa earumdem Militiarum habitus, & nonnullis Commendas, & aliis etiam ſuper earumdem Commendarum fructibus, redditibus, & proventibus penſiones exhibuiſſet, dediſſet, & aſſignaſſet, alioſque actus, & geſta forma dictorum ſtatutorum, forſan juratorum non ſervata, & contra illa etiam, abſque eo, quod in hujuſmodi habituum exhibitionibus, Commendarum proviſionibus, & penſionum aſſignationibus, aliiſque geſtis, ullam facere mentionem, quod vigore dictarum facultatum ſibi per prædictos Pontifices conceſſarum, & contra formam dictorum ſtatutorum confirmatorum operabantur, & abſque illorum ſufficienti derogatione. Et poſtmodum tu, qui prædictis Regibus in dictis Regnis Succeſſor extiteras, de dictis ſtatutis, ordinationibus, & ſtabilimentis, ac eorum confirmationibus, & approbationibus non plene informatus, prædictorum Regum veſtigiis inhærendo, illorumque uſus, & conſuetudines in hac parte ſequendo, plures quoque dictarum Militiarum habitus, Commendas, & penſiones quamplurimis perſonis exhibuiſſes, contuliſſes, & aſſignaſſes, alioſque actus, & geſta feciſſes ſimiliter contra, ac præter formam dictorum ſtatutorum, forſan juratorum, abſque illorum plena derogatione, nullaque præmiſſa mentione, eſſe tuæ intentionis, vigore prædictarum facultatum eadem facere, & operari, ac propterea admodum dubitares de validitate dictorum actuum, tam a Sebaſtiano, & Henrico Regibus, quam a te geſtorum, illaque minus firma, & valida fuiſſe, & extitiſſe ex eo, quod in prædictis ſtatutis, forſan juratis, & confirmatis adeſt decretum irritans, & annullans omnia, & quæcumque contra illorum formam geſta, & attentata. Et ideo, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ſi prædicta omnia ſuum plenum, & omnimodum non ſortirentur effectum, maximæ exinde orirentur difficultates in multorum nobilium, & perſonarum principalium præjudicium, immo, & pro conciliandis tibi animis dictorum nobilium, illiſque, & aliis, quibus hujuſmodi gratiæ factæ fuerunt, in officio continendis plurimum expediret,

præ-

prædicta omnia adimplere, & ſubſtinere: eidem Sixto Prædeceſſori humiliter ſupplicari feciſti, ut tam Sebaſtiani, & Henrici, Regum prædictorum, quam tuæ, & perſonarum intereſſe habentium conſcientiæ tranquillitati conſulere, aliaque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur.

Ea omnia validaverat Sixtus PP. V.

§.2. Idemque Prædeceſſor tuis ſupplicationibus in ea parte inclinatus, veros Militiarum prædictarum inſtitutionum, illarumque Conſtitutionum, ſtatutorum, & definitionum, nec non quarumcumque aliarum deſuper confectarum literarum tenores pro expreſſis habens, ſupradicta omnia, tam per dictos Sebaſtianum, & Henricum Reges, quam a te circa præmiſſa contra, aut præter dictarum Militiarum ſtatuta, ordinationes, definitiones, ſtabilimenta, uſus, conſuetudines, & naturas facta, geſta, & exequuta, Apoſtolica auctoritate, per ſuas literas in ſimili forma Brevis confirmavit, & approbavit, & quatenus opus eſſet, validavit, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti, & ſolemnitatum, ac non ſervatæ formæ defectus, ſi qui intervenerant in iiſdem, ſupplevit, illaque omnia, & ſingula firma, & valida fore, & eſſe, ſuiſque viribus ſubſiſtere, ac ita ab omnibus quacumque auctoritate fungentibus cenſeri deberi decrevit, & alias, prout in dictis literis plenius continetur.

Poſt Sixti validationé non diſſimilia fecit Philippus eodem modo.

§.3. Poſt quarum quidem literarum conceſſionem, licet tu præfata ſtatuta, conſtitutiones, & ſtabilimenta emendare, immutare, ac alia de novo, quæ præſenti tempori conſentanea, & earumdem Militiarum adminiſtrationi, & proſperæ directioni magis accommodata, & convenientia viderentur, condere, & ſtatuere, prout ſibi per eumdemSistum Prædeceſſorem conceſſum fuerat, ſummopere deſiderares, imo jam in ea re deputatis nonnullis doctis, & de dictarum Militiarum ſtatu peritis, & inſtructis viris de eorum conſilio non parum progreſſus fueris; quia tamen dum prædicta ſtatuta emendantur, conduntur, & reformantur, tu circa dictarum Militiarum gubernium, & adminiſtrationem præfatis, & aliis difficultatibus circumventus, poſt prædictam Siſti Prædeceſſoris confirmationem, & approbationem, nonnullis perſonis dictarum Militiarum habitus, & aliis etiam Commendas, ſeu ſuper earumdem Commendarum fructibus penſiones conceſſiſti, contuliſti, & aſſignaſti, aliosque actus, & geſta feciſti contra, ſeu præter formam dictorum ſtatutorum, confirmatorum forſan, & juratorum, quæ omnia ſi caſſarentur, & irritarentur, maximæ inde orirentur difficultates, & perſonis, quæ præfatas gratias obtinuerunt, plurima damna, & incommoda irrogarentur, Nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut ſuper præmiſſis de benignitate Apoſtolica providere dignaremur.

Validat illa Gregorius.

§.4. Nos, qui juſtis tuis petitionibus quantum cum Deo poſſumus, paterno cupimus reſpondere affectu, prædictæ Conſtitutionis, ſeu approbationis Sixti V. Prædeceſſoris, veroſque Militiarum prædictarum inſtitutionum illarumque Conſtitutionum, ſtatutorum, & definitionum, nec non quarumcumque Apoſtolicarum, vel aliarum deſuper confectarum literarum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, teque a quibuſvis Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, ac forſan perjurii reatu propterea incurſis, abſolventes, tuis hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ſupradicta omnia a te circa præmiſſa contra, aut præter dictarum Militiarum ſtatuta, ordinationes, definitiones, ſtabilimenta, uſus, conſuetudines, & naturas facta, geſta, & exequuta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, & quatenus opus ſit, validamus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti, & ſolemnitatum, ac non ſervatæ formæ defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, illaque omnia, & ſingula firma, & valida fore, & eſſe ſuiſque viribus ſubſiſtere; ac ita ab omnibus quacumque auctoritate fungentibus cenſeri debere decernimus.

Derogant obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac earumdem Militiarum etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis eiſdem Militiis, illarumque Militibus fratribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 29. Auguſti 1591 An. I.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris die 29. Auguſti 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

Sequitur Facultas eidem Philippo Regi ſtatuta dictarum Militiarum corrigendi, novaque addendi.

Chariſſimo in Christo Filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico, Militiarum Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi, & de Avis in Regno Portugalliæ inſtitutarum perpetuo Adminiſtratori Apoſtolica auctoritate deputato.

GREGORIUS PAPA XIV.

Chariſſime in Chriſto Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ concedendæ facultatis.

§.1. MAjeſtatis tuæ nomine Nobis fuit expoſitum, quod licet claræ memo-

moriæ Sebaſtianus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex Militiarum Jeſu Chriſti, Sancti Jacobi, & de Avis in Regno Portugalliæ inſtitutarum perpetuus Adminiſtrator Apoſtolica auctoritate deputatus nonnulla ſtatuta, ordinationes, & ſtabilimenta, quæ tunc fœlici earumdem Militiarum regimini, & adminiſtrationi utilia videbantur, condiderit, illaque per fæl. rec. Pium V., & Gregorium XIII. Prædeceſſores noſtros confirmari curaverit, prout per ipſos Prædeceſſores certis modo, & forma tunc expreſſis confirmata fuerunt, tamen temporum varietas, & dictorum Regnorum mutationes, & præſens ſtatus plane oſtendit, quod etiam jam a dicti Sebaſtiani Regis conditoris temporibus manifeſte compertum eſt, quamplura ex prædictis ſtatutis, ordinationibus, ſtabilimentis, ac uſibus, & naturis dictarum Militiarum, aut nullo modo, aut difficile admodum obſervari poſſe, nec, ut obſerventur, expedire, immo pro dictarum Militiarum regimine, & fœlici progreſſu plurimum expedire, nonnulla ex iis caſſare, & annullare, alia etiam immutare, & emendare, & multa de novo condere, ſtatuere, & ordinare. Ideo Nobis humiliter ſupplicari feciſti, ut earumdem Militiarum ſtatui in præmiſſis opportune conſulere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Facultas, de qua in ſubtic.

§.2. Nos igitur, qui juſtis votis tuis, iiſque præſertim, quæ Religionis cultum, ac Militiarum regularium proſperum regimen, & augmentum reſpicere dignoſcuntur, libenter annuimus, Conſtitutionum, ſtatutorum, & definitionum earumdem, ac literarum confirmatoriarum a dictis Prædeceſſoribus emanatarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, majeſtati tuæ, ut cum conſilio nonnullorum antianorum dictarum militiarum, & aliarum etiam perſonarum eorum Ordinem minime profeſſarum, ad id per te eligendarum, ſtatuta, conſuetudines, regulas, definitiones, ſtabilimenta, & ordinationes dictarum militiarum, etiamſi Apoſtolica auctoritate, ut præfertur, vel alias confirmata, & approbata fuerint, pro præſentis temporis neceſſitate, & qualitate, mutare, reducere, declarare, caſſare, & annullare, ac in melius reformare, & alias definitiones, ordinationes, & ſtatuta militiarum prædictarum, ac illarum perſonarum, rerum, & bonorum regimen, adminiſtrationem, & gubernium concernentia condere, ſtatuere, & ordinare libere, & licite valeas; quæ etiam ſtatuta, & ordinationes, ſic, ut præmittitur condita, ordinata, & ſtabilita, poſtquam tamen per Nos, & Sedem Apoſtolicam confirmata fuerint, eiſdem militiis utile, & commodum viſum fuerit, in toto, vel in parte executioni demandare, eaque ab omnibus earumdem Militiarum Militibus, & aliis perſonis, ad quas pertinet, quarumque intereſt, aut intererit circa earumdem Militiarum Præceptorias, Collegia, Eccleſias, Domos, res, & bona obſervari faciendi, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur.

Clauſulæ pro hujuſce Conſtitutionis firmitate.

§.3. Et ſic per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, & quidquid ſecus a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Clauſula derogatoriæ.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, & literis dictorum Prædeceſſorum, nec non Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac aliis earumdem Militiarum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Militiis, illarumque Adminiſtratoribus, Fratribus, Militibus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac etiam Motu proprio, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die annoque eiſdem.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Auguſti 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

XXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declarat Conſtitutionem Pii Papæ V. quoad Contractus quorumcumque cenſuum inter quaſcumque perſonas trium ſtatuum Regni Navarræ initos ab anno Domini 1580., vigorem in eodem Regno Navarræ haberi incepiſſe, ac ex eodem anno ſolummodo perſonas prædictas comprehendiſſe: quo vero ad contractus cenſuum ante d. annum 1580. in eodem Regno impoſitorum factos, juris veteris, & Conſtitutionum aliorum Pontificum diſpoſitionem attendendam eſſe.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

AD nos in ſupremo Beati Petri ſolio divina diſponente clementia conſtitutos pertinet, & ſpectat quaſcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, ex quibus aliqua dubia in quavis orbis regione ſuborta fuiſſe novimus, prout rei, & loci diſpoſitio poſtulat, atque neceſſitas expoſcit interpretari, ſeu moderari,

rari, aliaſque opportunas ueliuper declarationes facere, ut ſublatis per eas exinde quibuſvis ambiguæ dubitationis diſputationibus, corumdem Prædeceſſorum Conſtitutiones per eos, quos concernunt, cum tranquilla Dei pace juxta Conditorum mentes obſervari poſſint.

Pii V. Conſtitutio in Statibus Navarræ recepta fuit.

§.1. Cum itaque nuper pro parte dilectorum filiorum Sindicorum, Officialiom Deputatorum de regimine, & gubernio trium ſtatuum, aliarumque perſonarum, incolarum, & habitatorum Regni Navarræ nobis fuerit expoſitum, quod licet conſtitutio fel. rec. Pii Papæ V. Prædeceſſoris noſtri ſuper forma creandi cenſus de menſe Januarii 1549. Pontificatus ſui anno 4. edita, & in alma Urbe publicata, in Regno Navarræ per plures annos uſu recepta non fuiſſet; Nihilominus ipſi poſtmodum in generalibus Comitiis de anno Domini 1580. ſuper rebus, & negotiis concernentibus commune gobernium iſtius Regni tentis ejuſdem Pii Papæ V. Prædeceſſoris Conſtitutionem prædictam, & illius in omnibus obſervantiam ſolemniter iu dicto Regno, qooad omnes, & ſingulas illius perſonas, vel in eo quomodolibet moram trahentes uſu illam receperunt.

Hinc diverſa litigia profecta ſunt.

§.2. Sed eum poſtmodum inter varios ex habitatoribus dicti Regni ſuper invaliditate contractuum impoſitionum cenſuum a die publicationis dictæ Conſtitutionis in Alma Urbe, ut ſupra, factæ infraſcriptorum, & ſuper aliis rebus in dictis contractibus contentis diverſà litigia contentioſa, aliaque graviſſima inconvenientia in manifeſtum damnum eorum, qui bona fide ad prædictos contractus devenerunt, ſuborta fuerint, & niſi aliquo opportuno adhibito remedio oceurratur, longe graviora in futurum ſuboriri formidentur; nobis bumiliter propterea ſupplicari fecerunt, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Gregorius declarat, prout in rubrica.

§.3. Nos igitur, qui pro muneris officii ex alto nobis commiſſi debito quaſcumque diſſentiendi oecaſiones e medio tollere, ac ſingularum particularium unius integri Regni perſonarum ſpirituali quieti, quoad in Domino poſſumus, paternali affectu conſulere tenemur, omnes lites, & controverſias ſuper præmiſſis ortas penitus extinguentes, ac ſingulas perſonas quavis auctoritate fungentes a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis oecaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de conſilio etiam, & aſſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper rebus dubiis circa Decreta Concilii Tridentini, ſeu alias provenientia ſpecialiter a nobis deputatorum, ad quos hujuſmodi negotium remiſimus, tenore præſentium, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione, Apoſtolica auctoritate ſancimus, volumus, & decernimus, ac etiam declaramus, ejuſdem Pii Papæ V. Prædeceſſoris Conſtitutionem, quoad contractus quorumcumque cenſuum inter quaſcumque perſonas trium ſtatuum dicti Regni Navarræ initos ab anno Domini 1580. prædicto tantum vigorem in eodem Regno Navarræ habere incæpiſſe, ac ex eodem anno ſolummodo perſonas prædictas comprehendiſſe; quo vero ad contractus cenſuum ante dictum annum 1580. in eodem Regno Navarræ impoſitorum factos juris veteris, & Conſtitotionum aliorum Pontificum diſpoſitionem attendendam eſſe, & attendi.

Clauſulæ.

§.4. Sicque per locorum Ordinarios, & eorum Officiales, & quoſcumque alios Judices, & perſonas, quavis etiam Apoſtolica auctoritate fungentes, ſublata eis, ac eorum cuilibet quavis aliter judicandi, deffiniendi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, deffiniri, & interpretari debere, irritumque, & inane quidquid, ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus dicti Pii Prædeceſſoris, quatenus obſtet, aliiſque Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 30. Auguſti 1591 An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. menſis Auguſti 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

XXXVI.

Diſpenſatio Societatis Jeſu, recipiendi Novitios, etiam non ſervata forma conſtitutionis à Sixto Quinto deſuper editæ.

Hæc Sixti V. Conſt. legitur ſub num. X. Et de hac Societate. Vide in Conſt. XXXI. Pauli III. Regimini. *Tom. VI. Part. I. fol.* 185.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ ob quas Soc. Jeſu obſervare nequit Conſt. Six. V. de Novit. recipien.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Claudius Aquaviva, Societatis Jeſu Præpoſitus Generalis, quod cum in ipſa Societate, juxta illius Inſtitutum Apoſtolica auctoritate confirmatum, nec conventus, ſeu Congregationes Generales, niſi ad Præpoſitum Generalem eligendum, & alias rariſſime, & ex cauſis tantum magni momenti, neque Provinciales, in quibus, juxta fælic. record. Sixti Papæ Quinti Prædeceſſoris noſtri priorem de Novitiis admittendis Conſtitutionem, quæ incipit: *Cum de omnibus* Novitii ipſi admitti deberent, frequentius quam ſingulis trienniis cogantur. Et dum hæ coguntur, duodecim ad ſummum dies durare, in quibus non de Novitiis admittendis, ſed graviora alia, juxta Societatis ejuſdem Conſtitutiones, tra-

ſtari debent. Ratio vero deputandi eos, qui Novitios extra congregationes ipſas, juxta poſteriorem ejuſdem prædeceſſoris declarationem, admittere poſſint, primum quidem valde difficulter, & incommode in praxim deduci poſſit: præſertim in Regionibus Aquilonaribus, & Ultramarinis, propter magnam Collegiorum inter ſe diſtantiam, & ſæpiſſime etiam propter itinerum difficultates, bellaque, & alia pericula. Denique etiam in univerſum modus ille minus exactus ſit eo modo, quem Societas ipſa ſequitur: cum in illo duo, vel tres Deputati ſufficiant, in hoc plures communiter interveniant. Et poſtremo, cum ratio illa decernendi, valdè differat à modo, quem Societatis Conſtitutiones, & Apoſtolica Diplomata in deliberationibus faciendis, ac univerſa illius gubernatione præſcribunt, juxta quem modum, Superior (auditis in rebus alicujus momenti Conſultoribus) decernit, quod ſibi ad majorem Dei gloriam facere videtur. Admiſſio autem illa per Deputatos, cum ad eorum ſuffragia non conſultiva (ut ſunt in Societate) ſed deciſiva fieri debeat, diverſitatem non parvam in Societatem inducit.

Supplicatio Præpoſiti pro habenda deſuper proviſione.

§. 1. Quare nobis humiliter ſupplicari fecit dictus Claudius, quatenus ſtatui, & indemnitati dictæ Societatis conſulentes, in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Pontificis diſpenſatio recipiendi novitios, & cum eis diſpenſan. &c.

§. 2. Nos igitur, qui Societatem prædictam, propter ejus in Eccleſia Dei uberes fructus, ſynceris ſemper amplexi ſumus affectibus: atque, ut uberiores in dies proferre valeat, integram, & intactam illi ſuos Novitios admittendi, & tam cum illis, quam cum veteranis illegitimis diſpenſandi, facultatem ſervari cupimus: prædictum Claudium ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, Cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatos exiſtit, ad effectum prædictum dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati. Societati prædictæ, ut ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus, tam in Novitiis, etiam cujuſvis generis illegitimis admittendis, quam in diſpenſationibus ad quælibet officia, gradus, & dignitates in Societate obtinenda, ipſis cujuſvis generis illegitimis concedendis formam, & rationem omnimodam in illius Apoſtolicis Diplomatibus, ac Privilegiis quibuſvis, necnon & in Conſtitutionibus, decretis, & regulis expreſſam, libere, & licite proſequi, & retinere valeat, Apoſtolica auctoritate decernimus, & quatenus opus ſit, etiam de novo concedimus, & indulgemus, eamque perpetuo obſervari volumus, & mandamus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Prædictis, ac noſtra nuper edita, quæ incipit: *Circumſpecta*, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis non obſtantibus quibuſcumque.

Fides tranſumptorum.

§. 4. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu dictæ Societatis Secretarii, aut Notarii publici ſubſcriptis, ac perſonæ alicujus in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ, ſeu Præpoſiti generalis pro tempore exiſtentis, ejuſdem Societatis ſigillo munitis, eadem prorſus fides, ubique locorum, in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D. P. An. I. die 30. Aug. 1591.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Auguſti milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo Pontificatus noſtri Anno I.

XXXVII.

Confirmatio gratiarum, & privilegiorum Monachorum Ordinis Ciſtercienſis, Congregationis S. Bernardi in Italia regularis obſervantiæ. Et communicatio omnium Indultorum aliis Congregationibus dicti Ordinis conceſſorum, & concedendorum.

Iſtam Congregationem inſtituit Alex. VI. in Conſtitut. X. Plantatus. *Tom. III. Par. III. fol.* 240.

Quæ autem ſint privilegia Ordinis Ciſtercienſis, legere eſt ſup. in Conſtitut. I. Paſchal. 2. Deſiderium fol. 15.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex Religioſorum Congregationibus, illarumque perſonis ſub Regulari reformatione Altiſſimo famulan. a Sede Apoſtolica conceſſa privilegia, nedum confirmare, & approbare, ſed & alia aliorum Ordinum Regularibus perſonis, & locis conceſſa, ad eos quandoque extendere conſuevit, prout eorumdem Religioſorum vota expoſcunt, & ipſe conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Petitio Congregationis S. Bernardi, pro confirmatione gratiarum a Summis Pont. ei conceſſarũ, & pro communicatione Indultorum aliorum Congregationum Ordinis Ciſtercienſis.

§. 1. Sane dilecti filii Præſidens, Diffinitores, Viſitatores, Abbates, & Priores Congregationis Sancti Bernardi in Italia, Ciſtercienſis Ordinis Provinciarum Tuſciæ, & Lombardiæ, nobis nuper exponi fecerunt. Quod cum alias per fæl. record. Alexandrum VI., Julium II., Gregorium XIII., Sixtum V., nonnulloſque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & ſeu Sedem prædictam, diverſa privilegia, gratias, & indulta, dicto Ordini Ciſtercien., ac eidem Congregationi Sancti Bernardi, ejuſq; Monaſteriis, Domibus, & locis, ac Præſidenti, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, & perſonis, generaliter, & particulariter conceſſa, & ſeu forſan confirmata, approbata, & innovata fuerint, prout in literis Apoſtolicis deſuper confectis plenius continetur. Cumque aliæ ſint ejuſdem Ordinis Ciſtercien. Congregationes, & Monaſteria in diverſis Mundi partibus con-

conſiſtentia, & omnia ſint unius corporis membra, & inſtituti, cupiunt Præſidens, Diffinitores, Viſitatores, Abbates, & Priores prædicti, privilegia, gratias, & indulta hujuſmodi pro illorum ſubſiſtentia firmiori per nos confirmari, & approbari, necnon alia eidem Ciſtercien. Ordini, cjuſque ſingulis Congregationibus, Monaſteriis, Domibus, & locis illorum, illarumque Generalibus, Abbatibus, Præſidentibus, Superioribus, Capitulis, Officialibus, & perſonis conceſſa privilegia, facultates, & indulta, ad dictam Congregationem S. Bernardi in Italia, illiuſque Monaſteria, Domos, & loca, ac Præſidentem, Diffinitores, Viſitatores, Abbates, Priores, & perſonas, & utrumque eorum extendi, illaque eis communicari. Quare pro parte dictorum Præſidentis, Diffinitorum, Viſitatorum, Abbatum, & Priorum, nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmatio Pontificia omnium gratiarũ a quibuſcumque conceſſarum d. Congregationis S. Bernardi.

§.2. Nos ſingulorum privilegiorum, gratiarum, & indultorum, ac deſuper confectarum literarum hujuſmodi tenores præſentibus pro expreſſis habentes, necnon Præſidentem, Diffinitores, Viſitatores, Abbates, & Priores, eorumque ſingulares perſonas, a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula cujuſvis generis privilegia, prærogativas, conceſſiones, facultates, exemptiones, libertates, conſervatorias, immunitates, indulta, ac indulgentias, etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, etiam per modum communicationis, & extenſionis, Ordini Ciſtercien., & Congregationi Sancti Bernardi hujuſmodi, illorumque Monaſteriis, Domibus, locis, rebus, & bonis, ac Abbati Generali, & Præſidenti, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Capitulis, Abbatibus, Prioribus, Officialibus, Miniſtris, Monachis, ac illius ſingularibus perſonis, & cuilibet eorum, tam in genere, quam in ſpecie, & tam conjunctim, quam diviſim, aut alias quomodolibet, tam per prædictos, & quoſcumque alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & ſeu Sedem eamdem, quam etiam Imperatores, Reges, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios quoſcumque etiam ad quorumvis inſtantiam conceſſa, necnon deſuper confectas literas, & ſcripturas quaſcumque, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumq; quomodolibet omiſſarum, alioſque defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Iterataque conceſſio earumdem gratiarum.

§.3. Eaque omnia, & ſingula in eis contenta, ac comprehenſa, cum illorum extenſionibus, communicationibus, & ampliationibus dicto Ordini, & Congregationi S. Bernardi in Italia, ſinguliſque ejus Monaſteriis, Domibus, locis, rebus, & bonis, Abbatique Generali, & Præſidenti, Diffinitoribus, Viſitatoribus, Abbatibus, Prioribus, Superioribus, Prælatis, Officialibus, Miniſtris, & perſonis, eorumque Capitulis, etiam Generalibus, & cuilibet eorum, auctoritate, & tenore prædictis, etiam de novo, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, perpetuo concedimus.

Communicatio quorumcumque Indultorum Ordini Ciſtercienſi quomodolibet conceſſorum, & concedendorum, in quantum d. Congreg. S. Bernardi expediat, & ejus Ordinationibus non ſint contraria.

§.4. Et inſuper, omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, juriſdictiones, antelationes, favores, facultates, declarationes, diſpenſationes, conſervatorias, immunitates, exemptiones, libertates, præeminentias, & indulta, cujuſvis generis exiſtentia: necnon indulgentias etiam plenarias, & peccatorum remiſſiones, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales, tam eidem Ciſtercien. Ordini, ejuſque Capitulo, & Abbati etiam Generali, ac quibuſvis illius, etiam quatuor primis Abbatibus, ſcilicet Claraevallis, Morimundi, Pontigniaci, & Firmitatis, quam etiam ejuſdem Ordinis Congregationibus in Regnis Hiſpaniæ, Portugalliæ, ac quibuſvis aliis, eorumque, & aliorum tam virorum, quam mulierum, Monaſteriis, Domibus, Eccleſiis, locis, rebus, & bonis, necnon Capitulis eorum, etiam Generalibus, Diffinitoribus, Abbatibus, & aliis quibuſvis eorum Superioribus, Prælatis, Officialibus, Miniſtris, Monachis, Novitiis, Fratribus, & Converſis, ac perſonis quibuſcumque, tam in Urbe, quam in quibuſcumque mundi partibus conſiſtentibus, etiam illorum, & illarum intuitu, aut alias quomodolibet, & ſub quacumque forma, & expreſſione verborum conceſſa, & concedenda, ac quibus de jure, uſu, conſuetudine, vel privilegio, aut conceſſione Apoſtolica, Regia, Imperiali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, in genere, vel in ſpecie, ac tam conjunctim, quam diviſim, etiam per viam communicationis, & extenſionis, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere quomodolibet poſſunt, & poterunt in futurum, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ ſpecialem, & individuam requirant mentionem, ſeu in præſentibus de verbo ad verbum inſertionem, & ſeu particularem conceſſionem, ad prædictam Congregationem S. Bernardi in Italia, illiuſque Monaſteria, Domos, loca, res, & bona, necnon Præſidentem, Diffinitores, Viſitatores, & Capitula, Abbates, Priores, Officiales, Miniſtros, Monachos, & ſingulares perſonas, ita quod dictæ Congregationis S. Bernardi Monaſteria, Domos, loca, Conventus, & Capitula, etiam generalia, Præſidens, Diffinitores, Viſitatores, Abbates, Prio-

Priores, Officiales, Miniſtri, Monachi,
Novitii, Fratres, Converſi, donati, obla-
ti, & aliæ illius ſingulares perſonæ, ac eo-
rum res, & bona, ſub eorum cura, & ſe-
cundum ejuſdem Congregationis inſtituta,
nunc, & pro tempore viventes, & eſiſten-
tia, præmiſſis omnibus, & ſingulis, æque
pariformiter, & abſque ulla penitus diffe-
rentia, perinde ac ſi illis, & eorum ſingu-
lis principaliter, & ſpecialiter, & expreſſe,
ac nominatim, & non ad inſtar conceſſa
fuiſſent (in quantum eidem Congregationi
expediat, ejuſque gubernio, privilegiis,
Conſtitutionibus, & diffinitionibus non ad-
verſentur) uti, frui, potiri, & gaudere,
libere, & licite poſſint, & valeant, aucto-
ritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo
extendimus: illaque omnia, & ſingula præ-
miſſa, eis, & eorum cuilibet eiſdem aucto-
ritate, & tenore, ſimiliter perpetuo com-
municamus, & concedimus.

Clauſula ſub-lata, &c.

§.5. Decernentes ſic, & non aliter,
per quoſcumque Judices, quavis auctorita-
te fungen., etiam locorum Ordinarios, ac
S. R. E. Cardinales, etiam de latere Lega-
tos, Vice-Legatos Sedis, Apoſtolicæ Nun-
cios, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Audi-
tores ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis
aliter judicandi, & interpretandi facultate,
& auctoritate judicari, & diffiniri debere,
irritum quoque, & inane, quidquid ſecus
ſuper his a quoquam quavis auctoritate,
ſcienter, vel ignoranter contigerit atten-
tari.

Defenſorum, & executorũ hujus Bullæ deputatio.

§.6. Et nihilominus dilecto filio noſtro
ipſius Congregationis S. Bernardi in Italia
moderno, & pro tempore exiſten. S. R. E.
Cardinali Protectori, ac Venerabili Fratri
Epiſcopo Papien., necnon dilecto filio Cu-
riæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generali
Auditori, per præſentes committimus, &
mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus
eorum, per ſe vel alium, ſeu alios, præ-
ſentes literas ubi, & quando opus fuerit, ac
quoties pro parte Præſidentis, Diffinitorum,
Viſitatorum, Abbatum, & Priorum præ-
dictorum, aut alicujus eorum fuerint requi-
ſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præ-
miſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſten-
tes, faciant auctoritate noſtra eaſdem præ-
ſentes literas, & in eis contenta quæcumque
inviolabiliter obſervari, ac plenum effectum
ſortiri, necnon Præſidentem, Diffinitores,
Viſitatores, Abbates, Priores, alioſque
prædictos, & eorum ſingulos, omnibus præ-
miſſis pacifice frui, & gaudere. Non per-
mittentes eos, & eorum quemlibet deſuper
contra præſentium tenorem, ſub quovis
prætestu, etiam ſubreptionis, vel obreptio-
nis, aut nullitatis vitio, & etiam defectu
intentionis noſtræ per quoſcumque quomo-
dolibet moleſtari, perturbari, vel impediri.
Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam
per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccle-
ſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti
remedia, appellatione poſtpoſita compe-
ſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſer-
vatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, &
pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggra-
vando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit
auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio omnium contrariorum.

§.7. Non obſtan. noſtra de non conce-
den. Indulgentiis, ad inſtar, ac piæ me. Bo-
niſacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris no-
ſtri de una, & in Concilio generali edita de
duabus dietis; aliiſque Apoſtolicis, ac in
Provincialibus, & Synodalibus Conciliis
editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſti-
tutionibus, & ordinationibus, ac dictis
Sancti Bernardi in Italia, aliarumque
Congregationum dicti Ordinis prædicta-
rum, etiam juramento confirmatione Apo-
ſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis,
ſtatutis, & conſuetudinibus, declarationi-
bus, inhibitionibus, & decretis, privilegiis
quoque, indultis, & literis Apoſtolicis,
Legatis, Nunciis, & Ordinariis, ac Con-
gregationibus, & Ordinibus prædictis, illo-
rumque Abbatibus; etiam Generalibus,
aliiſque Superioribus, & perſonis, ſub qui-
buſcumque tenoribus, & formis, etiam in
illarum fundationibus, & erectionibus ob-
tentis, ac cum quibuſvis, etiam derogato-
riarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus,
& inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis de-
cretis, in genere, vel in ſpecie, per quoſ-
cumque Rom. Pont., ſimiliter Prædeceſſo-
res noſtros, ac nos, Sedemque Apoſtolicam
prædictam, etiam Motu ſimili, & Conſiſto-
rialiter, aut alias quomodolibet conceſſis,
& etiam iteratis vicibus approbatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiam
ſi pro illorum ſufficienti derogatione, de il-
lis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpe-
cifica, & expreſſa, ac individua, ac de ver-
bo ad verbum, non autem per clauſulas ge-
nerales idem importantes, mentio, ſeu quæ-
vis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita
forma ad hoc ſervanda foret, etiam ſi in eis
caveretur expreſſe, quod illis nullatenus,
aut non niſi ſub certis modo, & forma de-
rogari poſſit, illorum omnium, & ſingulo-
rum tenores, ac ſi de verbo ad verbum nihil
penitus omiſſo, & forma in illis tradita ob-
ſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſuffi-
cienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo
robore permanſuris, hac vice dumtaxat ha-
rum ſerie ad effectum præmiſſorum deroga-
mus, illiſque ad plenum derogatum eſſe vo-
lumus, & declaramus: cœteriſque contra-
riis quibuſcumque: Aut ſi aliquibus com-
muniter, aut diviſim, ab eadem ſit Sede in-
dultum, quod interdici, ſuſpendi, vel ex-
communicari non poſſint per literas Apoſto-
licas non facientes plenam, & expreſſam,
ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmo-
di mentionem.

Fides danda tranſumptis hujus Bullæ.

§.8. Volumus autem, quod earumdem
præſentium tranſumptis, etiam impreſſis,
manu alicujus ex ſcribis prædictorum Ab-
batum, aut Prælatorum, aut Notarii pu-
blici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus Monaſte-
rii dictæ Congregationis S. Bernardi in Ita-
lia, aut alterius perſonæ in dignitate Eccle-
ſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus
fides in judicio, & extra illud, ac ubique
adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhi-
beretur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Da-

Dat. P. An.I. die 6.Septem. 1591.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 6. Septembris 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXVIII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Nonnulla ſtatuuntur pro Electis Nobilibus, & Popularibus componentibus tertium ſtatum Hominum Comitatus Venaiſſini, & Baronibus, & Feudatariis efformantibus ſecundum ſtatum dicti Comitatus ſuper ſolutione Pretiorum Capitalium, & aliorum onerum.

GREGORIUS PAPA XVI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Motæ lites inter ſecundum & tertium gradum ſuper ſolutione onerum ſublatæ ſunt primum Brevi Gregorii XIII., ac deinde cócordia inter Partes inita.

§.1. CUM ſicut accepimus, pridem fuiſſent motæ lites, & quæſtiones judiciales inter dilectos filios Electos nobiles, & populares facientes tertium ſtatum hominum Comitatus noſtri Venaiſſini ex una, & Barones, ac Feudatarios facientes ſecundum ſtatum prædicti Comitatus, partibus ex altera, ſuper eo, quod dicti Electi petebant ipſos Barones. & Feudatarios cogi ad contribuendum in Talleia, oneribus, collectis, ſubſidiis, indictionibus, quæ contingebat oportuiſſe indici pro cauſa belli jam diu ſupportati pro defenſione totius Patriæ, & pro quibuſcumque aliis cauſis concernentibus beneficium tam dicti ſecundi ſtatus, quam aliorum, velut illorum de Clero facientium primum ſtatum, & dictorum nobilium, & hominum præfati tertii ſtatus, & Communitatum eorumdem, ſuper quibus fuiſſet primo loco emanatum Breve fel. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4 Junii anno Domini 1583. continens ordinationem factam ad decidendum hujuſmodi controverſiam, & inde ſuper exequutione dicti Brevis præfatæ hinc inde partes, aut deputati ab illis proceſſiſſent ad certam concordiam de anno prædicto die undecima menſis Auguſti nota ſumpta, cujus tenore conventione facta ſuper pluribus capitulis dicti Brevis, etiam fuiſſet concluſum.

At ſuper nonnullis Articulis petita fuit deciſio a Sixto Papa V.

§.2. Super quibuſdam aliis capitulis, de quibus non potuiſſent convenire, rurſus ſupplicarunt piæ memoriæ Sixto V., etiam Prædeceſſori noſtro, quatenus dignaretur dicta dubia adhuc indeciſa pendentia decidere, & terminare, a quo fuiſſet obtentum alterum ſecundum Breve ſub datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Aprilis anni ejuſdem Domini 1586. confirmatorium præcedentis emanati ab eodem Gregorio Prædeceſſore, & alias tenore in continenti, & inde ſuper

Deinde motæ fuere aliæ lites per Feudatarios.

executione dictorum Brevium implorata, & proſequuta parte dicti tertii ſtatus, ipſi Feudatarii in nonnullis Capitulis fuiſſent opponentes, & appellantes a ſententia lata in Civitate Carpentoratis die 17. Octobris anni ejuſdem Domini 1588. per Venerabilem fratrem noſtrum Dominicum Archiepiſcopum Avenionen., tunc temporis in illis partibus Vice-Legatum, necnon a certis aliis decretis, etiam in exequutione dictorum Brevium promulgatis, & a nonnullis proceſſuris factis tam in exequutione dictorum Brevium, quam in ipſa concordia, nonnullæ Univerſitates locorum, & Oppidorum dicti Comitatus, ſubditorum dictis Feudatariis reclamaſſe ad bon. mem. Georgium Tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano Presbyterum Cardinalem de Armaignaco nuncupato, illa ætate in Civitate Avenionis, & dicto Comitatu Collegam, tam ad habendam declarationem dictarum proceſſurarum, quam ad finea contentos in petitionibus eorumdem, per quem prædictum Georgium Cardinalem auditis partibus, fuiſſet tandem proceſſum ad ſententiam deſuper ab eo promulgatam, quam dicti Feudatarii prætendebant impugnare, tam ex capite nullitatis, quam iniquitatis, & cum prædictæ lites nondum eſſent perfecte deciſæ, ſed ſupereſſent adhuc dubia decidenda, deducta, & latius declarata tam in proceſſu, quam verbotenus coram Venerabili Fratre noſtro Dominico Epiſcopo Biſignanen. Vice-Legato Legationis jam dictæ Civitatis, volentes dicti ſecundi, & tertii ſtatuum partes hinc inde litibus, & differentiis hujuſmodi finem imponere, anno Domini 1589., & die 17. menſis Novembris, in primis ſuper ſolutione ſummæ duodecim millium ſcutorum, ex tenore dictorum Brevium ordinata fieri per dictos Feudatarios hominibus tertii ſtatus hujuſmodi, tranſegerint, & convenerint, quod præfati Feudatarii facientes ſecundum ſtatum ipſius patriæ, tenerentur, & deberent liberare, & reddere quietos, & liberatos dictos homines tertii ſtatus a penſionibus annuis, & perpetuis, ac pretiis capitalibus illarum aſcendentibus in univerſo ad ſummam prædictam, judicatis prædicto ſecundo ſtatui, & ab eodem ſuſceptis ad ſolvendum infra tres annos tunc proximos, & interim ſupportare, & ſolvere dictas penſiones jam tunc decurſas, & decurrendas, una cum damnis, intereſſe, & expenſis ob non ſolutionem præmiſſorum paſſis, & patiendis per dictos homines tertii ſtatus juxta taxam, & moderationem illorum damnorum, intereſſe, & expenſarum per eumdem Vice-Legatum fiendam, & de damnis, intereſſe, & expenſis jam decurſis, tenerentur dicti damnum paſſi facere, & proponere eorum petitiones infra tres menſes proximos, quo tempore elapſo, niſi dediſſent eorum, petitiones eſſent excluſi, & pro præmiſſis adimplendis tenerentur dicti Feudatarii ſecundi ſtatus facere collectam inter ipſos infra tres menſes proximos pro dictis penſionibus decurſis, & decurrendis, & collectare tantum illos, qui non contradicebant ſolvere citra ſolventium præjudicium, quoad jura, quæ prætendebant contra contradicentes ſolvere, & dictam collectam, & pecunias dare, vel conſignare in manibus Theſaurarii generalis trium ſtatuum

Tandem tranſactio inter partes facta fuit.

tuum prædictorum, & ſi dictam eollectam in forma prædicta non ſaeerent infra dictum tempus, præſatus Viee-Legatus cogeret illos ad eam confieiendam, prout ei videretnr, quibus omnibus præmiſſis adimpletis, & mediante implemento illorum, dicti Feudatarii eſſent quieti, & liberati pro omni, & toto eo, iu quo teneri poſſent dicto tertio ſtatui, & Communitatibus dictæ Patriæ pro prædictis debitis, & impenſis contentis in dicto Brevi, & concordia inde ſecuta ſuperius expreſſa, abſque eo qnod inſerretur aliquod præjudieium per hujuſmodi concordiam ipſi ſententiæ latæ per eumdem Georgium Cardinalem, & illa ſalva remanente in ſtatu, in quo reperiebatur: Quodque dicti Feudatarii contribuere tenerentur in omnibus debitis, & impenſis factis ratione induciarum recuperationis locorum deperditorum, & oceupatorum per hæretieos, nunciis, & muneribus ex cauſis prædictis reſpective miſſis, & factis, & in omnibus aliis, etiam occaſione belli, in quibus prædicti Vaſſalli conſentirent, vel ordinatum foret per Superiorem, juxta formam ordinationum, & compoſitionum factarum per Depntatos utrinſque ſtatus eum dictis hæreticis, & hoc ab anno ejuſdem Domini 1583., uſque in diem eelebratæ concordiæ hujuſmodi, eitra conſequentiam reſpectu ſuturorum negoeiorum juxta taxam, ſeu eottam per dictum Viee-Legatum fiendam, & declarandam, & fieret ſeparatio debitorum pro dictis eauſis contractorum infra tres menſes proximos modo, & ſorma eontentis in præeedenti artieulo, & ſecundum diviſionem ſiendam: & quilibet ſtatus ſuſeiperet ſuam eottam, ita ut unus ſtatus non teneretur pro alio, & mediante, ae facta ſolutione cottæ taxandæ per dictum Vice-Legatum, dicti Feudatarii deberent eſſe quieti, & liberati a debitis. & impenſis factis durante tempore prædicto, tam per dictum tertium ſtatum, quam Communitates illius, eoneernentibus tamen generale dictæ Patriæ, & quæ intrabant, vel habebant intrare generalem peræquationem dictæ Patriæ, ae quod pro præſtatione Avenæ fieri ſolita præſidiariis Militibus Equeſtris Ordinis, ſimiliter relinqueretur dicto Vice-Legato judicandum ſuper eontributione faeienda, occaſione dictæ Avenæ; & ſi fieri deberet, tenerentur quoque dicti Vaſſalli contribuere, unuſquiſque tamen in ſuis Feudis ad debita, & impenſas factas uſque in diem tranſactionis hujuſmodi per Communitates particulares Feudatarios habentes, pro reparatione Pontium, Fontium, Itinerum, & aliorum, in quibus de jure tenerentur, quod, & pro futuris, ae perpetuis temporibus obſervaretur; Nee non, quod poſthac, & pro ſuturis temporibus dicti Fendatarii poſſent verificare bona, quæ prætendebant eſſe de dictis eorum Feudis, & Feudalia ſecundum tenorem, modum, & formam eis præſeriptam in Brevi emanato a Sixto Prædeceſſore hujuſmodi, & caſu, quo vellent eligere viam probatoriam, tenerentur illud declarare infra tempus, aut ſpatium ſex menſium immediate ſequentium, & poſtmodum perficere eorum probationes, & ſeparationes dictorum bonorum juxta formam ipſius Brevis infra alios ſex menſes poſtea ſequentes pro omni, & quacumque dilatione, eademque via electa, bona, quæ non probarentur per eos Feudalia, computarentur inſolidum inter bona Allodialia intra quam dilationem etiam homines dicti tertii ſtatus poſſent verificare bona, quæ prætendebant eſſe allodialia, ſi bonum eis videretur; Quodque ſi dicti Feudatarii nollent eligere dictam viam probatoriam, tunc ſequentia eſſent, & eenſerentur Feudalia, videlicet juriſdictio, Caſtrum habitationis eum ſuis ædifieiis, horto, & curtibus poſſidere ſolitis, & exiſtentibus intra Oppidum loei, in quo Caſtrum eſt ſitum, ad uſum dicti Caſtri deſtinatis Garena, Pedagia, Banna, Leydæ, Pulmeragia, neenon nemora, quatenus dicta nemora forent antiquitus poſſeſſa ab ipſis Feudatariis; aquæ autem, & aquarum decurſus ita demum reputarentur Feudales, aut eſſe de feudo, ſi & quatenus probarent illas ex cauſſa, aut conceſſione valida, & legitima acquiſiviſſe, & obtinere citra præjudicium uſus publici, & juris tertii, ſi quæ extare, aut competere reperirentur. Quoad vero cenſus, ſervitia, taſquas, directa dominia, Furnos, Bannaretos, & ſimilia, Molendina, Bannareta, ſi quæ eſſent poſſeſſa per dictos Feudatarios repotarentur ſeudalia, ſi & quatenus ex probationibus legitimis, & a jure approbatis verificarentur eſſe feudalia. De reliquis vero bonis, quæ ipſi Feudatarii habebant, & tenebant immobilia, & prædia ſive ruſtica, ſive urbana, eujuſcumque eſſent naturæ, ſita, & poſſeſſa, tune per dictos Fendatarios intra locum, & Territorium ejuſdem feudi, in ſequendo declarationem, & ordinationem ſuper iis verbo factam per dictum Vice-Legatum, auditis partibus jam dictis, licet eadem ordinatio non foret redacta in ſeriptis, attamen juxta illam partes prædictæ, nominibus ſupradictis, convenerant pro bono pacis ad ipſam controverſiam terminandam, quod una dimidia pars eorumdem bonorum declararetur, & eſſet allodialis, altera vero dimidia pars remaneret feudalis. Prædia tamen, Erema, ſeu Terræ gaſtæ non intrarent in diviſionem prædictam ad effectum contributionis Tallearum, ſed remanerent hinc inde partibus in ſtatu, & terminis, in quibus conſueverant ſuiſſe, & eſſe a temporibus præteritis uſque in diem tranſactionis hujuſmodi; ſimiliter Columbaria tunc temporis poſſeſſa per dictos feudatarios intra loca, ſeu Territoria feudi, videlicet ædificium, & quatenus illud protenderetur, & non ultra, non includerentur in prædicta diviſione, & ſolutione Tallearum: & ante prædictam diviſionem, aut ſeparationem bonorum allodialium, a Feudalibus faciendam, eſſet de illis facienda extimatio per probos, aut expertos hinc inde eligendos, aut ex officio per ſuperiorem

Ma-

Digitized by Google

Magiſtratum deputandos, ſecundum quam extimationem deſcriberentur ad ſeperanda allodialia bona a Feudalibus uſque ad complendam cottam adjudicatam pro bonis allodialibus, & alia reſtantia dimitterentur, & deſcriberentur cum feudo, & aliis bonis feudalibus, & ita prædictas cottas bonorum feudalium ab allodialibus ſeparando, & dividendo, quod feudalia eſſent ab una parte conjuncta, & continentia, quantum fieri poſſet, & quo commodius pro Feudatariis, & allodialia ab iis eſſent disjuncta, & ſeparata, & apponerentur, ſeu affigerentur termini intra prædicta feudalia, & allodialia, prout melius poſſet conveniri ad perpetuandos limites ejuſdem diviſionis prædiorum in unaquaque ex dictis portionibus incluſorum, ita tamen, quod quando prædicta bona allodialia allibrarentur, ſeu ponerentur in peræquatione aliorum bonorum ejuſdem Oppidi, & Territorii, non obſervaretur prædicta extimatio, ſed fieret altera nova extimatio, quæ regularetur ſecundum extimationem, quam contingeret fieri pro diſtributione, & peræquatione ſingularum prædiorum dicti Oppidi, & Territorii, & hoc in libro ſeparato a Cataſto Communitatis particularium, & donec facta foret dicta ſeparatio, convenerant, quod cotta, pro qua dicti Feudatarii haberent contribuere proviſorie, & declararetur per dictum Vice-Legatum, & pro dictis bonis feudalibus eſſent dicti Feudatarii immunes, & exempti ab omnibus oneribus, & impenſis, cauſa belli impoſterum faciendis, attento, & mediante ſervitio perſonali, ad quod tenebantur, & illud, cum eſſent a Superiori requiſiti, vere, & actualiter preſtando præterquam in caſibus ſequentibus, velut ratione, & ex cauſa treguæ ineundæ, cum dicti tres ſtatus putaviſſent dandam eſſe pecuniam pro dicta tregua, ſeu pace obtinenda, ad majora pericula, & damna belli devitanda, ſimiliter pro ctoſa redemptionis, & recuperationis Caſtrorum, & Oppidorum ejuſdem Comitatus fiendæ ex deliberatione trium ſtatuum, aut Deputatorum ab eis, ſi contingeret aliqua ex iis eſſe in futurum ab hoſtibus occupata ulterius pro devitanda invaſione hoſtium, quæ propinqua eſſet, & immineret, vel pro redimenda, & liberanda Patria poſt ingreſſum illius, ſcilicet compoſitione pecuniaria mediante fienda ex concluſione trium ſtatuum in prædictis caſibus, & quocumque illorum pariter, ac pro Legatis, & Oratoribus, ſeu Nunciis mittendis ad Nos, & Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem, ſive alios Principes, & Gubernatores, ad quos dicti ſtatus putarent expedire mittendum eſſe pro cauſis prædictis, & aliis concernentibus omnes dictos tres ſtatus, & quoad electionem perſonarum mittendarum, ſervaretur ſolitum. Inſuper pro dono ſolito faciendo dictæ Patriæ Legatis a Sede Apoſtolica mittendis, & intrantibus hujuſmodi Provinciam, ac in fœlici eorum ingreſſu. Ac denique pro aliis omnibus cauſis, & impenſis, in quibus de jure, & in omnibus aliis caſibus, in quibus ſervitium perſonale præſtari non poſſet, in quibus caſibus tam ſuperius particulariter expreſſis, quam aliis exiſtentibus, de jure tenerentur dicti Feudatarii tantum contribuere pro cotta declaranda, & quam diffinitive contingeret declarari a Superiore poſt prædictam ſeparationem bonorum, ut ſupra faciendam. Item, quod ob bona, quæ allodialia in futurum declararentur, ab eis poſſeſſa obligati eſſent dicti Feudatarii ad contributionem cum aliis tertii ſtatus ad omnes expenſas, & omnia onera belli in futurum faciendi, & aliorum pro communi beneficio, præterquam pro faſtigagiis, & muneribus perſonalibus, aut impenſis loco illorum faciendis, & in caſibus, in quibus de jure contribuare non tenebantur pro bonis jam dictis, citra præjudicium dicti Brevis, & illo ſalvo ſemper remanente: quodque ad evitandum pro futuris, & ſucceſſivis temporibus rurſus ſuſcitari dubitationem, aut controverſiam ſuper diſcernendis bonis allodialibus a feudalibus prædictis in quibuſcumque locis, & Oppidis ejuſdem Comitatus, fieret deſcriptio, ſeu liber Cataſti omnium bonorum allodialium a quibuſcumque perſonis ibi poſſeſſorum, exceptis bonis allodialibus Feudatariorum, tam tunc poſſeſſis, quam in futurum acquirendis, quæ in libro ſeparato deſcriberentur, poſt quam quidem deſcriptionem, ſi contingeret dicta bona alienari, & ab hominibus dicti tertii ſtatus transferri in prædictos Feudatarios, nihilominus prædicta bona manerent allodialia, velut antea erant, cum adhuc poſſiderentur a perſonis dicti tertii ſtatus, hoc ſalvo, quod ſi pro habendis, aut acquirendis bonis allodialibus ipſi Feudatarii permutarent, & traderent bona feudalia, prædium permutatum ſuccederet in locum, & parem qualitatem, & cauſam illius, in cujus locum foret ſurrogatum, data paritate valoris illorum, & omni fraude ceſſante, & pari modo ſi Feudatarii venderent, aut alienarent de bonis feudalibus, id quod alienatum eſſet, non eſſet amplius feudale, ſed remaneret allodiale, & loco illorum ſurrogarentur bona allodialia dicti Vaſſalli, & Feudatarii in ſimili valore, ad extimationem proborum, quæ efficerentur, & remanerent feudalia, omni fraude ceſſante, & idem eſſet dicendum in caſu confiſcationis diffinitive declarandæ in favorem dictorum Feudatariorum, caſu, quo docerent directum dominium prædii confiſcati eſſe feudale de feudo illius, & prædictis exceptis caſibus, dicta bona allodialia remanerent allodialia. Præterea in caſibus, in quibus dicti Feudatarii collectari poſſent virtute ipſius tranſactionis, quod dictæ Communitates aliquas collectas imponere non poſſent, ſine expreſſione ſummæ, & cauſæ, idque, vocatis dictis Feudatariis, & ſi dicti Feudatarii eſſent extra Monarchiam, vocatis eorum Bajulis, vel Procuratoribus juriſdictionalibus, illiſque certioratis, tempore legitimo, quo poſſent intereſſe dictæ impoſitioni, & adhibere illorum impenſis alium

Nota-

Digitized by Google

Notarium, ſi videretur in dicta impoſitione concludenda, qui una cum Secretariis dictarum Communitatum notam retineret de bujuſmodi concluſionibus feudatarios concernentibus, nec poſſent dictæ collectæ converti in alios uſus, quam in quos ſorent deſtinatæ, nec imponi collecta, niſi prius diſcuſſa burſa commoni ratione, & reſpectu reddituum ejuſdem Communitatis: Quodque per præmiſſa, & ſuperius conventa nullum intelligeretur inferri præjudicium juribus, & facultatibus acquiſitis cuiquam prædictorum ſtatuum, & tam velut univerſis, quam velut ſingulis ex tranſactionibus, & conventionibus, ac quibuſcumque actibus initis, & ſtipulatis inter Commonitates locnrum, & Oppidorum, aut particulares perſonas ex una, & dictos eorum Feudatarios ex altera, nec etiam cenſeretur derogatum privilegiis ab hinc partibus reſpective obtemis, niſi in iis, de quibus fuit ſæpius ſpecialiter, & expreſſe conventum, & concurdatum, ſed manerent cuique, prout reſpective competebant, integra, & ſalva, atque mediantibus præmiſſis, & illis ſalvis, dictæ hinc inde partes ſupradictis nominibus renunciaverunt omnibus litibus, proceſſibus, appellationibus, & controverſiis ſuperius narratis, ita ut eſſet pax, & concordia inter dictos ſtatus, prout in diverſis Inſtrumentis publicis deſuper confectis plenius continetur.

Dictam concordiam confirmat Gregorius.

§.3. Nos, qui perſonarum quarumlibet, earum præſertim, quæ nobis, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ in ſpiritualibus, & temporalibus immediate ſubſunt, quietum, & tranquillum ſtatum ſincero deſideramus affectu, Motu Proprio, non ad Electorum, & Baronum, ac Feudatariorum prædictorum, ſeu aliorum pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, & certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula Inſtrumenta prædicta, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in eis contenta, ac inde ſecuta quæcumque, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omneſque, & ſingulos juris, & facti, ac ſolemnitatum deſuper forſan omiſſarum, defectus, ſi qui intervenerunt quomodolibet in eiſdem, ſupplemus, nec non ſingulas perſonas trium ſtatuum prædictorum ad illorum obſervationem perpetuis futuris temporibus omnino teneri, & efficaciter obligatos fore, atque ſententiis, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis ad id cogi, & compelli, nec ab illis ullo umquam tempore, quovis prætextu, occaſione, vel cauſa reſilire poſſe, ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, ex nunc irritum, & inane decernimus.

Derogat contrariis.

§.4. Non obſtan. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatis Avenionen., & Comitatus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 9. Septem. 1591. An.I.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 9. Septembris 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXIX.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Definit caſus, quibus Camera Apoſtolica concordare poteſt cum Baronibus ſuper Feudis devolutis: ac Pii V. Conſtitutionem ſuper Fiſco applicandis bonis Homicidarum, allodialia tantum compræhendere declarat, & ad deſcendentes bujuſmodi Homicidarum extendit.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Eccleſiæ Catholicæ, & Apoſtolicæ cura, quam Nobis Deus Optimus Maximus committere pro ſua in Nos inenarrabili clementia dignatus eſt, Nos ſubinde admonet officii noſtri, ut in iis Conſtitutinnibus, quæ a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, hactenus emanarunt, tam circa diſciplinam Eccleſiaſticam, quam circa forenſes controverſias, nihil obſcurum, nihil ambiguum, aut incertum contineri patiamur, quod occaſionem præbere poſſit controverſiis, quæ plerumque ab avidis hominibus in eam partem trahi comperimus, quæ a mente legislatoris, quam longiſſime recedunt, quod experientia ipſa quotidie evenire videmus.

Dubium exortum an Camera Apoſtolica concordare poſſit cũ Baronibus circa devolutionẽ feudorum.

§.1. Cum enim multæ lites, & controverſiæ, coram dilectis filiis noſtris Cameræ Apoſtolicæ Clericis, aliiſque eiuſdem Cameræ Officialibus, hacteous indeciſæ pendeant, iidem Officiales ſuper nonnullis difficultatibus, quæ ſæpe, & in dies emergunt circa Conſtitutionum Summorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum interpretationem, nos conſulere ſolent, ut opportuna declaratione, omnem tollentes ambiguitatem pendentium, ac etiam futurorum negociorum deciſioni proſpiciamus. Atque inter alias dubitationes quaſdam non indignas noſtra determinatione ſuper Conſtitutione fel. rec. Pii V. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: Admonet nos ſub dat. 4. Kal. Aprilis Pontificatus ſui Anno II., Nobis inſinuarunt, an ſcilicet ſtante prædicta Conſtitutione, liceat in cauſis, quæ ſuper devolutionibus inter dictam Cameram, & Barones ex quacumque cauſa, vel occaſione, ſive lineæ finitæ, ſi de inveſtitura non appareat, ſive canonis non ſoluti, ſive delicti commiſſi indeciſæ pendent, liceat tranſigere, & ad aliquam concordiam devenire, ſive poſſeſſio ſit penes Barones, ſive etiam penes Cameram, etiam vigore ſententiarum in poſſeſſorio latarum, ſive ipſam cauſam ab aliis Curiæ Tribunalibus, inter particulares perſonas introductam ad ſe avocari curaverit, & poſſeſſionem pro Juribus ſuis, vel ex

cel-

ceſſione alterius ex litigantibus adeptæ fuerint.

Concordari poſſe declarat Gregorius in caſibus hic expreſſis.

§.2. Nos hujuſmodi controverſias, & hæſitationes tollere volentes, hac noſtra in perpetuum valitura Conſtitutione declaramus, in omnibus prædictis caſibus licite poſſe per dictos noſtros Officiales cum Baronibus ſuper dictis feudis tranſigi, & concordari, eaſque Infeodationes, quas recedendo a lite per eos auctoritate noſtra fieri contigerit ſub prædicta Pii Conſtitutione non compræhendi declaramus, & decernimus.

Aliud Dubium ſuper interpretatione Bullarum Gregorii XIII., & Sixti V. circa dictæ Cameræ applicandas Terras, ubi homicidæ graſſantur.

§.3. Et inſuper cum fæ. record. Gregorius XIII., & Sixtus Prædeceſſores noſtri in Conſtitutionibus, quas adverſus Bannitos, Homicidas, & Latrones, eorumque complices, fautores, & receptatores ediderunt, Ducatus, Dominia, Vicariatus, Gubernia, Feuda, Civitates, Terras, Oppida, Caſtra cæteraque bona, quæ ex cauſis in dictis Conſtitutionibus contentis, Cameræ Apoſtolicæ aperta, devoluta, confiſcata, applicata, & incorporata ſub prædicta Conſtitutione Pii V., minime comprædendi declaraverint, ſed non ſatis aperte eorum intentionem aperuerint, an prædicta declaratoria compræhendere voluerint ea bona, quorum poſt confiſcationem Camera Apoſtolica poſſeſſionem cæpiſſe reperiretur, an prædicta pœna confiſcationis afficere voluerint omnes prædictos homicidas, & latrones per Terras, & Statum Eccleſiæ graſſantes, vel tantummodo horum fautores, & receptatores, quæ res anſam præbuit controvertendi diverſis diverſa ſentientibus.

Gregorius declarat in comprehendi non ſolum Fautores, ſed etiam homicidas.

§.4. Nos omnem ambiguitatem de medio tollere volentes, declaramus intentionis præfatorum Prædeceſſorum noſtrorum fuiſſe in prædicta declaratoria compræhendere etiam ea bona, quorum poſt confiſcationem Camera Apoſtolica poſſeſſionem accepiſſet, nec non omnes ſupradictas perſonas una, & eadem pœna (prout Juris diſpoſitioni conſentaneum eſſe, non ignoramus) compræhendere, ita ut non ſolum Receptatores, & Fautores, ſed etiam homicidæ, & latrones, qui per Statum Eccleſiaſticum mano armata graſſantur ſub eadem lege confiſcationis bonorum omnium, tam feudalium, ſub quacumque forma Inveſtituræ conceſſorum, etiamſi in caſibus permiſſis ex forma Inveſtituræ licuerit fideicommiſſo, eique ſubjecta fuerint, quam allodialium, & aliorum juxta dictarum Conſtitutionum tenorem, quem hic pro expreſſo haberi volumus, compræhendi intelligantur, nec non bona eorumdem graſſatorum, & latronum, & eorum fautorum, ac receptatorum, ſic, ut præfertur confiſcata, declarationi Gregorii, & Sixti inhærentes ſupradicta Conſtitutione Pii V. non compræhendi declaramus.

Eorum vero bona in Bulla Pii V. non comprehendi.

Sixtus V. confiſcationi Allodialia tantum ſubjici voluit non bona fideicommiſſo addicta.

§.5. Et quoniam ad majorem facinoroſorum hominum, & graſſatorum hujuſmodi, eorumque receptatorum, & fautorum terrorem, idem Sixtus etiam in præjudicium filiorum, deſcendentium, & aliorum quorumcumque agnatorum in inveſtituris, conceſſionibus, ſeu aliis diſpoſitionibus compræhenſorum, prædicta bona feudalia confiſcavit, & Cameræ prædictæ applicavit, & incorporavit; bona vero, in quibus reperiuntur facta fideicommiſſa, cum in ea parte Sixtus de allodialibus tantum ſenſerit, prout & Nos ita ſenſiſſe declaramus, ea durante tantum vita naturali delinquentium prædictæ Cameræ applicavit, cum in his minus ſibi licere voluerit, quam in feudalibus, quæ ab ipſa Principis liberalitate proficiſcuntur.

Allodialium lex reſpicit etiam Graſſatorum deſcendentes.

§.6. Nos videntes hujus ſæculi malitia quotidie peſtem hanc graſſatorum incrementum ſuſcipere, eoſque legum ſeveritate coercere, & quantum in Nobis eſt penitus abolere cupientes, decernimus, & declaramus, ut in deſcendentes quoque hujuſmodi latronum, & graſſatorum, eorumque fautorum, & receptatorum pœna derivetur, ita ut omnibus bonis allodialibus priventur, non obſtantibus quibuſcumque fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus conceptis, & contentis, tranſverſalibus ſolis, jus intactum ex hujuſmodi fideicommiſſis poſt obitum delinquentium, & deſcendentium reſervantes, ut ipſi facinoroſi homines, quam in ſe pœnam naturæ feritate contemnunt, in filios proprios derivare debeant. Has autem omnes declarationes noſtras, excepta extenſione pœnæ confiſcationis allodialium, in præjudicium deſcendentium veras eſſe declarationes, & caſus omnes, tam præteritos, quam futuros comprehendere volumus.

Clauſulæ pro hujuſmodi declarationis obſervantia.

§.7. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Cameræ Apoſtolicæ Clericos, Sanctæque Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere, Irritumque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.8. Non obſtantibus fæ. re. Pii Papæ IV. etiam Prædeceſſoris noſtri de regiſtrandis in Camera Apoſtolica literis illius intereſſe concernen., ita ut præſentes, etſi nullo tempore in ipſa Camera regiſtrentur, nihilominus valeant, ſuumque plenarium ſortiantur effectum, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptorum fides.

§.9. Ut autem præſentes literæ omnibus innoteſcant, jubemus, illarum exemplar ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac in acie Campi Floræ publicari, earumque tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ monitis, eamdem prorſus fidem in Judicio, & extra adhiberi, quæ ipſiſmet præſentibus adhiberetur.

Dat. die 10. Septem. 1591. An. I.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Septembris 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

X L.

Approbatio Regulæ Congregationis Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis, cum gratiarum, & privilegiorum conceſſione.

Congregationem iſtam confirmavit Sixtus V. in ejus Conſtitut. XXXV. Ex omnibus. *Tom. IV. Par. IV. fol.* 191.

GREGORIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

ILlius, qui pro gregis Domini ſalute in ara Crucis immolari non abnuit, vices, quamvis immeriti gerentes in terris, curis urgemur aſſiduis, & continua meditatione pulſamur circa ea, quæ pro pauperum Chriſti infirmorum neceſſitatibus, nedum corporalibus, ſed etiam ſpiritualibus adjuvandis, in hac Urbe noſtra pie inſtituta ſunt, omni ſtudio intendere, & quæ propterea provide facta fuiſſe dicuntur, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, Apoſtolico munimine roboramus, & ut ad præmiſſa peragenda Chriſtifideles libentius concurrant, fideles ipſos ſpiritualibus muneribus proſequimur, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores, ac charitatis, & miſericordiæ fervor in dies amplius augeatur in eis, aliaque deſuper concedimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Sixtus V. Congregationem approbavit in Conſt. cit. in rubr.

§. 1. Cum itaque dudum fel. rec. Sixtus Papa Quintus Prædeceſſor noſter, certis cauſis adductis, ex certa ſua ſcientia, Congregationem ſub vocabulo, ſeu nomine Miniſtrantium Infirmis, in Urbe tunc conſtitutam, per ſuas in forma Brevis deſuper confectas literas perpetuo approbaverit, & confirmaverit, prout in ipſis literis plenius continetur.

Congregatio poſtea Regulâ conſtituta.

§. 2. Et ſicut accepimus, dilecti filii Camillus de Lellis, modernus ipſius Congregationis Præfectus, & alii ejus ſocii, cupientes in charitatis vinculo perſiſtere, & majori cum animi quiete Deo ſervire, & ad perficiendam, & conſervandam eorum Congregationis in Chriſto unionem, quandam vivendi formulam, juxta ea, quæ ad propoſitum ſibi finem conducere uſu didicerunt, ediderint, factumque ſit, ut eorumdem Camilli, & Sociorum vitæ Inſtitutum, ſub dicta formula comprehenſum, fidelibus gratum, & acceptum, ac ad proximi ſubventionem adeo utile, & neceſſarium exiſtat, ut ipſa Congregatio numero Sociorum admodum creverit, & quamplures Chriſtifideles ſummo deſiderio, & affectu, in dictam Congregationem recipi, & admitti plurimum exoptent.

Formulæ autem prædictæ tenor ſequitur, quæ talis eſt.

Cujus tenor hic inſeritur.

§. 3. QUiſquis decreverit ſe huic charitatis muneri in perpetuum addicere, ſtatuat ſe mundo, rebuſque omnibus ſæculi eſſe mortuum, & Chriſto ſoli vivere, ſeque Nobis aggreget, ut admiſſa peccata expiet, ſub jugo ſuaviſſimo perpetuæ paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, & ſub perenni miniſterio ægrotantium, quos etiam peſtis inceſſerit, non ſolum in Noſocomiis, ſed etiam in Carcerum valetudinariis, ubi ægroti magna, tam corporalium, quam ſpiritualium rerum anguſtia premuntur. Ac de his univerſis (Deo adjuvante) præcepta dabuntur in Conſtitutionibus ſuo tempore edendis, quibus ſub ullius peccati pœna obſtringi non intendimus, iis tamen exceptis, ad quæ obſervanda votorum vinculis obligamur.

De Quatuor votis.

Paupertas.

§. 4. Paupertatem noſtram ita interpretamur, ut Religioſorum ſit paupertas mendicantium eorum, qui nec ſinguli, nec univerſi fructus ullos, ac redditus capiant; quæ vero neceſſaria erunt, ea ex humili exercitio oſtiatim emendicandi, vel ex eleemoſynis fidelium nobis ſponte oblatis comparabimus, nemo per ſe, & arbitratu ſuo quæritabit, ſed ii ſoli, quibus ob communem uſum ex obedientia id oneris imponetur.

Generalis, & Conſultorum officio.

§. 5. Totius Congregationis Superior, Præfectus Generalis appellabitur, cujus officium perpetuum erit quoad vivet. Socios autem habebit quatuor, qui Conſultores dicentur. Creabuntur autem hi, cum Congregatio majorem numerum erit nacta idoneorum hominum; iique pariter officium perpetuum gerent, dum Generalis Præfectus erit ſuperſtes. Votum eorum æque ac Præfecti, deciſivum erit, præterquam quod Præfectus duplex habebit, ſinguli illi ſimplex. Nihil eorum, de quibus ſecundum Conſtitutiones factas, aut faciendas, cum Conſultoribus decernendum eſt, ſtatuetur, niſi de illorum conſilio, & ſententia; major vero pars ſententiarum vincet. Nc autem ex ſententiarum æqualitate res in dubium veniat, ad id vir gravis de Congregatione deputetur, qui voto ſuo (prout neceſſitas poſtulaverit) alterius, quam meliorem cenſuit, partis numerum augeat. Præfectus una cum Sociis poteſtatem habebit, tum interpretandi, & ea explicandi, de quibus ſuper Inſtituto noſtro (quod hic ſummatim comprehenditur) dubitatio fuerit orta; tum Conſtitutionum ad optimam Congregationis diſciplinam faciendarum. Conſtitutiones autem, experiendo primum, atque utendo expendentur, deinde a Capitulo, ſive Congregatione generali, prout expedire videbitur, admittentur. Præfectos aliorum locorum, ubi Congregatio ſedem habebit, & Provinciales, & Viſitatores, quos oportuerit, eligent.

De Generalis electione, & votis ab eo emittendis.

§. 6. Electio vero Generalis Præfecti, & Conſultorum, poſthac in Congregatione gene-

Digitized by Google

generali facienda eſt. In præſens qnidem Generalis ereabitur ſuffragiis majoris eorum partis, qui nunc Crucem gerunt, ac juxta formam ſtatuendam. Idem ſtatim, ac renunciatus Generalis fuerit, quatuor votorum profeſſione, obedientiæ ſcilicet, paupertatis, caſtitatis, & quod præcipuum hujus Inſtituti ſcopum continet, perennis, ut dictum eſt, miniſterii ægrotantium ſolemniter ſe obſtringet, tumque ad ipſum, aut eum, cui is hoc negotii dederit, eodem modo profitebuntur omnes, qui ſpecimen ſui dederint. & idonei, ac digni judicati fuerint.

Officio miſſorum ad Hoſpitalia.

§.7. Volumus autem noſtros in Noſocomiis, eum Superiorum ſuorum juſſu (conſentientibus eorumdem Noſocomiorum Præfectis) mittentur, ita operam navare, ut nulla publica officia, Magiſtratuſque, aut reddituum adminiſtrationem in iis ſuſcipiant, verum omnes curam ægrotorum, tum corporis, tum animæ gerant, & aliquot es ipſis nocturnas excubias diurnaſque ibi ducant, atque ægrotis agonizantibus, donec es hac vita migrent, nuſquam deſint. Quod ſi Nobis, ut cæteris pauperibus Noſocomiorum patroni, aut Adminiſtratores, aliquid eleemoſynæ, ſive quotidianæ, ſive menſtruæ, ſive annuæ, ſive in plures annos largiri voluerint, Congregatio noſtra jus nullum habeat id exigendi, ſed quæ dabuntur liberaliter, cum gratiarum actione accipiet. Nos enim curæ ægrotorum incumbimus nulla mercede, vel ſpe temporali adducti; ſed ea inſtituti noſtri obligatione.

Munerum receptione prohibita.

§.8. Itaque ab ægrotis Hoſpitalium nulla munera, nihil pecuniæ, nullam omnino rem noſtri capiant, ac ne per ſubmiſſas quidem perſonas. Legata ab iis, qui in Noſocomiis defuncti fuerint, in rem noſtram relicta, non admittantur.

Officiales in Hoſpit. quando recipiendi in Congr.

§.9. Qui in Hoſpitalibus ſunt Noſocomiorum Officiales, & famuli, in Congregationem noſtram non recipiantur, ſine aſſenſu eorum, qui illis in locis præfecti ſunt.

De Infirmorũ extra Hoſpit. viſitatione, & curatione.

§.10. Experiendo didicimus, plurimis maximiſque difficultatibus, & incommodis, animæ præſertim, eos conflictari, qui estra Noſocomia, & Carceres in aliis locis ægrotant, ac potiſſimum tenues, & plebejos homines, externoſque, qui conducto degunt. Quare volumus (adjuvante Domino Noſtro Jeſu Chriſto) a noſtris eos inviſi, & iis, quoad fieri poterit, adhiberi conſolationem, exhortationem, & alia hujuſmodi juxta Conſtitutiones edendas, priuſquam vero illi ſenſuum uſum amittant, adducantur, pro cujuſque conditione, & natura, ad proteſtationes, ſecundum formam Eccleſiæ Sanctæ faciendas, cumque ingraveſcet morbus, diu noctuque apud eos excubent noſtri, animamque commendent, ac ſalutaribus monitis opitulentur, magnumque ponatur in eo ſtudium, ut hortationibus piis informentur, ne tentationibus ſuccumbant, & in illo formidoloſo vitæ exitu confortentur; tum ut bene, ac diligenter commendetur anima.

Emolumento ab eis non quærendo.

§.11. Caveant autem maxime, ne quiſquam eorum, qui ad viſendos per ejuſmodi loca ægrotos, & ad charitatem iis præſtandam, opemque offerendam, mittentur, ob labores ſuos ullum munus, aut rem, pecuniamve accipiat, ne ullam, vel exiguam ſtipem, atque eleemoſynam, ſed omnia ad ſolam Domini Dei gloriam, animarumque ſalutem fiant, atque adminiſtrentur. Quinimo ut noſtrarum utilitatum ratio omnis prætermittatur, nec quiſquam proprio æmolumento ſtudeat, neutiquam noſtri ægrotis auctores ſint, neque conſilium dent, aut hortentur, ut aliquid erogent eleemoſynæ, aut teſtamentum faciant, aut legata relinquant in rem atque utilitatem noſtram.

Officii divini recitatione.

§.12. Propter multas inſtituti noſtri occupationes, qui noſtrum Sacris Ordinibus initiati erunt, divinum officium quotidie recitabunt, non in Choro, ſed privatim, ac ſigillatim, cæteri tertiam Beatiſſimæ Virginis Roſarii partem, vel ejus Officium parvum.

Exemptione a proceſſionibus.

§.13. Proceſſiones etiam ſolemniſſimas, cæteraſque ſolemnitates (quibus pie alii Religioſi Ordines interſunt) ipſi non obibunt, ut liberius, magiſque aſſidue ægrotis operam navent: quo in miniſterio perſeverare cupimus, immediate ſubditi curæ, animadverſioni, ſpeciali protectioni, ac defenſioni Sanctiſſimi D. N. Papæ, Sanctæque Sedis Apoſtolicæ.

Orationis, & Sacramentorum frequentia.

§.14. Ut autem ſpiritum noſtri recreent, ac paſcant, poſſintque tantam divinæ gratiæ ubertatem adipiſci, ut munera, & officia ſua cum charitate exequantur, exercebunt ſe in oratione mentali, & vocali, tum in examine conſcientiæ, ſeque ſæpiſſime munient Sacramento confeſſionis, & communicatione corporis Chriſti, nonnullis item abſtinentiis, quæ omnia Conſtitutionibus particulatim exponentur.

Novitiis recipiendis.

§.15. Ac quoniam noſtris, ut alterius ſaluti conſulant, cum proximis aſſidue converſandum eſt, volumus Novitios, ſecundum formam edendarum Conſtitutionum jam admiſſos, præter accuratam examinationem, per biennium ante probari, quam ad profeſſionem admittantur, qui a Præfectis, juxta modum in eiſdem Conſtitutionibus ſtatuendum, idonei exiſtimati fuerint, exacto biennio, profitebuntur.

Sacerdotum Habitu.

§.16. Veſtis erit pauperum, atque honeſtorum Sacerdotum nigri coloris, pallio autem, ac tunicæ dumtaxat, qui profeſſionem fecerint, aſſuetur, ad dexteram Crux oblonga ad palmi menſuram, ex panno caſtanei coloris, qui vulgo tanens dicitur.

Laicorum, & Sacerdotum numero.

§.17. Noſtri inſtituti ratio poſtulat, ut longe major eſſe debeat Laicorum, quam Sacerdotum numerus. Idcirco ſtatuimus, eos tantum eſſe ſacris ordinibus deſtinandos, quos Præfectus Generalis, atque una Conſultores, vel de eorum licentia alii Superiores, non aptos modo ad ipſos ſacros ordines, ſed etiam ad miniſterium noſtrum, ex Conſtitutionum præſcripto, congruentes, ac neceſſarios judicaverint.

 Idem-

Digitized by Google

Studentibus. §.18. Idemque ſervandum decernimus erga Clericos, qui ad ſtudium admitteotur, ii vero in eo ſe ea ipſarum Conſtitutiooum regulis exercebuot, ut ita literis vacent, ne mortificationis, & ægrotorum juvandorum (pront Præfectis viſum fuerit) ſtudia omittantur.

Locis recreationis. §.19. Propterea quod hæc exercitia cum diſciplina ſpirituali conjuncta, ærumnas, & incommoda afferunt, quodque gravia ſunt nobis, ac tetra loca frequentanda, experti ſumus, eorom tuendæ valetudinis cauſa, quæ bis officiis io Domioo functi fuerint, aliquo loco opus eſſe, ubi puro, libero, ac ſalubri aere, gravis odor, & putor conceptos expurgetur, noſtrique e multis laboribus, ac vigiliis reſpirent, quem etiam locum deſtinari cupimus noſtris ex invaletudine ſe reficientibus, quo citius afflictæ vires recuperentur. Quare ejoſmodi locum habere Congregatio poterit, idque fore interpretamur, ſalva, & integra, cui dediti ſomus, paupertate, ejos autem loci qualitas Conſtitutionibus definietur.

Novitiorum habitatione. §.20. Quibus præterea in Urbibus, & Oppidis Congregatio Novitios educabit, poſſit habitationem habere ſeparatam a profeſſorum domo.

Pontificia confirmatio ſupradictarum regularum. §.21. Cum antem, ſicut accepimus, in præmiſſis nihil, quod pium non ſit, aut ſalutare reperiatur, Nos ut Camillos, & Socii præfati in eorum pie viveodi propoſito, eo promptiores reddantur, quo ſe majori Sedis Apoſtolicæ gratia, & favore complecti animadverterint, & præmiſſa dictæ Sedis patrocinio communiri, & corroborari viderint, providere volentes, ac Camillum, & Socios prædictos a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes. Necnon dictarum literarum datam, ac præmiſſorum omnium, & ſingulorum veriores, etiam totos tenores, ac occaſiones, & cauſas, ac circumſtantias, etiam hic de neceſſitate exprimendas, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertia habentes, Moto proprio, non ad dictorum Camilli, & Sociorum præfatorum, aut aliorum pro eis Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ea certa ſcientia noſtra, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, præmiſſa omnia, & ſingula, tamquam ad ſpiritualem profectum animarum pertinentia, & opportuna, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur, & patrocinium adjicimos, & apponimus, omneſque, & ſingulos, tam juris quam facti, ac quarumcumque ſolemnitatum, etiam ſubſtantialium, hic forſan de neceſſitate exprimeodarum, & inſerendarum defectus, perpetuo ſupplemus.

Sub Sedis Apoſtol. protectione receptio. §.22. Dictoſque Camillum, & Socios, ac ipſam Congregationem, illiuſque membra omnia, nuoc & pro tempore in quibuſvis locis conſiſtentia ſob noſtra, & hujus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ac Beati Petri ſpeciali, & immediata protectione ſuſcipimus, & admittimus.

Licentia emittendi ſupradicta quatuor vota. §.23. Et nihilominus potiori pro cautela, Camillo, & Sociis præfatis, ac eorum cuilibet, ut quandocomque eis viſum fuerit, poſſint prædicta ſubſtantialia religioſæ vitæ, paupertatis, videlicet, caſtitatis, & obedientiæ, & pereonis miniſterii ægrotantium vota, juxta præfatæ formulæ tenorem emittere; Et Præfectus hac prima vice eligendus, in manibus cujuſcumque perſonæ in dignitate, ſeu adminiſtratione Eccleſiaſtica conſtitotæ, ſæcularis, vel cujuſvis Ordinis Regularis ſolemniter profiteri, & tam ipſe, quam alii pro tempore exiſtentes Præfecti, & Socii ejuſdem Congregationis, ſub nomine, & nuncupatione Clericorum Regularium Miniſtrantium Infirmis, io communi, & de communi viventes, in locis ſibi forſan jam conceſſis, vel in futurum concedendis, ſub dicta immediata, & ſpeciali protectione in unum habitare, & ex eis inter ſe Superiorem, Præfectum nuocupandom, eligere, ot præfertur, juxta eorum formolam bujuſmodi.

Et alios in Religionem recipient. §.24. Et quoſcumqoe alios Secnlares Clericos, quavis dignitate fungentes, ſeu Laicos, qui, Deo ioſpirante, ad hujuſmodi propoſitum, & communem vivendi modum ſeſe conſerre, & conformare voluerint, recipere, & poſt approbationem, juxta prædictam eorum formulam, ad hujuſmodi votorum profeſſionem, in manibus eorum Superioris, ſeu Præfecti emittendam, & ad communem vivendi modum admittere.

Statutaque faciendi. §.25. Necnon inter eos quaſcumque Conſtitutiones particulares, quas ad hujuſmodi Congregationis, ſeu Religionis finem, & Omnipotentis Dei gloriam, proximique utilitatem conformes eſſe, & conducere judicaverint, condere, & tam hactenus factas, quam in poſterum faciendas Conſtitutiones ipſas, juxta temporum, & locorum, ac rerum qualitatem, & varietatem mutare, alterare, ſeu in totum caſſare, & alias de novo condere, facere, & edere poſſint, & valeant, quæ poſtquam mutatæ, ſeu de novo conditæ, editæ, ac ab Urbis Vicario examioatæ, & approbatæ fuerint, eo ipſo, dicta Apoſtolica auctoritate, confirmatæ, & approbatæ, ac etiam de novo conceſſæ, etiam ſub quacumque data, per Præfectum, & ſeu alios Superiores dictæ Congregationis eligenda, ſint, & eſſe cenſeantur, dummodo tamen Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ipſiuſque Congregationis Regularibus ioſtitutis non contrarientur, quas, ut præfertur, ſine nova approbatione Sedis Apoſtolicæ, vel primo conditas, vel mutatas ſervare io omnibus teneantur, ſecundum ioſtitoti rationem.

Privilegiorũ conceſſio. §. 26. Necnon etiam eidem Camillo, & Sociis, ac pro tempore exiſtentibus Præfectis Generalibus, aliiſque omnibus, & ſingulis per-

Digitized by Google

perſouis dictæ Congregationis, ut omnibus, & ſingulis quibuſcumque, etiam ſpeciali nota dignis, Privilegiis, exemptionibus, Immunitatibus, Indulgentiis, facultatibus, libertatibus, auctoritatibus, Indultis, favoribus, prærogativis, conceſſionibus, & gratiis quorumvis, etiam Ciſtercien. Cluniacen. ac Sancti Benedicti Monachis, Clericis Regularibus, & Presbyteris Collegialibus Societatis Jeſu, & Canonicis Congregationis Lateranenſis, ac quibuſcumque aliis Clericis Regularibus, & aliorum, tam Meudicantium, quam non Mendicantium Ordinum, & Congregationum Fratribus, & perſonis, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, in ſpecie, vel in genere, etiam communicative, per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Sedem præfatam, quomodolibet conceſſis, quæ tamen ſint in uſu, nec ſub ullis revocationibus compræhenſa, neque decretis dicti Concilii, nec ipſius Congregationis Regularibus Inſtitutis contraria, & quibus illi, tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remiſſiones, & injunctarū pœnitentiarnm relaxationes, aut alias quomodolibet uti, potiri, frui, & gaudere poſſunt, aut poterunt quomodolibet in futurum, perpetnis futuris temporibus uti, potiri, frui, & gaudere, ac illorum omnium participes eſſe poſſint, & debeant pariformiter, & æque principaliter, abſque ulla prorſus differentia, perinde ac ſi Congregationi, Præfectis, Sociis, ac perſonis, & eorum Domibus, & Eccleſiis, vel Oratoriis hujuſmodi nominatim, & ſpecialiter, ac generaliter conceſſa fuiſſent.

Facultas Generalis omnes ſuoſ eos abſolvendi &c.

§. 27. Ac pro tempore exiſtenti Præfecto generali hujuſmodi, ut per ſe, vel alium ſeu alios, ad id per eum pro tempore deputatum, ſeo Deputatos, omneſque, & ſingulos ejuſdem Congregationis Socios, & perſonas ſub ejus obedientia, diſciplina, & correctione pro tempore degentes, ab omnibus, & ſingulis eorum peccatis, ante, vel poſt ingreſſum in dictam Congregatiunem, per eos commiſſis, necnon à quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis, & ſæcularibus Sententiis, Cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, non tamen nominatim, quomodolibet latis, & promulgatis, & hujuſmodi ſententiis innodatos, aut in locis Eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis, Divina Officia celebrantes, & ſuſcipientes, & Cenſuris hojuſmodi ſic ligatos, & propterea, aut alias ex quocumque capite, vel Cauſa, præterquam homicidii voluntarii, bigamiæ, ac membrorum mutilationem irregularitatem incurrentes, Apoſtolica auctoritate in foro conſcientiæ tautum abſolvere, nec non cum eis, ſi opus fuerit, etiam cum rehabilitatione, & abſterſione inhabilitatis, & infamiæ maculæ diſpenſare, ita tamen, quod ſic abſoluti, & diſpenſati pro tempore ſi hujuſmodi Congregatione quandocumque egrediantor, eo ipſo in priſtinas Sententias, & Cenſuras, à quibus eos abſolvi contigerit, relabantur, & reincidant.

Facultas omnium profeſſorum ſuſcipien. Ordines a quocumque Antiſtite.

§. 28. Ipſiſque Sociis, Fratribus expreſſe profeſſis Congregationis hujuſmodi, & eorum ſingulis, ut à quibuſcumque maluerint Catholicis Aotiſtitibus gratiam, & communionem dictæ Sedis habentibus, ad ſacros, etiam Præsbyteratus Ordines, ſub titulo Paupertatis Congregationis hujuſmodi promoveri, de licentia tamen Præfecti, ſen alterius eorum Superioris, ſecundum eorum Conſtitutiones, ipſique Antiſtites Ordines ipſos hujuſmodi Sociis, abſque obedientiæ, & omnia alia promiſſione, vel obligatione conſerre.

Facultas Generalis diſpenſandi ſuper defectu natalium.

§. 29. Ac dicto Præfecto Generali pro tempore exiſtenti, ſeu de illius licentia Præfectis inferioribus aliorum locorum, ſeu Provincialibus dictæ Congregationis pro tempore exiſtentibus, & illorum Vicariis, ac Locatenentibus, ut cum ejuſdem Congregationis perſonis defectum Natalium, etiam ex Adulterio, Sacrilegio, Inceſtu, & quovis alio nefario, & illicito, ac prohibito, & damnato coitu provenientem patientibus, poſtquam in dicta Congregatione Vota emiſerint, ut defectu hujuſmodi non obſtante ad quoſcumque ſacros, etiam Presbyteratus Ordines promoveri, & in illis in Altaris miniſterin miniſtrare, necnon ad quaſcumque adminiſtrationes, perſonatus, præeminentiatus, & Officia dictæ Congregationis eligi, admitti, & aſſumi, illaque gerere, & exercere.

Aliaque loca recipiendi.

§. 30. Ac Præfecto, & Sociis Congregationis hujuſmodi, ut quæcomque loca, & Domus ad inhabitandum eis donata, vel ab illis quomodolibet habita, in Domos, & Oratoria Ordinis, & Congregationis hujuſmodi erigere, facere, ſeu erigi, procurare, abſque nova dictæ Sedis deſuper obtinenda approbatione, libere, & licite poſſint, & valeant. Necnon ſi contiugat Præfectum, & Socios ipſos aliquam Domum, Eccleſiam, Oratorium, ſeu quemvis alium locum dictæ Congregationis ædificare, & conſtruere, ſeu id per alicujus perſonæ Teſtamentum mandari, vel quovis modo offerri Domum, Eccleſias, ſen Oratoria, vel loca hujuſmodi, cum omnibus ad id neceſſariis, & opportunis conſtrui, & ædificari, ac locum pro hujuſmodi cooſtructione oblatum recipi poſſe, ipſaſque Domos, Eccleſias, Oratoria, & Cellas ubilibet per dictos Socios pro tempore conſtructa, vel eis donata, eo ipſo, quo ædificata, vel donata fuerint, Apoſtolica auctoritate erecta, approbata, & confirmata, ac bona quæcumque pro Domorum, vel Oratoriorum hujuſmodi, vel Perſonarum inibi commorantium ſubſteotatione, & manutentione, per quoſcumq; Chriſtifideles pro tempore donata, relicta, & legata, eo ipſo, prædicta auctoritate, perpetuo applicata, & appropriata eſſe, & cenſeri, Eccleſiaſque, & Oratoria præfata cum Cœmeteriis per quoſcumque Epiſcopos, benedici, ſeu conſecrari, & quovis modo polluta reconciliari poſſint, & debeant perpetuo concedimus, & indulgemus, ſtatuimus, & ordinamus.

Appellatio a correctione prohibetur.

§. 31. Et volumus quod à correctione Re-

Regulæ Congregationis hujuſmodi, ſecundum ordinationes factæ, ut vigor diſciplinæ melius conſervetur, appellari, aut talis appellatio per ullum Judicem admitti, nec ab Officiis abſolutio, aut privatio per nullatenus poſſit.

Et impetratio Prælaturarũ.

§. 32. Nec Præfectus Generalis dictæ Congregationis pro tempore exiſtens, aliquam dignitatem extra Religionem, ſeu Congregationem ipſam, ſine ejuſdem, ſeu illius Congregationis expreſſa licentia, nec aliquis es Sociis hujuſmodi, abſque conſenſu dicti Præfecti Generalis, & expreſſa licentia, quæ dari non valeat, niſi ad id à Romano Pontifice per obedientiæ præceptum pro tempore fuerint coacti, Prælaturas, vel quamcumque aliam Dignitatem acceptare, vel ad illam aſſumi queat.

Et alteri quã Præfecto confitendi.

§. 33. Necnon, quod quilibet es Sociis Congregationis hujuſmudi peccata ſua proprio Præfecto, vel ab eo deputato, ſeu Deputatis, & alias, ſecundum ordinationes Congregationis præfatæ deſignatis, ſeu deſignandis, confiteri debeat, niſi ſuper hoc à dicto proprio Præfecto alium Confeſſorem eligendi facultatem habuerit.

Ad alioſque Ordines tranſeundi.

§. 34. Ac inhibemus, ne quis poſt emiſſa Vota, ſecundum Conſtitutiones, ſeu Ordinationes ejuſdem Congregationis, ad quemvis alium ordinem, etiam per Sedem præfatam approbatum (Cartuſienſium Ordine dumtaxat excepto) transferri: egreſſi vero alias, quam, ut præfertur, de Ordine, ſeu conſortio hujuſmodi, in nullo alio præterquam Cartuſienſium Ordine prędicto admitti, recipi, vel retineri poſſint.

Apoſtatæ coerceantur.

§. 35. Ipſi Præfectus Generalis, & alii inferiores Prępfecti ejuſdem Congregationis, per ſe, vel alios, illos ſic egreſſos, & alios quoſcumque dictæ Congregationis Apoſtatas, & etiam alios quoſvis inſolentes, & qui id mereri videbuntur, in quocumque habitu Apoſtatas præfatos contigerit reperiri, excommunicare, capere, incarcerare, coercere, & alias ſuæ diſciplinæ ſubmittere, nec non ad id, ſi opus fuerit, auxilium brachii ſęcularis invocare.

Congregationes laicorum recipi poſſint.

§. 36. Inſuper Præfecto Generali, vel de ejus licentia, aliis locorum Præfectis, ſeu Superioribus dictę Congregationis, etiam pro tempore exiſtentibus, ut in ſua Congregatione quoſcumque alios Sæculares, Laicos, Clericos, ſeu in Præsbyteratus Ordine conſtitutos aggregare, & adiicere, pro piis miſericordiæ, & charitatis operibus hujuſmodi exercendis, qui ſic aggregati, omnibus, & ſingulis Indulgentiis, & gratiis ejuſdem Congregationis gaudeant, & potiantur, & gaudere, ac potiri debeant, & illas conſequantur, dummodo ea opera faciant, & exerceant, quæ pro eiſdem Indulgentiis, & gratiis conſequendis fuerint præſcripta.

Divina Officia celebrentur.

§. 37. Necnon Præfecto Generali, & aliis Superioribus, necnon de eorum etiam facultate, univerſis Fratribus, & Sociis Congregationis Miniſtrantium Infirmis hujuſmodi, in Præsbyteratus Ordine conſtitutis, ut in locis ubi degunt, & eis pro tempore morari contigerit, habere Oratoria, & in eis Miſſas, & alia Divina Officia celebrare, ac Eccleſiaſtica Sacramenta recipere libere, & licite poſſint, & valeant reſpective, etiam concedimus, & indulgemus.

Exempti ab Ordinariorũ ſuperioritate juxta Concilii Trid. formam.

§. 38. Ipſamque Congregationem Miniſtrantium Infirmis, & univerſos illius Socios, & perſonas ſingulas, ac eorum bona, & res quaſcumque ab omni ſuperioritate, juriſdictione, correctione, & viſitatione, quorumcumque locorum Ordinariorum, & Epiſcoporum, ſalva tamen Decretorum dicti Concilii diſpoſitione, eximimus, & penitus liberamus.

Privilegia omnium Ordinũ.

§. 39. Necnon privilegia, Indulgentias, prærogativas, exemptiones, Immunitates, gratias, & Indulta, Monachis, & Fratribus, ac Societati Jeſu, & Canonicis, aliiſque perſonis ſupradictis, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus, tam in ſpecie, quam in genere, etiam communicative conceſſa, ut præfertur, ad Præfectum Generalem, etiam pro tempore exiſtentem, alioſque Socios, & etiam particulares Congregationis hujuſmodi Miniſtrantium Infirmis, perpetuo extendimus, & ampliamus, ac in eis locum habere, & ſuum plenarium effectum ſortiri debere decernimus, & declaramus.

Indulgentiæ.

§. 40. Et inſuper animarum profectui providere volentes, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sacra Communione refectis, qui dictam Congregationem pro tempore ingredientur, die primi illorum ingreſſus, & receptionis, ac emiſſionis profeſſionis, necnon, qui ſimiliter pœnitentes, & confeſſi, ſi id commode fieri poterit, ac dicta Communione refecti, in dicta Communione pro tempore deceſſerint, in eorum mortis Articulo, pręſertim in proximi ſubventionem, ratione peſtis, ſeu cujuſcumque alterius morbi contagioſi, in forma Jubilæi Anni Sancti Romæ concedi ſoliti: Necnon etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refectis in piorum operum miſericordiæ, & charitatis exercitio perſeverantibus, ſingulis primis diebus Dominicis cujuſlibet menſis, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus & elargimur. Ac eiſdem Sociis, & Religioſis dictæ Congregationis, & in ea aggregatis, ut etiam omnibus, ut præfertur, & ſingulis indulgentiis, quibus ipſimet Religioſi gaudent, & eos gaudere, ac potiri volumus, quotieſcumque Infirmis præſto fuerint, ac illos noctu viſitaverint, & curaverint, eorumque lectos faciendo, ac illis ad manducandum porrigendo, & auxiliando, ac diſponendo ad bene moriendum, & viam ſalutis, ac Doctrinam Chriſtianam illos docendo, ac denique omnia Officia charitatis, vel ſpiritualia, vel corporalia, quæ ad animarum ædificationem pertinent, exercendo, & Sacramenta Eccleſiaſtica adminiſtrando, cęteraque ſimilia præſtiterint pro quolibet præmiſſorum piorum operum,

nec

necnon omnibus, & ſingulis Officialibus, & Miniſtris, ac aliis perſonis dictæ Congregationis ob infirmitatē, vel propter obedientiam, ſeu alia de cauſa Domi remanentibus, ſi quinquies Orationem Dominicam, & toties ſalutationem Angelicam devote recitaverint, etiam viginti annos, & totidem quadragenas de eis iniunctis, & alias quomodolibet debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus. Ac quod omnes, & ſinguli utriuſque ſexus benefactores hujus Congregationis, poſſint eſſe participes omnium operum meritoriorum, quæ in Congregatione hujuſmodi pro tempore fient, etiam concedimus, & indulgemus.

Clauſula præſervativa.

§. 41. Decernentes eaſdem præſentes literas, ſub quibuſcumque ſimilium, vel diſſimilium indulgentiarum, vel aliarum gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam in favorem Baſilicæ Principis Apoſtolorum de dicta Urbe, ſeu Cruciatæ Sanctæ, aut etiam per nos, ſeu per alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac dictam Sedem, etiam Motu, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu ad quorumvis Imperatorum, & Regum inſtantiam, pro tempore quomodolibet factis, minime comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas eſſe, & cenſeri debere.

Clauſula ſublata &c.

§. 42. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deffiniri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores defenſores.

§. 43. Quo circa Venerabilibus Fratribus noſtris Oſtien., & Tuſculan. Epiſcopis, ac dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, per Apoſtolica ſcripta, Motu pari mandamus, quatenus ipſi vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, ubi, & quando expedierit, ac quoties pro parte Præfecti, & Sociorum prædictorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præinſertis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari. Non permittentes Præfectum, ac Socios præfatos deſuper à quoquam, quomodolibet moleſtari, ſeu inquietari, contradictores dicta auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Derogatio contrariorum.

§. 44. Non obſtantibus piæ mem: Bonifacii Papæ Octavi, etiam Prædeceſſoris noſtri, qua cavetur, ne Mendicantes loca ad inhabitandum recipere, ſeu recepta, mutare præſumant, abſque dictæ Sedis licentia ſpeciali, de prohibitione hujuſmodi expreſſam mentionem faciente. Nec non dicti Sixti Prædeceſſoris, ac Pictaven. Concilii, contra illegitimos, & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtra, de non concedendis indulgentiis ad inſtar, Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Ciſtercien. Cluniacen. Sancti Benedicti, Mendicantium, & Societatis Jeſu, & Canonicorum Lateranen. Ordinum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, quibuſvis perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros præfatos, ac Nos, & dictam Sedem, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ac quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam pluries, conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, Motu pari derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Fides tranſumptorum.

§. 45. Volumus autem, quod earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Canonici Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Eccleſiæ, ſeu perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus eiſdem adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Sanctio pœnalis.

§. 45. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, adjectionis, appoſitionis, ſuppletionis, ſuſceptionis, admiſſionis, conceſſionis, indulti, ſtatuti, ordinationis, exemptionis, liberationis, extenſionis, ampliationis, decreti, declarationis, relaxationis, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An. I. 21. Septembr. 1591.

Datum Romæ apud S. Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, undecimo Kalendas Octobris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

Con-

XLI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Decreti in Synodo Provinciali Valeutin. circa legata iu Teſtamento, ſeu alias a Defunctis relicta, & quartam funeralem.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

QUæ pro indemnitate Parochialium Eccleſiarum provide facta fuiſſe comperimus, ut diligenter, & accurate obſerventur, libenter approbamus, & alia deſuper ordinamus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Decretum Synodi Valentinæ.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus die vigeſima nona menſis Maii Anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo in Synodo Diœceſana Valentin. inter alia decretum, ſeu ſtatutum fuerit, quod de legatis, ſive in teſtamento, ſeu alias a defunctis factis Sedi, vel alicui Parochiarum Valentiæ non debeat dari quarta portio Parochiæ, cujus fuerit defunctus, niſi talia legata fuerint dimiſſa pro expenſis exequiarum ipſius defuncti, pro oblationibus, ſcilicet fiendis in ſepultura, pro duobus Cereis cujuſcumque formæ fuerint coram Cruce portandis, quia de omnibus iſtis quarta pars debeatur Parochiæ, ultra duos Cereos, qui laicis Parochiæ defuncti debentur, qui in ſuis exequiis deſervient, legaverit Eccleſiæ ſeu Monaſterio ubi ſepelietur, tali caſu de omnibus illis cujuſcumque formæ fuerint, ſive plures, ſive pauci, pars quarta debeatur Parochiæ defuncti. Si defunctus dimiſerit alicui Eccleſiæ, ſeu Monaſterio Vexilla, Tappeta ſerica, vel aurea, Calices, Cruces, aut alia quæcumque ornamenta, quæ ſolum in honorem, & cultum Dei, & Eccleſiæ deſerviunt, vel quantitatem aliquam ad ea faciendum, de iſtis non debetur portio quarta Parochiæ defuncti, ſed ſi talia fuerint dimiſſa, ut poſt obitum ipſius convertantur in uſum, vel utilitatem propriam Sacerdotum, vel fructum Eccleſiæ, ſeu Monaſterii ubi fuerit ſepultus; ſi talis dimiſſio ſortitur ſuum effectum, tunc de hiis debetur, & ſolvatur portio quarta: ſi defunctus dimiſerit pecuniam, vel Miſſas alicui Eccleſiæ, ſeu Monaſterio, & etiam dimiſerit ſuæ Parochiæ, in qua ſepultus fuerit aliquid de prædictis legatis, tunc non debetur portio quarta dictæ Eccleſiæ de legatis aliarum Eccleſiarum, ſi vero non fecerit mentionem de Parochia ſua, in qua ſepultus eſt, tunc de melioribus legatis aliis Eccleſiis relictis, primo dentur ſibi uuum, quia Mater defuncti fuerit, ubi Eccleſiaſtica Sacramenta, & ſepultura ſibi fuerunt miniſtrata. Si defunctus elegerit ſepulturam in aliquo Monaſterio, ſeu Eccleſia, quæ non fuerit Sedes Valentin., nec aliqua Parochiarum ejuſdem, & dimiſerit illi Monaſterio, ſeu Eccleſiæ ratione ſepulturæ ibi electæ centum, & ſuæ Parochiæ dimiſerit decem pro canonica portione ſibi debita, tunc de illis centum debent ſuperaddi Parochiæ quindecim pro complemento viginti quinque, quæ dictæ Parochiæ debentur pro quarta portione dictorum centum. Si autem talis abſolute legaverit dictæ Parochiæ decem non intentione ſolvendi dictam quartam portionem, tunc integre percipiat dictos decem, & ultra hoc viginti quinque pro ſua quarta portione. Et hoc fuit inductum in compenſam damnorum, quæ Sedis, & Parochiæ prædictæ ſuſtinent propter licentiam, ſeu privilegium, quod habent audiendi confeſſiones, & recipiendi ad ſepulturam Parochianos dictarum Eccleſiarum Parochialium; Si quis elegerit ſepulturam in aliena Diœceſi, & quod de jore non ſit ſolvenda quarta portio Parochiæ defuncti; tamen quia talis fuit, & eſt conſuetudo in Valentin. Diœceſi, ſi evenerit caſus, quarta pars debet ſolvi Parochiæ dicti defuncti.

Confirmatur a Pontifice.

§.2. Nos de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Decretorum Concilii Tridentini Interpretum, quibus hoc negotium diligenter videndum, & examinandum, ac nobis referendum commiſimus, Decretum, ſeu ſtatutum hujuſmodi, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus.

Explicatio ſuper eſformatione Quartæ funeralis.

§.3. Declarantes, quod dum cavetur, quod ſi defunctus aliquid propriæ Parochiæ legaverit, ei quarta portio de rebus alteri Parochiæ relictis non debeatur, id ita expreſſe intelligendum, cum id, quod propriæ Parochiæ legatum fuit, ad integram quartam aſcendat, alioquin ex legatis alteri Parochiæ, ſeu Eccleſiis relictis, decernimus faciendam eſſe ſuppletionem.

Clauſula.

§.4. Nec non ſic examinatum, & correctum, ac per præſentes approbatum, & confirmatum decretum, ſeu ſtatutum hujuſmodi ab omnibus, & ſingulis quavis auctoritate, dignitate, & honore fungentibus, quos illa quomodolibet concernunt, & concernent in futurum, & ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari mandamus, & jubemus, ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubicumque judicari, & deffiniri debere. Irritum quoque, & inane decernimus, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel iguoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus quibuſvis ſtatutis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis, quoque indultis, & literis Apoſtolicis, quomodolibet in contrarium conceſſis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Quocirca Venerabili Fratri noſtro nunc, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Valentin. ſeu ejus Officiali aucto-

auctoritate Apoſtolica mandamus, quatenus dictum decretum ſic examinatum, correctum, approbatum, & confirmatum ab omnibus illis, quos illud concernit, & concernet in futurum, etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis auctoritate noſtra obſervari faciat, cogat, & compellat. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas, eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato ad hoc etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Fides tranſumptorum. §.6. Cæterum quia difficile foret &c.

Dat. die 14. Septem. 1591. An.I. Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Septembris 1591. Pontificatus noſtri An.I.

XLII.

Confirmatio gratiarum, & indultorum Eremi Camaldulenſis, Congregationiſque dicti Eremi, & Sancti Michaelis de Murano Ordinis Camaldulen. ſub Regula Sancti Benedicti: Cum privilegiorum, quibuſcumque aliorum Religioſorum, etiam Mendicantium Ordinibus conceſſorum, & concedendorum, communicatione.

Alia de hoc Ordine Camaldulenſi, vide in Conſtitut. XXVIII. Alexandri II. Nulli. *Tom.II. fol.*19. *Privilegia autem ſigillatim vide in Alexandr. IV. Conſtitut. XLIV. Tom.III. fol.*286. Officii, *& in Leon.X. Conſtit.II.* Etſi *Tom.III. Par.III. fol.*353. *ac Pii V. Conſt.LVIII.* Etſi mendicantium *Tom.IV. Par.II. fol.*373.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. EX injuncto Nobis deſuper Apoſtolicæ ſervitutis officio, ad ea, quæ a Prædeceſſoribus noſtris pro Eccleſiaſticarum præſertim Regularium perſonarum, quæ ſub ſuavi Religionis jugo, Altiſſimo famulantur, directione, & tranquillitate, ſtatuta, & conceſſa fuerunt, conſervanda, & augenda, libenter inducimur, ut Apoſtolicis gratiis, & favoribus circumſepti, & muniti, cum majori quiete, ac devotionis fervore, ſub regularis vitæ obſervantia, ac Monaſtica diſciplina, vivere, ac Deo Optimo Maximo preces fundere liberius valeant.

Plures Romani Pontifices Congregationi indulta conceſſerunt. §.1. Sane pro parte dilectorum filiorum Generalis, & Viſitatorum, ac Prioris Eremi, necnon Congregationis ejuſdem Eremi, & Sancti Michaelis de Murano Camalduleu. Ordinis, Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod alias fælicis recordationis Leo Decimus, Clemens Septimus, Paulus Tertius, Julius etiam Tertius, Gregorius Decimus tertius, & Sixtus Quintus, ac alii etiam Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri, tunc exiſten. Generali, & Viſitatoribus, ac Priori Eremi, nec non Congregationis ejuſdem Eremi, & Sancti Michaelis de Murano, diverſa privilegia, facultates, & indulta, ac gratias ſpirituales, & temporales conceſſerunt, omniaque, & ſingula privilegia, indulta, facultates, & gratias, ac conceſſiones ipſis, ac perſonis, domibus, & bonis eorumdem eatenus, tam Apoſtolica, quam Ordinaria, Imperiali, vel Regia auctoritatibus quomodolibet conceſſa, & conſuetudine legitime præſcripta, acquiſita, Apoſtolica auctoritate, certis modo, & forma confirmaverunt.

§.2. Ac inter alia ſtatuerunt, & voluerunt, quod Monaſteria, Prioratus, Eccleſiæ, Hoſpitalia, Capellæ, & loca dicti Ordinis, & Congregationis, tunc, & pro tempore exiſtentia, ac eorum quodlibet, nec non Abbates, Priores, Abbatiſſæ, Fratres, & Sorores, ac perſonæ in eis degentes, in jus, & protectionem Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ, ac ſub eorum, & ſua protectione eſſent. Et loca ejuſdem ſub Sedis Apoſtol. protectione ſuſceperunt.

§.3. Eademque Monaſteria, Eccleſiæ, Prioratus, & loca mannalia, granciæ, poſſeſſiones, & bona, ac Prælati, & perſonæ Congregationis prædictæ, ab omni impoſitione, exactione, collecta, decima, charitativo ſubſidio, ac alio quocumque reali, ac perſonali, mixto munere, vel gravamine, omnino immunes eſſent, & exempti. Exemeruntque ab omni collecta, decima &c.

§.4. Statuto præterea, quod omnia, & ſingula Monaſteria, Hoſpitalia, Prioratus, & beneficia eccleſiaſtica, & loca eidem Congregationi unita, & aggregata, ſeu in poſterum aggreganda per quoſcumque, cujuſvis dignitatis fuerint, in titulum, vel commendam obtenta, cum primum per ceſſum vel deceſſum illa obtinentium vacarent, ad eumdem Ordinem effectualiter reverterentur, & Congregationi prædictæ hujuſmodi pleno jure, & cum effectu aggregarentur, poſſentque Prælati, & alii, qui beneficia, & loca aliqua dicti Ordinis, in titulum vel commendam haberent, titulo, & adminiſtrationi dictorum locorum, in manibus Generalis, & Capituli cedere qui poſſeſſiones hujuſmodi admittendi poteſtatem habere intelligerentur ad hoc, ut eidem Congregationi unirentur, & effectualiter aggregarentur, ita tamen, ut loca, quæ ſic applicari contingeret, Monacis dictæ Religionis juxta eorum inſtituta concedenda, debitis propterea non fraudarentur obſequiis, ſed per Prælatos Monaſteriorum, vel locorum, quibus applicata forent, & annexa, onera, & officia conſueta implerentur. Beneficia ómnia Congregationi unita, per ejus Prælatos conferri mandarunt.

§.5. Inſuper ſtatuerunt, & ordinarunt, quod ejuſdem Congregationis, & Ordinis Prælatorum numerus augeri non poſſent, nec plures eſſent quam ſeptem, qui eſſent ejuſdem Monaſterii profeſſi, excepto tamen Generali, qui in dicto numero non comprehenderetur. Prælatorum ejuſdem Monaſterii profeſſorum numerum taxarunt.

§.6. Ac præterea eidem Generali pro tempore exiſtenti, ut Monachos, ac Moniales d. Congregationis, a quibuſvis etiam majoris excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, Generali poteſtatem abſolvendi Monachos &c. ampliſſimam dederunt.

Digitized by Google

tiis, cenſuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus pro tempore irretiti forent, etiamſi illorum abſolutio dictæ Sedi ſpecialiter, vel generaliter reſervata foret, ſatisfacto tamen iis, ad quorum inſtantiam cenſuræ ipſæ forſan emanaverant, ac a quibuſvis irregularitatibus tam de jure, quam ex ipſius Eremi Conſtitutionibus, & regularibus inſtitutis, quomodolibet provenientibus, & quibuſcumque aliis peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talibus, quod de illis eſſet Sedes prædicta merito conſulenda, & dictæ Sedi qualitercumque reſervatis, exceptis contentis in Bulla in die Cœnæ Domini legi conſueta, quoties opportunum foret, eorum confeſſionibus diligenter auditis, abſolvere, ac eis pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere, ac ſe ipſum, etiam a quocumque alio Prælato, vel Eremita Sacerdote vices ſuas illi committendo, abſolvi facere libere, & licite poſſet, facultatem conceſſerunt.

Priori, & Eremitis Camaldulen. omnia indulta Eremi S. Romualdi communicarunt.

§.7. Eidemque Priori, & Eremitis Eremi hujuſmodi, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, indultis, conceſſionibus, indulgentiis, & gratiis, Eremitis S. Romualdi, alias de Maſſalio in genere quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, ac quibus Eremitæ Congregationis S. Romualdi hujuſmodi utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poterant quomodolibet in futurum, uti, gaudere, & potiri, libere, & licite poſſent.

Dubiaque deſuper oriunda, in favorē Congreg. interpretari decreverunt.

§.8. Et quod quicquid dubii in dictis privilegiis, conceſſionibus, & gratiis emerſerit, id, data verborum ambiguitate, ac juris peritorum interpretatione, in favorem Congregationis, & locorum particularium ejuſdem interpretari deberet, ſtatuerunt, & ordinarunt, prout in diverſis dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis literis, & ordinationibus vivæ vocis oraculo factis, plenius continetur.

Hic modo Pontifex prædicta omnia confirmat.

§.9. Quare pro parte Generalis, & Viſitatorum, ac Prioris Eremi, necnon Congregationis ejuſdem Eremi, ac S. Michaelis de Murano hujuſmodi nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſingulis prædictis, cæteriſque in eiſdem literis contentis robur noſtræ approbationis adjicere, & alias in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eoſdem Generalem, & Viſitatores, ac Priorem Eremi, necnon Congregationem ejuſdem Eremi, & S. Michaelis de Murano, ac ſingulares perſonas Monaſteriorum, & locorum eorumdem, ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, precibus etiam Venerabilis Fratris noſtri Ptolomæi Epiſcopi Tuſculanen. S.R.E. Cardinalis Comenſis nuncupati, ejuſdem Ordinis, & Religionis Camaldulenſis Protectoris inclinati, eoſdemque Generalem, Viſitatores prædictos a quibuſvis excommunicationis, & cenſuris abſolventes, ac ſingularum literarum predictarum veriores tenores, acſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, ceſſiones, uniones, aggregationes, & incorporationes ſingulorum Monaſteriorum, Eccleſiarum, Hoſpitalium, beneficiorum, & locorum quorumcumque, in eiſdem Prædeceſſorum literis, & præſertim Leonis X. expreſſorum, eidem veſtræ Congregationi vigore eorumdem Indultorum Apoſtolicorum, & facultatum hujuſmodi hucuſque factas, & quæ effectum ſortitæ ſunt, ratas, & validas, ac efficaces exiſtere, decernimus, & declaramus. Necnon uniones, & aggregationes hujuſmodi, ac omnia, & ſingula privilegia, facultates, & indulta præmiſſa, prout expreſſa ſunt, necnon omnia, & quæcumque alia privilegia, indulta, conceſſiones, exemptiones, immunitates, facultates, & gratias tam ſpirituales, quam temporales, Generali, Viſitatoribus, Priori, & Congregationi, ac Ordini prædicto, necnon Monaſteriis, Eccleſiis, domibus, & locis, illorumque ſingularibus perſonis, tam per dictos Prædeceſſores, quam alias quomodolibet dicta auctoritate Apoſtolica conceſſa, necnon ſingulas dictorum Prædeceſſorum literas, ac omnia, & ſingula in illis contenta, & inde ſecuta quæcumque quatenus ſint in uſu, & prout hactenus obſervata fuerunt, Apoſtolica auctoritate prædicta, ex certa noſtra ſcientia tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque perpetuæ, ac inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos, tam juris quam facti, ac ſolemnitatum quarumcumque quomodolibet omiſſarum, alioſque defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus, unioneſque, & aggregationes, ac omnia alia, & ſingula præmiſſa, & in eiſdem literis contenta, & comprehenſa, ac ſuperius expreſſa, eiſdem Generali, Viſitatoribus, Priori, & Congregationi, ac Ordini prædictis, eorumque perſonis, & Miniſtris, & cuilibet eorum, auctoritate, & tenore prædictis, etiam de novo, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine perpetuo concedimus, & indulgemus.

Ordinariis ut in prædictis Congregationi faveant jubet.

§.10. Ac diſtrictius præcipiendo mandamus, quibuſvis Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac locorum Ordinariis quibuſcumque, ut ſuper privilegiis, exemptionibus, Immunitatibus, facultatibus, & gratiis hujuſmodi, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, eoſdem Generalem, & Abbates, etiam ratione Viſitationis, correctionis, aut alio quovis prætextu, etiam reſpectu Monaſteriorum Monialium ejuſdem Ordinis, ſub cura, & gubernio Generalis, & Abbatum prædictorum exiſtentium, ullatenus moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, vel præſumant.

Indulta quorumcumque Regularium Congregationi elargitur.

§.11. Ac præterea volentes, eoſdem Generalem, Viſitatores, Priorem Eremi, necnon Congregationis ejuſdem Eremi, ac hujus S. Michaelis de Murano, ac Ordinem prædictum Camaldulenſem amplioribus favoribus, & gratiis proſequi, eiſdem Generali Viſitatoribus, Priori, Monaſteriis, Domibus, & lo-

& locis Ordiuis, & Congregationis prædictæ, omnia, & ſingula privilegia, prærogativas, conceſſiones, Juriſdictiones, cautelationes, favores, facultates, declarationes, depoſitiones, Immunitates, exemptiones, Indulta, cujuſcumque generis exiſtentia, necnon Indulgentias, etiam plenariam, ac peccatorum remiſſiones, cœteraſque gratias ſpirituales, & temporales, quibuſvis aliis Regularium Congregationum Ordinibus, eorumque Monaſteriis, tam virorum, quam Mulierum, eorumque Generalibus, Abbatibus, aliiſque Superioribus, & perſonis eorumdem, in quibuſcumque Mundi partibus eſiſtentibus, alias quomodolibet conceſſa, & concedenda, ac quibus de jure, uſu, conſuetudine, vel privilegio, aut conceſſione Apoſtolica, Regia, Imperiali, Archiepiſcopali, Epiſcopali, in genere, vel in ſpecie, tam coniunctim, quam diviſim, etiam per viam communicationis, & extenſionis alii quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere quomodolibet poſſint, & poterunt in futurum, etiamſi talia ſint, vel fuerint, quæ ſpecialem, & individuam requirerent mentionem, ſeu in præſentibus de verbo ad verbum inſertionem, & particularem conceſſionem eiſdem auctoritate, & tenore perpetuo communicamus, eſtendimus, & concedimus. Ita quod iidem Generalis, Viſitatores, Monaſteria, & loca prædicta, ut præfertur, ac eorum Prælati, Fratres, & perſonæ prædictæ, ac eorum res, & bona, ſub eorum cura, & ſecundum ejuſdem Congregationis inſtituta, nunc, & pro tempore viventes, & exiſtentes, & præmiſſis omnibus, & ſingulis æque pariformiter, & abſque alia penitus differentia, perinde, ac ſi illis, & eorum ſingulis perſonaliter, & ſpecialiter, & espreſſe, ac nominatim, necnon ad inſtar conceſſa eſſent, in quantum eidem Congregationi expediant. (dummodo ejuſdem Congregationis Regularibus Ordinibus, ejuſque gubernio, privilegiis, Conſtitutionibus, & diffinitionibus non adverſentur) uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite poſſint, & valeant.

Prælatorum numerũ ejuſdem Monaſterii profeſſorũ auget.

§. 12. Inſuper cum ejuſdem Ordinis, & Congregationis Prælati, qui ſint ejuſdem Monaſterii profeſſi, plures quam ſeptem, excepto Generali, qui in dicto numero non computatur, Ordinationibus Apoſtolicis minime eſſe valeant, tenore præſentium, eadem Apoſtolica auctoritate numerum Prælatorum dictæ Congregationis augemus. Ita quod futuris temporibus octo Prælati ejuſdem Monaſterii profeſſi (excepto Generali, quem in dicto numero volumus non comprehendi) eſſe poſſint, & valeant, ac præſertim in his dictæ ſuæ Congregationis Monaſteriis, & Eccleſiis, videlicet Sanctæ Mariæ à Puteo Stratæ Taurinenſis, S. Viti in Carcubio Mediolanen., Sanctorum Catherinæ, Romualdi Cremonen., necnon S. Auguſtini de Baſſiano de Abrutio, & etiam Sancti Nicolai de Cornu ejuſdem Provinciæ Abrutii Pennen. ſuos Abbates, & Prælatos eligere, deputare, ac inſtituere, ut in aliis ſuis Monaſteriis dictæ Congregationis, poſſint, & valeant.

Clauſula ſublata &c.

§. 13. Decernentes ſic, & non aliter per quoſcumque Judices, quavis auctoritate fungentes, etiam locorum Ordinarios, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, Sedis Apoſtolicæ Nuncios, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deffiniri debere. Irritum quoque, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputatio.

§. 14. Et nihilominus eidem Venerabili Fratri noſtro Ptolomæo Epiſcopo Tuſculan. S. R. E. Cardin. Comenſi ejuſdem Congregationis, & Ordinis Protectori, nunc, & pro tempore eſiſten., ac dilecto filio curiæ cauſarum Cam. Apoſtolicæ Generali Auditori, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Generalis, Viſitatorum, Prioris Eremi, & Congregationis prædictæ, aut alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter obſervari, ac plenum effectum ſortiri, nec non Generalem, Viſitatores, Abbates Priores, & Monachos prædictos, & eorum ſingulos omnibus præmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos, & eorum quemlibet deſuper contra præſentium tenorem, ſub quovis prætextu, etiam ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, etiam defectu intentionis noſtræ, per quoſcumque quomodolibet moleſtari, perturbari, vel impediri. Contradictores quomodolibet, & rebelles, etiam per ſententias, Cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti, remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo. Legitimiſque ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 15. Non obſtan. noſtra de non concedendis indulgentiis ad inſtar, ac fæl. rec. Bonifacii Papæ Octavi Prædeceſſoris noſtri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliiſque Apoſtolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpiritualibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, conſuetudinibus, declarationibus, inhibitionibus, & Decretis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Legatis, Nunciis, & Ordinariis, ac Congregationibus, & Ordinibus prædictis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſq; effi-

efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & Decretis irritantibus, in genere, vel in ſpecie, per quoſcumque Rom. Pont. Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam Motu ſimili, & Conſiſtorialiter, aut alias quomodolibet conceſſis, & etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, & formis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, acſi de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, etiamſi in eis caveretur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & formis derogari poſſit, aliorum omnium, & ſingulorum tenores, acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie ad effectum præmiſſorum derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim, ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujuſmodi mentionem,

Clauſulæ præſervativæ.

§. 16. Volumus autem, ut præſentibus noſtris literis, per quaſcumque revocationes, ſeu Apoſtolicas Conſtitutiones, ſub quibuſcumque verborum formis, etiamſi Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ Poteſtatis plenitudine emanaverint, derogari non poſſit, niſi eorumdem privilegiorum, & præſentium totus tenor de verbo ad verbum inſeratur, ac de omnibus, & ſingulis, dictæ Congregationis Monaſteriis nominatim, ſpecifica mentio fiat.

Tranſumptorum fides.

§. 17. Quodque earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Prælati dicti Ordinis, aut Protectoris, ac Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo dictæ Congregationis, aut alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, in judicio, & extra, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. I. 24. Septembr. 1591.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 24. Septembris, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Pontificatus noſtri Anno primo.

XLIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Inveſtituram Comitatus de Montaſſia favore Franciſci Sfondrati factam ab Archiepiſcopo Taurinenſi confirmat, impoſito Partibus perpetuo ſilentio.

GREGORIUS PAPA XVI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romanum Pontificem ſpectat, dubia quæcumque removere, ob quæ lites, & diſcordias oriri poſſe verendum eſt, ut inde quieti, & concordiæ nobilium præſertim perſonarum opportune conſulatur.

Poſt mortem Comitis de Montaſia Gregorius XIII. hujus Comitatus poſſeſſionem capi mandavit.

§. 1. Sane cum alias per obitum quondam Ludovici Comitis de Montaſſia, qui dictum Comitatum in Feudum perpetuum, durante ejus linea maſculina, ab Eccleſia Metropolitana Taurinenſi obtentum poſſidebat, eo quod ſine filiis maſculis deceſſerit, ad Eccleſiam ipſe Comitatus devolutus fuerit, & fel. record. Gregorius Papa Decimuſtertius Prædeceſſor noſter ejus poſſeſſionem appræhendi fecerit, licet dilectus filius noſter Hieronymus tituli Sancti Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis de Ruvere Archiepiſcopus Taurinen. Jus inveſtiendi de dicto Comitatu ad ſe tanquam Eccleſiæ Taurinen. Archiepiſcopum ſpectare prætenderet, ſuper quo diu in Romana Curia diſputatum fuit.

Archiepiſcopus Taurinenſis jus inveſtiendi ad ſe ſpectare prætendit.

Cumque noviſſime Nos ad Apoſtolatus apicem divina diſponente clementia aſſumpti liti hujuſmodi adhuc indeciſæ pendenti finem imponere volentes, per ipſum Hieronymum Cardinalem, uti Archiepiſcopum Taurinenſem inveſtituram de dicto Comitatu fieri conſenſerimus, idemque Hieronymus Cardinalis, & Archiepiſcopus dilectum filium nobilem Virum Franciſcum Sfondratum noſtrum ſecundum carnem Nepotem de prædicto Comitatu, quem Nos in Marchionatum ereximus, inveſtiverit, prout in publicis Documentis, ac literis noſtris Apoſtolicis ſuper hoc confectis plenius continetur.

Et Franciſcũ Sfondratum inveſtit.

Hanc Inveſtituram confirmat Gregorius.

§. 2. Cumque, ſicut accepimus nonnullæ ipſius Ludovici Filiæ prætendant, inveſtituram in eas uti ejuſdem Ludovici Comitis proximiores fieri debere, & propterea jam forſan litem ſuper hoc intentaverint, ſeu intentare jactent; Nos omnem ſuper præmiſſis litium amfractum de medio tollere volentes, ac inveſtituræ, ſcripturarum, & literarum prædictarum tenores, litiſque, & cauſæ hujuſmodi quatenus jam intentata ſit, ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina collitigantium præſentibus pro expreſſis habentes, eamdemque litem, & cauſam a quibuſcumque Judicibus ad Nos harum ſerie avocantes, illamque penitus extinguentes, motu proprio, non ad Franciſci Marchionis, aut alicujus alterius pro eo Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, inveſtituram in perſonam dicti Franciſci Marchionis de dicto Marchionatu Montaſſiæ factam, ac inde confecta inſtrumenta, ſcripturas, & literas, in eiſque contenta, ac inde ſecuta quæcumque, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, etiam ſubſtantiales, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus, ipſamque inveſtituram ſic factam ſuum plenarium effectum omnino for-

ſortiri, ac perpetua firmitate ſubſiſtere debere, perinde acſi nulli ejuſdem Ludovici Comitis prorſus liberi, aut proximiores, qui ipſam inveſtituram ipſis tanquam ejuſdem Lodovici Comitis proaimioribus fieri prætendere poſſent, exiſterent, declaramus.

Et in d. Franciſcum Sfondratum jus Ludovici cōſanguineis cōpetens transfert.

§.3. Et nihilominus omne Jus, omnemque actionem ipſis filiabus, aut aliis Ludovici Comitis proximioribus competentem in ipſum Franciſcum Marchionem transferimus, perpetuumque ſuper præmiſſis omnibus dictis Ludovici Comitis filiabus, & cuicumque alteri ipſius proximiori ſilentium imponimus.

Clauſulæ.

§.4. Inveſtituramque ſic factam nullo unquam tempore invalidari, retractari, infringi, in Jus, vel controverſiam revocari, præſenteſque literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut contra præmiſſa aliquid Juris, vel gratiæ remedium, etiam ex eo quod prædictæ Ludovici Comitis filiæ, vel alii proximiores, aut alii intereſſe habentes, vel prætendentes præmiſſis non conſenſerint, neque ad ea vocati fuerint impetrari poſſe; ſicque in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, & auctoritate judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus noſtra de non tollendo Jure quæſito, ac piæ memoriæ Simmachi, & Pauli Secundi, ac Pii Quinti, & aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, ſeu de non infeudandis, aliiſque quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Taurinen., etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, legibus quoque Pontificiis, Imperialibus, & municipalibus, privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innovatis, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die prima Octobris An.I.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 1. Octobris 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

XLIV.

Moderatio Indultorum S.R.E. Cardinalium, ſuper collatione Beneficiorum.

Aliam moderationem edidit Pius V. in ejus Conſtit. LV. Sanctiſſimus. *Tom. IV. Par. II. fol.* 368.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & D.N.D. Gregorius Divina Providentia Papa XIII. ea quibuſdam contra diſpoſitionem iuris communis S. R. E. Cardinalibus, ſuper Collatione Beneficiorum Eccleſiaſticorum, apud Sedem Apoſtolicam Vacantium conceſſis Indultis, & facultatibus, ſæpenumero impeditus, quo minus ſolitam Sedis hujus benignitatem erga pauperes, & benemeritos liberaliter exercere poſſit, ac ſimul volens litibus obuiare, quæ ſuper illorum interpretatione oriuntur, fælic. recor. Pii Papæ V. ſui prædeceſſoris veſtigiis in hac parte inhærendo.

Moderatio indultorũ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinaliũ ſuper collatione beneficiorum.

§. 1. Omnia, & quæcumque Indulta, conceſſiones, facultates, & privilegia, conferendi quæcumque apud Sedem Apoſtolicam Vacantia, aut in poſterum vacatura Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura, & ſine cura, ſæcularia, & quorumvis Ordinum Regularia, quomodocumque qualificata, ad collationem, proviſionem, præſentationem, Electionem, & quamcumque aliam diſpoſitionem, tam dictorum Cardinalium ratione Patriarchalium, Metropolitan., [& aliarum Cathedralium Eccleſiarum, non tamen earum, quibus in titulum, aut denominationem ſui Cardinalatus præſunt, circa quæ aliquid de novo diſponere non intendit, necnon Monaſteriorum, Prioratuum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, quæ quomodolibet obtinent, & in poſterum obtinebunt, ac etiam quorum collatio, proviſio, & quævis alia diſpoſitio illis ex cauſa factæ per eos ceſſionis, regiminis, & adminiſtrationis, ſeu commendæ, aut reſignationis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum hujuſmodi Beneficiorum, Apoſtolica auctoritate reſervata &c. exiſtit, vel in poſterum reſervabitur; quam etiam aliorum quorumcumque inferiorum collatorum, aut collatricum, coniunctim, vel diviſim, de jure, privilegio, conſuetudine, aut alias quomodolibet pertinentia, ac etiam illa commendandi, ac alias de eis diſponendi, vel de conſenſu ipſorum Cardinalium requirendo in proviſione eorumdem Beneficiorum apud Sedem prædictam, ut præfertur vacantium, per Sanctitatem ſuam facienda, & quod ſine conſenſu hujuſmodi factæ proviſiones, aut quævis aliæ diſpoſitiones nullæ, & irritæ ſint, omnibus, & ſingulis Cardinalibus prædictis per quoſcumque Romanos Pontifices, ac Sanctitatem ſuam, & dictam Sedem, etiam Motu proprio, & ea certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & Conſiſtorialiter, ac etiam ea pactis inter dictos Pontifices, & Cardinales diverſis temporibus factis, firmatis, & juratis, ac quibuſvis oneroſis, & aliis cauſis conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus approbata, innovata, ac extenſa, quibuſcumque concepta formulis, ac etiam reſtitutivis, mentis atteſtativis, præſervativis, derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, necnon vim contractus inducentibus, ac irritanti, & quod ſine eorum conſenſu derogationes pro tempore factæ nemini ſuffragentur, aliiſque Decretis ſuffulta, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi

Digitized by Google

beri voluit pro expreſſis, ſpecialiter, & expreſſe revocavit, literaſque Apoſtolicas deſuper confectas, & quo ad ea, in quibus illa effectum oondum ſortita erant, & inde ſecuta quæcumque caſſavit, annullavit, vireſque, & effectum de cœtero non habere decrevit.

Declaratio.

§. 2. Salva tamen remanente facultate conſcoſus per ipſos Cardinales in proviſionibus Apoſtolicis Beneficiorum per obitum familiarium continuorum commenſalium corumdem Cardinalium, etiam apud Sedem prædictam Vacantium, præſtandi, juxta formam Regulæ Cancellariæ Apoſtolicæ ſuper hoc editæ, & in caſibus, tantum in ipſa Regula expreſſis. Volentes ulterius, quod eadem Beneficia, per obitum familiarium continuorum commenſalium eorumdem Cardinalium poſt hac, tam apud eamdem Sedem, quam extra Romanam Curiam Vacantia, etiamſi ad alicujus alterius Cardinalis collationem, vel aliam diſpoſitionem pertinere deberent, etiamſi tunc ceſſent aliæ Apoſtolicæ reſervationes haſtenus editæ, oihilominus in poſterum diſpoſitioni Sanctitatis Suæ reſervata cenſeantur. Itaut in proviſionibus talium Beneficiorum ſuper expeditionibus literarum illius Cardinalis, cujus familiaris defunctus extitit, ſi ipſe Cardinalis tunc præſens in eadem Curia fuerit, conſenſus requiri omnino debeat, non autem Beneficia hujuſmodi ad collationem, ſeu quamvis aliam diſpoſitionem Cardinalis ordinarii, ullo modo pertineant, nec ejuſdem Cardinalis ordinarii collatoris, etiamſi in Romana Curia præſens fuerit, conſenſus quoquo modo requiratur, Eaſdemque Conſtitutiones, & Regulas Cancellariæ, etiam declarationis ſuper Beneficiis familiarium prædictorum Cardinalium editas, tam quo ad Cardinales indulta hujuſmodi habentes, quam non habentes, atque adeo indulta ipſa ad termioos præſentis Conſtitutionis reduxit, & moderatus fuit.

Decretum irritans.

§. 3. Decernens ſic in iis, cœteriſque, omnibus præmiſſis per quoſcumque &c., etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & eoſdem Cardinales, ſublata &c. oec non irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his per quoſcumque, etiam prætextu facultatom, Indultorum, & conceſſionum hujuſmodi, ſcienter, vel ignorauter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 4. Prædicta, & quibuſvis aliis Regulis, Conſtitutionibus, & Ordinatiooibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis, quibuſcumque non obſtantibus.

Placet publicetur, & deſcribatur. N.

XLV.

Declarat Terras, Prædia, Feuda &c., quæ prius decimas Univerſitati Salamantinæ ſolvere tenebantur, ab hac ſolutione non eximi, ſi in poſſeſſionem Monaſteriorum, aut Collegiorum tranſeant.

GREGORIUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium ab utilitate Academiarum.

DUM quanta ex literarum, & bonarum omnium artium ſtudiis, univerſæ Reipublicæ incrementa proveniunt, ſedola meditatiooe penſamus, ad ea libenter intendimus, per quæ ipſa ſtudia manuteoeantur, ac locorum, & ſtudioſorum indemnitati conſulatur, ac ea, quæ propterea non minus pie, quam provide facta fuiſſe comperimus, ut firma perpetuo, & illibata perſiſtant, Apoſtolieo muoimine roboramus, & deſuper noſtri paſtoralis officil partes interponimus, prout in Domino conſpieimus ſalubriter expedire.

Academia Salamantina redditus percipiebat ex Decimis Beneficialibus, & Prædiorũ.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, univerſitas ſtudii Salamaotini, quæ in partibus Hiſpaniarum celeberrima exiſtit, præcipuam, & majorem ſuorum redditnum partem, ex quibus Lectoribus omnium facultatum, ac aliis dicti ſtudii Miniſtris, & Officialibus providet, in decimis eccleſiaſticis, & beneficialibus, tertias, ſeu novenas nuncupatis, conſiſtentium, habeat, ac in Civitate Salamantina, in qua dicta Univerſitas ſita eſt, & in ejus Diœceſi, ubi ſere omnes redditus dictæ Univerſitatis conſiſtunt, varia Monaſteria, & diverſorum Ordinum, tam Regularium, quam Militiarum Collegia, etiam Sæcularia exiſtant, & alia in dies de novo erigi ſperentur, pro quorum fundationibus, & dotationibus diverſa etiam prædia in dies emuntur, ex quibus decimæ Uoiverſitati prædictæ ſolvi conſueveruot, & Monaſteria, ſeu Collegia hujuſmodi a ſolutione dictarum decimarum poſt prædiorum hujuſmodi emptionem, prætextu quorumdam privilegiorum eis in genere, vel in ſpecie, vel alias, quomodocumque competentium, ſe eximere conentur, & de facto eximaot, ſeu in futurum eximi præſumant, in magnum dictæ Univerſitatis detrimeotum, ac diminutionem.

Monaſteria, & Collegia Decimas prædiorum ſolvere tenebant.

Gregorius declarat Feuda, Terras &c., quæ prius tale onus habebant, non eximi etiamſi in poſſeſſioné quorumcumque locorum Piorum deveniant.

§. 2. Nos, qui omnium bonarum artium diſciplinam, & earum ſtudia, noſtris potiſſimum temporibus utique vigere, & augeri, ſinceris deſideramus affectibus, ac erectionis, & fundationis Univerſitatis, nec non omnium, & ſingulorum privilegiorum, & indultorum hujuſmodi, ac literarum deſuper confectarum tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum infererentur, ac decimarum hujuſmodi qualitates, & quantitates, juraque, ex quibus competunt, præſentibus pro expreſſis habentes, ne ſub prætextu quarumcumque exemptionum, acquiſitionum, aut privilegiorum, ſeu Indultorum a Sede Apoſtolica Monaſteriis, Ordinibus, Militiis, Locis, Domibus, ſeu Collegiis hujuſmodi conceſſorum, aut impoſterum concedendorum, prædictæ Univerſitatis redditus minui, aut aliquo modo lædi, ſeu defalcari contingat, motu proprio, & in eventum, in quem aliquas Terras, Caſtra, Poſſeſſiones, Prædia, Agros, Domos, Hortos, Vineas, ſeu alia bona immobilia, quibuſcumque nominibus, & titulis nuncupata, ex quibus decimæ, primitiæ, aut alia jura, ſeu emolumenta dictæ Univerſitati deberentur, aut ſolvi conſueverant, emptionis, acquiſitionis, fideicommiſſi, legati, feudi, aut alio quocumque, quantumvis oncroſo, etiam Miſ-

Digitized by Google

Miſſas, & alia divina officia celebrandi titulo in Monaſteria, Domos, Collegia etiam Scholarium, Confraternitates, Hoſpitalia, & alia Loca Pia tam erecta, & inſtituta, quam deinceps erigenda, & inſtituenda, ſeu quaſcumque perſonas quorumcumque Ordinum, & Militiarum, etiam ſæculares, exemptas, & quibuſvis privilegiis, & immunitatibus, & exemptionibus munitas transferri, etiam pro Locorum hujuſmodi nova conſtructione, ſeu fundatione, ac dotatione, & perſonarum in eis degentium ſuſtentatione, aut fabrica, luminaribus, paramentis, & aliis quibuſcumque neceſſariis de cauſis contigerit, decimas, & alia jura prædicta, tam prædiorum etiam propriis manibus excolendorum, & novalium, quam perſonales, & mixtas, poſt emptionem, acquiſitionem, alienationem, aut translationem hujuſmodi, dictæ Univerſitati integre, uti antea, & perinde, acſi bona hujuſmodi a laicis, & minime exemptis poſſiderentur, non obſtante quavis conſuetudine, aut præſcriptione omnino perſolvi, atque præſtari debere, & ad illarum totalem ſolutionem, atque præſtationem, Monaſteria, & alia Pia Loca, ac perſonas prædictas teneri, & obligatos exiſtere, & ad id cogi, & compelli poſſe, nec per emptionem prædictam legata, ultimas voluntates, fideicommiſſa, & quamlibet aliam acquiſitionem, ac alias quoquo modo exemptionem a ſolutione dictarum decimarum prætendere.

Sicque ubique judicari præcipit.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, & Sedis Apoſtolicæ de latere Legatos, & Nuncios, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & diffiniri debere.

Declarans præſentes literas nullo vitio poſſe notari.

§.4. Necnon præſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſeu illis derogari, niſi præſentium omnium facta mentione, & toto tenore inſerto, poſſe; irritumque, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, eadem auctoritate decernimus, & declaramus, dictæque Univerſitati perpetuo concedimus, & indulgemus.

Earumdem exequutores deſignat.

§.5. Quocirca dilectis filiis cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, & Scholaſtico, & Archidiacono de Ledeſma in Eccleſia Salamantina mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ſolemniter publicantes, ac dictæ Univerſitati, in præmiſſis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra Univerſitatem prædictam præmiſſis omnibus, & ſingulis, juxta tenorem præſentium, pacifice frui, & gaudere, ac Monaſteria, Collegia, Loca, Domus hujuſmodi, omni penitus tergiverſatione poſtpoſita, etiam prætextu cujuſvis exemptionis, quantumlibet ex cauſa onerosa conceſſorum, ad ſolutionem decimarum hujuſmodi cogant, nec permittant illam deſuper a quoquam quomodolibet moleſtari: Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Obſtantibus derogat.

§.6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, ſeu Collegiorum, Locorum, Domorum hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, etiam Mari Magno, & Bulla Aurea, aut alias nuncupatis, & præſertim in quibus concederetur, quod de bonis ab eis poſſeſſis, & ſeu acquiſitis, vel acquirendis, decimas, aut alia jura ſolvere minime teneantur, ſed ab hujuſmodi ſolutione exemptionem haberent, illis, ac eorum Ordinibus, & Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, & ſingulis, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 18. Martii 1591. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 18. Martii 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

LXVI.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Privilegia, Indulgentiæ, ac Facultates omnes a Summis Pontificibus Presbyteris Soc. Jeſu in Indiis Occidentalibus, & Orientalibus conceſſa confirmantur, & ad viginti annos prorogantur.

GREGORIUS PAPA XIV.

Univerſis Chriſtifidelibus præſentes literas inſpecturis Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Pius PP. IV. Chriſtianis Eccleſias Socie

§.1. ALias ſiquidem fel. rec. Pius Papa Quartus Prædeceſſor noſter ſub die

tatis Jeſu in Indiis erectis viſitantibus, ad veram aut aliquem Dei cognitionem reducentibus Plenariam Indulgentiam, & Jubilæum conceſſit.

die 2. Februarii 1563. Pontificatus ſui Anno Quarto omnibus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ſeu firmum id faciendi, ſtatutis a Jure temporibus, propoſitum habeutibus, qui Sancti Pauli in Goan, & alterins in Malacan, & aliorum Collegiorum Societatis Jeſu Eccleſias in ejus Sancti, ſub cujus invocatione fundatæ fuerint feſtis, ac eaſdem, ſeu Sacella, vel earum aliquam, ſeu aliquod in feſtivitate Circumciſioois Domini noſtri Jeſu Chriſti a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis ſequentis diei devote viſitaverint, ibique pias ad Deum preces ſuderint, ſingulis diebus, quibus id fecerint, ac quoties aliquem ex Infidelitate, & Idololatria ad veri Dei cognitionem reduserint, toties Plenariam Indulgentiam, ac Jubilæum conceſſit.

Alias Indulgentias conceſſit Pius V.

§.2. Et deinde fæl. mem. Pius Papa V. etiam Prædeceſſor noſter per alias ſuas ſub Datum 15. Decembris 1567. Pootificatus ſui Anno ſecundo, omnibus Chriſtifidelibus in quibuſcumque Oceani Indiis, aut Sinarum Regione, vel Braſilia conſtitutis præſeotibus, & futuris, qui contriti, & confeſſi quamlibet Eccleſiam, & Cappellam, ſeu Xenodochiom in eis partibus dilectorum filiorum Presbyterorum, & Miniſtrorum Societatis Jeſu cura, & opera erecta, aut in poſterum erigenda, devote viſitaverint, ac, ut ſupra oraverint, quadraginta dies, & ſemel quolibet anno, aliquo die feſto, quem Provincialis dictæ Societatis conſtituerit, ſeptem aonos, & totidem quadragenas io perpetuum etiam conceſſit.

Gregorius etiam XIII. alias Indulgentias, gratiaſque ſpirituales elargitus eſt.

§.3. Et ſucceſſive ſimilis rec. mem. Gregorius Papa XIII. ſimiliter Prædeceſſor noſter ſub die 12. Auguſti 1573. Pontificatus ſui Anno ſecundo, eiſdem Chriſtifidelibus utriuſque Indiæ, & tranſmarioorum limitum, qui Proceſſionibus justa ritum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ faciendis, ac Precibus Indorum, & Æthiopum, ſeu quorumvis aliorum Neophitorum, & aliorum Chriſtianorum intereſſent, & eas aſſociarent, Chriſtianam Doctrinam cum eiſdem recitaſſent, vel privatim docerent, quoties id facerent ſeptem annorum, & totidem quadragenarum, inviſentibus autem infirmos, & præſertim Indorum Hoſpitalia, Xenodochia, & alia ſimilia Loca pia, ipſis etiam infirmis per ſe, vel alium miniſtrando, ſingulis diebus, quibus id facerent, vigintiquinque; Qui vero ad infirmos accedentes ibi pernoctarent, qoinquaginta, eis etiam, qui coram Beatæ Mariæ Imagine ab Alma Urbe ad Collegii Civitatis Limæ in Perù delata tertiam Roſarii partem, vel Coronam recitarent, eentum: Scholaribus vero in utraque India exiſtentibus, qui ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis Confraternitati ibi inſtitutæ adſcriberentur, ſingulis ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis, ac Reſurrectionis, Pentecoſtes, & Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti feſtivitatibus, quibus confeſſi, & contriti Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſomerent, & Coronam, vel tertiam partem Roſaril recitarent, tercentum annorum de injunctis, ſeu alias quomodolibet debitis pœnitentiis: in Annuntiarionis vero, & Aſſumptionis ipſius Beatæ Mariæ diebus tamen Plenariam; eis quoque, qui ſingulis diebos Veneris cujuſlibet Quadrageſimæ devote Proceſſionibus publicis in partibus, & locis tranſmarinis ad orandum pro converſione Gentilium, & Hæreticorum reductione inſtitotis intereſſent, & ſe flagellarent, etiam Plenariam. Reliquis vero omnibus eiſdem Proceſſionibus præſentibus, contritis, & confeſſis, tertiæ partis peccatorum ſoorum, ac eis, qui in utriuſque tam Orientalis, quam Occidentalis Indiæ quacumque Regione Arma contra Infideles ob fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, aut alias juſto bello, aſſumerent, in ſingulis hujuſmodi expeditionibus tam navalibus, quam terreſtribus, dummodo peccata ſua confiterentur, & niſi Miniſtrorum inopia, vel temporis auguſtia, aut alia licita de cauſa impedirentur, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumerent, ſimiliter Plenariam omnium peccatorum ſuorum Iodulgentiam conceſſit. Quodque pro animabus eorum, qui in prædictis utriuſque Indiæ navigationibus, aut expeditione contra Mahomettanos, aut alios Infideles ab humanis decederent, ut quicumque confeſſi, & contriti tertiam partem Roſarii, aut unam Coronam pro dictorum, & aliorum quorumeumque Chriſtifidelium, qoi in Mari decederent, animabus recitarent, quoties id ageretur, toties per modum ſuffragii onam ex dictis animabos a pœnis Purgatorii, dummodo per dictos deſunctos non ſteterit, quin tempore periculi mortis ipſorum, peccata ſua confitereotur, liberare valeret.

Scholaribus permiſit Miſſas audire in Eccleſiis Soc. Jeſu tempore interdicti.

§.4. Nec non etiam ſcholaribus utriuſque Indiæ hujuſmodi, qui in ſcholis Presbyterorum dictæ Societatis dant operam literis, ut in Presbyterorum ejuſdem Eccleſiis Miſſas, & alia Divina Officia tempore interdicti, & ceſſationis a divinis Januis clauſis, dummodo ipſi cauſam hujoſmodi interdicto, aut ceſſationi non dediſſent, audire, ipſiſque Presbyteris, ut ioibi, etiam Scholaribus præſentibus, tempore prædicto, Miſſas, & alia divina Officia celebrare poſſent, indulſit.

Presbyteris, aliiſque de d. Societate in Indiis morientibus Indulgentiam Plenariam elargitus eſt.

§.5. Ac deinde per alias literas ſub die 8. Septembris ejuſdem anni, ad decenniom tunc proximum, omnibus, & ſiogulis tam Presbyteris, quam aliis de dicta Societate exiſtentibus, quos in qualibet utriuſque Indiæ Regione, vel Oceani Inſula, aut navigatione, eundo, vel redeundo mori contingeret, Plenariam.

Prout etiam Chriſtifidelibus eorum Eccleſias enunciatis hic diebus viſitantibus.

§.6. Ac tam eiſdem Presbyteris, Clericis, & aliis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, qoi io quibuſvis utriuſqoe Indiæ, ac Regionum, Provinciarum, Terrarum, Inſularum, aliorumque locorum prædictorum ejuſdem Societatis Domorum, & habitationum Eccleſiis tam erectis, quam erigendis, io illarum dedicationis, vel invocationis, aut Circumciſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti feſtivitatibus, vel diebus, confeſſi, & contriti, Sanctiſſimum Euchariſtiæ

Digitized by Google

ſtiæ Sacramentum ſumerent, aut ſi alibi confeſſi eſſent, & Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum hujuſmodi ſuſcepiſſent, eodem die aliquam ex dictis Eccleſiis viſitarent, & inibi orarent, etiam Plenariam: illis vero, qui aliquam ex dictis Eccleſiis quibuſvis feſtivis diebus contriti, & debito tempore confitendi propoſitum habentes viſitarent, & ut ſupra orarent, ſeptem annos Indulgentiæ conceſſit.

Indulgentias Eccleſiæ Sancti Thomæ in Indiis cóceſſas ad cæteras Eccleſias extendit pro diebus a Præpoſito Generali deſignandis.

§.7. Ac deinde per alias literas ſub die 9. Januarii 1576., Pontificatus ſui Anno IV. Indulgentiam Plenariam, ac peccaturum remiſſionem omnibus Chriſtifidelibus in Indiarum, & Braſiliæ partibus degentibus vere pœnitentibus, & confeſſis Eccleſiam S. Thomæ Apoſtoli in Indiis prædictis, vel aliquam ex certis ejuſdem Societatis Eccleſiis illarum partium viſitan., & inibi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumentibus, & , ut præfertur, orantibus, quater in anno perpetuis futuris temporibus vivæ vocis oraculo conceſſam ad omnes, & ſingulas alias Eccleſias Collegiorum, Domorum, & Reſidentiarum ejuſdem Societatis Regionum prædictarum, ſaltem inter ſe per centum milliaria diſtantes, ſimiliter quater in ſingulis annis in diebus per illius Præpoſitum Generalem deſignandis, perpetuo extendit.

Conceſſit etiam Indulgentias Stationibus Urbis addictas.

§.8. Ac eiſdem Chriſtifidelibus, qui aliquam es prædictis Eccleſiis Quadrageſimæ, & aliis temporibus Stationum Urbis, Dominicis, & Feria ſexta diebus viſitarent, eaſdem omnes, & ſingulas Indulgentias conceſſit, quas conſequerentur, ſi Eccleſias, & Baſilicas Urbis in diebus Stationum hujuſmodi devote viſitarent.

Aliaſque adjunxit Indulgentias.

§.9. Illiſque, qui ſingulis diebus Feriæ ſextæ primæ Hebdomadæ cujuſque menſis eaſdem Eccleſias devote viſitarent, & inibi quinquies Orationem Dominicam, & toties Salutationem Angelicam pro Exaltatione Fidei Catholicæ recitarent, ſeptem annos: In Feſtis vero Domini noſtri Jeſu Chriſti, & Beatæ Virginis, Apoſtolorum, ac Sancti, ſub cujus titulo Eccleſia conſiſteret, decem annos. Iis autem, qui in aliqua es dictis Eccleſiis confeſſi eſſent, vel Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſiſſent, toties viginti annos, facientibus inſuper conſcientiæ examen, & de peccatis per eos commiſſis vere pœnitentibus, centum dies relaxavit.

Et Confraternitatibus erectis, vel erigendis applicavit.

§.10. Utriuſque etiam ſexus Chriſtifidelibus, qui aliquam ex Confraternitatibus per Epiſcopos auctoritate earumdem literarum erigendis, ingrederentur, ſemel in die eorum ingreſſus, ſi vere pœnitentes, & confeſſi devote communicarent, ipſiſque ſimiliter pœnitentibus, & confeſſis, & eodem Sacramento refectis, ter in vita, Plenariam; conceſſit etiam eiſdem Confratribus, qui Proceſſionibus, & divinis Officiis intereſſent centum dies, & qui Eccleſiam, in qua Confraternitas hujuſmodi inſtituta eſſet, ſexta Feria cujuslibet Hebdomadæ devote viſitarent, decem annos, & totidem quadragenas, mulieribus ejuſdem Confraternitatis, ſi quoties ſignum Campanæ audirent, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam flexis genibus devote recitarent, Indulgentias cæteris Confratribus præſentibus conceſſas: eiſdemque Confratribus, qui in die feſto Corporis Chriſti, ac ejus Octavæ pœnitentes ſimiliter, & confeſſi Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumerent, eiſdem etiam pœnitentibus, & confeſſis, in mortis articulo Plenariam, ac eis etiam vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in diebus Stationum Urbis, Altare, ſeu locum, in quo Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum cuſtoditur, viſitarent, & ſepties Orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam recitantes, ut præfertur. orarent, eaſdem Indulgentias Stationum Urbis conſequerentur. Item eiſdem Confratribus utriuſque ſexus, ſimiliter pœnitentibus, & confeſſis, ſingulis annis in die Cœnæ Domini ſeptem annos, & totidem quadragenas. Qui vero ad Altare ipſius Sanctiſſimi Sacramenti in tertia Dominica cujuslibet menſis, & in die Cœnæ Domini Sacroſanctam Euchariſtiam ſumerent: Iiſque, qui Sacramentum ipſum in Proceſſione poſt majorem Miſſam tertia Dominica cujuslibet menſis fieri conſueta, comitarentur, centum dies, & tam illis, quam aliis Chriſtifidelibus dictum Sacramentum, dum ad ægrotos defertur, aſſociantibus, & qui hoc facere impediti, ad ſonum Campanæ genuflexi, ſemel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam recitarent, & pro infirmo orarent, centum dies. ac reſpective omnium peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem conceſſit.

Epiſcopis facultatem conceſſit erigendi Confraternitates Corporis Chriſti.

§.11. Inſuper Indiarum, & Braſiliæ Epiſcopis ad quinquennium tunc proximum, a die earumdem literarum receptionis computandum, eaſdem Confraternitates, & Sodalitates ſub Sanctiſſimi Sacramenti invocatione, in quibuſcumque locis ſuarum Diœceſum erigendi, & inſtituendi facultatem conceſſit.

Confratribus vero eligendi ſibi Confeſſarium, a quo ter in anno a Caſibus Sedi Apoſtolicæ, & Ordinariis reſervatis abſolvantur.

§.12. Ipſiſque Confratribus, ut quemcumque Presbyterum, ea approbatis ab Ordinario, ſæcularem, vel regularem, etiam in mortis articulo, etiamſi mors tunc non ſubſequeretur, in ſuum poſſent eligere Confeſſorem, qui eos ab omnibus peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, quantumcumque gravibus, etiam Sedi Apoſtolicæ, & locorum Ordinariis reſervatis, præterquam in literis Cœnæ Domini contentis, ter in vita abſolvere, & eis pœnitentiam ſalutarem injungere poſſet.

Et ſtatuta quæcumque condendi, quæ a S. Sede confirmata cenſeantur.

§.13. Eiſdemque Confratribus, ac pro tempore exiſtentibus Epiſcopis una cum conſilio Confratrum, qui in dictis Confraternitatibus conſcribentur, quæcumque ſtatuta, & ordinationes, licita tamen, & honeſta, & ſacris Canonibus non contraria, circa dictarum ſodalitatum tranquillum ſtatum, condendi, & condita mutandi, & de novo edendi, quæ eo ipſo dicta auctoritate confirmata eſſent conceſſit.

Sixtus V. hujuſmodi gra-

§.14. Et demum fel. rec. Sixtus Papa V. etiam

tias ad decennium prorogavit.

etiam Prædeceſſor noſter caldem Indulgentias, & gratias, ac peccatorum remiſſiones die 14. Martii 1587., Pontificatus ſui anno ſecundo ad decenuium a fine ultimi termini computandum prorogavit.

Et Chriſtianis, qui aliquem ex Infidelitate converterent, Indulgentiam Plenariã conceſſit.

§.15. Ac Univerſis Chriſti-fidelibus in partibus Indiarum vere pœnitentibus, & confeſſis. ac Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento refectis, quoties aliquem ex Infidelitate, & Idololatria ad veri Dei cognitionem reducerent, Indulgentiam Plenariam, ac Jubilæum ad decennium conceſſit,

Pius IV. Provincialibus Soc. vel ab eis deputatis facultatem impertitus eſt cum Neophitis Indis in quocumque aonſanguinitatis, vel affinitatis gradu a jure divino non prohibito pro matrimoniis contractis, vel contrahendis diſpenſandi in foro conſcientiæ tantum, ubi Ordinarii facile adiri poſſunt.

§.16. Idem etiam Pius IV. die 15. Junii, ut ejuſdem Societatis Provinciales, vel ab eis deputati Presbyteri cum Neophitis Provinciarum utriuſque Indiæ, aliarumque Regionum in quocumque, ſeu quibuſvis a jure divino non prohibitis conſanguinitatis, vel affinitatis gradibus, vel alias conjunctis matrimonium inter ſe contrahere, ſeu jam in, etiam ſcienter, contractis, remanere valerent, in partibus, ubi Ordinarii facile adiri poſſent, in foro conſcientiæ tantum perpetuo.

Reſervata diſpoſitione Ordinariis in foro judiciali de eorundẽ Presbyterorũ Soc. conſilio ad 20. annos.

§.17. Et inſuper ibidem inſra tamen viginti annos tunc proximos, quod ipſi locorum Ordinarii de Presbyterorum eorumdem, tamquam adjutorum, & aſſeſſorum ſuorum in locis, ubi eorum commode poſſet haberi copia, conſilio, & cum illis, etiam in judiciali ſoro.

Ubi vero nulli aſſent Ordinarii, vel diſtarent 200. milliariis dd. Presbyteris facultatẽ conceſſit abſolvendi in utroque foro.

§.18. In reliquis autem Provinciis Ordinariorum præſentia deſtitutis, vel ab eis non minus ducentis millibus paſſuum remotis, quod Provinciales, & Deputati Presbyteri cum eiſdem Neophitis, etiam in utroque ſoro gratis diſpenſare, & eos, qui in gradibus prohibitis hujuſmodi, etiam ſcienter contraxiſſent, ab exceſſibus, ac excommunicationis, aliiſque cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis in utroque ſoro abſolvere, ac prolem inde ſuſceptam legitimam decernere.

Has facultates Gregorius XIII. ad 20. annos prorogavit.

§.59. Quod etiam Gregorius prædictus per alias ſuas Literas die 17. Julii 1577. expeditas, ad alios viginti annos extendit.

Et Presbyteris Soc. conceſſit, ut ſi aliqua Euchariſtiæ fragmẽta ſupereſſent etiam poſt Miſſam ſumere poſſent.

§.20. Et quod ipſi Presbyteri, tam in dictis partibus, quam ubilibet conſtituti, quibus aliqua Euchariſtiæ fragmenta, ſeu minutiæ, vel alias pro tempore intercidérent, etiam poſt per actum ſacrificium, abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo reverenter ſumere valerent, facultatem conceſſit.

Facultatem etiam Præpoſito Generali, & Presbyteris a Paulo III. factam abſolvendi in partibus infidelium a caſibus in Bulla Cœnæ reſervatis extendit ad Indias, regionesque, quas Hiſpani, vel Luſitani penetrarent, ad decenniũ.

§.21. Inſuper idem Gregorius per alias ſuas literas ſupradicta die 8. Septembris expeditas, & ad decennium tunc proximum valituras, facultatem alias per fel. re. Paulum III. Prædeceſſorem noſtrum, tunc ſuum, eidem Præpoſito generali conceſſam, & Presbyteris ejuſdem Societatis, quos in Saracenorum, & aliorum Infidelium Terras, & alias Provincias remotiſſimas mitteret, Chriſtianos in eis commorantes ab omnibus peccatis, ſententiis, cenſuris, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, & reſervatis, abſolvendi facultatem confirmando, ad ejuſdem Societatis Presbyteros, tam ad Orientales, quam Occidentales Indias, omneſque Inſulas, & Regiones tranſmarinas, ad quas Hiſpani, & Luſitani penetrant, extendit.

Declaravit etiam eos, qui ſemel pro Sacramentorum adminiſtratione a Præpoſito, vel ab aliquo Epiſcopo fuerint approbati, alia non indigere approbatione. Aliaſque conceſſit facultates hic indicatas.

§.22. Eiſdemque, ut ſemel a Præpoſito Generali, vel ab aliquo Epiſcopo approbati, ad prædicandum, confeſſiones audiendum, & miſſas celebrandum pro miniſtrorum hujuſmodi exercitio, ulterius licentiam, & approbationem ab aliis Epiſcopis petere, ſeu habere minime tenerentur, ſed abſque illis præmiſſa facere.

§.23. Et etiam extra Eccleſias conſecratas, ſuper altaribus portatilibus, in loco tamen decenti, etiam per horam ante diluculum, vel etiam poſt meridiem in illis Regionibus, cum opus foret, celebrare, & in Maluco, Jappono, & aliis Regionibus Inſularum, Terrarum, Provinciarum, & locorum prædictorum partibus, & locis, a quibus valde remoti ſunt Epiſcopi, Oleis Sanctis, per duos, vel tres, aut quatuor annos ante conſecratis libere uti poſſent: nec non in ſingulis Eccleſiis Societatis hujuſmodi ſingula ad arbitrium illorum Superiorum reſpective nominanda altaria etiam privilegiata, ut quicumque ex prædictis Presbyteris ſocietatis prædictæ tantum Miſſæ Sacrificium pro defunctis celebrarent, per modum ſuffragii prodeſſent, conceſſit.

Declaravit ſingula Privilegia, & facultates pro ſingulis Provinciis conceſſa æque principaliter.

§.24. Et die 10. Februarii 1579., Pontificatus ſui anno ſeptimo, tam illa, quæ Occidentali, quam quæ Orientali Indiis conceſſa ſunt, & poſthac concedentur privilegia, gratiæ, & facultates, ita invicem communicavit, ut ſinguli earumdem Indiarum, ac Novæ Hiſpaniæ, dictæ Societatis Religioſi, illis æque principaliter gauderent.

Conceſſit Facultatem diſpenſandi ſuper voto caſtitatis non tamen ſolemni cum Neophytis,

§.25. Per alias vero literas die 4. Novembris 1579., Pontificatus ſui anno octavo eidem Generali, aliiſque per ipſum ex dicta Societate deputandis, ut cum Neophitis, aliiſque ad fidem reductis, ex rationabili, & legitima cauſa ſuper voto caſtitatis, non tamen ſolemni, ac matrimonio de facto, & in faciem Eccleſiæ, ſive ſcienter, ſive ignoranter contracto, & quovis occulto impedimento, propter quod tale matrimonium in conſcientia eſſet invalidum, & contrahentes ſine ſcandalo ſeparari non poſſent, diſpenſandi.

Bona male acquiſita condonandi.

§.26. Ac ſuper bonis male acquiſitis, ad quæ reſtituenda ipſi Neophiti, & alii prædicti incertis perſonis obligati exiſterent, cum eis ad opera pia componendi, vel ſi ipſi indigerent eis, in toto, vel parte remittendi, ad decennium facultatem conceſſit.

Singulaſque facultates, & gratias anno 1584. ad aliud decennium prorogavit.

§.27. Et deinde ad aliud decennium præmiſſas omnes gratias, & facultates per alias literas die 12. Auguſti 1584., Pontificatus ſui Anno XIII. prorogavit, prout in ſingulorum Indultorum literis, quarum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, & habemus, plenius continetur.

Prædicta omnia confirmat

§.28. Quare nos attendentes, quod ube-

Digitized by Google

Gregorius XIV.

uberes fructus in recenti illa Vincæ Domini portione ex præmiſſis, & aliis per dictos Prædeceſſores Societati prædictæ, & ejus Presbyteris conceſſis, in dies proveniant: voleoteſque propterea tempus ipſum, & gratias conceſſas ampliare, & ne defectu temporis a tam pio, & laudabili opere ceſſetur, & alias deſuper opportune providere, prædictas, & omnes alias facultates, ac privilegia, indolta, indulgentias, & gratias per dictos, vel alios etiam Prædeceſſores, & eorum ſingulos, quomodolibet, conceſſas, & conceſſa, ac deſuper confectas literas, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbamus, & confirmamos, ſupplentes omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui in eiſdem, & aliis illorum vigore ſubſequutis intervenerint.

Et ad 20. annos prorogat.

§.29. Et qoia conceſſiones, & prorogationes præmiſſorum a diverſis Prædeceſſoribus noſtris variis, & ſucceſſivis temporibus factæ fuerunt, adeout difficile foret cujuſque prorogationis hujuſmodi finem attendere, & computare, ideo ad tollendam omnem ambiguitatem, & moleſtiam, conceſſiooes omnes, de quibus ſupra ad viginti annos a data præſentium computandos, infra quos Presbyteri dictæ ſocietatis, & alii prædicti facultatibus, & gratiis ſibi conceſſis reſpective uti, libere in omnibus, & per omnia poſſint, dicta auctoritate, prorogamus, extendimus, & ampliamus, &, quatenus opus ſit, de novo concedimus.

Qui ſub Neophytorū nomine comprehendi debeant, deſinit, pro diſpenſationibus matrimonialibus conceden dis.

§.30. Et inſuper, qoia a nonnullis dubitatum, ſeu hæſitatum fuit, an omnes Indigenæ, illarum Regionum oriundi, & naturales, & Chriſtianorum Indigenarum, etiam Baptizatorum filii, etiam in eorum infantia baptizati, jure Neophiti appellari poſſiot, prout hucuſque prædicta facultate diſpenſandi ad matrimonia tam in Orientalibus, quam Occidentalibus partibus utentes intelligendum duxerunt, Idcirco tenore earumdem præſentium decernimus, & declaramus, omnes Oriundos, ſeu Naturales ſupradictarum omnium, tam Orientalium, quam Occidentalium partium, imo etiam ſi Æthiopes, Angolani, vel quarumvis aliarum tranſmarinarum Regionum, etiamſi Chriſtianorum filii, & in infantia baptizati, vel etiam inter ſe, vel cum Europeis mixtim progeniti ſint, præſentis prorogationis tempore durante, & ad conceſſionis hojuſmodi effectum, eſſe, & intelligi debere, Neophitos, dictoſque Presbyteros cum hujuſmodi, ut vel matrimonio conjungi, vel in jam contracto remanere poſſint, ſive eorum alter tantum, ſive etiam uterque inde oriundus, ac proprie Indigena ſit, in quibuſcumque conſanguinitatis, ſeu affinitatis gradibus, jure divino, ut ſupra, non prohibitis, diſpenſare poſſe, concedimus, & indulgemus, ſupplentes ſimili modo omnes, & ſingulos, etiam ſolemnitatum quarumcumque defectus, ſi qui quomodolibet deſuper intervenerint.

Meſtizos etiā Neophytos cenſendos eſſe declarat.

§.31. Quin etiam, quia de mixtim progenitis, quos Meſtizos vocant, majus dubium eſſe poteſt, declaramus etiam, dictos Presbyteros Societatis Jeſu poſſe cum eiſdem Meſtizis, quos ſimiliter ad hunc effectum Neophitos cenſendos eſſe, decernimus, in gradibus, & matrimoniis contractis, & contrahendis prædictis, dummodo non ita facile id fiat, diſpenſare, eiſdemque Presbyteris facultatem deſuper concedimos opportunam.

Decernitque ſuper prædictis, Presbyteros Soc. a nemine poſſe moleſtari.

§.32. Decernentes Presbyteros dictæ Societatis ſuper præmiſſis, & aliis juxta facultatem prædictam, & illius vigore exequendis, ex quovis prætextu, vel quæſito colore per quoſcumque loci Ordinarios, ſeu alios Superiores, vel Judices Eccleſiaſticos, & Sæculares, quavis auctoritate fungentes moleſtari, perturbari, ſeu inquietari nullatenus poſſe.

Clauſulæ pro præmiſſorum firmitate.

§.33. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane qoidqoid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariorū derogatio.

§.34. Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus illis, quæ ſinguli Prædeceſſores prædicti voluerunt in ſois quibuſque literis prædictis non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Quorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus.

Dat. die 21 Septem. 1591 An.I. (a)

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 21. Septembris 1591. Pontificatus noſtri Anno I.

(a) Conſtitutiones XLV., & XLVI. ordine Chronologico diſponere non licuit, quia delatæ ad me ſunt, poſtquam antepoſitas prælo tradideram: nec tamen idcirco omittendas putavi. Illud etiam notandum cenſeo, Gregorium XIV. Conſtitutione, cui initium eſt *Pro noſtra* dat. die 11. Martii Cartuſienſibus Privilegia omnia confirmaſſe.

INNOCENTIUS IX.

PAPA CCXXXII.

ANNI CHRISTI MDXCI.



ALtero Comitiorum die 29. Octobris Joannes Antonius Fachinetti patria Bononienſis antea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum Presbyter Cardinalis electus eſt Summus Pontifex, qui Innocentius IX. voluit appellari. Sedit in Pontificatu Menſes II. temporibus Rodulphi II. Imperatoris. Obiit die 29. Decembris 1591., & ſepultus eſt ad Sanctum Petrum. Vacavit Sedes Menſem I. Diem I.

I.

Confirmatio, & extenſio Conſtitutionis Pii V. a Gregorio XIII. Sixto V., & Gregorio XIV. comprobatæ, de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, & aliis locis Sedis Apoſtolicæ.

Hæc Pii V. probibitio eſt in ejus Conſt. LIII. Admonet. *Tom. IV. Par. II. fol. 364. Et Conſtitutio Gregorii XIII. eſt V. Tom. IV. Par. III. fol. 233., ac Sixti V. eſt XXXVI. Tom. IV. Par. IV. fol. 192., & Gregorii XIV. ut ſupra.*

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

QUÆ ab hac Sancta Sede, cui licet indigni, auctore Domino præſidemus, pie, & ſalubriter facta, & ordinata noſcuntur, ea ut perpetuo firma, illibataque permaneant, non ſolum conſenſus, approbationis, & innovationis noſtræ munimine roboranda, ſed etiam declarationis præſidio, quatenus expedire viſum ſit, fulcienda cenſemus. Et præcipue muneris noſtri eſſe ducimus, ea quæ a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, ad patrimonii, dignitatis, & amplitudinis Sanctæ hujus Sedis conſervationem, & incrementum laudabiliter diſpoſita, & conſtituta ſunt, in nobiſmetipſis ſervare, & aliis ſervanda tradere, & demonſtrare. Exordium.

§. 1. Sane fel. record. Pius Papa V. prædeceſſor noſter, de conſilio, & aſſenſu Venerabilium Fratrum ſuorum, tunc S. R. E. Cardinalium optimam, & ſaluberrimam Conſtitutionem edidit, & promulgavit tenoris ſubſequentis. *Omittitur inſertio hujus Bullæ quia legi poteſt loco in rubr. cit.* Indicatio, & inſertio Conſtitutionis Pii Quinti.

§. 2. Quam quidem Conſtitutionem piæ mem. Gregorius XIII., Sixtus V., & Gregorius XIV. Romani Pontifices pariter prædeceſſores noſtri, ſicuti in ea cavetur, ſervare jurarunt, ac per eorum literas approbarunt, & confirmarunt, & innovarunt, prout in illis plenius continetur. Eam confirmarunt Gregorius XIII., Sixtus V., & Gregorius XIV.

§. 3. Nos itaque Officii, & conſcientiæ noſtræ debito ſatisfacere cupientes, Motu proprio, non ad alicujus ſupplicationem, vel ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtra, in hoc primo ſecreto Conſiſtorio, quod cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus habemus, Conſtitutionem prædictam, & omnia in ea contenta auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, confirmamus, approbamus, & innovamus, eamque inviolabilis firmitatis robur obtinere, plenamque executionem, & effectum perpetuis futuris temporibus habere decernimus. Ac præterea eiſdem Motu proprio, ſcientia, deliberatione, & auctoritate aſſentien- Illam renovat Innocentius.

tientibus, & approbantibus eiſdem S. R. E. Cardinalibus.

Et extendit.

§. 4. Declaramus eadem Conſtitutione prohibitam fuiſſe, ac prohiberi, omnem, & quamcumque Iuſeudationem. & alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum prædictorum, eidem Sedi, tam immediate, quam mediate ſubjectorum, non ſolum ne fiat, neve attentetur poſt eorum devolutionem, ſed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, & extenſionem, infeudationem, Inveſtiturarum, ac conceſſionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Locis, nondum finitarum, ipſorumque incorporationem, quo ad effectum impediendæ alienationis, prorogationis, & extenſionis hujuſmodi, non a die eorum devolutionis, ſed a die ipſius Conſtitutionis, & etiam antequam illa devolvantur, ipſo jure cum omnibus clauſulis, & decretis in prædicta Conſtitutione contentis, Cameræ, & Sedi Apoſtolicæ factam cenſeri.

Promiſſio Cardinalium circa obſervantiam.

§. 5. Inſuper volumus, & declaramus, ut promiſſio, & juramentum præſtitum, & præſtandum, de ſervanda eadem Pij prædeceſſoris præfati Conſtitutione per nos, & Romanos Pontifices ſucceſſores noſtros, ac S. R. E. Cardinales, intelligatur de ipſa Pii Prædeceſſoris Conſtitutione, ut ſupra per nos declarata, & ſecundum hanc noſtram declarationem eamdem Conſtitutionem ad unguem, & inviolate obſervari oportere, ac debere, ſicuti & nos ſervaturos eſſe promittimus, ac ſancte, & ſolemni more juramus.

Clauſula ſublata.

§. 6. Et ita per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Cameræ præfatæ Præſidentes, Clericos, cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, declarari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Juſſio deſcribendi hanc Bullam juxta Bullam Pii V.

§. 7. Ac præſentes noſtras literas in libro, in quo ipſa Conſtitut. Pii Prædeceſſoris continetur, ac in Libro Quinterno appellato Cancellariæ Apoſtolicæ, deſcribi mandamus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 8. Non obſtantibus iis, quę idem Pius Prædeceſſor voluit non obſtare, cæteriſque in contrarium facientibus quibuſcumque.

Sanctio pænalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis, voluntatis, decreti, proviſionis, juramenti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An. I. die 4. Nov.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Pridie Non. Novembris, Pontificatus Noſtri Anno primo.

PP. ſubſcr.

✠ Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Card. ſubſcriptiones.

Ego Alph. Epiſc. Hoſtien. Card. Geſualdus.
Ego Innocent. Epiſcop. Portuen. Card. de Arag.
Ego Marcus Ant. Epiſc. Prænestin. Cardin. Columna.
Ego Ptolomæus Epiſc. Tuſculanus Cardin. Comenſis.
Ego Gabr. Epiſc. Sabinen. Card. Paleottus.
Ego Fr. Michael Bonellus Epiſc. Albanen. Alexandrinus.
Marcus Siticus Card. ab Altaemps.
Ludovicus Tituli S. Laurentii in Lucina, Presbyter Card. Madrutius.
Nicolaus de Pelleve Card. Presbyter Tit. S. Praxedis, vulgo de Sens.
Julius Antonius Sanctorius, Tit. S. Bartholomæi in Inſula, Presbyt. Card. S. Severinæ.
Hieronymus Card. Ruſticucius Tit. S. Suſannæ.
Hieronymus Cardin. Simoncellus, Tit. S. Priſcæ.
Petrus Card. Deza, Tit. S. Hier.
Alexand. Card. Floren. Tit. Ss. Joannis, & Pauli.
Julius Card. Canauus, Tit. S. Anaſtaſiæ.
Antonius Maria Cardin. Salviatus, Tit. S. Mariæ de Pace.
Auguſtinus Card. Tit. S. Marci de Verona.
Ego Vincentius, Tit. S. Clementis, Card. Montis Regalis.
Ego Philippus Card. Spinula. Tit. S. Sabinæ.
Ego Gregorius, Tit. S. Sixti Card. Radzivil.
Ego Simeon Card. de Terranova, Tit. S. Mariæ Angelorum.
Ego Scipio, Titul. S. Salvatoris in Lauro Card. Lancellottus.
Ego Henricus, Tit. S. Pudentianæ Cardin. Caetanus S. R. E. Camerarius.
Ego Joan. Baptiſta Card. Caſtrucius.
Ego Dominicus, Tit. S. Chryſogoni Card. Pinellus.
Ego Hippolytus, Tit. S. Pancratii, Presb. Cardin. Aldobrandinus Major Pœnitentiarius.
Ego Hieronymus, Tit. S. Petri ad Vincula, S. R. E. Presb. Card. de Rovere.
Ego Fr. Hieronymus, Tit. S. Mariæ ſuper Minervam, S. R. E. Presb. Card. Aſcul.
Antonius Maria, Tit. S. Agnetis Cardin. Peruſ.
Fr. Conſtantius Card. Sarnanus, Tit. S. Petri in Monte Aureo.
Ego Guglielmus Card. Alanus, Tit. S. Mariæ in Montibus.
Ego Scipio, Tit. S. Mariæ de Populo Card. Gonzaga.
Ego Antonius, Tit. S. Stephani, Cardin. Saulius.
Ego Evangeliſta, Tit. S. Matthæi in Merulana, Presb. Card. Cuſentinus.

Ego

Digitized by Google

Ego Joan. Franciſcus, Tit. S. Mariæ in Via, Presb. Card. Maurocenus.

Marianus Tit. Ss. Marcellini, & Petri Prebs. Card. de Camerino.

Ego Fr. Gregorius Card. a Montelparo, Tit. S. Auguſtini.

Ego P. Card. Sfondratus, Tit. S. Cæciliæ.

Ego Benedictus Juſtinianus, Tit. S. Marcelli.

Ego Auguſtinus, Tit. S. Laurentii in Pane, & Perna, Presb. Card. Cuſanus.

Ego Fr. Maria, Card. Ss. Quirici, & Julitæ.

Ego Octavius Card. S. Joan. ante Portam Latinam.

Ego Fr. Card. S. Mariæ in Via Lata.

Ego Alexander S. Laurentii in Damaſo, Diacon. Card. Montaltus, S. R. E. Vicecancellarius.

Ego Hieronymus S. Euſtachii Diac. Card. Matthæius.

Ego Aſcanius, S. Mariæ in Coſmedin, S. R. E. Diac. Card. Columna.

Ego Federicus S. Nicolai in Carcere, Diac. Card. Borromæus.

Ego Guido, Ss. Coſmæ, & Damiani, Diac. Card. Pepulus.

Ego Odoardus S. Adriani, Diac. Card. Farneſius.

Ego Octavius S. Georgii in Velabro, Diac. Card. de Aquaviva.

Ego Flaminius, S. Mariæ in Domnica.

II.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Deputatio Cardinalium Salviati & de Camerino, in ſuperintendentes Tribunalium omnium Urbis pro negociis omnibus, quæ ad Juſtitiæ adminiſtrationem, & Urbis ejuſdem, ejuſque Diſtrictus tranquillitatem pertinent.

Dilectis filiis Noſtris Antonio Mariæ Sanctæ, Mariæ de Pace Salviati, ac Mariano Tit. Sanctorum Petri, & Marcellini de Camerino Presbyteris Cardinalibus nuncupatis.

INNOCENTIUS PAPA IX.

Dilecti filii Noſtri ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Deputatio, de qua in rubr.

§. 1. PRO faciliori expeditione Juſtitiæ, Vos, de quorum integritate, literarum ſcientia, & longa rerum experientia plene confidimus, Motu proprio, & ex certa Noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſimul, & conjunctim Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium conſtituimus, facimus, & deputamus ſuperintendentes generales, & ſpeciales omnium negociorum Juſtitiæ adminiſtrationem, ac Almæ Urbis Noſtræ, illiuſque Diſtrictus bonum regimen, quomodolibet concernentium infraſcriptorum Tribunalium Urbis, & Diſtrictus prædictorum, videlicet, Urbis Gubernatoris, Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, Vicecamerarii, Senatoris Urbis, & Curiæ Capitolinæ, Gubernatoris Burgi, Ripæ, ac Ripettæ Judicum, & Officialium quorumcumque, nec non Judicum, & Officialium Urbis Vicarii, non tamen quoad ejus Cauſas ſpirituales; vobiſque pleniſſimam & ampliſſimam facultatem, & poteſtatem per præſentes damus, concedimus, & impertimur, ut tanquam generales, & ſpeciales ſuperintendentes, auctoritate noſtra, nullo alio deſuper à Nobis expectato mandato, Judicibus, & Officialibus Tribunalium ſupradictorum omnia, & ſingula, quæ ad ejuſdem Urbis, illiuſque Diſtrictus bonum regimen, felicem Juſtitiæ in prædictis Cauſis directionem, litium, earum præſertim, in quibus de pauperum, & miſerabilium perſonarum, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum piorum locorum intereſſe agi continget, celerem proſecutionem, & finalem expeditionem, debitam quarumcumque perſonarum pro conſecutione, tam mercedis, quam aliorum Creditorum ſuorum legitime inſtantium ſatisfactionem, quarumcumque ſignificationum, quibus Debitores, per Decreta eorumdem Judicum, & Officialium, quandoque ad longum, vel breve tempus gravari non permittuntur, revocationem, ſubditorum pacem, & tranquillitatem, Bannitorum, & facinoroſorum hominum exterminationem, & ſignanter talearum, & nominationum contra eoſdem Bannitos, & facinoroſos homines conceſſionem, & ſolutionem, franchitiarum Urbis, quarumcumque à quibuſcumque locis contra perſonas, cujuſcumque dignitatis, & præeminentiæ in Conſtitutione fel. rec. Pii IV., quæ incipit: *Inter cæteras*: ac à rec. mem. Gregorio XIII. confirmata, nominatas, & quomodolibet compræhenſas prohibitionem, & abolitionem. Conſtitutionum denique Summorum Pontificum prędeceſſorum noſtrorum, tam ſuper eorumdem Urbis Tribunalium reformatione, mercedum Judicum prædictorum taxatione, & omnimoda Juſtitiæ adminiſtratione, quam contra Bannitos, eorumque Receptores, & fautores, & aliarum quarumcumque circa bonum regimen, & Juſtitiæ adminiſtrationem aliquid diſponentium (quarum Conſtitutionum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus), hactenus editarum obſervantiam pertinere vobis videbuntur.

Facultatem concedit quæcumque Edicta faciendi & publ

§. 2. Nec non quæcumque etiam nova Edicta, Bannimenta, ac Decreta, quæ vos occaſione præmiſſorum neceſſaria, & opportuna eſſe judicaveritis, injungere, mandare, & publicari, ac obſervari facere libere, & licite poſſitis, & valeatis.

Recurſus admittendi contra quoſcumque Judices, vel Tribunalia.

§. 3. Præterea, ut omnes recurſus, reclamationes, & querelas in cujuſcumque inſtantiæ cauſarum, tam civilium, quam criminalium, & mixtarum progreſſu circa præjudicia, & articulos rigoroſi examinis Reis inferendi, ſive copias inditiorum eiſdem dandi, vel terminum ad defenſiones faciendas concedendi, & circa alia præjudicium irreparabile partibus quomodolibet in-

inferentia decreta (ſalvo tamen, & in ſuo curſu libero remanente ordinario legitimæ appellationis à ſupradictorum Judicum, & Officialium ſententiis remedio, quod per præſentes à collitigantibos minime auferre, aut aliquo pacto impedire non intendimus) contra quaſcumque perſonas quacumque auctoritate, & diguitate ſungentes de, & ſuper gravaminibus à ſupradictis Tribunalibus, eorumque Judicibus, & Officialibus in curſu cujuſcumque inſtantiæ ſupradictarum cauſarum, ut præfertur, quomodocumque, & qualitercumque illatis, ſeu inferendis, auctoritate Noſtra audire, & cauſas hujuſmodi gravaminum, vocatis etiam, ſi ita vobis videbitur, vocandis extrajudicialiter tamen, & ſummariè, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura alicujus novi Judicii, & quantum fieri poterit, ſine retardatione ipſius proceſſus cauſarum pendentium, ſola facti ſcilicet veritate inſpecta, & manu regia cognoſcere, ac Judicibus prædictis, ut id, quod vos juſtum judicabitis, decernant, & judicent, demandare.

Tribunalium Judices, & Officiales removendi.

§. 4. Et inſuper, ut ab eorumdem Tribunalium Judicibus, & Officialibus, omnium, quæ ab ipſis fieri contingeret, rationem ex officio exigere, & in præmiſſis culpabiles repertos, ab exercitio ſuorum officiorum ad tempus ſuſpendere, & illorum loco per modum proviſionis, donec per Nos aliter proviſum fuerit, alios ſufficere, ſive per pœnas pecuniarias, aut etiam corporis afflictivas reſpective coercere poſſitis ſimiliter amplam, & omnimodam facultatem, & poteſtatem damus, tribuimus, atque concedimus per præſentes.

Invigilandi ſuper æqua Juſtitiæ adminiſtratione, & Urbis tranquillitate.

§. 5. Præcipuum denique veſtrum officium eſſe volumus, per hanc veſtram ſuperintendentiam curare, & efficere, ut iidem Judices, Officiales, & alii in prædictis ſuis Tribunalibos, & in ſupradictis omnibus cauſis præſertim criminalibus Jus, & Juſtitiam rite, incorrupte, æqua lance, ſine perſonarum acceptione, abſque aliquo partium præjudicio, aut gravamine, & minori, quo fieri poterit, temporis, & collitigantium diſpendio eiſdem partibus miniſtrent; ut Sicarii, & facinoroſi homines ab Urbe, & ejus Diſtrictu profligentur, ut ſuum unicuique ſalvum, & cuſtoditum conſervetur, & reſtituatur; ut denique omnes in optata pacis, & Juſtitiæ tranquillitate vivant, & perſeverent.

Et prædicta exequendi in Territoriis Setii, Piperni, & Terracinæ.

§. 6. Quæcumque autem pro Sicariorum, & exulum perſecutione ſi neceſſaria, & opportuna fore judicaveritis, ea, ut perſonis idoneis, à vobis beneviſis committere, & mandare, ac exequi facere ſimiliter poſſitis, & valeatis etiam in Civitatibus, Territoriis, & locis Setii, Piperni, & Terracinæ ob eorumdem locorum cum Diſtrictu Urbis conjunctionem, licentiam pariter concedimus, & elargimur.

Procedendi in criminalibus ſine alla irregularitatis nota.

§. 7. Et ulterius, ut præmiſſis omnibus abſque ullo conſcientiæ ſcrupulo libere vacare poſſitis, quod præmiſſa omnia, & ſingula faciendo, & in criminalibus cauſis votum dando, ſeu illis alias vos immiſcendo, etiamſi inde ſanguinis effuſio, membrorum mutilatio, vel etiam mors ſequatur, aliquam cenſuram, vel pœnam Eccleſiaſticam, ſeu irregularitatis, vel infamiæ maculam, ſive notam minime incurratis per præſentes concedimus, & indulgemus.

Clauſulæ pro prædictorum validitate.

§. 8. Decernentes omnia, & ſingula per vos in præmiſſis, & circa ea quomodolibet facienda, non ſecus ac ſi à Nobis ipſis facta eſſent, valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri debere, neque de illorum validitate quomodolibet dubitari poſſe.

Eorum verbo in præmiſſis ſtandum eſſe declarat.

§. 9. Et quoniam difficillimum foret probare, quod ſingula communicata nobis cum conſilio, & particulari noſtra Juſſione præcedente, fient; Ideo in omnibus, & ſingulis negociis regimen Urbis, illiuſque Diſtrictus, & locorum prædictorum, ut ſupra concernentibus, per vos quovis modo pertractandis, ſoli veſtro verbo, vel aſſertioni, etiam in ſcriptis, & abſque præſentium literarum inſertione, vel narrativa, aut alia communicationis, conſilii nobiſcum factæ, & particularis juſſionis à nobis habitæ probatione credi, ac plenam, & indubitatam fidem, tam in Judicio, quam extra illud adhiberi debere.

Solique Deo rationem per eos eſſe reddendam.

§. 10. Quodque vos de omnibus, & ſingulis, per vos in præmiſſis faciendis nulli alteri, præterquam ſoli Deo, rationem aliquam reddere teneamini, volumus, & ordinamus.

Eiſque ab omnibus omnino obediendum.

§. 11. Mandantes propterea Judicibus, ac Officialibus ſupradictis, ut ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrii noſtri pœnis omnibus, & ſingulis præceptis, mandatis, & ordinationibus veſtris quibuſcumque, tamquam de expreſſo mandato noſtro factis, realiter, & cum effectu pareant, & obediant.

Derogat contrariis.

§. 12. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Tribunalium prædictorum Statutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis Tribunalibus prędictis, illorumque Judicibus in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis ſpecialis mentio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Novem. 1591 An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Novembris 1591. Pontificatus noſtri Anno primo.

Reos

III.

Reos condemnari vigore alicujus reſcripti contra formam juris, & confiſcari legitimam filiorum viventibus eorum genitoribus, aut arbitrariam compoſitionem recipi in Dataria, pro licentia dandi dotem, ſupra ſummam a Statuto taxatam, prohibet io urbe.

Quo ad legitimam, contrarium deciſum fuit extra Urbem, in Bulla LXI. Pii IV. Et ſi cuncta. *Tom. IV. Par. II. fol.* 111., *& conſonat Conſtitutio XXIX. Sixti IV.* Cura. *Tom. III. Par. III. fol.* 190.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſæ hujus Cõſtitutionis.

AD Romanom ſpectat Pontificem, inter multas, & graves, quas pro communi Chriſtianæ Reipublicæ bono, ſuſcipit curas, io eam quoque præcipuo ſtudio incumbere, ut ejus in temporalibus ſubditi, præſertim vero Dilecti filii S. P. Q. R. quorum propria, & peculiaris cura ei ſpecialiter commiſſa eſt, oon ſolum a quocumque gravamine, quoad fieri poteſt, immunes reddantur, ſed privilegiis, & gratiis in dies amplioribus ordinentur. Quare nos, & muneris noſtri debito ſatisfacere, & Paternam charitatem, ac benevolentiam, quam jam pridem erga eos gerimus, inſigni aliquo monumento teſtatam eſſe cupientes, quo & ipſi benignitatem noſtram experti, & alii eorum exemplo in fide, obedientia, ac devotione Sanctæ hujus Sedis alacriori animo perſeverent, atque ad promerendam uberiorem noſtram, & illios gratiam in dies magis invitentur.

Prohibitio reos condemnandi contra jus, vigore alicujus reſcripti.

§. 1. Primum quidem hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione abolemus, & ab hac inclyta Urbe noſtris volumus exulare temporibus, modum illum procedendi contra reos alicujus criminis, aut delicti, qui licet juxta diſpoſitionem Juris communis, & Sacrarum Conſtitutionum, ac ejuſdem Urbis Statotorum, pœna capitis plecti non debeant, tamen vigore ſpecialis maodati, & reſcripti per Roman. Pontif. Motu proprio, ſeu alias ſignati, pœna ultimi ſupplicii damnãtur, & quod nobis licere non patimur, id etiam noſtris Succeſſoribus indicamus, diſtrictius prohibentes, ne in poſterum Judices quicumque quavis auctoritate fungentes, reum aliquem contra Juris communis, & Apoſtolicarum ſanctionum, & Statutorum Urbis tenorem, vigore, ſeu prætextu reſcriptorum hujuſmodi, quæ contra intentiooem concedentis, per ſubreptionem extorta cenſeantur, capitaliter condemnare præſumant.

Prohibitio confiſcandi legitimam filiorũ viventibus parentibus in Urbe.

§. 2. Præterea volumus, ac præſentium teoore decernimus, quod in eadem Urbe noſtra, ſi contingat filios viventibus eorum Genitoribus, delictum aliquod committere, ipſi parentes, quoad vixerint, ad ſolvendam, ſeu tradeodam legitimam portionem de propriis bonis, eiſdem filiis de jure debitam, minime cogi, aut compelli poſſint, oec contra ipſos Delinquentium Genitores ad legitimæ portionis prędictæ confiſcationem, per quoſvis Judices procedi debeat: ſed in quibuſvis criminalibus cauſis juris communis diſpoſitio, & Statuta Urbis omnino ſerventur; nec non quaſcumque Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones in contrarium forſan deſuper editas, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, ad terminos juris, ac dictorum Statutorum, harum ſerie reducimus, & moderamus: Statutaque ipſa in hac parte approbantes, illa adverſus quemcumque contrarium uſum, aut Cooſtitutionem reſtituimus, & revalidamus.

Prohibitio exigendi cõpoſitionẽ pro licentia dandi dotem ſupra ſummam ab Urbis ſtatuto taxatam.

§. 3. Et inſuper, quia etiam accepimus uſu receptum eſſe, ut pro obtinenda derogatione ſtatuti, ſeu reformationum ejuſdem Urbis, ſuper certa Dotium puellarum, quæ pro tempore nubunt, ſumma, & quantitate editarum, compoſitio oon certa, ſed arbitraria, iis, qui in Dataria, & materiis componendis pro tempore præſident, ſolvatur. Nos ipſius Urbis Cives, & Incolas ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequentes, illos a ſolutione compoſitionis hujuſmodi perpetuo eximimus, & liberamus, immuneſque, & exemptos eſſe volumus, diſtricte interdicentea dilecto filio Datario, nunc & pro tempore exiſtenti, ac Præfecto compoſitiooum, cæteriſque Miniſtris, & Officialibus, ne ab iis, qui in dicta Urbe cum aliqua ampliori dote matrimonia contrahentes, derogationem hujuſmodi a Nobis, vel Succeſſoribus noſtris impetrabunt, etiam ſi Barones, Domicelli, & Nobiles fuerint, doſque ipſa longe ultra taxam prædictam ad quamcumque ſummam exceſſiva extiterit, qoidquam vel mioimum pro ſimili compoſitione ullo modo exigant, neque ad eam quovis prætextu cuiquam ſolvendum compellant, ſtatuto tamen ipſo ſuper taxa dictarum Dotium nihilominus in ſuo robore permanſuro.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 4. Decernentes præſentes literas, &c. ex quavis cauſa ex quocumque capite de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut qoopiam alio defectu notari, impugnari, ſeu invalidari, vel revocari, aut alias quomodolibet infringi, ſeu adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus poſſe, ſed illas ſemper validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere, ac ab omnibus ioviolabiliter obſervari, & adimpleri.

Clauſula ſublata.

§. 5. Sicque & non alias per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate in quavis cauſa, & inſtantia judicari, & deffiniri debere,

bere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari.

Deputatio executorum.

§.6. Quocirca dilectis filiis modernis, ac pro tempore exiſtentibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, ac Vice-Camerario, Theſaurario, & Clericis Præſidentibus Cameræ Apoſtolicæ, necnon Gubernatori, & Senatori ejuſdem Urbis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel quilibet eorum faciant præfatos S. P. Q. R. atque adeo ſingulares illorum perſonas, cæteroſque omnes, & ſingulos, quos præmiſſa concernunt, & concernent in futurum, illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper a quoquam quomodolibet indebite moleſtari, contradictores per opportuna juris, & facti remedia compeſcendo.

Derogatio contrariorum.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenus opus ſit, noſtra de non tollendo jure quæſito, quatenus præmiſſorum occaſione cum publico detrimento jus alicui quæſitum dici, aut cenſeri quoquomodo poſſit, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon ſtatutis, legibus, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac Sixti V., Gregorii XIV. conceſſionibus ſuper præmiſſis quomodolibet emanatis, aliiſque literis Apoſtolicis tam ſupradictis, quam quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, ac formis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, ac aliis efficaciſſimis clauſulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac conſiſtorialiter, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, expreſſa, ac ſpecifica mentio, ſeu expreſſio habenda, aut quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, & ad effectum præmiſſorum dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fides exemplorum.

§.8. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ eiſdem originalibus haberetur, exhibitis, vel oſtenſis.

§.9. Nulli ergo omnino hominum liceat &c.

D. P. An.I. die 1. Dec.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Kalendis Decembris, Pontificatus noſtri Anno Primo.

IV.

Confirmatis Literis Sixti PP. V. quibus Caſtra Monaſterio Farfenſi dependentia Cameræ Apoſtolicæ applicaverat, revocataque reſtitutione a Gregorio XIV. facta Abbatibus Commendatariis, Caſtra prædicta in Bulla Pii PP. V. *de non alienandis* comprænhendi declarat.

Ex Reg. … Secret. …

Sixti V. Literas legere eſt in Appendice ſuperius poſita num. XL. pag. 220., earumque initium eſt Romanum decet.

INNOCENTIUS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Enarrat applicationem Caſtrorum in rubrica expreſſorum a Sixto Papa V. factam.

§. 1. CUM, ſicut accepimus, fel. rec. Sixtus Papa V. alias vacantibus Abbatiis Beatæ Mariæ Farfen. nullius, & S. Salvatoris de Scandriglia Sabinen. Diæceſis, inſimul unitis per obitum bon: mem: Alexandri Cardinalis Farneſii illas dum viveret in Commendam obtinentis, omnia, & ſingula Caſtra in Statu Noſtro Eccleſiaſtico ſub dictarum Abbatiarum temporali Juriſdictione exiſtentia, quoad temporalem Juriſdictionem, proprietatem, dominium, & ſuperioritatem una cum eorumdem introitibus, redditibus, & emolumentis ex Juriſdictione prædicta provenientibus in ſuo Conſiſtorio Secreto de Ven. Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) Conſilio, & aſſenſu, ac de ſuæ Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine à dictis Abbatiis perpetuo ſeparaverit, ac Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ applicaverit, & appropriaverit, prout in Decreto Conſiſtoriali ejuſdem Sixti prædeceſſoris, ac literis Apoſtolicis deſuper expeditis latius continetur; cujus quidem decreti, ac prædictarum literarum vigore realis, & corporalis poſſeſſio dictorum Caſtrorum, & eorum temporalis Juriſdictionis cum omnibus annexis, per tunc Cameræ prædictæ Commiſſarium, ſeu ejus Subſtitutum nomine Sedis, & Cameræ prædictarum capta, Juramentum debitum fidelitatis a Vaſſallis eorumdem Caſtrorum receptum, Officiales, & Jus dicentes, ad regimen, & temporalem Juriſdictionem in illis exercendam deputati, per plures menſes fuerunt.

Poſſeſſioneque inde … R. C. A. Officialibus captam.

Gregor. XIV. ea Abbatibus Commendatariis reſtituerat.

§. 2. Cumque, ſicut etiam accepimus, piæ mem: Gregorius XIV. Prædeceſſor noſter earumdem Sixti V. literarum revocationem, ac reintegrationem quamdam, de Juriſdictione, & Dominio prædictis Abbatiis, & earum Commendatariis extra Conſiſtorium fecerit, prout in literis revocationis, & reintegrationis hujuſmodi plenius contineri dicitur.

Innocentius innovat literas Sixti, iterumque dicta Caſtra Cam. Apoſt. unit.

§. 3. Nos igitur cognoſcentes dictam Sixti prædeceſſoris ſeparationem, & applicationem ex cauſis valde opportunis, & neceſſariis factam fuiſſe, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac etiam de Venerabi-

Digitized by Google

llum fratrum noſtrorum ejuſdem S, R. E. Cardinalium conſilio, & aſſenſu dictorum Caſtrorum temporalis Juriſdictionis, Dominii, & ſuperioritatis, cum illius emulumentis, & annexis, prout in ejuſdem Sixti prædeceſſoris Decreto, ac literis continetur, a dictis Abbatiis ſeparationem, ac Sedi, & Cameræ prædictæ applicationem, & appropriationem, ac Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, approbamus, & renovamus, ac etiam, quatenus opus ſit, de novo facimus, & decernimus.

Revocatque Gregorii XIV reintegrationem, & quamdam Sixti declarationem, ſuper jure Abbatum cognoſcendi cauſas appellationū, & recurſuum

§. 4. Nec non quamdam etiam ejuſdem Sixti extra Conſiſtorium poſt primodictas ſuas literas emanatam declarationem, ſeu reſtitutionem ſuper Jure cognoſcendi cauſas appellationum, & recurſuum ad favorem dictarum Abbatiarum factam ſub Dat. Kalendis Auguſti 1589. Pontificatus vero Anno quinto, ac ipſam Gregorii XIV. prædeceſſoris prædicti revocationem, ac reintegrationem (quarum omnium, & ſingularum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus) per præſentes de medio tollimus, ac prorſus abrogamus.

Dicta Caſtra in Bulla Pii V *de non alienandis* comprehendi ſtatuit.

§. 5. Caſtraque prædicta cum illorum temporali Juriſdictione prædicta immediate Sedi, & Cameræ prædictæ, perpetuo applicamus, & appropriamus, ac eiſdem, ita perpetuo eſſe incorporata decernimus, ut omnino comprælienſa ſint, & eſſe intelligantur, ſub prohibitione alienationis, & aliorum in Conſtitutione rec: mem: Pii Papæ V. contentorum, perinde ac cætera Caſtra, & loca ſub immediato Sedis Dominio prędictę, & Juriſdictione exiſtentia.

Clauſulæ pro præſentium obſervantia.

§. 6. Sicque, per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, ac diffinoiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decemimus, & declaramus.

§. 7. Mandantes propterea dictis filiis noſtro, & S.R.E. Camerario, Theſaurario, ac Decano, aliiſque Præſidentibus, & Clericis Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, quatenus præſentes noſtras literas in eadem Camera admittant, & in ejuſdem Cameræ libris annotari, ac regiſtrari faciant, & mandent. Contradictores quoslibet, & Rebelles, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 4. Decem. 1591. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Decembris 1591. Pontificatus noſtri Anno primo.

Sequitur Commiſſio ejuſdem Rev. Cameræ Apoſtolicæ Commiſſario de capienda poſſeſſione eorumdem Caſtrorum.

Dilecto filio Angelo Rigotio de Colle Veteri J. V. Doctori.

INNOCENTIUS PAPA IX.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUm Nos hodie omnia Caſtra in Statu Eccleſiaſtico ſub temporali Juriſdictione Abbatiarum Beatæ Mariæ Farfen, Nullius, & Sancti Salvatoris de Scandriglia Sabinen. Diœceſis ſimul unitarum exiſtentia Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ applicaverimus, illaque una cum temporali Juriſdictione prædicta immediate Sedi, & Cameræ prædictæ perpetuo eſſe incorporata decreverimus, prout in Decreto per Nos deſuper de Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu in Conſiſtorio noſtro Secreto facto, continetur, ac in literis Apoſtolicis prope diem expediendis latius explicabitur. Nos igitur, ne Caſtra prædicta in temporalibus aliqua detrimenta patiantur, de tua in rebus gerendis deſteritate, & ſolertia plurimum in Domino confiſi, Tibi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ſtatim viſis præſentibus, Te ad dicta Caſtra perſonaliter conferas, illorumque realem, & actualem poſſeſſionem noſtro, & Cameræ Apoſtolicæ nominibus, omni mora, & dilatione poſtpoſitis, capias, & apprehendas, ac a ſubditis, & vaſſallis Caſtrorum hujuſmodi, debitum fidelitatis juramentum recipias, aliaque facias, & exequaris, quæ in præmiſſis neceſſaria, & opportuna judicaveris, contrariis non obſtantibus quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Decembris 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

V.

Committitur Cardinali Archiduci Auſtriæ, in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis de latere Legato, ut Inſignia, Veſtes, & & Vexilla inter Confraternitates ſub Invocatione Beatæ Mariæ de Miſericordia in Civitate Ulixbonen. erectas, diſtinguat, liteſq; inter ipſas exortas componat. Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Dilecto filio noſtro Alberto tituli S. Crucis in Hieruſalem Presbytero Cardinali Archiduci Auſtriæ nuncupato, & Apoſtolicæ Sedis in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis de latere Legato.

INNOCENTIUS PAPA NONUS

Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Portugalliæ Regee Confraternitatem

§. 1. PRo parte chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Portugalliæ, & Algar-

de Miſericordia inſtituerant, Privilegiis, opibuſque promoverant.

garbiorum Regis Catholici Nobis expoſitum fuit, quod cum a pluribus anois iu Civitate Ulixbonen. elaræ memoriæ Portogalliæ, & Algarbiorum Regum opera, & pia devotiooe, una inſignis ſub Invocatione Beatæ Mariæ de Miſericordia Confraternitas, in qua pietatis opera in honorem Domini Noſtri Jeſos Chriſti, Sanctiſſimæque Virginis Mariæ ejus Matris, & proximorum utilitatem, & commodum per illius Coufratres, & Sodales, in quorum numerum quamplurimi Nobilium, & Principalium dictæ Civitatis Virorum deſcripti reperiuntur, exercerentur, & juata evangelicam doctrinam adimplerentur, fundata, & instituta fuiſſet, quam prædictæ memoriæ Emanuel, & Joannes ejus filins dictorom Regoorum Reges multis privilegiis, & donationibus auaerunt magnifieis conſtructis fabricis, ornamentis, ae paramentis elargitis amplificarunt, plurimiſque a ſummis Rom. Pontific. obtentis gratiis, & Indulgentiis ita munierunt, ae decorarunt, ut ereſcente in dies Chriſtifidelinm devotione, & affectu erga illam, ex eorumdem piis eleemoſynis, ae largitionibos undequaque eollectis pro eaptivis redimendis, pauperibus, ac orphanis virginibus collocaodis, viduis, & aliis miſerabilibus perſonis ſublevandis, in Carceribus detentis ſuſtentandis, ultimo ſupplicio damnatis confirmandis, & aſſociandis, mortuis ſepeliendis, cæteriſque miſericordiæ operibus ſumma pietate exercendis, nee non Divinis officiis pro vivis, & defunctis peragendis ſatis, ſuperque ſufficerent.

Aliæ poſtea ab aliis fuere inſtitutæ Coufraternitates, quæ eadem inſignia geſtantes non eadem miſericordiæ opera exercebant ac ſupradictæ Confraternitati eleemoſynæ minuebantur.

§.2. Tamen a nonnullis annis eitra in eadem Civitate quorumdam etiam inferioris eonditionis hominum, æmulatione, magis quam eharitatis fervore, nonnullas alias ſub diverſis invocationibus, & denominationibus Coofraternitates inſtitutas, & erectas fuiſſe, in quibus eadem pietatis opera, quæ ex præcipuo primodictæ Coufraternitatis Miſericordiæ Inſtituto exiſtunt, eaercere contendunt, Veſteſque, Vexilla, Feretrum pro mortuis ad ſepulturam condueendis, aliaque dictæ Coufraternitatis inſignia per Urbem deferre, ſibique aſſumere, & uſurpare præſumunt, ex quo gravia ſeandala, & diſſentiones quotidie oriri videotur, eleemoſynæque ipſæ, ea quibus prædicta charitatis opera in primodicta Miſerieordiæ Confraternitate commode, & utiliter perficiebantur, & exequebantur, magna ex parte deficere, & imminui eœperunt, ex dictiſque noviter erectis Confraternitatibus licet perquirendis eleemoſynis, & procurandis piorum donationibus illarum Sodales nimis ſollicite iotendant, nolla, aut minima pauperibus, & miſerabilibus perſonis ſubſidia, & commoda proveniri reperiantor; quibus niſi præſenti remedio ſubveniatur, primodicta Miſerieordiæ Coofraternitas plurimum imminui maaimo Chriſti pauperum detrimento, & incommodo videbatur.

Pro remedio ſupplicat Rex.

§.3. Quare pro parte dicti Regis Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis providere de benignitate Apoſtoliea dignaremur.

Innocentius Cardinali Archiduci Auſtriæ ea committit, quæ in rubrica recenſentur.

§.4. Nos igitur, qui pietatis opera in dies creſcere, & augeri, ſcandala inter perſonas ſimilibus operibus exerceodis intentas orta, ſubmovere, eæteraque impedimenia de medio tollere ſummis affectibus deſideramus, hujuſmodi incommodis oceurrere volentes; Cireumſpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint vocandi, de præmiſſis etiam ſummarie, & de plano, ae ſola facti veritate inſpecta, & ſi tibi videbitur extrajudicialiter, Te diligenter informes: & ſi per informationem eamdem Tibi conſtiterit ex erectione ſecundo dictarum Confraternitatum, ac illarum exercitiis, præcipueque ea Feretri, Veaillorum, & aliorum inſignium, quibus primodicta Miſericordiæ Confraternitas otitur, delatione, & nſurpatione, eidem aliquot præjudicium, & detrimentum inferri, exindeque diſſentiones inter illius, & aliarum Confraternitatum Confratres in diminutionem dictorum pietatis operum ſuboriri, & ſcandala proveniri poſſe, præjudicium, & ſcandala hujuſmodi, omni, & quacumque appellatione, aut reclamatione remota tollere, & removere, prædictaque iosignia, veſtes, ae vexilla inter ipſas Confraternitates, oec non opera per illas exercenda ita diſtinguere, ut nee ſe invicem impedire, aut turbare, nec opera eharitatis prædicta intermitti nllo modo poſſint, vel debeant: quæque Tibi pro paee, & quiete componenda, & obſervanda videbuntur neceſſaria, facere, & exercere, omnibuſque opportunis Juris, & facti remediis exequi auctoritate noſtra eures.

Ad quæ perficienda opportunas eidem concedit facultates.

§.4. Nos enim Tibi omnia, & ſingula in præmiſſis, & eirca ea neeeſſaria quomodolibet, & opportuna faeiendi, gerendi, & exequendi plenam, & liberam faeultatem, & auctoritatem tenore præſentium eoncedimus, & impartimur.

Quibuſcumque in contrarium non obſtantibus.

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolieis, & præſertim noſtra de non tollendo Jure quæſito, dictarumque Confraternitatum etiam Juramento, confirmatione Apoſtoliea, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolieis, illis, illarumqoe Protectoribus, Adminiſtratoribus, & perſoois quomodolibet conceſſis, eonfirmatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro eapreſſis habentes, illis alias io ſuo robore permaoſuris, hae vice dumtaxat, quoad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſeumque.

Dat. die 20. Decem. 1591. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſob Annulo Piſcatoris die 20. Decembris 1591., Pontifieatus noſtri Anno I.

VI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Prioratus Baruli, ſeu de Barletta Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani collatiquem Sedi Apoſtolicæ reſervat.

INNOCENTIUS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

Reſervatio, de qua in rubrica.

§.1. UT de Prioratu Baruli, ſeu de Barletta, Hoſpitalis S. Joannis Hieroſolymitani, quem dilectus filius noſter Joannes Vincentius, Tituli S. Alexii Præſbyter Cardinalis Gonzaga in titulum, vel commendam, aut alias ex conceſſione, ſeu diſpenſatione Apoſtolica nunc obtinet, quandocumque vacare contigerit, nos, & Sedes Apoſtolica libere, ac ſublatis impedimentis omnibus, diſponere valeamus. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac ex cauſis animum noſtrum moventibus, nobiſque benevıſis, Prioratum hujuſmodi ex nunc diſpoſitioni noſtræ, ac ejuſdem Sedis Apoſtolicæ ſpecialiter, ac nominatim reſervamus, ita ut, adveniente illius vacatione, ſive per obitum, etiam apud Sedem eamdem, aut etiam apud Conventum ejuſdem Hoſpitalis, aut alibi in quacumque Mondi parte, ſive per liberam reſignationem, etiam coram Notario, & Teſtibus ſponte factam, aut aliam quamcumque dimiſſionem, vel amiſſionem prædicti Joannis Vincentii Cardinalis, aut alias quovis modo, dilectus filius Magiſter, aut Conventus Hoſpitalis prædicti, aut aliæ perſonæ, quavis etiam Apoſtolica auctoritate, de illo diſponere minime valeant, ſed Nos, & Sedes prædicta, aut pro tempore exiſtens Romanus Pontifex de eodem Prioratu in favorem cujuſcomque perſonæ, etiamſi, juxta ſtatuta, & ſtabilimenta ejuſdem Hoſpitalis, omnia requiſita non habuerit, libere diſponere, illique conferre, aut in titulum, ſive commendam, vel adminiſtrationem dare, & concedere poſſit.

Inhibitio M. Magiſtro, quo minus in hujuſmodi collatione ſe ingerat.

§.2. Inhibentes propterea tam Magiſtro, & Conventui S. Joannis Hieroſolymitani prædictis, quam quibuſvis aliis intereſſe quomodolibet prætendentibus, ne ſe in eo intromittere quoquo modo audeant, vel præſumant, decernentes irritum, & inane quidquid, ſecus ſuper his ab illis, ſeu a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.3. Non obſtantibus Cancellariæ noſtræ Apoſtolicæ Regulis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non prædictis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & ſtabilimentis, uſibus, & naturis Hoſpitalis hujuſmodi, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis, ac gratiis quibuslibet magno Magiſtro, & Conventui prædictis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac ad Imperatoris, Regum, vel aliorum Principum inſtantiam, & contemplationem, aut alias quomodolibet conceſſis, & pluries, ac iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, nec non gratiis, & expectativis, tam a dictis Magiſtro, & Conventu, quam etiam a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ac a nobis, & Sede prædicta quibuſvis perſonis generice ad quoſcumque dicti Hoſpitalis Prioratus, vel alia Beneficia, aut etiam forſan nominatim ad hunc ipſum, quavis auctoritate conceſſis: quibus omnibus, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullo modo derogari poſſit, niſi, vel ſi etiam de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & ad verbum expreſſa mentio haberetur, & certa inibi, tunc expreſſa, forma obſervaretur, & niſi ad hoc Magiſter, Conventus, aut alii intereſſe habentes, ſeu prætendentes vocati non fuerint: quodque aliter factæ derogationes non valeant, & nullatenus ſuffragentur, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac formas pro plene obſervatis habentes, ad hunc effectum, ſpecialiter, expreſſe, ac latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe volumus, & decernimus, illaque omnia adverſus hanc reſervationem, nemini omnino ſuffragari, perinde ac ſi non emanaſſent, decernimus pariter, & declaramus; cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 21. Decem. 1591 An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Decembris 1591., Pontificatus noſtri Anno I.

CLEMENS OCTAVUS

PAPA CCXXXIII.

ANNI CHRISTI MDXCII.



DIe 30. Januarii 1592. Hippolytus Aldobrandinus patria Florentinus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis Tituli Sancti Pancratii electus eſt Romanua Pontifex, qui Clementis VIII. nomine aſſumpto Sacra Thiara redimitus eſt die 2. Februarii. Sedit temporibus Rodulfi II. Imperatoris Ann. XIII. Menſem I. Diea V. Creavitque diverſia temporibua Cardinales LVI. Obiit die 3. Martii 1605. Sepultuſque fuit in Baſilica Vaticana. Vacavit Sedes Dies XXIX.

I.

Prorogatio ad aliud quinquennium applicationis fructuum Eccleſiæ Chiſſamenſis in Inſula Cretæ Collegio Græcorum in Urbe erecto.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Hoc Collegium fundavit Gregorius PP. XIII. Conſtit. LXIII. quæ incipit. In Apoſtolicæ *Tom. IV. Par. III. fol. 328. Eidemque Collegio Sixtus PP. V. Officium Diaconi, & Subdiaconi pro Cappellis Pontificiis addidit Conſtit. LXXXI., quæ incipit* Religioſa. *Tom. IV. Par. IV. fol. 295.*

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. CUM alias fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter per ſuas literas, datas Idibus Januarii, Pontificatus ſui Anno V., Collegio Scholarium Græcorum, in Alma Urbe tunc erecto, & inſtituto, in ſuſtentationem eorumdem Scholarium, Chiſamenſis Eccleſiæ in Inſula Cretæ, tunc certo modo vacantis, fructus, redditus, proventus, juraque, obventiones, & emolumenta (dempta eorum certa portione) ad annos quindecim applicaverit; prout in ejuſdem literis plenius continetur.

Gregor. XIII. Collegio Græcorũ ad quindennium applicavit fructus Eccleſiæ Chiſamenſis.

§. 2. Et, ſicut accepimus, tempus hujuſmodi jam forſan effluxerit, ſive ejus finis nunc inſtet. Nos conſiderantes Eccleſiam prædictam, quæ adhuc vacat, Clero, Populoque latino omnino carere, præter paucos quoſdam Canonicos, qui tamen a longo, ſeu immemorabili tempore, ſive ob tenuitatem Præbendarum, ſive alias ob cauſas in ea non reſident, ſed apud Cidonienſem Eccleſiam, cui inſervire ſolent, atque piæ menti dicti Gregorii Prædeceſſoris inhærentes, convenire judicavimus, ſubſidium hujuſmodi Collegio prædicto ad aliquod longius tempus prorogare, donec, Deo dante, talis prædictæ Chiſſamen. Eccleſiæ conſtitui poſſit Epiſcopus, qui etiam Clero, & Populo græco in eadem Inſula Sacramenta, & quæ ſunt pontificalis ordinis, valeat miniſtrare. Quare applicationem, & aſſignationem omnium dictæ Chiſſamen. Eccleſiæ fructuum, reddituum, & proventuum, omniumque jurium, obventionum, & emolumentorum per ipſum Gregorium Prædeceſſorem, dicto Collegio, ut præfertur, factam, & ipſum tempus dictorum quindecim annorum, quatenus adhuc duret, ad alios quinque annos a fine dicti quindennii computandos, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium prorogamus, extendimus, & ampliamus, quatenus vero lapſum ſit, eoſdem fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta omnia, exceptis Ducatis centum quinquaginta monetæ venetæ, Adminiſtratori, ſeu Vicario, qui auctoritate Apoſtolica eidem Eccleſiæ deputabitur, perſolvendis, ipſi Græcorum Collegio pro ejus Alum-

Clemens ad alios quinque annos prorogat hujuſmodi applicationem.

Alumnorum ſuſtentatione, ſimil ter ad annos quinque, ut præfertur numerandos, cum omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, & gratiis, quæ in ipſius Collegii erectione, ac prædictis Gregorii Prædeceſſoris literis deſuper confectis, ſunt expreſſa, & alias, juxta illarum tenorem, quem, præſentibus haberi volumus pro expreſſo, auctoritate, & tenore prædictis de novo applicamus, concedimus, & aſſignamus, itaut ab ipſius Collegii Procuratoribus per dilectos filios noſtros Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ejuſdem Collegii Protectores, nunc, & pro tempore exiſtentes deputatis, propria auctoritate, ea omnia exigi, percipi, & levari, prædiaque, domos, & bona quæcumque locari, aliaque ad id opportuna, & neceſſaria fieri poſſint.

Vicarium in Eccleſia Cluſ. ſoneuſi deputat.

§.3. Interim vero, ne ipſa Eccleſia aliquid in ſpiritualibus detrimenti patiatur, dilectum filium Paulum Magnanum de Utino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini Profeſſorem, ejuſque Eccleſiæ, illius Sede vacante in ſpiritualibus Vicarium, ad quinquennium prædictum, auctoritate, & tenore præmiſſis conſtituimus, & deputamus, eique pro ſua, & unius Presbyteri Cappellani, qui ipſi Eccleſiæ deſerviat, congrua ſuſtentatione, & onerum pro divino cultu in ipſa Eccleſia conſervando, ſupportatione, ducatos centum quinquaginta monetæ venetæ prædictos, ſibi annuatim, per ejuſdem Collegii Procuratores, in tribus terminis, in fine videlicet cujuslibet quadrimeſtris, perſolvendos, attribuimus, & aſſignamus.

Neceſſarias eidem Vicario concedit facultates.

§.4. Nec non eidem Paulo Vicario, omnia, & ſingula in prædicta Eccleſia gerendi, exercendi, mandandi, ordinandi, & exequendi, etiam per ſe, vel alium, ſeu alios, quæ ad Vicarii hujuſmodi auctoritate deputati officium de jure, conſuetudine, vel privilegio, ſeu alias quomodolibet pertinent, etiamſi notam, & expreſſionem requirerent magis ſpecialem, & ſub generali conceſſione non venirent, plenam, & liberam, per præſentes concedimus facultatem. Mandantes omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, ut eum in Vicarium a Nobis deputatum recipiant, & admittant, ejuſque ſalubribus monitis, & mandatis humiliter obtemperent.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, quodque ipſa Eccleſia ad præſens Paſtore careat, & legitimo Defenſore, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 10. Febr. 1592. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 10. Februarii 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

II.

Innovatio Conſtitutionis Pii V. ab Innocentio IX. declaratæ, de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, & Locis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

Conſtitutio Pii V. poſita fuit in Conſtit.LIII. Admonet. *Tom.IV. Par.II. fol.364., & Conſtit.I.* Quæ ab hac. *Innoc.IX. fol.324. ut ſupra.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romani Pontificis curam, & ſolicitudinem pertinet, hoc quoque inter cætera non mediocri ſtudio providere, ut quæ ad conſervandam Sanctæ hujus Sedia temporalem ditionem bona, & jura, ſalubriter ſancita fuerunt, ea & ab ipſo, & ab aliis inviolata ſerventur.

Pius V. edidit Bullã hic cit.

§.1. Alias ſiquidem fe. re. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter literas edidit in hæc verba: Pius Epiſcopus &c. Admonet &c. *Omittitur quia legi poteſt loco citato in rubrica.*

Succeſſores approbarunt:

§.2. Quæ quidem Conſtitutio uti optima, & ad retinendam S. R. E. dignitatem plane ſalutaris, approbata, confirmata, & innovata fuit ab iis qui ſequuti ſunt, Prædeceſſoribus noſtris, piæ nimirum memoriæ Gregorio XIII., Sixto V., & Gregorio XIV.

Innoc.IX ampliavit.

§.3. Et noviſſime ab Innocentio IX. qui etiam, de tunc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, & aſſenſu, de quorum numero Nos quoque tunc eramus, declaravit eadem Conſtitutione prohibita fuiſſe, & prohiberi, omnem, & quamcumque infeudationem, ac alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum Sedi Apoſtolicæ tam mediate, quam immediate ſubjectorum, non ſolum ne fiat, neve attentetur poſt eorum devolutionem, ſed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extenſionem infeudationum, inveſtiturarum, & conceſſionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis nondum finitarum, ipſorumque incorporationem, quoad effectum impediendæ infeudationis, alienationis, prorogationis, & extenſionis hujuſmodi, non a die eorum devolutionis, ſed a die ipſius Conſtitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipſo jure cum omnibus clauſulis, & decretis in prædicta Conſtitutione contentis, Cameræ, & Sedi Apoſtolicæ factam cenſeri, adjecto etiam Decreto, & declaratione, ut promiſſio, & juramentum præſtitum, & præſtandum, de ſervanda eadem Pii Prædeceſſoris prædicti Conſtitutione, per ipſum Innocentium, & Succeſſores ſuos Romanos Pontifices, ac prædictos

ctos Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, intelligatur de ipſa Pii V. Prædeceſſoris Conſtitutione, per eum ut ſupra declarata, & ſecundum hujuſmodi declarationem, eamdem Conſtitutionem, ad unguem, & inviolabiliter obſervari oportere, ac debere, ſicuti etiam ſe ſervaturum eſſe promiſit, ac ſancte, & ſolemni more juravit, prout in ejuſdem Innocentii Prædeceſſoris, ſub Datum Pridie Nonis Novembris Pontificatus ſui Anno Primo, expeditis literis, clarius continetur.

Hic Pontifex probat, & jurat d. Bullam Pii V. extenſam ab Innocentio IX.

§.4. Quare Nos cum primum ad Apoſtolicæ dignitatis faſtigium divina providentia vocati ſumus, id ipſum ad exequendum noſtri Paſtoralis officii debitum, præcipue pertinere exiſtimantes, præinſertas Pii Prædeceſſoris literas, ac omnia in eis contenta, etiam juxta declarationem prædictam, per ipſum Innocentium Prædeceſſorem factam, ac deſuper confectarum literarum continentiam, & tenorem, quem pariter præſentibus haberi volumus pro expreſſo, ac de verbo ad verbum inſerto, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium comprobamus, confirmamus, & innovamus. Eaſque firmiter, & inviolate, ac juxta declarationem prædictam Nos ſimiliter ſervaturos eſſe promittimus, & juramus, atque per eos, ad quos ſpectat, pariter perpetuo obſervari præcipimus, & mandamus.

Nulli ergo omnino hominum &c. Si quis &c.

D. P. An. I. die 14. Febr.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, 16. Kal. Martii, Pontificatus noſtri Anno I.

Sequitur declaratio, & extenſio dictæ Conſtitutionis Pii V.

Pius V. alienationem locorum Sedis Apoſt. ſtrictiſſime prohibuit ut ſupra in ejus Conſt. ubi etiam id tractantibus pœnas impoſuit.

§.5. SAnctiſſimus Dominus Noſter, Dixit, poſt editam per ſanctæ recordationis Pium Papam V. Sanctitatis ſuæ Prædeceſſorem de fratrum conſilio Conſtitutionem de non alienandis Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, ſibi, & Apoſtolicæ Sedi in temporalibus mediate, & immediate ſubjectis, etiam ad illud uſque tempus in feudum, aut quemvis alienationis titulum dari ſolitis, ad Sedem prædictam quomodolibet devolutis, & pro tempore devolvendis, graviſſimis impoſitis pœnis contra perſonas tractantes, conſulentes, aut alias verba facientes de hujuſmodi Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum infeudationibus, etiam ſub prætextu neceſſitatis, & evidentis utilitatis, ſive illas inſinuantes, & ſuadentes prout in ipſa Conſtitutione ſub Datum 4. Kal. Aprilis Pontificatus ſui Anno II. edita, ſæpius poſtmodum per Prædeceſſores ſuos, ac noviſſime per Sanctitatem ſuam comprobata latius continetur.

Gregor. XIV. declaravit d. prohibitionẽ non intelligi de feudo non devoluto ſi evidens extaret utilitas, vel neceſſitas illud iterum infeudandi.

§.6. Piæ mem. Gregorium XIV. itidem Prædeceſſorem ſuum, in Conſiſtorio ſecreto, Romæ apud Sanctum Marcum die Veneris 13. Septembris 1591. habito, ſententiis tamen S. R. E. Cardinalium, qui tunc aderant, ac de quorum numero etiam Sanctitas Sua erat, minime requiſitis, quinimmo multis eorum expreſſe contradicentibus declaraſſe, & decreviſſe, Pii Prædeceſſoris Conſtitutione prædicta non prohiberi, feudum nondum devolutum, quando neceſſitas, aut evidens, & vera Eccleſiæ utilitas poſtulaverit, iterum infeudari. Nec juramentum in ea præſtitum ſimilem caſum comprehendere, ac neminem licite jurare poſſe, quod contra neceſſitatem, aut evidentem utilitatem Eccleſiæ ſit, ſicque prædictam Conſtitutionem intelligendam judicaſſe, ac definiviſſe, itaut nemini poſtea de ea aliter, quam tunc ab ipſo declaratum fuit, loqui, & ſcribere liceret, prout in eodem decreto, & declaratione plenius continetur.

Hic modo Pōtifex d. declaratiõẽ Gregorii XIV. revocat.

§.7. Verum quia re ipſa compertum eſt, quod fere omnes alienationes Terrarum, Civitatum, Oppidorum, & Locorum hujuſmodi hactenus factæ, ex quibus magna læſio, & imminutio patrimonii, ac exiſtimationis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſequuta eſt, etiam ſub prætextu, & colore veræ, & evidentis neceſſitatis, vel utilitatis Prædeceſſoribus Sanctitatis Suæ inſinuatæ fuerunt, cum tamen vix ulla neceſſitas excogitari poſſit, cui ex aliis bonis, aut redditibus, & proventibus quam Conſtitutione prædicta alienari prohibitis ſubveniri nequeat, vix etiam ulla dari poſſit utilitas, cui non præponderet recuperatio, & realis reintegratio in patrimonium S.R.E, earumdem Civitatum, & locorum hucuſque alienatorum: cumque hujuſmodi caſus, abſolutæ neceſſitatis, aut veræ, & evidentis utilitatis, facilius mente atque animo concipi, & effingi, quam uſu venire poſſint, multo magis expedire omnem prorſus alienationum, & inveſtiturarum, prorogationum, & aliarum conceſſionum, quomodocumque, & ſub quibuſcumque cauſis, & prætextibus attentandi viam omnino præcludere, quam ob rariſſimos caſus, qui vix nunquam contingere poſſunt, apertam relinquere, cumque lucrum in tempore negligere, maximum quandoque ſit Eccleſiæ lucrum, utilius eſſe radices omnes, ex quibus hujuſmodi alienationes provenire valeant, penitus evellere, quam ex eo quod aliquando poſſit earum aliqua utilis eſſe, occaſionem præbere, ut multæ præjudiciales, & damnoſæ fiant, cui abſurdo atque incommodo, ipſum Pium Prædeceſſorem præfatum dicta Conſtitutione non immerito occurrere voluiſſe, qui longe plures, & graviores jacturas, ex multis pernicioſis diſtractionibus ſequi poſſe cenſuit, quam utilitates ex pauciſſimis, ſiquæ umquam contingerent fructuoſæ. Proinde Sanctitas ſua habita ſuper hoc cum Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, & ſingulorum auditis ſententiis, de eorum conſilio, & unanimi aſſenſu, decretum, & declarationem ſuperius memoratam fel. rec. Gregorii XIV. tamquam deſtruens prædicti Pii Conſtitutionem, alienandique occaſionem præbens, ac minime ne-

neceſſariam, & deſuper forſan confectas literas, quarum omnium tenores haberi voluit pro expreſſis, ac ad verbum inſertis, auctoritate Apoſtolica revocavit, abrogavit, caſſavit, & annullavit, perinde ſi numquam emanaſſent.

Prohibitionemque Pii V. caſus etiam veræ neceſſitatis & utilitatis comprehendere declarat.

§. 8. Declarans dicta Conſtitutione prohiberi Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Feudorum, & Locorum in ea contentorum, tam quæ numquam antea in feudum conceſſa, quam quæ alias etiam ſæpius alienata, vel infeudata, ac poſtmodum devoluta, aut etiam nondum devoluta fuerunt, alienationes, infeudationes, & prorogationes, & extenſiones inveſtiturarum, feudorum, & conceſſionum etiam ex cauſa neceſſitatis, aut evidentis, & veræ utilitatis factas, & faciendas, juramentum quoque ſuper ejuſdem Conſtitutionis obſervationem per Sanctitatem Suam, & Succeſſores ſuos, ac S. R. E. Cardinales præſtitum, & præſtandum, caſum hunc neceſſitatis, etiam abſolutæ, & evidentis, & veræ utilitatis, omnino comprehendere, nec propterea aliquid illicitum jurari, aut quod contra neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ ſit, ſed quod rationi conſonum, atque e re illius eſt, ac ſummopere conducit, prout eadem auctoritate declaravit, ſtatuit, & decrevit, cum clauſulis, & derogationibus opportunis.

Dat. P. An. I. die 26. Julii.

Actum Romæ in Monte Quirinali, die 26. Julii 1592. In Conſiſtorio ſecreto.

III.

Comprobatio Conſtitutionum a Sixto V. editarum, circa conſervationem pecuniarii præſidii triginta centena millium nummum aureorum, in Arce Sancti Angeli repoſitorum, ad Sedis Apoſtolicæ ſubventionem.

Hæ Conſtitutiones Sixti ſunt tres, & leguntur Conſt. XLIII. Tom. IV. Par. IV fol. 206. Conſtit. CVIII. fol. 363. Ibid. Tertia vero præſenti Tomo Conſt. CXXV. fol. 1.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUÆ ſalubri Prædeceſſorum noſtrorum providentia, pro communi Chriſtianæ Reipublicæ bono, & rei Eccleſiaſticæ fidei noſtræ creditæ conſervatione, ſtatuta fuerunt, ea ut firma perpetuo, & inconcuſſa permaneant, libenter noſtræ approbationis munimine roboramus.

Sixtus V. triginta centena millia nummum aureorum, in ærarium repoſuit indeque pro[mi] vetuit in ſuis Conſtit. cit. in rub.

§. 1. Dudum ſiquidem fel. recor. Sixtus Papa V. prædeceſſor noſter, graviſſimis de cauſis adductus, & adverſus ingentia, quæ impendebant, & adhuc impendent pericula, opportuna, quantum temporis conditio ferebat, ſubſidia præparans, de fratrum ſuorum S. R. E. Cardinalium, in quorum numero etiam nos tunc eramus conſilio, primo ſui Pontificatus Anno decies centena nummum aureorum millia, ſecundo vero anno altera itidem decies centena millia, ac demum tertio anno tertia ſimiliter decies centena millia aureorum hujuſmodi, in certum ſanctiuſque ærarium, quod in Pontificia S. Angeli Arce conſtitutum eſt, ſumma diligentia Induſtriaque retulit, ac de ſingulis decies centenis millibus nummis perpetuo aſſervandis, nec ullo inde umquam tempore, niſi ad præſcriptos maximeque neceſſarios uſus depromendis, & erogandis, trinas Conſtitutiones edidit, prout in illis, quarum tenores, etiam pro expreſſis, & præſentibus literis de verbo, ad verbum nihil penitus omiſſo inſertis haberi volumus, ac decernimus, plenius continetur.

Quas Conſt. hic Pontifex confirmat, vovet, & jurat.

§. 2. Quas quidem Conſtitutiones cum maxime expediat in futurum ſervari; Nos, & muneris noſtri debito ſatisfacere, & quod in eis diſponitur, ut par eſt, adimplere cupientes, eaſdem Sixti prædeceſſoris literas, & omnia in eis contenta, de venerabilium fratrum noſtrorum, prædictorum Cardinalium conſilio, & aſſenſu, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, eaſque firmiter, & inviolate, juxta illarum diſpoſitionem, obſervare, etiam nunc de novo, per præſentes promittimus, vovemus, & juramus, ac per eos, ad quos ſpectat in futurum obſervari debere ſtatuimus, & ordinamus. Nulli ergo &c. Si quis autem &c.

Dat. P. An. I. die 15. Febr.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, 16. Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno primo.

IV.

Confirmatio, & Innovatio literarum Pii V. & Conſtitutionis Pauli IV. contra Hæbreos Civitatis Avenionen., & Comitatus Venayſſini editarum, præſertim ne res novas vendant.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

CUM ſæpe accidere poſſit, ut, vel temporum injuria, vel hominum negligentia, aut alias ea, quæ a Romanis Pontificibus proinde ſanciuntur, paulatim in deſuetudinem abeant, ideo convenit, quandoque eorum memoriam adhibito confirmationis, & innovationis remedio, per eoſdem Romanos Pontifices renovari, ut illa perpetuo firmiora ſubſiſtant.

Pius V. Pauli IV. literas, de quibus fit mentio in rubrica, confirmavit.

§. 1. Dudum ſiquidem a fel. recor. Pio PP. V. prædeceſſore noſtro emanarunt literæ confirmatoriæ Conſtitutionis piæ mem: Pauli PP. IV. ſimiliter prædeceſſoris noſtri contra Judeos editæ tenoris ſubſequentis videlicet :: Pius Epiſcopus Servus ſervorum Dei :: Ad perpetuam rei memoriam. Romanus Pontifex. Chriſti Vicarius in terris &c. *Cætera legi poſſunt Tom. IV. Part. II.*, Con-

Tenor literarum Pii V.

Conſtitut.X. fol.186. Omittitur tenor iſtius Conſtitutionis.qui n habes ſupra fol. citato.

Judæi ſuprà dictas Conſtitutiones non obſervabant in aliquibus locis.

§. 2. Cum autem, ut liquido apparet, præinſertarum literarum obſervationem, ipſi Judæi aliqualiter relaxare, præſertim in locis ab Vrbe remotis, & nominatim in Civitate Avenionenſi,& Comitatu Noſtro Venayſſino, & in deſſuetudinem trahere dignoſcantur;

Eas innovat Clemens peculiariter pro Civitate Avenionis,& Comitatu Venayſſino.

§. 3. Nos volentes literas, & Conſtitutionem præfatas, ac omnia, & quæcumque perpetuo, ut par eſt inviolate obſervari debere, eaſdem literas, & Conſtitutionem perpetuo confirmantes,& approbantes, Noſtræque Apoſtolicæ confirmationis perpetuo munimine roborantes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium præcipimus, & mandamus, omnibus, & ſingulis, quos literæ, & Conſtitutio prædictæ concernunt, ſub pœnis in eis contentis, ut ea omnia, & ſingula inviolabiliter perpetuo obſervent, ac abſervari curent, & faciant.

Vice-Legato &c. earumdem exequutioné committitur.

§. 4. Et nihilominus dilectis filiis Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Officialibus, & Miniſtris quibuſcumque nominatim in Civitate Avenionen., & Comitatu Noſtro Venayſſino prædictis nunc,& pro tempore exiſtentibus, diſtincte præcipiendo mandamus, ut literas, & Conſtitutionem prædictas in Civitatibus Noſtris, & locis quibuſcumque præſertim Comitatus prædicti, & ſeu Legationis Avenionenſis, omnino obſervari faciant, ac inter alia Judæis ibidem degentibus, ne Merces rerum novarum, ſed tantummodo ipſas res veteres, ut in ipſis literis diſponitur, vendere, aut mereari præſumant, expreſſe prohibeant, in contravenientes pœnas in literis, & Conſtitutione hujuſmodi comminatas irremiſſibiliter exequendo.

Clauſulæ.

§. 5. Et ita in præmiſſis per ejuſdem Civitatis,& Comitatus Legatos, ſeu Vice-Legatos, & alios quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Derogatio contrariorum

§. 6. Non obſtantibus omnibus, quæ in ipſis literis expreſſum eſt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 28. Febr. 1592.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 28.Februarii 1592. Pontificatus Noſtri Anno primo.

V.

Declaratio quoad electionem, & qualitates Judicum Conſervatorum, ad inſtantiam quorumcumq; Ordinum, Univerſitatum, Collegiorum, & locorum piorum, a Sede Apoſtolica conceſſorum, & concedendorum.

CLEMENS PAPA VIII.

Cauſa hujus Conſtitution.

SAnctiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Noſter Dominus Clemens, divina

providentia Papa VIII. ne ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & ex eo quod ob locorum diſtantiam,perſonarum,quibus cauſæ mandantur, certa notitia haud ita facile haberi poteſt, per Judices aliquos minus interdum idoneos in Conſervatores deputatos cauſas ipſas cognoſci contingat, cupiens ſalubriter providere:

Revocatio quarumcumque deputationum Judicum Conſervatorum a Sede Apoſtolica conceſſarum non habentiū qualitates requiſitas in cap. 11. de Reſcript. in 6.

§.1. Revocavit, ac declaravit nullas, invalidas, & ſubreptitias omnes, & quaſcumque Judicum deputationes in literis Conſervatoriis, juxta formam in quinterno Cancellariæ deſcriptam, ſeu alias quomodolibet expeditis hactenus per Sedem Apoſtolicam, perpetuo, vel ad tempus nondum elapſum conceſſas, & directas iis Conſervatoribus, & Judicibus, qui qualitates non habent requiſitas, & deſcriptas in Conſtitutione fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris ſui, quæ incipit: Statutum.

Et non electorum in Conciliis Provincialibus juxta formam Conc. Trid.

§.2. Quique etiam in Conciliis Provincialibus, aut Diœceſanis, juxta Decretum Concilii Tridentini, electi, & deſignati non ſunt ad inſtantiam quorumcumque Conventuum, Capitulorum, Militiarum, Univerſitatum, Collegiorum, Ordinum, ac in favorem quorumvis Monaſteriorum, Hoſpitalium, & aliorum quorumvis Piorum, tam ſæcularium, quam cujuſvis Ordinis, aut Inſtituti Regularium locorum, quantumvis exemptorum, obtentas, cum quibuſuis præſervativis, reſtitutivis, mentis atteſtativis, derogatoriarum derogatoriis, efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, quorum omnium tenores Sanctitas Sua haberi voluit pro expreſſis.

Excipiuntur Cauſæ jam definitæ, vel inceptæ.

§.3. Non tamen quoad negotia jam cœpta, vel quoad ea, in quibus illæ ſuum ſortitæ effectum ſeu exequutionem habuerunt.

Literæ impoſterum expediendæ juxta formam Conſtit. Bonifacii VIII.

§.4. Ac etiam inſuper voluit, & ordinavit, quod omnes deinceps literæ Conſervatoriæ hujuſmodi per Sedem Apoſtolicam concedendæ, ad Conſervatores, & Judices dumtaxat dirigantur, qui qualitates juxta d. Bonifacii Conſtitutionem habeant, quique in præfatis Conciliis electi, & deſignati ſint, & non aliis aliter vero expeditæ literæ præfatæ nullius ſint roboris, vel momenti.

Decretum irritans.

§.5. Decernens, &c.

Papæ ſubſcriptio.

Placet, publicetur, & deſcribatur. Hi.

Publicatio. Pont. An. I. die 19. Martii.

Lecta, & publicata fuit ſupradicta revocatio Romæ in Cancellaria Apoſtolica, Anno Incarnationis Dominicæ 1592., die vero 19. Martii, Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ Anno I.

Claudius Ciccolinus Curſor.

VI.

Ex Regiſt. in Secr. Brev.

Commiſſio Nuncio apud Hiſpaniæ Regem, ut per ſe, aut per alium interſit Capitulis Generalibus, & Provincialibus Monachorum Ordinis S. Benedicti.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commiſſio, de qua in rubrica.

§. 1. CUM Nos hodie per alias Noſtras literas, nonnulla circa controverſias, & diſſentiones electionis Abbatis Monaſterii S. Benedicti Vallis Oleti Ordin. ejuſdem S. Benedicti Palentin. Diæceſis, qui Abbas Generalis Congregationis ejuſdem Ordinis Regnorum Hiſpaniarum eſſe debet, ſtatuerimus, & ordinaverimus, prout in eiſdem literis, quarum tenorem præſentibus pro expreſſo haberi volumus, plenius continetur; cupientes ſummopere, ut ea omnia, & alia quæcumque in capitulis, tam generalibus, quam Provincialibus, & intermediis ejuſdem Ordinis fieri contigerit, & præſertim circa electiones, & Regularia ejuſdem Ordinis inſtituta, regulas, reformationes, viſitationes, obſervationes, & Monaſticam Diſciplinam, rite, & recte exequutioni demandentur, ac ſimul etiam providere, ne in Capitulis ſucceſſive celebrandis inter ipſos Monachos diſſentionis, aut contentionis alicujus occaſione ſcandalum oriatur, dilecto filio Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis pro tempore in Hiſpaniarum Regnis Nuncio, per præſentes mandamus, ut in Capitulis hujuſmodi, quoties ſibi expedire videbitur, per ſe, vel alium, ſeu alios, quos ad id idoneos duxerit eligendos, Noſtro, & Apoſtolicæ Sedis nomine interſit, aſſiſtat, præſideat, ac quæcumque ad Divinum Cultum, ſalubrem directionem ipſius Ordinis, illiuſque Monachorum bonum regimen, & reformationem expedire videbuntur, ordinari, ac conſtitui curet, & cum effectu faciat, provide, atque ut electiones hujuſmodi per eos, ad quos ſpectat, juxta, & ſecundum noſtrarum prædictarum tenorem fiant, ac Ordinis Conſtitutiones, Inſtituta, Regulas, Viſitationes, & Reformationes, aliaque circa Monaſticam Diſciplinam, obſervationes, cæteraque omnia pro Divini cultus augmento ſtatuta, & ordinata, etiam ſub cenſuris, & pœnis, ac ſuffragiorum, tam activorum, quam paſſivorum privatione, aliiſque Juris, & facti remediis opportunis, cum facultate aggravandi, & reaggravandi, & interdicendi, invocato etiam ad hoc, ſi opus fecerit, auxilio brachii ſæcularis, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu remotis inviolabiliter obſervari curet, & faciat, cum effectu, cum poteſtate omnia, & ſingula, ac quæcumque in præmiſſis univerſis, & ſingulis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna facien., decernen., & exequen., per ſe, vel alium, ſeu alios ad id eligendum, vel eligendos, quam ſibi tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Clauſulæ.

§. 2. Decernentes præſentes literas, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Noſtræ, aut alio quovis defectu notari, argui, impugnari, revocari, reſtringi, vel limitari, ne præmiſſa per Capitulum generale, aut alias retractari, corrigi, vel abrogari poſſe, ſed ab omnibus inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari debere: irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum ſtatutis, concordiis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque Indultis, & literis Apoſtolicis dicto Ordini, ejuſque Monaſteriis, & Superioribus in genere, vel in ſpecie, quomodolibet conceſſis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, ad effectum præſentium dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 20. Martii 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die xx. Martii 1592. Pontificatus Noſtri Anno primo.

VII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Suppreſſo Officio Vacabili Præfecti Carcerum Status Eccleſiaſtici, hujuſmodi Præfecturam Confraternitatibus Charitatis erectis, vel erigendis committit.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

INter multiplices Paſtoralis noſtri officii curas, in eam libenter incumbimus, ut Populorum Nobis, & S. R. E. in temporalibus ſubjectorum commodis, & publicæ utilitati (quantum in nobis eſt) conſulamus: & ſi qui interdum abuſus in eorum commune damnum, & gravamen irrepunt, iis ſalubria, quæcumque poſſumus, remedia adhibeamus, prout conſpicimus in Domino expedire.

Revocatis quibuſcumque conceſſionibus circa Cuſtodiam Carcerum;

§. 1. Cum itaque alias omnes, & ſingulas conceſſiones, applicationes, & appropriationes, deputationes, & electiones omnium, & quorumcumque officiorum Guardianorum, & Cuſtodum Carcerum, ſeu Car-

Carceratorum civilium, & eriminalium in omnibus Civitatibus, Provinciis, Terris, & Locis Ditionis temporalis S. R. E. (Alma Urbe, ac Anconitan., & Beneventan. Civitatibus, ac earum Territoriis dumtaxat exceptis) quibuſvis perſonis cujuſcumque dignitatis exiſtentibus, ac ipſius Legationibus, Guberniis, Poteſtariis, Communitatibus, Univerſitatibus, aut certis Magiſtratibus per quoſcumque Romanos Pontifices, vel eorum Officiales perpetuo, ſeu ad vitam cujuſcumque eorum, vel ad tempus factæ, auctoritate Apoſtolica revocatæ, & annullatæ fuerint: ipſaque officia, & illa conferendi, concedendi, aſſignandi, locandi, & alias de illis diſponendi facultates, nec non emolumenta omnia, ſeu reſponſiones inde provenientes a quibuſvis Legationibus, etiam de latere, Guberniis, Poteſtariis, aliiſque officiis, & Magiſtratibus, etiam per dictas Communitates, ſeu Univerſitates eligi, ſeu deputari ſolitis, penitus, & omnino perpetuo diſmembratæ, & ſeparatæ, dictaque officia Cuſtodum, & Guardianorum ſingula ab omni, & quacumque reſponſione annua, ſeu menſtrua, ſive in ipſo ingreſſu, & admiſſione perſolvenda, nec non onere, & ſolutione Legatis, etiam de latere, Vicelegatis, Gubernatoribus, Poteſtatibus, Bariſellis, Officialibus, Communitatibus, Univerſitatibuſque, & eorum Magiſtratibus quibuſcumque facienda exempta extiterint.

Erectoque officio vacabili Præfecturæ Generalis;

§.2. Ac unum officium Præfecturæ generalis Cuſtodum, ſeu Guardianorum Carcerum, & Carceratorum hujuſmodi ad vitam perſonæ illud obtinentis vacabile, excepta prima vice, qua ut pro medietate non vacaret, indultum fuit, per unum Præfectum Generalem, qui omnibus Cuſtodibus, & Guardianis Carcerum, & Carceratorum Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, & locorum prædictorum præſideat, omneſque ipſos pro ſuo arbitrio deputet, & amoveat, tenendum, & regendum eadem auctoritate erectum fuerit: eidemque officio Præfecturæ, omnia, & quæcumque regalia, ſalaria, emolumenta, ordinaria, & extraordinaria, etiam incerta cum facultate alendi Carceratos cum ſolutionibus ſolitis, & conſuetis, Jura, & obventiones per ipſos Cuſtodes, Guardianos, & illorum quemlibet etiam ratione laboris, ac etiam quoad annuam, vel menſtruam reſponſionem, per Legatos etiam de latere, Vice-Legatos, Gubernatores, Poteſtates, Bariſellos, alioſque Officiales, & Magiſtratus, Communitateſque, & Univerſitates prædictas percipi ſolita, ſeu alias illis per quoſcumque, etiam dictam Cameram Apoſtolicam, ejuſque Miniſtros, quavis occaſione, vel cauſa ſolvi conſueta, vel quomodolibet debita perpetuo aſſignata, applicata, & appropriata fuerint.

Quod conceſſum fuit Annibali, & Joanni de Lilio.

§.3. Inſuper dilecto filio Joanni Baptiſtæ de Lilio Clerico Bononien., cujus nomine, ac pro pretio dicti officii ſic erecti quondam Annibal etiam Lilius ejus Genitor 13. millia ſcuta monetæ ad rationem Juliorum decem pro quolibet ſcuto jam perſolverat, officium prædictum Præfecturæ generalis, ſic ab ejus primæva erectione vacans, cum omnibus illius honoribus, oneribus, facultatibus, ſalariis, emolumentis, Juribus, & obventionibus ordinariis, & extraordinariis, & incertis, illis quomodolibet debitis, ut præfertur, per illum, quoad vixerit tenendum, habendum, & regendum conceſſum extiterit, cum Indulto pro hæredibus dictorum Annibalis, & Joannis Baptiſtæ, ut ſi ipſum, quandiu dictum officium obtineret, decedere contigiſſet, medietas illius pretii reſervata, ſalvaque eſſet, prout in ejus Literis Apoſtolicis, ſeu in forma Brevis deſuper expeditis, latius continetur.

Ex quo tamen nonnulli exoriebantur abuſus.

§.4. Nos intelligentes, poſtmodum experientia compertum eſſe, dum ipſe Præfectus aliis plerumque conductoribus lucri cauſa, id muneris obeuntibus vices ſuas demandat, vix poſſe eam, quam Chriſtianos potiſſimum decet erga perſonas in carcere detentas charitatem exercere: multos etiam de gravaminibus ſibi per hujuſmodi Subſtitutos Cuſtodes illatis in dies conqueri: ſæpe etiam contigiſſe, ut plures pauperes æris alieni, quod ſuo tempore ſolvere nequiverunt, cauſa, in Carcerem ducti, in ipſo Carcere, ut ſe alerent, novum æs alienum contrahere coacti fuerint, propter quod rurſus retenti in eodem carcere, licet prius illo ære alieno ſe exolviſſent: Inopes vero gratis e carcere liberari non poſſe, ſicuti antea fieri ſolebat, ſed in carceribus miſere marceſcere; Ideoque in præmiſſis opportuna aliqua ratione publicæ utilitati conſulere volentes,

Clemens reſtituto pretio d.J Officium ſupprimit.

§.5. Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberalitate, & certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, officium Præfecturæ Generalis Cuſtodiæ, ſeu Guardianorum Carcerum hujuſmodi, cujus erectionis, & illius conceſſionis in favorem dicti Joannis Baptiſtæ, ut præfertur factæ, ac deſuper confectarum literarum tenorem, præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & ad verbum inſertis, illiuſque nomen, titulum, & denominationem perpetuo, tenore earumdem præſentium ſupprimimus, & extinguimus, conceſſionemque prædicto Joanni Baptiſtæ de illa, ut præfertur etiam titulo oneroſo factam, ejuſdem Joannis Baptiſtæ expreſſo adhoc accedente conſenſu, eique reſtituto pretio, quod alias, ut dictum, eſt perſolverat, ac ulterius ei ſolutis bis mille ſcutis, quæ illi largimur, ut libentius conſenſum hujuſmodi præſtet, nec non per eum, ejuſve Genitorem poſtea factas ſublocationes, ſubdelegationes, ſubrogationes, & deputationes, ac contractus deſuper initos, etiam Juramento, & quavis alia firmitate roboratos, ac Inſtrumenta etiam cum obligatione in forma Cameræ Apoſtolicæ celebrata cum omnibus inde ſecutis revocamus, irritamus, & annullamus, nulliuſque roboris, vel momenti eſſe decernimus, itaut de cætero neque ipſi Joanni Baptiſtæ, aut cuicumque

Digitized by Google

que ab eo cauſam habenti, in aliquo ſuffragentur, neque alterutra pars ad obſervantiam eorum, quæ in Conſtitutionibus, & Inſtrumentis prædictis continentur, in futurum ulterius teneantur.

Carcerum Cuſtodiam, & præſidentiam in quolibet loco Confraternitati adhoc pium opus inſtitutæ, vel inſtituendæ committit.

§ 6. Novam vero, & magis piam, ac miſerabilibus perſonis, & pauperibus commodiorem Cuſtodum Carcerum rationem inire cupientes, in unaquaque Civitate, Terra, Oppido, & loco dictæ ditionis, & Status Eccleſiaſtici, ſingula officia Cuſtodum Carcerum, quæ inibi ſunt, quæque hactenus dicto officio Præfecti Generalis per præſentes ſuppreſſo annexa, & ab eo dependentia, eique incorporata fuerunt, cum omnibus eorum Juribus, pertinentiis, auctoritatibus, facultatibus, & emolumentis, ei Confraternitati, ſive Societati Laicorum, ſeu Clericorum, aut mixtim, quæ charitatis, & pietatis opera erga Carceratos in ea Civitate, Oppido, & loco exercere ſolita eſt: aut ſi in aliqua ex hujuſmodi Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, nulla Confraternitas, quæ id faciat, ad præſens reperiatur, ei Confraternitati, ſeu Societati, quam loci Ordinarius ad id pium munus obeundum deputandam, ſeu de novo erigendam duxerit, motu, ſcientia, & poteſtate ſimilibus perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Quas Confraternitates in locum ſupradicti Præfecti cum eiſdem juribus, & Privilegiis ſubrogat.

§.7. Et ſingulas Confraternitates prædictas, quæ inopes, egenos, carceratos gratis alere, & gratis etiam dimittere, pietatis cauſa viſitare, ſincera in Domino charitate tractare, ſpiritualibus, & temporalibus auxiliis juvare, aliaque erga eos pia opera exercere teneantur, ſicuti ſimiles Confraternitates charitatis, & pietatis nuncupatæ in hac Alma Urbe erectæ erga carceratos exercere ſolent, quoad officia hujuſmodi in locum, & Jura ipſius Præfecti Generalis ponimus, & ſubrogamus.

Eiſque emolumenta omnia applicat, & privilegia concedit.

§.8. Nec non eiſdem Confraternitatibus, & earum unicuique reſpective Cuſtodes ſingulos in carceribus prædictis idoneos ad beneplacitum ipſius Confraternitatis, & ad tempus, & cum ſalario, ſeu mercede ei beneviſa, de expreſſa tamen licentia, & conſenſu Gubernatoris, ſeu Poteſtatis, aut Præſidis ejus loci, nec alias ponendi, & ad nutum ejuſdem Confraternitatis amovendi, nec non jura, ſalaria, mercedes, emolumenta, ac regalia quæcumque Cuſtodibus Carcerum ſolvi ſolita, & ad eos quomodolibet pertinentia, per fideles miniſtros ad id per ipſas Confraternitates deputandos colligendi, exigendi, & levandi, ac in proprios earumdem Confraternitatum uſus convertendi, omniaque, & ſingula, quæ ipſe Præfectus Cuſtodum ſcere poterat, ſeu debebat, & conſueverat, aliaque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, & quomodolibet opportuna, etiam quæ expreſſionem requirerent magis ſpecialem, & ſub generali conceſſione non venirent, gerendi, mandandi, & exequendi plenam, & liberam harum ſerie facultatem concedimus, & impartimur.

Injuncto onere ſolvendi 1500. ſcuta quotannis pro ſumma reſtituenda DD. de Liliis.

§.9. Quamquam vero emolumenta hujuſmodi integra ſine ullo onere ipſius Confraternitatis elargiri, ſummopere cuperemus, tamen cum ipſius Joannis Baptiſtæ indemnitati, ut præfertur, conſulendum ſit, Camera Apoſtolica multis, & extraordinariis impenſis gravata pecunias ad id neceſſarias in promptu non habeat, graveſque ſumptus ad arcendos Banuitos, ac facinoroſos homines ab ipſa ditione Eccleſiaſtica, & ad ſuccurrendum Catholicis in Chriſtianiſſimo Franciæ Regno, qui furioſis hæreticorum armis pene oppreſſi ſunt, in dies magis ſubire cogamur, aliquid ſubſidii ad tempus modicum comparare volentes, loco annuæ reſponſionis circiter quatuor millium ſcutorum, quæ ipſe Joannes Baptiſta ex ſublocationibus officiorum Cuſtodum hujuſmodi in totum percipere conſueverat, imponimus, atque indicimus taxam 1500. ſcutorum tantum per ipſas Confraternitates, & earum ſingulas pro rata a dilectis filiis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerario, & Theſaurario Generali habita ratione prioris reſponſionis, ut præfertur ſolvi ſolitæ, declaranda, ex nunc in futurum Cameræ Apoſtolicæ, ac pro ea Theſaurario pro tempore exiſtenti ejus Provinciæ, ubi quæque Civitas, Terra, aut Oppidum, vel locus ſita erunt, annuatim de bimeſtri in bimeſtre anticipate, & pro rata perſolven. ea nimirum de cauſa, ut ex ea dos, ſeu fructus pro locis, ſeu portionibus montis vacabilis ad effectum congerendæ ſummæ dictorum 15. mill. ſcutorum, quæ dicto Joanni Baptiſtæ reſtituenda, & ſolvenda erunt, per Nos erigendi conſtituatur.

Qua reſtituta ſumma omnia in beneficium dd. Confraternitatum cedant.

§.10. Decernentes Taſam hujuſmodi tamdiu per ipſas Confraternitates ſolvendam eſſe, donec extinctis per obitum perſonarum illa obtinentium omnibus locis, ſeu portionibus ejuſdem montis, quæ cum primum, ut præfertur vacaverint, eo ipſo extincta eſſe volumus, & alius ulterius vendi, aut alias concedi prohibemus, id totum commodo earumdem Confraternitatum cedat, eæque tandem, & ab hac impoſitione, & a quocumque alio onere, & ſolutione prorſus immunes, & exemptæ poſſint uberius, & commodius ſuam erga Carceratos charitatem, & beneficentiam exercere.

Exequutionē locorum Ordinariis committit.

§.11. Quocirca univerſis, & ſingulis locorum hujuſmodi Ordinariis per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut ipſi, & eorum quilibet per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicantes, faciant illas per eos, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari: Contradictores per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Obſtantia tollit.

§.12. Non obſtantibus præmiſſis, & quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictarumque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis illis, earumque Civitatibus, Univerſitatibus, & Ma-

Digitized by Google

Magiſtratibus, ac perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, acſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Fidem tranſumptis addit.

§.13. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis manu Notarii publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonę in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ adhiberetur præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ.

§.14. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ ſuppreſſionis, extinctionis, largitionis, revocationis, irritationis, annullationis, unionis, annexionis, incorporationis, poſitionis, ſurrogationis, conceſſionis, impartitionis, impoſitionis, indictionis, decretorum, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 11. aprilis 1592. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, tertio Idus Aprilis, Pontificatus noſtri Anno I.

VIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Decretorum Cardinalis Camerarii pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Card. Camerarius edictum tulerat circa ſolutiones a ſubditis Status Eccleſiaſtici Cameræ Apoſtolicæ faciendas.

§.1. PRO noſtro Paſtorali munere ſubditorum noſtrorum incommodis ſublevandis, publica utilitate, ac neceſſitate id exigente intenti, dilecto filio noſtro Henrico Tituli Sanctæ Pudentianæ Presbytero Cardinali Caetano S. R. E. Camerario vivæ vocis oraculo dedimus in mandatis, ut ſtatim circa ſolutiones, etiam Cameræ Apoſtolicæ, ac illius Miniſtris, & Appaltatoribus per eoſdem ſubditos faciendas aliqua ſtatueret, atque decerneret, donec magis opportunum remedium his rebus adhiberemus, ad quorum mandatorum exequutionem idem Henricus Cardinalis Camerarius procedens edictum per viam legis generalis propoſuit.

Confirmat Clemens, & exequutioni mandari jubet.

§.2. Volentes igitur in eodem edicto contenta, cujus ſeriem inferius adſcribi fecimus, exacte obſervari, illi, ac in eo contentis quibuſcumque motu proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtra, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine plenariæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac ab omnibus tam in Urbe noſtra, & Romana Curia, quam extra eam Juſdicentibus, etiam Notario, in eadem Urbe, ejuſque Diſtrictu nunc, & pro tempore Vicario generali, ac Gubernatore, & Senatore prædictæ Urbis, nec non Cauſarum ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, extra Urbem vero per Noſtros, & Sedis Apoſtolicæ, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, Gubernatores, Rectores, & alios jura reddentes, ejus edicti obſervationem procurari debere præcipimus, atque mandamus, ac juxta edicti prædicti, & in eo contentorum ſeriem, & tenorem, nec aliter in quibuſcumque judiciis, & litibus motis, & impoſterum introducendis, etiam coram cauſarum Palatii Noſtri Apoſtolici Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus, ac quibuſvis aliis Tribunalibus, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate; judicari, & diffiniri debere: irritumque, & inane decernimus, quid quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§.3. Non obſtantibus Cancellariæ Noſtræ Apoſtolicæ Regulis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac contractibus, & conventionibus, tam cum particularibus perſonis, quam cum Camera noſtra Apoſtolica prædicta initis, & inpoſterum ineundis, ejuſdemque Cameræ, atque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & locorum ſtatutis, ſtilo, atque ſtabilimentis, nec non conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eidem Cameræ, illiuſque Theſaurariis in Provinciis deputatis, ac Civitatibus, Terris, & Locis Status Eccleſiaſtici conſtitutis Appaltatoribus, & Miniſtris, nec non Vicario Urbis, Gubernatori, Senatori, atque Auditori generali cauſarum Cameræ prædictæ ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam ex cauſa onerosa, atque in vim contractus ultro citroque obligatorii conceſſis confectis, ac ſæpius innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expreſſio habenda eſſet, illorum tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, his noſtris literis pro expreſſis, atque inſertis habentes, illis alias, dummodo edicti prædicti, & in eo compræhenſorum effectum impedire, aut retardare nequeant, in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Te-

Ediſti tenor.

§.4. Tenor autem ediſti prædiſti ſequitur, & eſt hujuſmodi: Henrico del titolo di S. Pudentiana Prete Cardinale della S. R. Chieſa Camerlengo.

Avendo la Santità di Noſtro Signore per la divina providenza Clemente Papa VIII. fermamente deliberato di provedere, che li Populi, e Sudditi ſuoi, e di S. Chieſa ſiano quanto prima ſollevati dall' incommodi, quali continuamente occorrono, per li pagamenti de danari da farſi fuori di Roma nelle Provincie, Città, Terre, e luoghi dello Stato Eccleſiaſtico, ed anco in quelli, che ſi devano fare alla Rev. Camera Apoſtolica iſteſſa, e per lei alli Theſorieri delle Provincie, Appaltatori, ed altri Miniſtri Camerali, ne potendoſi così preſto apportare in tale occorrenza quella neceſſaria, ed opportuna proviſione, che ſaria proporzionata a tale biſogno, perciò mentre non ſarà ordinato altro, e fino à migliore deliberazione, per eſpreſſo commandamento di ſua Beatitudine datoci a bocca, per publica utilità, e commodità delli Vaſſalli, e Sudditi di Santa Chieſa dichiarando primieramente, che quando ſe tratta de tollerare, che s'eſigga per cambiare il Paolo di argento alcuna quantità d' aggio, ò in qualſivoglia altra maniera, non poſſa eſſere altra eſattione di maggior quantità di tre quattrini delle infraſcritte Zecche per ciaſchedun Paolo: e così non ſe poſſa pagare, ne eſiggere maggior quantità di cinquanta tre quatrini per ciaſchedun Paolo. Prohibimo a qualſivoglia perſona di ciaſcun ſtato, grado, ordine, e condizione che ſia, che nelli pagamenti, quali ſi avranno di fare per qualſivoglia cauſa, e occaſione, non poſſa refutare, ne recuſare d' accettare il pagamento, che ſe li dovrà fare per la terza parte in quattrini, e bajocchi battuti però nelle Zecche di Roma, Ancona, Macerata, Fano, Montalto, e de Caſtro Vecchia, e queſta prohibizione s' intenda aver luogo in qualſivoglia pagamento da farſi così per contratto non ſolo di compra, e vendita, mà per qualſivoglia altre ſpecie di convenzione, ancora redotta in ſcrittura, così ſe ſarà in forma publica, come privata, e cautelata di qualſivoglia maniera con rinunzia anco per giuramento, e forma guarantigiata, ed obligazione in forma di Camera Apoſtolica, rinunzia di Conſtituzione di Procuratore, ed altre cogitate, inexcogitate, e più efficaci cautele, e con particolare renunzia della preſente prohibizione, alla quale eſſendo fatta per publica utilità non intendiamo, che ſotto qualſivoglia forma di parole, ò preteſto ſi poſſa renunziare, togliendo all' Iſtromenti, e convenzioni ancora giurate, che ſi faranno dopoi la publicazione del Bando preſente, ſiccome di abbaſſo ſi dirà continenti la renunzia di tale prohibizione di accettare la terza parte del pagamento nella detta ſpecie di quattrini, e bajocchi la fede, e di poter fare alcuna prova nè in Giudizio, nè fuori, e che il giuramento interpoſto in tale contratto Iſtromento, ò Scrittura ſia reputato nullo, e non poſſa produrre efficacia alcuna, come in detrimento del publico, eſtorto doloſamente, e per via d' inganno, eccettuando però dal preſente Editto le convenzioni, e contratti ſopra ciaſcheduna coſa, e di qualſivoglia ſorte che ſiano fatti, e celebrati fino al giorno, che il preſente ordine ſarà publicato nelli luoghi ſoliti della Città, Terre, e luoghi del detto Stato: nel qual caſo mentre ſe trattarà delli pagamenti da farſe per vigore de contratti, ed Iſtromenti già ſtipulati, e fatti, quantunque ſia convenuto altrimente, intendiamo, e così eſpreſſamente commandiamo, che quelli doveranno ricevere tali pagamenti ſiano obligati non dimeno a pigliare il reſto delli quattrini, e bajocchi predetti, con habilitarli però di potere eſigere l' aggio di tre quattrini delli approbati, come di ſopra per ciaſchedun Paolo: volendo, che qualſivoglia Tribunale del Stato di Santa Chieſa faccia eſeguire quanto in queſto noſtro Editto ſi contiene, ed aſſiſta non ſolo richieſto dall' Intereſſati, mà per mero offizio ſuo, acciò detto Ordine ſia poſto in eſſecuzione, procedendo contra tutti li diſobedienti, e che contraverranno direttamente, ò vero indirettamente a tale prohibitione, ed eſigeranno maggior quantità d' aggio delli tre quattrini per Paolo non ſolo per la detta quantità della terza parte, mà per qualſivoglia altra quantità, che ſi accettaſſe in pagamento, alla confiſcazione di tutto quello, che ſarà dedotto in obligazione, convenzione, e contratto, quale ſubito irremiſſibilmente ſia applicato alla detta Rev. Camera, dandoli ancora facoltà de aggravare le dette pene pecuniarie, e de imponere pene corporali a loro arbitrio, provedendo anco in ogni meglior modo circa l'oſſervanza delle coſe predette. Sotto però a queſto noſtro Bando non s' intenderanno compreſi li pagamenti da farſe per vigore delle Lettere di Cambio, circa delle quali non s' intende d' alterare il ſolito, ſi come ſi è ordinato, e fino a hora s'è oſſervato in Roma.

Di più eſpreſſamente ſi commanda ſotto le medeme pene, che frà le perſone particolari, e nelli pagamenti che paſſano, ed occorrano frà privati, e devano ſeguire fra eſſi, ſe debba in loco del Paolo d' argento accettare la moneta, ſecondo la valutazione d' eſſa fatta già nelli tempi paſſati, ed ultimamente renovata per un Bando publicato in Roma ſotto il dì 24. di Marzo del preſente anno 1592., al quale havendo il tenor d' eſſo per eſpreſſo s' abbia relazione: Ed in oltre ſi ordina alli Theſorieri delle Provincie, Appalti dell' entrate, & proventi Camerali, Commiſſarj, Eſattori, e Miniſtri della detta Camera, che debbano non oſtante qualſivoglia contratto, conventione, patto, ed altro, che faceſſe in contrario, in luogo delli Paoli d' argento, accettare le dette monete, conforme alla valutazione di eſſe monete, perchè ſecondo la medema valutazione ſaranno accettate dalla me-

medema Camera Apoſtolica, nelli pagamenti, che ſi doveranno fare alla detta Camera da eſſi Theſorieri, Appaltatori, Commiſſarii, e Miniſtri: ordinando per queſto, che così ſi debba eſeguire da eſſi Theſorieri, Appaltatori, e Miniſtri.

E per maggior commodo delli Sudditi del detto Stato Eccleſiaſtico, di più vogliamo, che li medemi Theſorieri, Appaltatori, e Miniſtri della detta Camera, come di ſopra per la parte, e rata delli pagamenti Camerali, quali ſi devano fare dalle Provincie, Città, Terre, e luoghi del detto Stato, per ſopportare le ſpeſe per il regimento d'eſſe, ed altri pagamenti, che devano ſeguire nelli medeſimi luoghi, e nelli medemi luoghi ſi devano veriſimilmente ſpendere, e ſmaltire, ſi accettino ſenza contradizzione, ò dilazinne alcuna li quatrini, e bajocchi delle Zecche, e Stampe già dette di ſopra, con li quali quatrini, e bajocchi ricevuti nella medema ſpecie, ſi poſſino fare li pagamenti dalli Theſorieri, e Miniſtri Camerali a quelli, che ſono deſcritti nelle Tavole date dalla detta Camera, e ad alcuo' altri pagamenti, quali devano ſeguire nelle Provincie, e luoghi predetti ſenza alcun' aggio.

Dichiarando in caſo, che ſi contravenga alle coſe predette, che non poſſino li principali ſcuſarſi per li Miniſtri, mà ſi debba procedere contro li principali, non eſentando li Miniſtri dalle pene, che potranno ſopportare, e vogliamo, che il preſente Bando publicato nelle Città, Terre, e luoghi ſecondo il ſolito d'eſſi, ſtringa, ed obblighi ciaſcuno all'oſſervanza delle coſe predette, e s' iocorra nelle pene, come ſe foſſe perſonalmente intimato. Datum Romæ in Camera Apoſtolica die 8. Aprilis 1592. Henricus Cardinalis Camerarius.

Tranſumptis fidem addit.

§.5. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem, quæ ipſis præſentibus in Judicio, & extra haberetur, fides adhiberi debeat.

Dat. die 15. Aprilis 1592. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Aprilis 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

IX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Documentum erectæ Eccleſiæ Foſſanæ in Epiſcopatum Taurinenſi Archiepiſcopo Suffraganeum.

CLEMENS EPISCOPUS
Servus Servorum Dei

Dilectis filiis Populo Civitatis, & Diœceſis Foſſanen. ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Eccleſiam Foſſanen. in Epiſcopatum ſe erexiſſe ſignificat.

§.1. Hodie ex certis cauſis Oppidum Foſſani olim Taurinen. Diœceſis ad Omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac Glorioſiſſimæ ejus Virginis Mariæ totiuſque curiæ Cœleſtis honorem, & fidei Catholicæ exaltationem, ac Chriſtifidelium animarum ſalutem, Civitatis titulo de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Apoſtolica auctoritate perpetuo decoravimus, ipſumq; Oppidum in Civitatem Foſſani nuncupandum, & Eccleſiam S. Mariæ, & S. Juvenalis inibi exiſtentem in Cathedralem ſub eadem Invocatione pro uno Epiſcopo Foſſanenſi nuncupando, qui illi præſit, ac juriſdictionem Epiſcopalem, omniaque, & ſingula, quæ ordinis, & juriſdictionis, ac cujuſcumque muneris Epiſcopalis ſunt, exerceat in ſpiritualibus, & temporalibus, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Taurinen. jure Metropolitico ſubſit cum Sede, menſa Epiſcopali, arca, ſigillo, aliiſque honoribus, inſigniis, ac privilegiis, necnon juriſdictionibus Epiſcopalibus, immunitatibus, & gratiis, quibus aliæ Eccleſiæ Cathedrales, & earum Præſules de jure, ac conſuetudine, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, etiam perpetuo ereximus, & inſtituimus, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur.

Populum Foſſanum ad obedientiam ſuo Epiſcopo debitam adhortatur.

§.2. Quocirca Univerſitatem veſtram monemus, & hortamur attente, vobis per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus eumdem Epiſcopum Foſſanen. futurum tamquam Patrem, & Paſtorem animarum veſtrarum devote ſuſcipientes, & debita honorificentia pertractantes, ejus monitis, & mandatis humiliter intendatis. Ita quod ipſe futurus Epiſcopus in vobis devotos filios, & vos in eo per conſequens Patrem benevolum inveniſſe gaudeatis.

Dat. die 15. Aprilis 1592. An.I. (a)

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, xvii. Kal. Maii, Pontificatus noſtri Anno I.

X.

Confirmatio Conſtitutionum Pii IV., & Sixti V. circa pœnas, & confiſcationes ex maleficiis Status Eccleſiaſtici provenientes, ut in Urbe omnino ſerventur, præſertim circa eas non alibi, quam apud Depoſitarium Cameræ perſolvendas.

CLEMENS PAPA VIII.

Motu proprio &c.

Exordium.

Inter cæteras animi Noſtri curas, quibus a primordiis aſſumptionis noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem quotidie ſollicitamur, illam propenſiori animo amplectimur, per quam Cameræ noſtræ Apoſtolicæ jurium, reddituum, & bonorum, recto, & firmo regimini conſulitur.

Pius IV. pœnas maleficiorum locorum Status Eccleſiaſtici applicavit Cameræ.

§. 1. Alias ſiquidem fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter ſtatuit, quod omnes pœ-

(a) Hujus erectionis meminit etiam Ughellius Ital. Sac. Tom.IV. col.1080. editionis Venetæ.

m ejus Const. Rel. Decret. T. IV. P. II. fol. 5.

pœnæ, & mulctæ pecuniariæ, ſeu cujuſvis qualitatis bona, quæ Communitatibus, & Univerſitatibus Civitatum, Oppidorum, & Locorum S. R. E. ditioni in temporalibus ſubjectorum applicatæ eſſent, nun amplius eiſdem Communitatibus,& Univerſitatibus, ſed Cameræ Apoſtolicæ applicatæ exiſtant, & eſſe cenſerentur, nec per alios, quam ab eadem Camera ad id ſpecialiter deputatos, Officiales, & Exequutores exigerentur, de quorum manibus, illa reciperent, ſiqui titulo onerosu, aut ob aliquos pios, vel alios quoſcumque uſus eas ſibi deberi prætenderent.

Sixtus V. confirmavit Bullam Pii IV. & ampliavit.

§. 2. Et demum bene,& prudenter rec. mem: Sixtus Papa V., etiam prædeceſſor noſter ejuſdem Pii Conſtitutionem præfatam approbavit, & innovavit, ac opportune voluit, & mandavit, ut quæcumque Communitates, Univerſitates, Collegia, aut perſonæ, etiam Eccleſiaſticæ, quavis dignitate fungentes, aut eorum Magiſtratus, pęnas, ſeu mulctas prædictas, ſeu illarum portionem aliquam, quovis titulo, etiam oneroſo, aut alia occaſione, vel cauſa, etiam juſtiſſima, ſibi deberi, vel applicatas eſſe prætenderent, intra certum tunc expreſſum, nunc vero elapſum terminum, conceſſiones, & applicationes prædictas, ſuaque jura, & privilegia, ſiquæ haberent, in Camera Apoſtolica exhiberent, & illorum confirmationem obtinerent, quos nihilominus de manibus Depoſitarii uniuſcujuſque Provinciæ, ſeu Civitatis, præcedente ſpeciali mandato, nec alias exigere poſſent, ſeu deberent, inſuperque revocavit omnes, & quaſcumque conceſſiones,& applicationes dictarum mulctarum, pœnarum, & compoſitionum eiſdem Communitatibus, & Univerſitatibus, Collegiis, & aliis prædictis, titulo oneroſo, & alias, ut præfertur factas, quæ intra dictum tempus ab eadem Camera approbatæ, & innovatæ non forent, prout in eorumdem prædeceſſorum noſtrorum deſuper editis Conſtitutionibus latius continetur.

Hic Pontifex ex causis hic enunciatis.

§. 3. At cum nos acceperimus, in hac Alma Urbe noſtra eorumdem prædeceſſorum Conſtitutiones uſu receptas non eſſe; immo in grave dictę noſtræ Camerę Apoſtolicæ detrimentum, pœnæ, mulctæ, & compoſitiones prædictæ, Judicum, & Præſulum Curiarum, & Tribunalium ejuſdem Urbis arbitrio, penes Nutarios, & alias incertas perſonas deponuntur, ex quorum manibus dictæ noſtræ Cameræ Officialibus irrequiſitis, eorumdem Judicum mandato, & juſſione perſolvuntur, & plerumque evenire ſolet, ut dictarum pœnarum, & mulctarum pecuniæ occurrente aliquando Judicum prędictorum mutatione, cum Judices de novo aſſumpti dictarum pecuniarum, illorumque Depoſitariorum penitus ſint ignari, a Depoſitariis, & illa detinentibus facillime occultentur.

Dictas Constitutiones approbat, & quaſcumque pœnas apud Depoſitarium

§. 4. Nos itaque, huic malo mederi, ac malitiis, quantum cum Deo poſſumus, obviare, ſimulque dictæ noſtræ Cameræ Apoſtolicæ indemnitati conſulere cupientes. Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, eorumdem Pii,& Sixti Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones prædictas, & omnia in eis contenta, & diſpoſita harum ſerie confirmantes,& approbantes, illaſque, quatenus opus ſit, innovantes, hac perpetuo valitura Conſtitutione noſtra ſancimus, ſtatuimus,& ordinamus, ut deinceps perpetuis futuris temporibus pœnæ, ſeu mulctæ pecuniariæ, & confiſcationes omnium, ſeu cujuſvis partis bonorum inflictæ,& infligendarum, cauſa & occaſione cujuſvis criminis, exceſſus, delicti, maleficii, vel quaſi per reos quoſcumque in dilectorum filiorum ejuſdem Urbis Vicarii, Gubernatoris, ac Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditoris, & aliorum quorumcumque Romanæ Curiæ Tribunalium, & Curiæ, tam ab eorumdem Tribunalium, & Curiarum Judicibus ordinariis, quam ab eis deputatis, tum per ſententias, decreta, proceſſus, tum etiam per viam ſupplicationum, remiſſionum, abſolutionum, liberationum, condemnationum, compoſitionum, gratiarum, abolitionum, ſeu caſſationum, proceſſuum, ab ipſis pro tempore conceſſarum, tam ex juris communis diſpoſitione, quam juxta tenorem quarumcumque Apoſtolicarum Conſtitutionum, ordinum, ſtatutorum, conſuetudinum, ejuſdem Urbis, & illius Curiarum, aut in vim edictorum, decretorum, bannimentorum a dicta noſtra Camera Apoſtolica, illiuſque Officialibus, nec non Judicibus prædictis promulgatorum proceſſatos, ſeu condemnatos perſolvendæ in manibus dilecti filii Joannis Baptiſtę Ubertini Florentini moderni, ac pro tempore exiſtentis dictæ Camerę Depoſitarii, non autem penes dictos Notarios, aut alias perſonas quaſcumque realiter, & cum effectu deponantur, & perſolvantur.

Cameræ perſolvi jubet.

A Judicibus hæc obſervari mandat.

§. 5. Diſtricte propterea interdicimus, & prohibemus eiſdem Vicario, Gubernatori, Auditori, & aliis Judicibus ſupradictis, ne in poſterum pœnas pecuniarias, ſeu mulctas, & compoſitiones prędictas, in manibus cujuſvis alterius perſonæ, quam Depoſitarii pro tempore exiſtentis ejuſdem Cameræ perſolvi mandent, faciant, ſeu permittant, nec ex eis partem, ſive ratam, vel portionem aliquam ex hujuſmodi pœnis ſibi debitam propria auctoritate retinere, aut a partibus exigere valeant.

Depoſitario formam obſervandam in reddendis rationibus, & in faciendis ſolutionibus pręſcribit.

§. 6. Idem vero Depoſitarius quamcumque pecuniarum ſummam cauſa, & occaſione pœnarum, mulctarum, & compoſitionum prædictarum ei perſolvendam, in libro particulari more mercatorum tenendo deſcribat, & adnotari faciat, & de eis bonum, & fidele computum teneat, quæ computa ſingulo Anno in Camera Apoſtolica exhibeat, juret, & ſolidari curet, pecuniaſque prædictas non aliter, quam in vim mandatorum manu noſtra, ſeu Cameralium dilectorum filiorum noſtrorum, & S. R. E. Camerarii, & Theſaurarii Generalis manu ſubſcriptorum perſolvat, & perſolvi faciat, certa annua ſumma tantum excepta, per nos neceſſariis cujuſcumque Tribunalis, & Curiæ impenſis ſupportandis, &

per-

perſolvendis firmanda, & ſtatuenda, quam ab eodem Depoſitario de mandato Judicis, qui Curiæ, & Tribunali, pro cujus neceſſatibus hujuſmodi pecuniarum ſumma veniet perſolvenda, præerit, ejus, nec non Procuratoris Generalis Fiſci noſtri manu ſubſcripto, perſolvi poſſe, & debere indulgemua.

Notariis harum ſummarũ retentionem prohibet.

§. 7. At ſtricte inhibemus Notariis, Officialibus dictorum Tribunalium, & Curiarum, aliiſque perſouis quibuſeumqne, ne de cætero in perceptione, & exactione pecuniarum pœnarum, mulctarum, & compoſitionum prædictarum, ſub depoſiti, vel alio quovis prætextu, vel cauſa ſe quomodolibet ingerant, ſeu intromittant: quinimmo omnes, & quaſcumq; pecuniarum ſummas penes eos cauſa, & occaſione pœnarum, mulctarum, & compoſitionum prędictarum hucuſque depoſitatas, & ſolutas, in dictæ Cameræ Apoſtolicæ Depoſitarii manibus intra triduum proximum realiter, & cum effectu perſolvant.

Reis, ut Depoſitario ſolvant, jubet.

§. 8. Reis vero, & aliis perſonis, quæ ad ſolutionem pœnarum, mulctarum, & compoſitionum earumdem tenentur, vt illas in manibus dicti Depoſitarii, non autem in poſſe, & manibus Notariorum, & aliarum perſonarum prædictarum, etiamſi aliter a Judicibus babuerint in mandatis, deponant, & perſolvant.

Contravenientibus pœnas imponit.

§. 9. Quod ſi ſecus factum fuerit, Depoſitario, & reia, vel aliis perſonis quibuſcumque, qui pecunias prædictas aliter, quam ſub ſupradicta forma perſolvent, omnes ſolutiones ſecus factæ non admittantur, nec aeceptentur, immo iidem rei, & alii earumdem pœnarum, mulctarum, & compoſitionum debitores, ad illas in ejuſdem Depoſitarii manibus denuo ſolvendas, cogantur, & compellantur: Notarii vero, qui ſe in earumdem pecuniarum receptione, ſeu retentione immiſcuerint, ſeu quas hucuſque receperunt, intra dictum tempus in ejuſdem Depoſitarii manibus realiter, & eum effectu non perſolverint, ducentorum ducatorum auri de Camera eidem Cam. Apoſt. applican. qualibet vice pœnam incurrant. Vicarius autem, Gubernator, Auditor, & alii Judices prædicti, qui eirca præmiſſa in culpa fuerint, noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum arbitrio puniantur.

Exequutores hujus Conſtit. deputat.

§. 10. Quocirca dilecto filio noſtro Henrico Tituli S. Pudentianæ Præsb. Card. Gaetano nuncupato, moderno, ac pro tempore exiſten. noſtro, ac S. R. E. Camerario motu pari, per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut præſentes noſtras literas, & in eis contenta omnia, tam in dicta Camera, quam extra eam ubi, quando, & quoties opus fuerit, ſolemniter publicari, ac in ejuſdem Cameræ libris regiſtrari, ac per omnes, quos illa concernunt, inviolabiliter obſervari, & debitæ executioni demandari faciat, & univerſos prædictos ad illorum obſervationem pœnis prædictis, quacumque mora ceſſante cum effectu cogat, & compellat: contradictores quoslibet, & inobedientes, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Clauſulas derogatorias addit.

§. 11. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictorum Tribunalium, & Curiarum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia, roboratis Statutis, & conſuetudinibus, cęteriſq; contrariis quibuſcumque. Ut autem tenor præſentis noſtri motus proprii cedulæ ad omnium notitiam deducatur, ac omnes quorum intereſt, & intereſſe poterit, afficiat, volumus, & mandamus illius copiam in Camerę Apoſtolicæ, ac cujuſcumque Curiarum prędictarum valuis, ac in acie Campi Floræ affigi, & ibi relicta ejus copia aliquandiu detineri.

Et præſentes jubet publicari.

§. 12. Volumuſque, ut præſentia noſtri motus proprii cedulæ ſola ſignatura ſufficiat, & ubique fidem faciat in Judieio, & extra, regula quacumq: contraria non obſtante: & quod ejus tranſumptis, etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo munitis, ea prorſus indubitata fides adhibeatur in Judieio, & extra, quæ præſenti cedulæ adhiberetur, ſi foret exhibita, vel oſtenſa.

Tranſumptis credi, decernit.

Placet Motu proprio. Hi.

Papa ſubſcriptio.

Anno a Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti 1592. Indictione 5. Pontif. Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. N. D. Clementis Papæ VIII. Anno I., die vero 22. menſis Aprilis ſupradictæ literæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & aliis locis publicis, ut moris eſt, per me Alexandrum Colangeli SS. D. N. PP. Curſ.

Publicatio An. I. die 23. Aprilis.

Baptiſta Preſſius de Caſis Mag. Curſ.

XI.

Patriarchæ Venetiarum ut Generalem ſuæ Diœceſis Viſitationem inſtituat, pręcipit.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Venerabili fratri Patriarchæ Venetiarum.

CLEMENS PAPA VIII.

Venerabilis frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Romanus Pontifex, qui cunctarum ſollicitatur neceſſitatibus Eccleſiarum, ſuper familiam domus ſuæ ita invigilare debet, ut ad ea, quæ inordinata eſſe comperit, reformanda, omnes, ad quos ſpectat, non ſolum exemplo movere, ſed verbo, ac monitis excitare debeat.

Proœmium.

§. 1. Cum itaque non ſine magno animi noſtri dolore nuper acceperimus, temporum injuria, & quorumdam etiam, qui Dei timore poſtpoſito, ac proprii inſtituti immemores a recto Sacrorum Canonum, & receptarum Conſtitutionum tramite deviarunt, opera, nonnullos in Eccleſiam tuam irrepſiſſe abuſus, ſive pravas conſuetudines, quibus ii, qui in via mandatorum Domini minime progredi ſtudent, ſe fortaſſe tueri, ac fulcire non dubitant, quorum tolerantia multorum in dies malorum materiam præbere poſſet.

Nonnulli abuſus in Eccleſiã Venetam irrepſerant.

§. 2. Nos his incommodis, quantum cum

Ad quos tollendos Cle-

mens Patriarcham adhortatur, ut Eccleſiarū, Monaſteriorum, &c. viſitationem induat.

cum Domino poſſumus, occurrere cupientes, fraternitatem tuam, de cujus pietate, prudentia, & rerum experientia his præſertim in rebus, quæ ad Dei cultum augendum, & animarum ſalutem procurandam pertinent, plurimum confidimus, & quam infraſcripta omnia ſponte etiam tua facturam certo ſcimus, in Domino hortamur, & ex paterna charitate monemus, quatenus auctoritate tua ordinaria, nec non facultate a Concilio Tridentino attributa, omnes, & ſingulos tuæ Civitatis, & Diœceſ. ſubditos tam ſæculares, quam cujuſvis Ordinis regulares, eorumque Eccleſias, Monaſteria, & Loca Pia tam in capite, quam in membris viſites, eoſque tam ex Juris communis, quam ex dicti Concilii Tridentini præſcripto, Apoſtolicarumve, & Synodalium Conſtitutionum norma corrigas, & ad honeſtam vitam, regularemque obſervantiam reducas.

Et, ſi opus ſit, Synodum cogat.

§.3. Et ſi pro præmiſſorum executione expedire judicaveris, Diœceſanam, vel Metropolitanam Synodum indicas, & convoces, in qua de Cleri reformatione, & pravarum conſuetudinum, quæ, ut præfertur, irrepſerunt abolitione, nominatim agendum erit, & ſive in eadem Synodo, ſive extra, quaſcumque conſuetudines, ſtatuta, Conſtitutiones, & Decreta, quæ prædicti Tridentini Concilii decretis contraria fuerint, ſubmoveri, ac tolli, & ad præſcriptum ejuſdem Concilii, omnino conformari cures. Nos enim omnia, quæ per te modo, ac forma præmiſſis facta, & executa fuerint, probabimus, & auctoritate noſtra, cum opus erit, tuebimur.

Hortaturque Suffraganeos Epiſcopos, ut illi præſto ſint

§.4. Hortamur etiam, & requirimus omnes, & ſingulos Suffraganeos, ac Diœceſanos, ſubditoſque tuos, eiſque etiam præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut Tibi in præmiſſis aſſiſtant, atque obediant, ac paternam correctionem, ſalubriaque monita, & mandata tua reverenter ſuſcipiant, & efficaciter adimplere procurent, contrariis quibuſcumque non obſtantibus.

Dat. die 25. Aprilis 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 25. Aprilis 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

XII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Erectio Montis Vacabilis Charitatis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

PAſtoralis officii cura in univerſum Chriſti Gregem Nobis divina diſpoſitione commiſſa facit, ut paterna ſollicitudine ea libenter amplectamur, quæ in ſubditorum ditionis noſtræ temporalis, & præſertim piorum operum commodum, utilitatem, & incrementum vertere noſcuntur.

Sixtus V. Officium Vacabile Præfecturæ Cuſtodum Carcerum erexerat.

§.1. Nuper ſiquidem per Nos accepto, quod cum alias fæ. rec. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter officium Præfecturæ generalis Cuſtodum, & Guardianorum Carcerum Civilium, & Criminalium Provinciarum, Civitatum, & locorum dictæ noſtræ ditionis temporalis (alma urbe, ac Anconitan., & Beneventan. Civitatibus, earumque Territoriis, dumtaxat exceptis) per ipſum Prædeceſſorem ad vitam perſonæ illud obtinentis vacabile (excepta prima vice, qua ut pro medietate non vacaret, indulſit) erectum, & a primæva illius erectione vacans, dilecto filio Joanni Baptiſtæ de Liliis Clerico Bononien., cujus nomine pro pretio ejuſdem officii q. Annibal de Liliis ejus genitor ſummam 13. mill. ſcutorum monetæ, Juliis decem pro ſcuto computatis, perſolverat cum omnibus, & ſingulis regaliis, ſalariis, & emolumentis ordinariis, & extraordinariis, & incertis ſolitis, & conſuetis conceſſerit, & aſſignaverit, experientia ipſa compertum eſſe, ut cum ipſe Præfectus aliis perſonis lucri cauſa id muneris ſubeuntibus, vices ſuas demandaverit, eam, quam Chriſtifideles potiſſimum decet erga Carceratos charitatem in illis, & præſertim pauperibus alendis non fuiſſe adhibitam, & quamplurimos etiam de gravaminibus ſibi per hujuſmodi Conductores, & Cuſtodes illatis in dies conquæſtos eſſe, ideoque præmiſſis publicæ utilitatis cauſa opportune conſuluimus, & officium Præfecturæ carcerum, & carceratorum hujuſmodi ſuppreſſimus, & extinximus, & in unaquaque Civitate, Terra, Oppido, & loco dictæ Ditionis, & Status Eccleſiaſtici ſingula officia Cuſtodum Carcerum, quæ inibi ſunt, quæque dicto officio Præfecti generalis ſuppreſſo, annexa fuerunt cum omnibus eorum Juribus, pertinentiis, auctoritatibus, facultatibus, & emolumentis ei confraternitati, ſive ſocietati laicorum, ſive clericorum, aut mixtim, quæ charitatis, & pietatis opera erga Carceratos in ea Civitate, Oppido, & loco exercere conſuetum eſt, aut ſi in aliqua ex hujuſmodi Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis nulla Confraternitas, quæ id faceret, reperiretur, ei Confraternitati, ſeu Societati, quam loci Ordinarius ad id pium munus obeundum deputaſſet, ſeu de novo erigen. duxiſſet, univimus, & incorporavimus, eiſdemque Confraternitatibus, & earum unicuique Cuſtodes in carceribus prædictis idoneos ponendi, & amovendi, nec non Jura, ſalaria, mercedes, emolumenta, & regalia quæcumque Cuſtodibus Carcerum ſolvi ſolita, & ad eos quomodolibet pertinentia, colligendi, exigendi, & levandi, plenam, & liberam facultatem conceſſimus, & loco annuæ reſponſionis circiter quatuor millia ſcutorum, quam dictus Joannes Baptiſta ex ſublocationibus officiorum hujuſmodi in totum percipere conſueverat, cum illa ſecundum optatum noſtrum, ob maximas, quibus hiſce miſerrimis temporibus gravamur impenſas, eiſdem Confraternitatibus donare non valeremus, impo-

Unde miſeris multa præjudicia ſuccrevere exorta.

Clemens illud ſupp[illegible]. Hanc ſuppreſſionem vide ſup. Conſt. VII Inter. fol. 338

Et Confraternitatibus Charitatis univit.

Nonnullaque conceſſit Privilegia injuncto onere ſolvendi 1500. ſcut. DD. de Liliis.

poſuimus, & indiximus taxam 1500. ſcutorum tantum per dictas Confraternitates, earumque ſingulas pro rata unicuique ipſarum a dilectis filiis S. R. E. Camerario, & Theſaurario generalibus habita ratione prioris reſponſionis, ut præfertur ſolvi ſolitæ, declaranda, & aſſignanda in futurum Theſaurario ejus Provinciæ, ubi quæque Civitas, Terra, ſeu Oppidum, vel locus ſita erunt annuatim de bimeſtri in bimeſtre anticipate, & pro rata perſolvenda, ea nimirum de cauſa, ut ex ea dos, ſeu fructus pro locis, ſeu portionibus montis vacabilis ad effectum congerendæ ſummæ ſcutorum quindecim millium, quæ dicto Joanni Baptiſtæ reſtituere, & perſolvi decreveramus, nempe 13. mill. per dictum ejus genitorem ratione pretii ejuſdem officii dictæ noſtræ Cameræ ſoluti, & reliqua ſcuta duo millia, quæ eidem largiti fuimus, ut libentius dicti officii ſuppreſſioni conſentiret, per Nos ut infra erigendi conſtitueret; prout in noſtris deſuper expeditis literis ſub Dat. tertio Idus Aprilis Pontificatus noſtri Anno 1., latius continetur.

Montem Charitatis 150. locorum Vacabilium erigit.

§.2. Quare cupientes, ut ea, quæ a Nobis, ut præfertur ad publicam utilitatem, & piorum operum incrementum inſtituta ſunt, quamprimum ad effectum perducantur: Motu Proprio, & ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, unum Montem Charitatis nuncupandum centum quinquaginta locorum, ſeu portionum Vacabilium ad inſtar Romanæ Curiæ officiorum, & aliorum Montium Vacabilium, non tamen per biennium ab infraſcripta die, nec per promotionem, vel translationem ad Cathedrales etiam, Metropolitanas, vel Patriarchales Eccleſias, & Monaſteria, etiam conſiſtorialia, ad rationem centum ſcutorum monetæ pro quolibet loco, ſeu portione a die 1. Aprilis præſentis anni 1592. inchoan. Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo creamus, erigimus, facimus, & inſtituimus.

Fructus 10. ſc. pro quolibet loco aſſignat ex prædicta ſumma a Confraternitatibus perſolvenda.

§.3. Illique ſic erecto, & inſtituto, ac perſonis, quæ in eo pecunias ſuas poſuerint, pro ejuſdem Montis Charitatis congrua dote, ac annuis fructibus, & emolumentis ad rationem decem ſcutorum ſimilium pro quolibet loco in fine cujuslibet bimeſtris pro rata ſolvendorum, dictam taxam ſcutorum mille, & quingentorum ſimilis monetæ per Nos, ut præfertur indictam, & per Confraternitates, ut præfertur eligen. annuatim ſolven. auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo concedimus, applicamus, aſſignamus, & appropriamus, applicatamque, appropriatam, & aſſignatam eſſe volumus, & mandamus, ipſumque charitatis montem, & illius creditores in Noſtrum, Sediſque, & Cameræ Apoſtolicæ locum ſuper taxa dictorum ſcutorum 1500., illiuſque liberam perceptionem, exactionem, & conſecutionem ponimus, ſubſtituimus, & ſurrogamus.

Dictamque taxam ab omnibus oneribus reddit immunem.

§.4. Dictamque taxam ſcutorum 1500. ab omnibus oneribus, tributis, ſubſidiis, & collectionibus ex quacumque urgenti, urgentiſſima, & publica, & Fidei Catholicæ tuendæ cauſa impoſitis, & imponendis, cæteriſque aliis quibuſcumque gravaminibus ordinariis, & extraordinariis præſentibus, & futuris eadem auctoritate ſimiliter perpetuo eximimus, & liberamus, exemptaque, & libera eſſe volumus.

Pro Locorum cauthela Bona omnia Cameræ, & Sedis Apoſtolicę obligat.

§.5. Ac pro majori Montis Charitatis hujuſmodi, & perſonarum in eo pecunias ponere, & collocare volentium cauthela, & ſecuritate, dictam taxam mille, & quingentorum ſcutorum, omniaque, & ſingula alia Sedis, & Cameræ prædictarum mobilia, & immobilia bona, res, actiones, & Jura præſentia, & futura ubivis locorum exiſtentia, eidem Monti, illiuſque ſingularibus perſonis in ſolidum, & integraliter, ac generaliter, & ſpecialiter, ita tamen, quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec e contra, auctoritate, & tenore ſimilibus pariter perpetuo obligamus, & hypothecamus, obligataque, & hypothecata eſſe decernimus.

Cameræ Theſaurarium d. Montis Adminiſtratorem deputat.

§.6. Nec non dilectum filium noſtrum Bartholomeum Cæſium modernum, & pro tempore exiſtentem Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarium in Protectorem, & Adminiſtratorem dicti Montis Charitatis cum plena, libera, & abſoluta poteſtate, facultate, & auctoritate ejuſdem Montis Secretarium, & Computiſtam eligendi, & deputandi, literaſque, & patentes illius locorum, & portionum ſub ejus nomine, & ſigillo expediendi, & concedendi, & omnia alia, quæ ad ipſius Montis utilitatem pertinere cognoverit, peragendi, auctoritate, & tenore prædictis conſtituimus, & deputamus.

Prædicta loca ab omnibus qui paupertatis voto non vinciuntur, acquir. poſſe declarat.

§.7. Inſuper eadem auctoritate itidem perpetuo ſtatuimus, & concedimus, quod quæcumque utriuſque ſexus perſonæ cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, ætatis, dignitatis, & præeminentiæ exiſtentes, etiamſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſiis Cathedralibus, & Metropolitanis, & Patriarchalibus, ſeu Monaſteriis etiam Conſiſtorialibus præſint, ac quæcumque, & qualiacumque, cum cura, & ſine cura Beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in Sacris etiam Presbyteratus Ordinibus conſtitutæ, nec non Sancti Joannis Hieroſolymitani, vel aliorum ſub quavis Regula, & Inſtitutione Hoſpitalium, & Militiarum, ac quorumcumque non tamen Mendicantium Ordinum regulares, quibus a Jure, vel per privilegium conceſſum eſt proprium retinere poſſe, cujuſcumque nominis, qualitatis, & conditionis exiſtant, & aliæ, quæ alias locorum hujuſmodi, juxta tenores erectionum Montium Sixti, Camerariatus, Datariæ, S. Bonaventuræ, & Cancellariarum per dictum Sixtum Prædeceſſorem erectorum capaces ſunt, in Monte Charitatis hujuſmodi quaſcumque pecuniarum quantitates, non tamen infra dictam ſummam centum ſcutorum in ſingulas perſonas, itaut etiam dicta loca, & portiones dividi non poſſint uſque ad ſummam dicto-

Digitized by Google

rum 1500. locorum, ſeu portionum ponere.

Ea vero Fiſco ſubjecta non eſſe vult.

§.8. Et tam ipſæ perſonæ, quam cauſam ab eis habentes, quoad vixerint, pro pecuniis ſic poſitis ad rationem decem ſcutorum ſimilium pro quolibet loco ſingulis annis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo conſcientiæ ſcrupulo, & ſortis principalis diminutione, vel aliquo reſtitutionis onere, etiamſi quæcumque etiam de neceſſitate esprimenda crimina, præterquam in perſonam Romani Pontificis pro tempore exiſtentis, aut alicujus ex Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, commiſerint, ac propterea ſive legitime convictæ, ſive in eorum non comparantium contumaciam, in pœnam ultimi ſupplicii condemnatæ, ſeu condemnandæ, & pœnas hujuſmodi per eas perſolvendæ, atque omnia eorum bona Fiſco ipſo Jure, vel facto applicata, vel applicanda fuerint, tam pro ſorte principali, quam pro emolumentis ſuorum locorum, ſeu portionum Montis hujuſmodi, quæ, ſeu quas nullatenus confiſcari, aut perſcribi, vel ad inſtantiam quorumcumque creditorum ſuorum, aut alias quovis modo ſequeſtrari, aut impediri poſſe declaramus, integre, omni prorſus impedimento ceſſante, percipere habere.

Alterius favore a reſignari poſſe declarat.

§.9. Ac loca, ſeu portiones hujuſmodi, corpore tamen ſano, & alias, prout in reſignationibus dictæ curiæ officiorum, & aliorum Montium Vacabilium obſervat. in unius, vel plurium, prout eis placuerit, etiam filiorum ſuorum, aut aliarum quarumcumque perſonarum, juxta ejuſdem Montis Sixti privilegia, favorem in manibus dicti Bartholomæi moderni, & pro tempore exiſtentis dictæ Noſtræ Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarii prædicti reſignare, & de locis, & portionibus prædictis, dummodo in alicujus perſonam de minori quantitate unius loci non diſponat, nulla alia deſuper obtenta diſpenſatione in toto, vel parte ſimul, vel ſeparatim per viam reſignationis hujuſmodi libere diſponere poſſint; Itaut reſignatarii in pecuniis per eos, a quibus cauſam habuerint, poſitis, ac locis, ſeu portionibus, & emolumentis prædictis per eamdem reſignationem ſuccedere, & ad illa admitti.

Et portionarios privilegiis, quæ Montibus Vacabilibus a Sixto Quinto erectis conceſſa ſunt, frui.

§.10. Ac omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, facultatibus, exemptionibus, Immunitatibus, libertatibus, prærogativis, Indultis, conceſſionibus, cæteriſque gratiis, tam ſpecialibus, quam generalibus, quibus prædictorum Sixti Camerariatus, Datariæ, Cancellariarum, S. Bonaventuræ, ac quorumcumque aliorum per dictum Sixtum, & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros erectorum Montium Vacabilium creditores utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſint, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia, etiam perinde acſi omnino hic de verbo ad verbum inſerta forent, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, & debeant.

Fructus Montis nullo onere gravari poſſe etiam per Rom. Pontificem.

§.11. Quodque Mons Charitatis hujuſmodi, illiuſque perſonæ ratione pecuniarum in eis poſitarum ab omni etiam menſuræ, & aliorum onerum per Nos, & pro tempore exiſtentes Rom. Pont., etiam pro defenſione fidei, & augmento cultus divini, ac alias ſublevatione, & conſervatione Status Eccleſiaſtici, quomodolibet impoſitorum ſolutione, liberæ, immunes, & exemptæ ſint, & eſſe cenſeantur. Nec ſuper annuis redditibus, & emolumentis ei aſſignatis, illorumque perceptione, & exactione etiam per Nos, & Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, quovis modo perturbari, aut alio gravamine, ſeu onere, etiamſi evidens utilitas, & urgens neceſſitas id ſuaſerit, onerari poſſint, & ad probandum, quod pecuniæ in dicto Monte Charitatis poſitæ, vel aliqua eorum pars in utilitatem, & neceſſitatem Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis, & Cameræ prædictarum, vel defenſionem Catholicæ fidei converſa fuerint, minime teneantur.

Præſentes autem literas vim habere veri Contractus.

§.12. Quodque præſentes literæ vim, & robur veri, & validi contractus, & obligationis inter Nos, ac Sedem, & Cameram prædictas ex una, & eos, qui pecunias ſuper ipſo Monte Charitatis poſuerint, vel ab eis cauſam habuerint, ex altera partibus legitime initi, & ſtipulati obtineant, & obtinere debeant, dictuſque Mons Charitatis, & illius Montiſtæ in pacifica, libera, & quieta dictorum emolumentorum eis, ut præfertur, aſſignatorum exactionis, & perceptionis poſſeſſione perpetuo manuteneri, & conſervari debeant.

Depoſitarii,

§.13. Dictuſque Montis Charitatis Depoſitarius, dictam Taxam a Theſaurariis, & Quæſtoribus uniuſcujuſque Provinciæ ditionis noſtræ temporalis, & ratam unicuique ipſorum, ut infra aſſignandam exigere, ac in perſonas, quæ ſuas pecunias in dicto Monte Charitatis poſuerint, pro rata locorum, & portionum cujuslibet quolibet bimeſtri in fine diſtribuere, & dividere.

Computiſtæ,

§.14. Computiſta vero emolumenta, & introitus hujuſmodi annotare, ac libros rationum, & adminiſtrationum ejuſdem Montis Charitatis edere, Secretarius vero perſonis pecunias ſuas in dicto Monte tam a primæva illius erectione hujuſmodi, quam alias ponentibus pro earum ſecuritate literas patentes conceſſionum, & reſignationum locorum, ſeu portionum hujuſmodi ſub ejuſdem Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarii pro tempore exiſtentis nomine, & quæ illius manu ſubſcriptæ, & ſigillo ejuſdem Theſaurarii munitæ ſint, tam hac prima vice, quam quoties loca, ſeu portiones hujuſmodi per reſignationem, vel obitum, aut alias quomodolibet vacare contigerit, durante dicto Indulto non vacandi, eidem Monti ut præfertur conceſſo, nam illo completo, Montem hujuſmodi, illiuſque loca, & portiones, ut in dies vacabunt, extingui, & in dictarum Confraternitatum commodum cedere, & utilitatem, ut eo libentius charitatis opera erga Pauperes carceratos exerceant, volumus, & decernimus

mua conficere ; & tradere teneantur .

Et Secretarii officium, & emolumenta.

§.15. Idemque Secretarius, & ejus in officio Secretariatus hujuſmodi pro tempore exiſtens ſucceſſor pro reſignationibus, & expeditionibus literarum patentium hujuſmodi, eadem emolumenta percipere poſſit, illaque cum dicto Computiſta dividere debeat, prout Secretarii Camerariatus, & aliorum ſuperius expreſſorum Montiom percipere, & dividere conſueverunt.

Taxam per Confraternitates ſolvendam, & a Theſaurariis exigendā præfigit.

§.16. Præterea præcipimus, & mandamus, Marchiæ, Umbriæ, Romandiolæ Campaniæ, & Patrimonii Ditionis noſtræ temporalis Provinciarum Theſaurariis, ſeu Quæſtoribus præſentibus, & futuris, ut taxam dictæ annuæ ſummæ 1500. ſcutorum a Confraternitatibus, quibus ab earum Ordinariis munus hujuſmodi, ut præfertur, injunctum fuerit, earumve Officialibus, Commiſſariis, & Miniſtris juxta diſtributionem per eoſdem Henricum Camerarium, & Bartholomeum Theſaurarium factam, nempe Theſaurarius Marchiæ in Anconitana octuaginta trium cum dimidio; In Firmana, & Aſculana centum novem, in Maceraten. ducenta decem & octo, Theſaurarius Umbriæ in Peruſiæ centum ſeptuaginta unum, & julios ſex, in Spoletana ſeptuaginta octo cum dimidio, in Tudertina ſexaginta, in Narnien. ſex cum dimidio; Theſaurarius Romandiolæ in Ravennaten. ducenta ſeptuaginta duo cum dimidio, & in Bononien. trecenta viginti ſeptem; Theſaurarius Campaniæ in Froſinoni ſexaginta cum dimidio, in Tyburtina ſex cum dimidio: Theſaurarius, ſeu Quæſtor Patrimonii in Viterbien. triginta octo, & Theſaurarius Camerini in eadem Civitate ſcuta ſeptuaginta, & paulos quatuor exigant, levent, & recipiant, & illa Depoſitario dicti Montis Charitatis pro tempore exiſten. annuatim, & quolibet bimeſtri in fine illius ratam libere, & abſque ulla contradictione ſolvant, ſeque ad illas modis, & temporibus prædictis eorum conductionibus, & appaltibus reſpective durantibus, & quod ratas Taxæ prædictæ ab unoquoque ipſorum exigen. ex quavis cauſa non exegerint ſolven. reſpective ſe obligent, & quaſcumque obligationes, promiſſiones, & inſtrumenta deſuper neceſſaria, & opportuna etiam in forma dictæ Cameræ cum juramento, & aliis vinculis, ac cautelis ſolitis, & neceſſariis, ac dicto Depoſitario beneviſis faciant, & ad id juris, & facti remediis præciſe cogi, & compelli poſſint.

Hujuſmodi obligationem d. Theſaurariis ſemper vult ineſſe.

§.17. Quodque de cætero Theſaurariarum dd. Provinciarum, & Civitatum Appaltatores, & Conductores in contractibus eorum Appaltuum, & conductionum cum eadem Camera celebrandis ſe ſe pariter ad dictas ſolutiones, ut ſupra, faciendas obligare, & in tabulis, ſeu libellis rationum exitus dictorum Appaltuum deſcribi, & annotari facere teneantur.

Dictum Montem Vacabilē vendit Jo. Baptiſtæ Ubertino pro pretio 16500. ſc.

§.18. Ut autem pecunias, quæ Nobis pro dicti Joannis Baptiſtæ ſatisfactione juxta primodictarum noſtrarum literarum tenorem, neceſſariæ ſunt, quam celerius, & unica vice conſequamur; Motu ſimili dictum Montem Charitatis, illiuſque loca, ſeu portiones centum quinquaginta cum omnibus, & ſingulis indultis, prærogativis, immunitatibus, exemptionibus, & privilegiis prædictis, dilecto filio Joanni Baptiſtæ Ubertino Laico Florentino pecuniarum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ Depoſitario pro pretio ſcutorum ſexdecim millium quingentorum monetæ juliorum decem pro ſcuto, quæ in manibus ipſiuſmet Joannis Baptiſtæ Depoſitarii prædicti ad creditum dictæ Cameræ ad effectum, ut illa poſtmodum cum mandato Camerali per dictos Henricum, & Bartholomæum ſubſcribendo, nullo alio a Nobis expectato mandato, dicto Joanni Baptiſtæ Lilio, vel ejus legitimo Procuratori, nempe ſcuta treſdecim mille in reſtitutionem, & ſolutionem pretii dicti officii per Nos extincti eidem Cameræ pro ejuſdem officii collatione in ejus perſonam per dictum Prædeceſſorem facta, ut præfertur ſoluti, & alia ſcuta duo mille, quæ ei per primodictas noſtras literas donavimus, realiter, & cum effectu perſolvant. Reſiduum vero ad creditum ejuſdem Cameræ remaneat, vendimus, & alienamus, ac puræ, & perfectæ, ac irretractabilis venditionis titulo concedimus, & aſſignamus.

Data ei facultate portiones vendendi etiā majori pretio

§.19. Nec non eumdem Joannem Baptiſtam Ubertinum, ejuſque ſucceſſores in omne jus, locum, & privilegium noſtrum, dictæque Cameræ quoad ipſum Montem Charitatis, & illius jura, Montiſque locorum, & jurium hujuſmodi poſſeſſionem ex nunc ſubſtituimus, ponimus, & ſurrogamus, ipſique Joanni Baptiſtæ Ubertino, ut centum quinquaginta loca, ſeu portiones Montis prædicti quibuſcumque perſonis in una, vel pluribus vicibus, & partitis, & pro quocumque pretio majori ad ſuam utilitatem, & damnum reſpective abſque alia noſtra, & Sedis, ac Cameræ prædictarum, vel alterius requiſita, & obtenta licentia, & ſine aliqua ſolutione alicujus compoſitionis, & regaliorum facienda, vendere, alienare, & diſponere libere valeat indulgemus: eique omne illud plus, quo dicta centum quinquaginta loca, ſeu portiones Montis hujuſmodi eodem pretio ſcutorum ſexdecim millium quinquaginta valeot, valerent, aut valere poſſent, irrevocabiliter donatione puta, mera, & irrevocabili ex Apoſtolicæ liberalitatis gratia donamus, & elargimur, dictumque Joannem Baptiſtam Ubertinum dicti Montis Depoſitarium facimus, conſtituimus, & deputamus, quoad ipſe Joannes Baptiſta vixerit, dum tamen per decennium minime vacet.

Clauſulæ pro perpetua præſentium literarum firmitate.

§.20. Præſenteſque noſtras literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, argui, impugnari, revocari, reſtingi, vel limitari nullatenus poſſe, & ſi ſecus fiat, quoties id evenerit, toties illas in priſtinum ſtatum reſtitutas, & plenarie reintegratas, validaſque, & efficaces, perinde acſi conſiſtorialiter, & de Ven. fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium

lium conſilio, & aſſenſu emanaſſent, ſeu venditio prædicta in Camera prædicta facta eſſent, perpetuo fore, & eſſe cenſeri, vimque validi contractus inter Nos, & Cameram, necnon Joannem Baptiſtam Ubertinum prædictum initi, & ſtipulati habere, eaſque ad omnia, & ſingula præmiſſa plene proban. omnino ſufficere, nec ad id alterius probationis adminiculum requiri, ſicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deffiniri debere, nec non ſi ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus.

Executionē Theſaurario, & Cameræ Clericis committit.

§. 21. Mandantes propterea nunc, & pro tempore exiſten. Camerario, Vice-Camerario, Theſaurario, nec non Præſidentibus, & Clericis ejuſdem Cameræ, cæteriſque ad quos ſpectat, & in futurum ſpectabit, ut eaſdem præſentes in ipſa Camera admittant, & in illius libris deſcribi, & regiſtrari faciant, inviolabiliter obſervent, & obſervari mandant, & ad majorem dicti Joannis Baptiſtæ Ubertini Emptoris cautelam deſuper patentes literas, mandata, & alias ſcripturas opportunas expediant, & expediri curent.

Derogat obſtantibus.

§. 22. Non obſtantibus præmiſſis, ac rec. mem. Simachi, Benedicti XII., Calixti III., Pauli II., & Pii IV., aliorumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de rebus Eccleſiæ non alienandis, & per quas mandatur, quod certæ diligentiæ, & formæ etiam ſub nullitatis venditionum, & conceſſionum aliter facien. aliiſque graviſſimis pœnis ſervari debeant, nec aliter fieri poſſint, ac quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictæ Cameræ, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtylo, ſtabilimentis, uſibus, & naturis. Nec non Cancellariæ noſtræ Regulis, & de non tollendo jure quæſito, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Cameræ etiam per Nos, & Prædeceſſores noſtros cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, ac etiam Conſtitutionibus, ejuſdem Pii IV., ac aliorum Prædeceſſorum noſtrorum, quibus cavetur, quod perſonæ, & officiales dictæ Cameræ noſtræ in rebus, & contractibus Cameralibus non participent, attento quod idem Joannes Baptiſta Ubertinus eſt pecuniarum noſtrarum, & dictæ Cameræ Depoſitarius Generalis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Clauſulæ pœnales.

§. 23. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ erectionis, erectionis, facti, inſtitutionis, conceſſionis, applicationis, aſſignationis, appropriationis, poſitionis, ſubſtitutionis, ſurrogationis, exemptionis, liberationis, obligationis, hypothecæ, Conſtitutionum, deputationum, ſtatuti, declarationis, voluntatis, præcepti, decretorum, mandatorum, venditionis, alienationis, indulti, donationis, elargitionis, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum.

Dat. die 25. Apri. 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, ſeptimo Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XIII.

Aſſignatio Penſionis a Rev. Camera Apoſtolica perſolvendæ ſingulis Annis Epiſcopis Latinis in Mari Ægæo, Boſna, & Moldavia.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

IN Apoſtolicæ Sedis ſpecula diſponente Domino conſtituti ad univerſorum Chriſtifidelium ſalutem procurandam, iis Nos debitores eſſe agnoſcimus, ut non minus longe, quam juxta poſitis paſtoralis noſtræ vigilantiæ, & charitatis ſtudium impartiri, quodque utriſque expedire cenſemus pro viribus exequi ſtudeamus.

Paupertatis cauſa Epiſcopi Maris Ægei ſuis in Diœceſibus non reſidebant.

§. 1. Idcirco non immerito cupientes ſaluti Chriſtifidelium latinorum, & aliorum Chriſtianorum, qui in partibus Infidelium, ſeu Turcarum Tyrannidi ſubiectis, præſertim vero in Inſulis Maris Ægei, ſeu Archipelagi exiſtunt, proſpicere, accepto per nos, quod eorum Epiſcopi, & Paſtores propter eorum, & Eccleſiarum inopiam, & impotentiam apud ipſos manere, & in ſuis Eccleſiis ſubſtentari non valentes, neque continuo, ut debent, reſident, ſeu ſe reſidere non poſſe excuſant. Ne defectu, vel abſentia Epiſcoporum dicti fideles paſtorali cura deſtituti in hæreſes, vel ſchiſma, vel in infidelitatem miſere labantur, ſive inducantur, neve alias pereant, ſed eorumdem Epiſcoporum præſentia, ſtudio, & auxilio in Chriſtianæ, & Catholicæ fidei unitate, doctrina, mo-

Annuæ penſiones ex Cameræ Apoſtolicæ redditibus eis elargitur Clemens omni diminutione immunes.

moribus, & præceptis contineantur, & conſerventur, providere volentes, Motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera liberalitate, certaque ſcientia noſtra, perpetuo ſtatuimus, & decernimus infraſcriptis Epiſcopis, & eorum ſucceſſoribus ex noſtris, & Cameræ Apoſtolicæ pecuniis, donec eis aliter opportune proviſum fuerit, ſingulis annis in duobus terminis, uno videlicet in S. Joannis Baptiſtæ a proxime futura incipiendo, & alio in Domini Noſtri Jeſu Chriſti, Nativitatum, Feſtivitatibus, infraſcriptas ſummas integras, & imminutas in Civitate Venetiarum abſque Cambii, vel alicujus damni, detrimenti, vel mercedis deductione, ſeu defalcatione perſolvi debere, eaſdemque ſummas prædictis Epiſcopis, & eorum ſingulis in dictis terminis, ut præfertur perſolvendas, loco penſionis annuæ ab omni alio onere prorſus immunis, & exemptæ, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, concedimus, & aſſignamus.

Theſaurario, & Depoſitario ejuſdem Cameræ ſolutionem hujuſmodi penſionum demandat.

§. 2. Mandantes propterea dilectis filiis Theſaurario, & Depoſitario Noſtris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Generalibus præſentibus, & futuris eiſdem in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis Noſtræ, aliiſque arbitrio noſtro pœnas diſtricte præcipientes, ut in prædictis terminis, & Civitate Venetiarum, dictis Epiſcopis, & eorum ſucceſſoribus, aut ipſorum legitimis Procuratoribus, vel Agentibus, donec aliter eis proviſum fuerit, ut præfertur, dictas pecuniarum ſummas, ſeu quantitates libere, & abſque aliqua mora, nullo alio a nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris expectato mandato integras, & indiminutas, ut præmittitur, perſolvant, ſeu perſolvere debeant, & teneantur.

Iubet vero Cambia in rationibus Depoſitarii deduci.

§. 3. Mandantes etiam dilectis item filiis noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Præſidentibus, & Clericis Cameræ Apoſtolicæ, Commiſſariiſque, & aliis illius Officialibus nunc, & pro tempore exiſtentibus, ut eaſdem pecuniarum ſummas, & cambia forſan pro eis ſolvenda, in ipſorum Theſaurarii, & Depoſitarii rationibus, & computis deducant, & in debita ipſius Cameræ accepta, & rata habeant, præſentes vero literas in eadem Camera admittant, ac in illius libris deſcribi, & regiſtrari per eos, ad quos pertinet, ſine ulla contradictione curent, & faciant.

Derogat contrariis.

§. 4. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ſi opus ſit Cancellariæ Noſtræ Apoſtolicæ Regulis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus ipſius Cameræ, ac Eccleſiarum hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nomina Epiſcoporum, & quantitas Penſionis unicuique ſolvendæ.

§. 5. Perſonæ autem Epiſcoporum, & ſummæ pecuniarum, quæ eis, vel eorum ſucceſſoribus ſingulis annis, donec aliter eis proviſum fuerit, Venetiis perſolvi volumus ſunt hæ, ſcilicet Fr. Bonaventuræ de Naxo moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Andren. in Archipelago ſcuta auri in auro ducenta. Fr. Antonio de Chio moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo S. Irenos in eodem Archipelago ſcuta ſimilia ducenta. Fr. Franciſco moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Boſnenſi in Boſſina Argentina ſcuta ſimilia centum. Fr. Bernardino Quirino Cretenſi moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Argenti in Valachia, & Moldavia ſcuta ſimilia centum quinquaginta. Fr. Auguſtino Giſulpho Ordinis Prædicatorum, proxime futuro, & alii pro tempore exiſtenti Epiſcopo Sirenſi in eodem Archipelago ſcuta ſimilia centum quinquaginta.

Dat. die 30. Aprilis 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 30. Aprilis 1592. Pontificatus Noſtri Anno primo.

XIV.

Declarat Civitatem Avenionen., & Comitatum Venayſſinum compræhendi Conſtitutione Pii PP. V. de Bonis Rom. Eccleſiæ non alienandis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Declaratio, de qua in rubrica.

§. 1. ETSI dubium nemini eſſe debeat Civitatem Avenionen., & Comitatum noſtros Venayſſini, ac Civitates, Terras, Oppida, Caſtra, Villas, & alia loca quæcumque ibidem conſiſtentia, uti bona S. R. E., illiuſque vetuſtiſſimum Patrimonium ſub Conſtitutione fel. rec. Pii V. prædeceſſoris noſtri de Civitatibus, Terris, & locis S.R.E. non alienandis, neque infeudandis, compræhendi: nihilominus tamen, ne ab aliquo, quovis prætextu, vel occaſione, ullo tempore id in dubium revocari contingat, & ut probatæ ejuſdem Civitatis, & Comitatus fidei, ac conſtantiæ in hac parte ſatisfaciamus, eoſque in ſpe firma perpetuo remanendi ſub noſtri, & Sedis Apoſtolicæ Dominii ſubjectione contineamus, omni dubitatione, ſeu ſpe alienationis, diſtractionis, diſmembrationis, infeudationis, abdicationis, vel detentionis, aut alterius cujuſcumque conceſſionis, per quam Civitas, & Comitatus prædict. eximantur a Dominio, & ſubjectione Sedis Apoſtolicæ, in qua nunc ſunt, omnibus ſemper ſublata, & illorum, etiam ſupplicationibus, per dilectum filium Thomam Aſtoaudux Equitem noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ feudatarium ejuſdem Civitatis, & Comitatus nomine nobis humiliter hac in parte porrectis inclinati, hac noſtra perpetuo valitura declaratione decernimus, & declaramus, Civitatem Avenionen., & Comitatum Venayſſinum, Civitateſque, Terras, Oppida, Caſtra, Villas, & loca quæcumque dicti Comitatus nobis, & S.R.E. mediate, vel immediate ſubjecta, tamquam propria, peculiaria, & chariſſima ejuſdem S. R. E. bona, ac vetuſtiſſimum illius Patrimonium, ſub præfata Conſtitutione Pii V. de Civitatibus, Terris, & locis ipſius

ipſius S. R. E. non alienandis, neque infeudandis, ſeu in quoſvis alios ullo modo transferendis, & remittendis, cum illius declarationibus factis, & faciendis, quarum omnium tenores, præſentibus, acſi ad verbum infererentur, pro ſufficienter expreſſis haberi volumus, compræhenſas eſſe, & cenſeri, & propterea non debere, neque poſſe ullo tempore quovis quæſito colore, vel prætextu, cauſa, vel occaſione a quocumque, ſine contraventione prædictæ Constitutionis, & illius declarationum, quoque modo alienari, distrahi, diſmembrari, infeudari, transferri, remitti, abdicari, ſeu deſeri, & ut præfertur, quovis modo concedi.

Quæcumque alienationes nullæ ſunt.

§. 2. Quinimo contra præſentium hujuſmodi tenorem, pro tempore, quavis cauſa faciendas alienationes, diſtractiones, diſmembrationes, infeudationes, abdicationes, ac alias quaſcumque conceſſiones ſuperius expreſſas, nullas, & invalidas fore, & eſſe.

Et contra eas electi Ordinũ poſſunt reclamare.

§. 3. Ac pro tempore electos Trium ordinum hujuſmodi ab illis reclamare, & contra reniti omnibus iuris, & facti remediis poſſe licite, & juridice.

Præſens Constitutio eam dem vim habet, ac ſi in Cõſiſtorio fuiſſet publicata.

§. 4. Præſentesque perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, plenamque roboris firmitatem obtinere, acſi in Conſiſtorio Nostro ſecreto de conſenſu, & conſilio Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Card. factæ fuiſſent.

Clauſula.

§. 5. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata illis aliter judicandi facultate, judicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane decernimus, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatis Avenionen., & Comitatus prædictorum, illiuſque Civitatum, Oppidorum, Terrarum, Caſtrorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſcumque Regibus, Ducibus, Principibus, & aliis perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & Conſiſtorialiter in genere, vel in ſpecie, aut alias in contrarium quomodolibet conceſſis, & in poſterum concedendis: Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime hac vice derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 30. Aprilis 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Aprilis 1592. Pontificatus noſtri Anno primo.

XV.

Cenſuum a Communitatibus Status Eccleſiaſtici venditorum, reductio ad ſcuta ſeptem pro centenario.

De materia Cenſuum vide in Conſtitut. CVI. Pii V. Cum onus *Tom. IV. Par. III. fol. 52.*

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa hujus reductionis.

QUÆ ad ſublevationem gravaminum, & commoda populorum, noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ ditioni in temporalibus ſubjectorum, pertinere dignoſcimus, in iis libenter auctoritatis noſtræ partes interponimus, prout æquitate ipſa, & noſtra ergo eos paterna charitate ſuadente, conſpicimus in Domino expedire. Sane non ſine magna animi noſtri moleſtia accepimus, pleraſque Communitates, & Univerſitates Civitatum, Oppidorum, & locorum Status noſtri Eccleſiaſtici ob varias eorum neceſſitates, multos cenſus vendendo, grave æs alienum contraxiſſe: hujuſmodi vero cenſuum emptores, illos ad rationem non ſex, vel ſeptem, ſed octo, novem, & decem, pro quolibet centenario, & anno, fere omnes exigere ſolere. Quare intolerabili onere gravati, ex redditibus propriis, aliquando emptoribus cenſuum ſatisfacere nequeunt.

Reductio omnium cenſuũ per Communitates impoſitorum ad ſeptem pro centenario.

§. 1. Nos igitur in præmiſſis, opportuna ratione aliqua, ſaltem ex parte, providere volentes. Motu proprio, & ex certa ſcientia, omnes, & ſingulos cenſus hactenus ſuper quibuſcumque rebus immobilibus, tam Urbanis, quam Ruſticis, in quacumque Provincia, Civitate, Terra, Oppido, Territorio, Diſtrictu, & Loco Status Eccleſiaſtici, Nobis, & Sedi Apoſtolicæ, tam mediate, quam immediate ſubjectis, conſiſtentibus, cujuſcumque pretii, valoris, qualitatis, quantitatis, & denominationibus bona, & cenſus hujuſmodi extiterint, per quaſcumque Communitates, ſeu Univerſitates ejuſdem Status, Ditionis, ſeu etiam ſingulares perſonas, intuitu tamen illarum, & cum promiſſione indemnitatis ab ipſis Communitatibus, ſeu Univerſitatibus, quæ pretia cenſuum hujuſmodi venditorum in ſuos uſus acceperint facta, ſeptem pro quolibet centenario, & anno, quocumque modo excedente, hactenus creatos, conſtitutos, impoſitos, & venditos, quod illorum fructus, ex nunc deinceps in futurum, per primo decurrendos ad rationem ſeptem tantum pro quolibet centenario, & anno, ſalva tamen dictos cenſus redimendi facultate, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reducimus, & moderamur.

Liberatio obligatorum a ſolutione majoris cenſus.

§. 2. Ac ipſas Communitates, & Univerſitates, cenſus prædictos, ex nunc perſolventes, & alios pro eis, etiam uti principales, principaliter, & inſolidum, ſeu alias quovis modo, etiam in forma Cameræ Apoſtolicæ obligatos a ſolutione cenſuum prædi-

dictorum, alias quam, ad rationem ſeptem pro centenario, & anno bujuſmodi, aliquid ulterius pro fructibus in futurum ſolvendum non teneri, nec ad id vigore quarumcumque obligationum, & quibuſvis juramentis, quæ ipſis Communitatibus, & Univerſitatibus, prędictos cenſus perſolventibus, ut præfertur, & aliis pro eis etiam in dicta forma Cameræ obligatis, harum ſerie relaxamus, ſeu alias liberamus, nec ad illarum obſervationem, & cenſuum, jam impoſitorom ſolutionem, ultra prędictam ſummam ſeptem pro quolibet centenario, & anno, cogi, aut compelli poſſe declaramus.

Clauſula ſublata, &c.

§. 3. Ac ita per quoſcumque Judices, Commiſſarios, etiam Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ, ac Rotæ Auditores, ſeu quoſvis alios Judices, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere. Irritum quoque decernimus, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Clauſulæ derogatoriæ.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac quarumcumque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & locorum ſtatutis, conſuetudinibus, legibus, & naturis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, necnon obligationibus in ampliori forma, fidejuſſionibus, renunciationibus, ac juramentis præſtitis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, etiam per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, ac etiam nos ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatorisrum derogatoriis, necnon irritantibus decretis, ex quavis cauſa, etiam per modum legis univerſalis, aut alias quomodolibet editis, ſive in favorem Univerſitatum, Communitatum, Collegiorum, Congregationum, Civitatum, & Locorum conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, quatenus directe, vel indirecte præſenti noſtro Motui proprio, in toto, vel in parte contrarientur, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcumqoe.

Dat. P. A. I. die 1. Maii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die prima Maii 1592. Pont. noſtri Anno primo.

XVI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Erectio Montis Annonæ nuncupat. Civitatis, & Comitatus Bononien. cum diverſis ſtatutis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Civitate Bononien. propter Annonæ charitatē mul to alieno ære gravata.

§. 1. CUm, ſicut accepimus, Civitas noſtra Bononiæ his duobus annis proxime præteritis maxima omniom rerum ad uſum, & victum humanum neceſſariarum charitate gravata fuerit, & de preſenti reperiatur adeo ut Prædeceſſores noſtri, ſeu eorū juſſu Camera Apoſtolica pro ſublevandis aliqua ex parte ejuſdem Civitatis, & illius Comitatus neceſſitatibus, Cameræ Bononienſi, ſeu illius Communitati, & Populo mutuaverit, & gratis eiſdem dederit, & numeraverit ſummas ſcutorum octuaginta millium monetæ eidem Cameræ noſtræ Apoſtolicæ intra certum terminum jamdiu elapſum reſtituendas, prout in inſtrumentis, ſeu ſcripturis deſuper celebratis, latius apparet; & cum adhuc eadem ſumma non ſufficeret, eadem Civitas Bononiæ, & illius viri Reformatores, & alii ad id deputati, diverſas, & notabiles pecuniarum ſummas ad cenſum, ſeu alias a diverſis perſonis acceperint ad ſubveniendum Pauperibus dictæ Civitatis, & illius Comitatus, adeo quod de præſenti eadem Civitas reperiatur gravata gravi ære alieno aſcendente ad ſummā ſcutorum tercentorum millium, & ultra, & ut eadem Civitas poſſit Nobis, ſeu Cameræ Apoſtolicæ de dicta ſumma mutuata, & de alia ſumma decem, & octo millium circiter ſcutorum pro manutentione Triremium debita ſatisfacere, ſeque ab hujuſmodi ære alieno eximere; ob id Antiani, & Vexillifer, ac Tribuni, & Maſſarii, nec non Reformatores pluries etiam collegialiter congregati, cum nulla alia potiori ratione, hujuſmodi æs alienum extinguere poſſe viderent, infraſcripta Datia augere, & quædam nova imponere, quæ Civitati, & Pauperibus præſertim minus gravia eſſent, cogitarunt, eaque Nobis confirmanda propoſuerunt, & ſunt hæc, quæ pro faciliori intelligentia vulgari idiomate præſentibus adnotari voluimus, videlicet.

Antiani &c. nonnulla Datia augere, & imponere cogitarunt.

Augumentare la Seta foreſtiera ſoldi tre, e denari ſette per libra. Il Filicello della Città, Contado, e foraſtiero quattrini quattro per libra. Far pagare la Canapa Gregia ſpadolata, e grafiata, il Gazzolo, Fune, Stoppa, ed ogni altra merce il doppio più, eccettuando li lavori di Seta, e le Sete lavorate per eſſere già aggravate. Alla Lana del Contà Maggratica, e Guagiume quattrini tre per libra. Accreſcere il Sale fino a ſoldi quattro, ſicchè l' augumento tocchi tutti, così eſſenti Secolari, come Religioſi, e Luoghi Pii. Accreſcere le Porte quattrini ſei di più per carra tanto per li Secolari, come per li Religioſi, e Luogi Pii. Tutti i Cittadini eſſenti, e non eſſenti, Religioſi, e Luoghi Pii paghino ogni corba di furmento, che macinono ſoldi due, e denari ſei. I Terreni de foraſtieri, che ſi poſſono gravare ſoldi dodeci per cento del valore: accreſcere il terzo per due del pagamento alle mercanzie foreſtiere rimanenti dentro la Città.

Ac ſuper redditibus augumentorum, & impoſitionum hujuſmodi, unum montem temporalem, & non vacabilem, quo poterit breviori tempore extinguendum, & affrancandum, ſeu redimendum Bononienſem Annonæ nuncupandum uſque ad ſum-

Et Montem non vacabilem erigere.

mam trecentorum millium ſcutorum monetæ hujuſmodi dumtaxat,cum annuo emolumento ſcutorum ſex, vel ad ſummum ſex cum dimidio pro his,qui ſuas in dicto Monte pecunias collocaverint pro quolibet centenario, erigere, dummodo ea omnia per Nos confirmarentur.

Dictas impoſitiones a Legato prius examinandas confirmat Clemens.

§.2. Nos igitur, qui ſubditorum noſtrorum, & Apoſtolicæ Sedis neceſſitates, quantum cum Domino poſſumus, ſublevare cupimus, quamvis eoſdem ſubditos novis impoſitionibus gravare, ſit ab inſtituto, & deſiderio noſtro valde alienum; nihilominus attendentes præmiſſa in publicum Civitatis prædictæ commodum cedere, & volentes quod augumenta, & impoſitiones hujuſmodi a noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in dicta Civitate Legato, ſeu ejus Vice-Legato prius examinentur, & approbentur, ſi, & poſtquam per eum, uti minus oneroſa, approbata fuerint, omnia prædicta, atque ſcripturas deſuper confectas, & in eis contenta, & inde ſequuta quæcumque, quæ præſentibus pro expreſſis, & ad verbum inſertis haberi volumus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ confirmationis robur adjicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam Juris, quam facti, ac ſolemnitatum etiam ſubſtantialium forſan omiſſarum defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem.

Eaſque ab omnibus etiam Eccleſiaſticis ſolvendas eſſe declarat.

§.3. Et nihilominus omnia, & ſingula augumenta, & impoſitiones prædictas ut ſupra excogitata, ſeu forſan facta, & per Nos confirmata, per quaſcumque perſonas etiam immunes, & exemptas, & quomodocumque, & quantumcumque privilegiatas,etiam eccleſiaſticas tam ſæculares, quam quorumvis ordinum, & militiarum, etiam Hoſpitalis Hieroſolymitani utriuſque ſexus, etiam ratione clericatus, ſeu alias ex diſpoſitione Juris communis, aut municipalis, vel ex ſpeciali privilegio, etiam per Nos, aut Prædeceſſores noſtros, aut modernum, vel pro tempore exiſtentem dictæ Civitatis Legatum, vel ejus Vice-Legatum, aut viros reformatores ex quavis cauſa etiam oneroſa, ac ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, & cum quibuſvis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, irritantibuſque, & aliis decretis conceſſo, & ſæpius confirmato, & innovato (exceptis tamen Mendicantibus, ac illis, qui per veram, & actualem exburſationem pecuniarum in Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ ſubventionem factam, aut ratione numeri duodecim filiorum exempti ſunt,dumtaxat) etiamſi eædem perſonæ Epiſcopali, Archiepiſcopali, vel majori dignitate præfulgeant, aut reformatoris ſtatus ejuſdem Civitatis, vel alia quacumque mundana, vel ſæculari poteſtate, & auctoritate ſint ſuffultæ, nec non pro eis Agentes, nec non eorum conductores, & ceſſionarios, tam in emendo, quam in vendendo omnia bona dictis augumentis, & novis impoſitionibus ſuppoſita, & obnoxia perſolvi debere, abſque ulla perſonarum earumdem exceptione, vel differentia, perinde acſi minime exemptæ, vel liberæ, aut immunes exiſterent, nec de aliqua earum exemptione, libertate, vel immunitate conſtaret, quinimo quaſcumque ſimiles exemptiones, libertates, & immunitates eis, aut cuicumque earum, quavis ratione, cauſa, vel occaſione competentes, ut præfertur, quoad augumenta, & novas impoſitiones hujuſmodi illis nullatenus ſuffragari, omneſque prænominatos ad præmiſſorum augumentorum, & impoſitionum ſolutionem æque, ac alios non exemptos teneri, & opportunis Juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe, ac debere decernimus, & declaramus.

Et Montem non vacabilis Annonæ Bononien. nuncupandum erigit.

§.4. Ac ſucceſſive ſuper eiſdem augumentis, & novis impoſitionibus, & illorum annuis redditibus unum Montem temporalem non vacabilem, & extinguibilem Bononien. Annonæ, ut præfertur, nuncupan. ſcutorum trecentorum millium monetæ in ejus proprietate, centum millium videlicet vel circa Nobis, & ſeu Cameræ Apoſtolicæ, ut præmittitur ſolvendorum, & aliorum ducentorum millium in extinctionem aliorum debitorum per eamdem Cameram Bononien. convertendorum pro tot perſonis, quot eorum pecunias in ipſo Monte collocaverint,auctoritate Apoſtolica tenore præſentium erigimus, & inſtituimus.

Cenſumque ſex ſcut. pro quolibet centenario conſtituit.

§.5. Ac illo ſic erecto, & inſtituto annuum cenſum, ſive redditum decem, & octo, ſeu decem, & novem millium ſcutorum ſimilium ab omni onere, impoſitione, gravamine, & reſtauro, ac etiam quocumque caſu fortuito, quantumcumque inexcogitabili liberorum, immunium, & exemptorum ſuper dictis augumentis, impoſitionibus, & illorum redditibus, inter perſonas Collegii dicti Montis pro rata portionum, ſeu locorum per eos obtentorum ad rationem prædictam ſex, vel ſi fieri non poterit, ad ſummum ſex cum dimidio pro centenario, annuatim, ſed de bimeſtri in bimeſtre diſtribuendorum, ac in ſalarium capſerii, & aliorum ipſius Montis Officialium, & aliorum onerum ſupportationem, & expenſas pro ipſo Monte ſubſtinendas, & faciendas ad libitum ipſius Collegii exponendorum,ac per augumentorum,ſeu impoſitionum,& datiorum hujuſmodi Exactores, aut Appaltatores, vel Conductores pro tempore annis ſingulis, quolibet bimeſtri pro rata eidem Collegio, ſeu illius Depoſitario integre, & ſine aliqua diminutione perſolvendorum applicamus, appropriamus, ac titulo venditionis concedimus, tradimus, & aſſignamus: nec non Montem prædictum, ac illius Collegium, & perſonas hujuſmodi in ipſius Cameræ Bononien. locum, quoad cenſum, ſeu redditum prædictum, & illius exactionem ponimus, ſubſtituimus, & ſurrogamus.

Omnes, qui regulari profeſſione non ſunt adſtricti, portionum hujus Montis capaces eſſe declarat.

§.6. Volentes, quod quæcumque utriuſque ſexus perſonæ, cujuſcumque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis exiſtentes, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, & Eccleſiis etiam Cathedralibus, & Metropol-

politanis, & Monaſteriis præſint, & quæcumque, quutcnmque, & qnaliacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtineant, ac in Sacris etiam Presbyteratus Ordinibus ſint conſtituti, ac quorumvis, non tamen mendicantium de obſervantia Ordinum, ac Hoſpitalium, & Militiarum Religioſæ, ac mulieres eujuſcumque nominis, qualitatis, & conditionis, nec non qnalitercumque, præterquam ratione regularis profeſſionis in aliqno Ordine Mendicantinm de Obſervantia, ut præfertur inhabiles, & incapaces exiſtant, ſuper dicto Monte a qoinquaginta ſcutis ſimilibus, ſuper quamcumque pecuniarum ſummam, uſque ad dictam ſummam ſcutorum trecentorum millinm monetæ ponere, & pro pecuniis ſic poſitis ad rationem ſex, vel ad ſummum ſex cum dimidio pru centenario annis ſingulis, & quolibet bimeſtri eorum ratam ſine aliquo peccato, & conſcientiæ ſcrupulo, ſeu reſtitutionis, vel ſatisfactionis onere in utroque foru.

Solutio dd. cenſuum nulla ex cauſa etiam graviſſimi criminis denegari poſſe vult.

§.7. Etiam abſque eo quod eorum ſolutio quorumvis interdictorum, aut repræſaliarum, etiam ſorſan contra Civitates, Loca, & Caſtra, & eorum Univerſitates, ſeu Commonitates, aut Dominos, ſeu Subditos, vel Incolas in genere, vel in ſpecie etiam ex cauſa Belli, vel cnjuſvis inobedientiæ, ſeu rebellionis, etiam excogitatorum, incogitatorum, & inexcogitatorum decretorum, ſeu relaxatione, aut quovis alio prætextu deoegari, aut protrahi, vel differri valeant, recipere, & habere, & etiam ſi læſæ majeſtatis, aut alia quæcumque, & qualiacumque, & quantumcumque gravia, ac graviſſima crimina, præterquam in perſonam Romanorum Pontificnm, aut alicujus perſonæ Romanæ Eccleſiæ Legatorum, ſeu Viee-Legatorum, vel Gubernatorum Bononien., pru tempore exiſtentium commiſerint, & propterea ultimo ſupplicio condemnati, & traditi, ſeu condemnandi, & tradendi fuerint, ac omnia eorum bona ſint confiſcata, vel confiſcanda de loeis, & portionibus Montis hojnſmodi, & emolumentis ſibi ex eo ſpectantibus, nec non pecuniis per eas, vel per eos, qui ab ipſis cauſam habuerint, ſuper eodem Monte poſitis, ita ſtatnimos, quod nullatenus confiſcari poſſint, ſed ad eorum ab inteſtato hæredes, ſeu proximiores, aut alias ſuccedere habentes, tranſeant, & de eis illorum libito in teſtamento, vel codicillis, aut quocumque contractu inter vivos, in qnoſcumque etiam illegitimos, & alios, ac in omnibus, & per omnia juxta facultates aliis Montibus, & præſertim augumenti Vini dictæ Civitatis per fe. rec. Paulum Papam IV., & alios Romanos Pontifices conceſſa, concedimus, & indulgemus.

CollegioMontiſtarum ſtatuta condendi facultatẽ concedit.

§.8. Et ut perſonæ pecunias ſuper dicto Monte ponentes, & habentes, Collegium inter ſe conſtituant, & collegialia Jura. & inſignia habeant, ſtatutaque, & ordinationes adinſtar aliorum Montium habeant, illaque mutare, & alterare libere, & licite valeant.

Officialeſque eligendi.

§.9. Et ut etiam poſſint Depoſitarium, Notarium, & Campionerium, ac alios, & qnoſcumque Officiales deputare, & ad eorum libitum amovere, illiſque ex prædicta ſumma ſcutorum decem & oovem millium ſalaria, & honoraria reſpective conſtituere, & depntare libere poſſint, & valeant.

Pro eorum ſecuritate quæcumque Cameræ Bononien. bona obligat.

§.10. Et pro Montis Annonæ hujuſmodi, illiuſque Collegii, & perſonarum cantela, & ſecuritate, nltra cenſus, ſeu redditus prædictos, omnia, & ſingula alia Cameræ, & Civitatis prædictæ bona mobilia, & immobilia, ubieumque poſita, & exiſtentia, etiamſi talia ſint, qnæ in obligatione generali compræbendantur, perpetuó, ſpecialiter, & expreſſe, ac in ſolidum obligamns, & hypothecamns.

Dictum Montem nullo onere affici poſſe declarat.

§.11. Decernentes inſuper Montem, & Collegium, ac perſonas hujnſmodi, eorumque aſſignamenta, ae Jura quæcumque per Nos eis, ut præfertur, data, conceſſa, & aſſignata, etiam per Nos, & dictam Sedem, aut Sueceſſores noſtros Romanos Pontifices Prædeceſſores, pro tempore exiſtentes aliquo gravamine, ſeu ordinario, vel extraordinario onere affiei, aut ratione cujuſcumque pecuniarum ſummæ, etiam pru ſubventione onerum Romanæ Fecleſiæ, aut Nobis incumbentium, ſcn ex quacumque alia etiam urgentiſſima, & efficaciſſima cauſa pro tempore impoſito, minui, aut ex eis aliquam partem auferri, vel retineri nullatenus poſſe, vel debere, & quaſeumque diminutiones, & remiſſiones fiendas, ſeu contingentes ſuper ejus aſſignamentis ad dictæ Cameræ Bononien. damnum, & totale incommodum cedere debere, & quod Collegiom, & illius perſonas, ad probandum, quod pecuniæ in dicto Monte poſitæ, vel aliqua earum pars in ſolutionem, & extinctionem debitorum prædictorum, & in utilitatem Romanæ Eccleſiæ, vel Cameræ Bononien. fuerint converſæ, minime teneri.

Præſenteſque Literas vim habere contractus.

§.12. Præſenteſque noſtras literas vim, & robur veri, & validi contractus, & obligationis inter Nos, & Cameram Bononien. noſtram ex una, & eos, qui pecunias ſuper Monte prædicto poſuerunt, & ab eis cauſam habentes, ex altera partibus legitime initi, & ſtipulati obtinere.

Clauſula pro perpetua firmitate, & obſervantia.

§.13. Sicque, & non alias per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, & Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ctiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudieandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judieari, & diffiniri debere, irritum quoque, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimns.

Vexillifero Bononiæ facultatem dat ementibus dd. portiones, literas patentes concedendi.

§.14. Et inſuper cupientes, ut Mons Annuuæ hujuſmodi, & præſentes literæ ſuum facilius, & celerius conſequantur effectum, moderno, & pro tempore exiſtenti Vexillifero Juſtitiæ dictæ Civitatis, ut omnibus ponentibus peeunias ſuper dicto Monte, tot loca, & portiones ſuper dicto Monte,

te, quos pecuniæ per eos poſitæ capient, concedere, ac aſſignare, & ſuper inde patentes literas ejus manu ſubſcriptas, & ſigillo dicti Montis munitas, tam hac prima vice, quam quotieſcumque deinceps loca, & portiones hujuſmodi per reſignationem vacare contigerit, conficere, & tradere poſſit, & valeat.

Reformatoribus committit extinctionem earumdem ex pecuniis, quæ cenſu ſoluto ſupererint.

§.15. Volumus autem, quod dicti Reformatores, ſeu Agentes pro dicta Camera Noſtra Bononien, pecunias ex dictis augumentis, & novis impoſitionibus, ut præfertur percipiendas, quæ dicto cenſui, & aſſignamento ſcutorum decemnovem millium annuatim ſupererint, in extinctionem, & affrancationem tantæ partis illius Montis, quantam pecuniæ prædictæ capere poterunt, omni exceptione penitus ceſſante, ſingulis annis, per extractionem locorum redimendorum, ac aliis modis, & formis deſuper per dictos Reformatores, in præſentia tamen pro tempore exiſtentis Legati, ſeu Vice-Legati, vel Gubernatoris ſtatuendis, & ordinandis convertere, & cum effectu erogare.

Computumque extinctionis Vice Legato exhibeant.

§.16. Et de hujuſmodi extinctione, & extractione, ſingulis annis Vice-Legato, ſeu Gubernatori dictæ Civitatis computum oſtendere, & rationem reddere omnino teneantur.

Ideoque tales pecunias ab omni onere reddit immunes.

§.17. Nec ad illas aliter diſtribuendas, vel exponendas etiam per Nos, & Succeſſores noſtros, aut Sedem hujuſmodi, vel quoſvis alios, quacumque auctoritate, & facultate compelli, neque ſuperextantes pecuniæ hujuſmodi alicui gravamini ordinario, vel extraordinario, aut oneri cuicumque, etiam pro ſubventione onerum Nobis, & prædictæ Eccleſiæ incumbentium, aut ex quavis alia, etiam efficaciſſima, & inexcogitabili cauſa ſubjici, vel ſupponi, aut alias quomodolibet minui, nec retineri poſſint.

Injuncta Reformatoribus pœna temporali, & ſpirituali, ſi illas in alios uſus inſumpſerint.

§.18. Quinimo eiſdem Reformatoribus, & Agentibus dictæ Cameræ Bononien. ſub excommunicationis latæ ſententiæ, & decem millium ſcutorum auri pœnis diſtrictius inhibemus, ne pecunias, quæ cenſui, & aſſignamento decemnovem millium ſcutorum hujuſmodi de anno in annum ſupererunt, etiam ex quavis urgentiſſima, & inexcogitabili cauſa, in quoſvis alios, quam in extinctionis, & affrancationis Montis hujuſmodi uſus in toto, vel in parte diſtribuere, aut erogare, vel convertere præſumant, toto autem Monte extincto, & affrancato, augumenta, & omnes impoſitiones gabellarum prædictarum omnino ceſſent, & extincta, & ſopita cenſeantur, nec ulterius in toto, vel in parte, etiam minima exigi poſſint.

Reformatoribus facultatem dat loca vendendi Bononiæ, vel Romæ.

§.19. Cæterum declaramus, quod dictus Mons, tam in dicta Civitate Bononien., quam in Urbe intelligatur erectus, & illum, & loca illius in totum, vel in partem ubique vendi, & bona dictæ Cameræ Bononien., tam ibi, quam in Urbe, ad libitum dictorum Reformatorum obligari, & obligata etiam cenſeri.

Et accedendi Monti a Gregorio XIV. erecto pro Communitatibus Status Eccleſiaſtici;

§.20. Volentes etiam, quod pro præmiſſorum faciliori, & celeriori expeditione, iidem Reformatores, ſi voluerint Monti Provinciarum Status Eccleſiaſtici per ſe. re. Gregorium XIV. in extinctionem debitorum Cameræ Apoſtolicæ pro Communitatibus erecto, in totum, vel in partem, prout ipſis magis placuerit, accedere, non obſtante, quod in illius erectione, & confirmatione expreſſe caveatur, quod pro debitis Annonæ, ſeu aliis eædem Communitates accedere non poſſint, cui quoad hoc expreſſe derogamus, & in præmiſſis dictis Reformatoribus plenam facultatem concedimus, & elargimur.

Tranſumptis harum literarum credi jubet.

§.21. Volumus inſuper, quod præſentium literarum tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo dicti Montis, ſeu ejus Collegii, vel alterius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, ea prorſus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ eiſdem præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Derogat Obſtantibus.

§.22. Non obſtantibus fe. re. Simachi Papæ, quæ incipit: *Non liceat*: & aliorum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, ac noſtris, & aliis Apoſtolicis, in Conciliis etiam generalibus editis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Civitatis, & diſtrictus prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel alia firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, & Literis Apoſtolicis, etiam Mare magnum, & Bulla Aurea nuncupat., quibuſvis etiam cujuſcumque, & Mendicantium, aut duodecim Congregationum Ordinum, aut Militiarum, etiam Hieroſolymitan. regularibus, aut ſecularibus cujuſcumque dignitatis, ſeu gradus, ordinis, & conditionis exiſten., nec non S. Stephani, & S. Bartolomei de Mutiano Bononien. Civitatis, & Diœceſ., S. Benedicti, ſeu alterius, ex prædictis invicem unitorum, & quorumcumque aliorum Monaſteriorum, & Abbatiarum Commendatariis, ſeu Adminiſtratoribus, Conventibus, ac quorumcumque Caſtrorum, Terrarum, & locorum etiam a Civitate, Comitatu, & Diſtrictu prædictis, illorumque Juriſdictione, ex quavis cauſa quomodolibet diſmembratorum, & ſegregatorum Dominis, ſeu Comitibus, aut Feudatariis, cenſuariis, livellariis, Vaſſallis, & Univerſitatibus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam per viam legis, & ſtatuti perpetui, & ex quavis etiam oneroſa cauſa, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis Decretis, & Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut conſiſtorialiter, ſeu alias quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Qui-

bus

bus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua exquiſita forma ſervanda ſit, & in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus derogari poſſit, tenores hujuſmodi, eorumque cauſas, & effectum præſentibus pro ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, nec non modos, & formas ad id ſervandas pro individuo ſervatis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 11. Maii 1591. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 11. Maii 1592, Pontificatus noſtri Anno I.

XVII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Vice-Legatus Avenionen., Rector Comitatus Venayſſini, cæterique Officiales Sindicatui coram Archiepiſcopo Avenionen., aliiſque Epiſcopis ſubjiciuntur.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium a cura, quæ Principibus ineſſe debet, ut æqua ſuis ſubditis adminiſtretur juſtitia, petitum.

Officii noſtri partes eſſe ducimus ita ſtatuere, & ordinare, ut Populus temporali noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ ditioni ſubjectus per ejuſdem Sedis miniſtros juxta limites Juſtitiæ, & æquitatis ita regatur, & moderetur, ut nemo ſe gravatum juſte aſſeri poſſit, quin potius prætenſi gravaminis rationem miniſtri prædicti reddentes juſtam ſuam palam faciant adminiſtrationem.

Vice Legatus, cæterique Officiales Sindicatui ſiſteré debent coram Archiepiſcopo Avenionen., vel alio Epiſcopo.

§.1. Cupientes igitur gubernio, & regimini tam Civitatis Avenionen., quam Comitatus Venayſſini, & illarum perſonarum ob fidelitatis, & devotionis eorum erga hanc Sedem Apoſtolicam merita, præfici perſonas, quæ ſuæ adminiſtrationis ſcientes ſe rationem reddituras, a recti tramite diſcedere vereantur; Motu proprio non ad prædictarum perſonarum Civitatis, & Comitatus hujuſmodi, aut alicujus pro illis Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera deliberatione, & ex certa ſcientia noſtris, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine: Quod de cætero perpetuis futuris temporibus noſter, & Sedis Apoſtolicæ in Civitate, & Comitatu prædictis nunc, & pro tempore exiſtentes Vice-Legatus, ac illius Locumtenens, & Auditor, ſeu etiam Legati Locumtenens. Præterea etiam Rotæ Avenionen. Auditores, ac alii Magiſtratus, ſeu Judices quomodolibet nuncupati, & qualificati, in fine eorum, & cujuslibet ipſorum officiorum Sindicatui nunc, & pro tempore exiſtentis Venerabilis fratris Archiepiſcopi Avenionen., aut in ejus abſentia, ſeu recuſatione, vel ſuſpitione alicujus ex infraſcriptis Epiſcopi.

Eidem Sindicatui ſubjacere debent Rector, cæterique Officiales Comitatus Venayſſini.

§.2. Rector quoque Comitatus prædicti, ac ejuſdem Rectoris Auditor, & Locumtenens, cæterique omnes, & ſinguli ipſius Comitatus, & Judices, ac Juſtitiæ Miniſtri quavis auctoritate, & poteſtate fungentes, peracto adminiſtrationis eorum officiorum tempore, pariter Sindicatui, Venerabilium etiam fratrum Carpentoracten., Cavallicen., & Vaſionen. Epiſcoporum nunc, & pro tempore exiſtentium, ſeu alterius eorum, expenſis tamen dicti Comitatus, ſeſe omnino reſpective ſubjicere, & ſupponere debeant.

Tempus rationi reddendæ præfixum.

§.3. Quem quidem Sindicatum, & Viceſgerens Avenionen. Judex Cameræ, & Comitatus, & legationis prædictæ Civitatis Avenionen., & alii officiis perpetuis de triennio in triennium, cæteri vero ad tempus Triennio brevius in Civitate, & Comitatu prædictis obtinentes, ſtatim decurſo adminiſtrationis eorum tempore per quinquaginta dies, quibus durantibus ab exercitio juriſdictionis omnino abſtinere debeant, prorſus ſubire, illique etiam ſe ſe ſubjicere teneantur.

Sindicatum ſubire recuſantium bona omnia ſequeſtranda.

§.4. Et in eventum, in quem dicti Vicelegati, Locumtenentes, Auditores Rotæ, Rector, Judices, Viceſgerens, Judex Cameræ, aliique Auditores tam Vice-Legati, quam Rectoris ſupradicti hujuſmodi Sindicatum ſubire recuſaverint, ſeu ab eo quavis occaſione, vel cauſa, etiamſi ex Apoſtolico, ſeu alio quopiam quantomvis generali privilegio ſe ſe ſubducere tentaverint eo caſu, quod dicti Archiepiſcopus, & Epiſcopi, etiam talibus recuſantibus abſentibus, eis tamen prius per publicum edictum citatis, ad hujuſmodi Sindicatum ex officio devenire, ac elapſo triennio, vel tempore adminiſtrationis hujuſmodi, omnia bona mobilia, & ſi quæ poſſideant immobilia, Cameræ Apoſtolicæ nomine ſequeſtrare, & illa retinere, donec judicato integre paruerint, libere, & licite poſſint, & debeant, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo ſtatuimus, ordinamus, & mandamus.

Facultates ad hoc dicto Archiepiſcopo, & Epiſcopis conceſſæ.

§.5. Nos enim dictis Archiepiſcopo, & Epiſcopis computa, & rationes videndi, & revidendi, delinquentes caſtigandi, & puniendi pro delicti qualitate, tam pœnis Eccleſiaſticis, quam temporalibus, ac alias animadvertendi in bonis, ac in perſonis, etiam citandi, & inhibendi, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, nec non pœnas per eos ſtatutas executioni demandari faciendi, declarandi, & decernendi, omniaque, & ſingula alia, quæ ad hujuſmodi Sindicatum, & alias in præmiſſis neceſſaria fuerint, & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, mandandi, & exequendi plenam, liberam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem tenore præſentium damus, concedimus, & impartimur.

Clauſulæ pro perpetua hujuſce Conſtitutionis firmitate.

§.6. Et eaſdem præſentes nullo umquam tempore revocari, aut eis in aliquo derogari poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri,

tiri, & obtinere debere, irritum quoque, & inane decernimus, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§.7. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatis, & Communitatis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non erectionibus, & inſtitutionibus officiorum hujuſmodi, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem officiis, & illa obtinen., ſeu in illis deputatis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & conſiſtorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac conceden., confirman., & innovan.; Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio ad hoc habenda, aut exquiſita forma adhoc ſervanda foret, illorumque tenores, ac ſi de verbo ad verbum, præſentibus insererentur, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, latiſſime, hac vice ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim a dicta ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas non facientes planam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 15. Maii 1592. An.I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Maii 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

XVIII.

Ampliatio prohibitionis editæ a Gregorio XIII. contra Fratres Prędicatores Ordinis S. Dominici, favoribus cujuſcumque perſonæ extra ipſum Ordinem utentes, ad dignitates, & officia obtinenda.

Hæc prohibitio Gregorii eſt in ejus Conſt. 116. Cum nihil. *Tom. IV. Par. III. fol.* 439.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Religioſos Viros, ſicut honorum gradus, cum ad eos aſſumuntur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptoſque humiliter adminiſtrare oportet, ſic ab eos mendicatis ſecularium præſertim perſonarum ſtudiis, aditum ſibi patefacere minime convenit.

Greg. XIII. favores extra Ordinem quęri prohibuit.

§. 1. Cum itaque fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter, per ſuas in forma Brevis literas, die primo Junii 1580. Pontificatus ſui Anno Nono, datas Magiſtro Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Prædicatorum Prælatis, tunc, & pro tempore exiſtentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ mandaverit, ne ad inſtantiam, & requiſitionem quarumcumque perſonarum, tam laicarum, quam Eccleſiaſticarum extra ſupradictum Ordinem conſtitutarum, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis dicti Ordinis Religioſo ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere auderent. Quinimo quoſcumque dicti Ordinis Fratres, & Religioſos, qui contra decreta ſuarum Conſtitutionum, hac via, & aliis mediis, per conquiſitos favores, & ſuffragia, aliquid ſibi procuraverint, ad talia, & ſimilia, ac etiam majora in eodem Ordine conſequenda perpetuo inhabiles, etiam declaraverit, prout latius in eiſdem literis continetur.

Et hic Pont. eam ampliat.

§. 2. Cumque, ut accepimus, a nonnullis ambigatur, an ſub gratiarum vocabulo, gradus, honores, dignitates, officia, & munia Ordinis præfati compræhendantur; Nos Ordinis prædicti quieti, ac Religioſorum illius ſaluti opportunius conſulere, aliaſque in præmiſſis providere volentes, ac aliarum præfatarum, necnon Decreti, Capituli Generalis ejuſdem Ordinis in exequutionem earumdem literarum facti, quod incipit: *Quamobrem ſingulos noſtri Ordinis Prælatos admonemus*: veriores, ac totos tenores præſentibus, pro expreſſis, ac ad verbum inſertis habentes; Motu proprio, ex certaque noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, literas, ac decretum hujuſmodi, ac in eis contenta quæcumque, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti, & alios defectus, ſiqui in eis intervenerint, ſupplemus. Et nihilominus præfatam Gregorii, de gratiis, ut præfertur, per mendicatos favores minime concedēdis prohibitionem, ad quoſcumque gradus, honores, dignitates, officia, munia, adminiſtrationem functiones, Prælaturas ejuſdem Ordinis perpetuo extendimus, & extendi debere decernimus. Et propterea dilectis filiis Magiſtro Generali, Provincialibus, & aliis Prælatis, ac ſuperioribus ejuſdem Ordinis, ne poſthac aliquod præmiſſorum cuiquam ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem perſonarum ſuperius expreſſarum, quarumcumque, quovis modo concedere. Religioſis vero, ac Fratribus ejuſdem Ordinis quibuſcumque, non ſolum in præmiſſis omnibus ſecularium favorem minime procurare, ſed nec etiam ſponte oblatum, aut ab eis minime procuratum recipere, & ſimiliter, ne ad hunc effectum munera aliqua ſecularibus impendere, vel exhibere audeant, vel præſumant, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub eiſdem pœnis in dictis Gregorii literis contentis præcipimus, eiſdem auctoritate, & tenore ſtatuentes,

tes,

tes, quod omnes, & ſinguli in præmiſſis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter eo ipſo incurrant.

Contraventionem certo modo probari decrevit.

§. 3. Quodque ad illos, ſententias, & pœnas bujuſmodi damnabiliter incurriſſe, legitime probandum, & omnino convincendum ſolæ præmiſſarum perſonarum inſtantiæ, favores, & preces, etiam oretenus porrectæ plenam, indubiam, & ſufficientem, in judicio, & extra fidem faciant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur. Sicque ab omnibus ejuſdem Ordinis Superioribus, Prælatis, & perſonis, ac aliis Judicibus ordinariis, & delegatis, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & diffiniri, ac interpretari debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper bis a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, perpetuo decernimus, & ſtatuimus.

Contrariis derogat.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictique Ordinis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac omnibus illis, quæ dictus Gregotius Prædeceſſor in præfatis literis voluit non obſtare, cæteriſq; contrariis quibuſcumque.

Hanc Bullam publicari, & regiſtrari jubet.

§. 5. Volumus autem, ut præſentes literæ in quibuſcumque Capitulis, tam Generalibus, quam Provincialibus, & Conventibus, ut ad ſingulorum notitiam facilius deveniant, publicentur, & inter Statuta, & ordinationes ipſius Ordinis perpetuo obſervandæ deſcribantur, earumque exemplis, etiam impreſſis, manu Secretarii, & ſigillo Magiſtri Generalis, vel manu alicujus Notarii publici, & ſigillo alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem fides, quæ præſentibus adhiberetur, ubique adhiberi debeat.

D.P.A. 1. die 23. Maii.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die vigeſima tertia Maii, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pont. Noſtri Anno primo.

XIX.

Indictio Viſitationis omnium Eccleſiarum, & Locorum Piorum Almæ Urbis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis univerſo Clero, & Populo Romano ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmium, & cauſæ hujus indictionis.

SPeculatores Domus Iſrael, quæ eſt Eccleſia Dei viventis, mirabili ejuſdem providentia conſtituti, qui in humilitate noſtra oſtendere dignatus eſt divitias bonitatis ſuæ, admonemur debito creditæ diſpenſationis officio, & charitate Chriſti urgemur, ut miniſterium noſtrum, divina gratia adjutrice, implere ſtudeamus. Quare in hoc ipſo Apoſtolatus noſtri initio, contemplantes ex hac ſublimi ſpecula, non ſine intimo doloris ſenſu, calamitates, atque incommoda Populi Chriſtiani, cum ad cęteras afflictæ Reip. partes, quantum cum Domino licet, ſublevandas animum adjicimus, tum potiſſimum ab hac Alma, & nobis maxime dilecta Urbe noſtra oculos numquam deflectimus: Sic enim intelligimus, quam Eccleſiis omnibus Paſtoralem ſolicitudinem deberemus, eam nos tanto impenſius huic S. R. E. debere, quanto nobis propinquior, & pluribus charitatis vinculis eſt conjuncta, quam merito, & in oculis, & in corde, & in viſceribus Chriſti præcipuo quodam, ac vero paterno affectu gerimus. Itaque non ſolum de ejus temporalibus commodis laboramus, ſed multo magis, ut par eſt, de ejuſdem Urbis ſpiritualibus bonis augendis, atque amplificandis ſoliciti ſumus, quibus ſcilicet, & humana felicitas ſolidius continetur, & vera, ac ſempiterna beatitudo comparatur: quod certo dum facimus, etiam aliarum Eccleſiarum, quamvis illæ locorum intervallo ſint disjunctæ, rectam adminiſtrationem earum opera procuramus. Nam cum omnes unum corpus ſimus in Chriſto, membra cum ſuo capite copulata, eodem ſpiritu pietatis ali, & recreari neceſſe eſt. Quemadmodum igitur ſtabilis illa Catholicæ fidei petra, adverſus quam inferorum portæ prævalere non poſſunt, divino conſilio in hac Urbe, quæ prima Sedes eſt, conſurgit, hic Beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri Cathedra collocata, unde omnis exiſtit Eccleſiæ unitas, & communio, hic Orthodoxæ fidei integritas, & ſana doctrina, & verus Dei cultus ſemper viguit, ac viget, atque ab hac Eccleſia omnium matre, & magiſtra, tamquam ab ipſo fonte in alias Eccleſias promanat, ſic viciſſim ſummopere cupimus, ut omnis ex Urbe auferatur iniquitas, & ut Clerus, & Populus Romanus, vitæ innocentia, eccleſiaſtica diſciplina, omni denique chriſtianæ pietatis exemplo cęteris præluceat. Illudque in primis optamus, ut in religioſiſſimis Urbis Baſilicis nulla in divinis laudibus, & precibus ab eccleſiaſtico ordine Deo perſolvendis negligentia appareat, nemo opus Dei negligenter faciat, ne horribili maledictione feriatur, nulla ſit divini cultus perturbatio, nulla ſacrorum rituum, ac cæremoniarum ignoratio, aut neglectus, quin potius decor Domus Dei in Urbis Eccleſiis ubique eluceat, omniaque ordinate, decenter, & religioſe fiant, ut fideles populi ædificentur, & glorificent Patrem noſtrum, qui in cœlis eſt. Etenim, qui in ſortem Domini vocati ſunt, qui à communi Populo ſegregati in loco excelſo ſunt poſiti, meminiſſe debent, ſe à Domino vocari ſal terræ, & lumen mundi, ut omnium virtutum ſapore, & luce Populos condiant, atque illuſtrent, ne peccatorum tabe putreſcant, neve ſempiternæ mortis tenebris obruantur; alioquin ſanguis pereuntium animarum de eorum manibus à juſto Judice requiretur. Quare cum fideles omnes,

Digitized by Google

nes, tum potiſſimum Clericos ea ſanctimonia, & morum integritate præditos eſſe decet, ut re ipſa de eis dici poſſit, quod eſt in divinis Scripturis : *Genus electum, gens ſancta regale Sacerdotium* : de quibus, & illud quoque ſcriptum eſt : *Sancti eſtote, quoniam ego Sanctus ſum dicit Dominus*. Cæterum, cum eadem ſit hominum, quæ & agrorum natura, qui niſi crebro excolantur, nullum, aut perexiguum fructum ferunt, magnamque ſpinarum copiam profundunt; contra vero ſi cultura, & diligentia adhibeatur, & ſteriles agri ſæpe fructuoſi evadunt, & natura boni meliores, & fœcundiores fiunt. Ob eas cauſas jure optimo à ſacris Canonibus, & præſertim a ſancta Tridentina Synodo tantopere commendatur Epiſcopalis Viſitatio, quæ veluti ſpiritualis quædam cultura eſt Populi Chriſtiani, qua divinarum rerum veneratio augetur, boni mores conſervantur, pravi corriguntur, inſtaurantur Eccleſiæ, Populus ad pietatem accenditur & alia complura ex viſitantium zelo, & prudentia ad Dei gloriam, & fidelium utilitatem conſtituuntur.

Indictio viſitationis Eccleſiarum Monaſteriorum, & piorum locorum Urbis.

§. 1. Quæ cum ita ſe habeant, ſtatuimus, pro noſtro Paſtorali officio, Deo bene juvante, hunc peculiarem agrum, & gregem noſtrum recognoſcere, & Romanæ Urbis omnes, tam Patriarchales, quam Collegiatas, & Parochiales Eccleſias, earumque capitula, & perſonas, item Monaſteria, Conventus, & Eccleſias quorumvis Ordinum, tam virorum, quam mulierum, Hoſpitalia, Collegia, Confraternitates laicorum, Montem Pietatis, & omnia, quocumque nomine cenſeantur, loca Pia, per Nos ipſos viſitare. Ad hoc autem ſalutare opus pie, ſancteque exercendum, atque exequendum, fideles operarios noſtros, & adjutores delegimus nonnullos ex venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & Epiſcopos aliquos, ut eorum conſilio, & adjumento tanto fructuoſius in hoc ſalutari viſitationis officio verſemur, quod certe neceſſario duximus ſuſcipiendum, ſummi, & æterni Paſtoris exemplo excitati, cujus ſunt illa : *Ecce ego requiram oves meas, & viſitabo eas. ſicut viſitat Paſter gregem ſuum*. Et nobis à Domino dictum videtur : *Intende ad viſitandas omnes gentes, non miſerearis omnibus, qui operantur iniquitatem*. Et alibi ſapiens nos admonet : *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui, tuoſque greges conſidera*. Et Salvator noſter boni Paſtoris eſſe ait, proprias oves cognoſcere, & vocare nominatim. Ad laudem igitur, & gloriam Omnipotentis Dei, & S. R. E. exaltationem vobis viſitationem noſtram indicimus, quam proximo Dominico die, qui etiam S. Baſilii optimi, & Sanctiſſimi Epiſcopi, atque Eccleſiæ Doctoris commemoratione celebris eſt, in Sacroſancta primaria Lateranenſi incohabimus, & ſtatutis diebus, Deo adjutore, proſequemur.

Hortatio ad omnes, ut prævia morum reformatione, hanc viſitationem præveniant.

§. 2. Omnes autem, per viſcera Miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitavit nos oriens ex alto, paterne hortamur, & monemus, ut memores vocationis ſuæ, & tempus hujus ſacræ viſitationis agnoſcentes, vitæ, ac morum emendatione, & vera, tam interiori, quam exteriori reformatione viſitationem noſtram præveniant, quod certe libenter præſtabunt, ſi præter cætera, illud ad animum revocaverint, ſe eſſe Clerum Romanum, quem Beatiſſimi Apoſtolorum Principes Petrus, & Paulus inſtituerunt, atque erudierunt, ſeque in ea Urbe clericalis officii munera obire, quæ tot fortiſſimorum martyrum ſanguine in Chriſto plantata, & irrigata eſt, in qua domicilium fidei, & viſibile Eccleſiæ caput à Deo poſitum eſt, ut hinc omnes, non ſolum doctrinæ, ſed vitæ, & totius Eccleſiaſticæ diſciplinæ exempla petant, & bonus odor Chriſti ad vitam ex Romana Eccleſia ad omnes Eccleſias diffundatur.

Juſſio celebrandi orationem quadraginta horarū ad divinum implorandum auxilium pro bona directione hujus Viſitationis.

§. 3. Quia vero infirmitatem noſtram agnoſcimus, & plane ſcimus, nihil nos boni cogitare, nedum efficere poſſe ſine divino auxilio; idcirco ad cœleſtem opem implorandam, volumus, ut proxima ſexta feria in nonnullis Eccleſiis Urbis Patriarchalibus Collegiatis, & aliis præcipuis ſacroſancta Euchariſtia ſolemni Ritu in Altari proponatur, & Quadraginta horarum oratio celebretur.

Hortatio ad ferventer orandum.

§. 4. Univerſos autem Chriſtifideles in hac ipſa Alma Urbe exiſtentes hortamur, atque in Domino requirimus, ut ſolicitudinem noſtram ſuis orationibus ſublevent, & laborem adjuvent, quæ, ut gratæ, & efficaces ſint in conſpectu ejus, qui cor contritum, & humiliatum non deſpicit, dignis pœnitentiæ fructibus eum placare ſtudeamus, quem peccatis noſtris ad iracundiam provocavimus.

Indulgentia pro ibi orantibus.

§. 5. Quòd quidem ut libentius, & ſalutarius fiat, omnibus, & ſingulis Chriſtifidelibus utriuſque ſexus Romæ degentibus, qui eodem ipſo proximo Dominico die, poſt diligentem ſuorum peccatorum confeſſionem, ſacram Euchariſtiam ſumpſerint, ut hæc noſtra viſitatio ad Dei gloriam, & animarum ſalutem feliciter eveniat, pie in quavis Eccleſia oraverint, plenariam peccatorum ſuorum Indulgentiam concedimus, atque elargimur.

Alia adhortatio, ut quiſq. Deo ferventer inſerviat.

§. 6. Omnes igitur ſimul, dilecti filii, ſive ex clero, ſive ex populo, veterem hominem exuentes, in novitate vitæ ambulemus, nos ſolicitudine non pigri, ſpiritu ferventes, Domino in toto corde ſerviamus, ut ejuſdem miſericordiam copioſam, cum ad hoc ſanctæ Viſitationis opus, tum ad cæteras neceſſitates noſtras, fratrumque noſtrorum, bonis operibus, & ſedulo pietatis cultu impetremus.

D. P. An. I. 6. Junii.

Datum Romæ in Monte Quirinali, die octava Junii, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri Anno primo.

Unio

XX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Unio Sancti Spiritus Terræ Chierii, Taurinenſis Diœceſis, Officio Sanctiſſimæ Inquiſitionis Civitatis Taurinenſis.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Prooemium.

DE circumſpecta Romani Pontificis providentia provenire dignum eſt, ut Officiis Inquiſitionis hæreticæ pravitatis, ad contagioſam hæreſum paſſim pullulantium zizaniam ſalubriter amputandam, conſtitutis, ac illorum Miniſtris, & perſonis in oneribus ſibi commiſſis facilius ſupportandis; ac, ne perſonæ ipſæ, pro defectu temporalis ſubſtantiæ, in eorum Officii exequutione retardentur, aut alias quomodolibet impediantur, de congruæ ſubventionis auxilio miniſtretur.

Officium Inquiſitionis Taurinen. ſuffi. cientibus redditibus deſtituebatur.

§.1. Cum itaque, ſicut accepimus, Officium Sanctiſſimæ Inquiſitionis hæreticæ pravitatis in Civitate Taurinenſi Apoſtolica auctoritate erectum, & inſtitutum aliquibus redditibus, & proventibus, pro manutentione dilectorum filiorum illius Officialium, & Inquiſitorum pro tempore exiſtentium, onerumque illis incumbentium ſupportatione, nequaquam ſuffultum exiſtat; pro illius tamen ſubſiſtentia, & ſtabilimento plurimum neceſſarium ſit, de aliqua redditwum, & proventuum ſubventione illi providere. Si igitur ſine cura Eccleſia Sancti Spiritus prope, & extra Muros Terræ Chierii, Taurinenſis Diœceſis, quam dilectus filius Cathalanus Parpaglia Rector dictæ Eccleſiæ obtinet, cujuſque fructus, redditus, & proventus, benedicente Domino, ſatis pingues, & uberes exiſtunt, dicto Officio, ex nunc, prout poſtquam illam, quovis modo vacare contigerit, perpetuo uniretur, annecteretur, & incorporaretur, exinde ipſi Officio ſatis opportune, aliqua ſaltem ex parte, in præmiſſis proviſum foret.

Clemens ei unit Eccleſiã S. Spiritus Terræ Chierii

§.2. Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, eidem officio, ac dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti Inquiſitori Sanctiſſimæ Inquiſitionis hæreticæ pravitatis Taurinen. hujuſmodi, ut onera officii hujuſmodi ſibi pro tempore incumbentia facilius, commodiuſque ſuſtinere poſſit, de alicujus ſubventionis auxilio providere cupientes, ipſumque Inquiſitorem a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes: Motu proprio, non ad dicti Inquiſitoris, aut alterius pro eo Nobis oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa ſcientia, meraque deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Eccleſiam prædictam, quæ ſine cura eſt, ac cujus, & illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus octuaginta ducatorum auri de Camera, ſecundum communem æxtimationem, valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt, cum primum illam per ceſſum, etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut privationem, vel quamlibet aliam amiſſionem, vel dimiſſionem dicti Cathalani, ſeu alias quovis modo, etiam apud Sedem Apoſtolicam, etiam in aliquo ex menſibus Nobis, ſeu Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, & dictæ Sedi reſervatis, aut ordinariis Collatoribus, etiam per Conſtitutiones Apoſtolicas editas, ſeu pro tempore edendas, ſeu literas alternativarum, vel privilegia, & indulta alia conceſſa hactenus, aut impoſterum concedenda, vacare contigerit, etiamſi actu nunc quovis modo, etiam ex dicti Cathalani, vel alterius cujuſcumque perſonæ, ſeu per liberam ejuſdem, vel cujuſvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus, ſponte factam reſignationem, aut aſſequutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacet, etiamſi tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, ad Sedem prædictam legitime devoluta, ipſaque Eccleſia diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata exiſtat, & ſuper ea inter aliquos lis, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, cum annexis hujuſmodi, ac juribus, & pertinentiis ſuis quibuſcumque eidem Officio.

Inquiſitori facultatẽ concedit realem illius poſſeſſionem capiendi.

§.3. Ita quod liceat dicto Inquiſitori per ſe, vel alium, ſeu alios, ſuo, & dicti Officii nomine, corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem Eccleſiæ, & annexorum, juriumque, & pertinentiarum prædictorum, propria auctoritate libere, etiam ex nunc apprehendere, & perpetuo retinere, nec non fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque illius percipere, exigere, levare, locare, arrendare, ac in ſuos, & dicti Officii uſus, ac utilitatem convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, tenore præſentium perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus.

Præſentes literas nullo unquam vitio notari poſſe declarat.

§.4. Decernentes eaſdem præſentes literas, etiam ex eo quod dictus Cathalanus, aliique intereſſe habentes, ſeu prætendentes ad hoc vocati non fuerint, nec præmiſſis conſenſerint, aut alias ex quocumque capite, vel cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, aut alias quomodolibet infringi, vel retardari, ſeu in jus, vel controverſiam vocari nullatenus unquam poſſe, ſed illas ſemper, & perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros ef-

Digitized by Google

fectus ſortiri, & obtinere, neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quaſcumque regulas, vel Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu Cancellariæ Apoſtolicæ regulas, etiam per Nos, & Succeſſores noſtros, etiam motu, ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, nec non cum quibuſvis clauſulis pro tempore, etiam in craſtinum aſſumptionis ad ſummi Apoſtolatus apicem quorumcumque Succeſſorum noſtrorum factis, & concеſſis, comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illa revocari, vel limitari, aut ſuſpendi, vel eis derogari contigerit, toties in priſtinum ſtatum, etiam ſub data poſteriori, etiam adverſus Cancellariæ Apoſtolicæ regulas hujuſmodi reſtitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas, & revalidatas eſſe, & cenſeri.

Et ſic in quolibet Tribunali eſſe declarandum.

§.5. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ubique judicari, & definiri debere, nec non irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§.6. Non obſtantibus priori voluntate noſtra prædicta, & Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis, de hujuſmodi, vel aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis partibus ſpeciales, vel generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, & Decretum, aut alias quomodolibet ſit proceſſum: quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, & inde ſequuta quæcumque, ad dictam Eccleſiam volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſequutionem Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & literis Apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ, præſentibus non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

Dictæ vero Eccleſiæ onera per Inquiſitorem adimpleri vult.

§.7. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem hujuſmodi, dicta Eccleſia debitis non fraudetur obſequiis, ſed ejus congrue ſupportentur onera conſueta.

Nulli ergo &c.

Dat. die 9. Junii 1592. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, quinto Idus Junii, Pontificatus noſtri Anno I.

XXI.

Erectio Seminarii Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia in Civitate Tornacenſi pro Miſſionibus in Germania, & Belgio exercendis.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA VIII

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

ROmanus Pontifex circa Dominici Gregis curam ſibi divinitus commiſſam ſic invigilare debet, ut qui omnia ad ipſius Gregis univerſi ſalutem pertinentia per ſe ipſum, & Venerabiles Fratres Epiſcopos in partes ſuæ ſolicitudinis vocatos, gerere non valet, bonos ad id Operarios, Religioſos nimirum viros adhibeat, utque ii in operibus non deficiant, Seminaria quædam, unde, quaſi nova germina, novi quotidie Operarii in decedentium locum ſuccedant, defeſſiſque opem ferant, inſtituat.

Collegium de quo in rubrica erigitur.

§.1. Quod quidem Nos ad tantæ ſolicitudinis faſtigium evocati, quantum cum Domino poterimus, exequi, & Provinciis Belgicis, & Germanicis, in quibus hoc potiſſimum tempore ſimilium operariorum miniſterio ad reparandam, & reſtituendam ibidem collabentem Catholicam fidem, & Religionem maxime opus eſſe, non ſine animi noſtri dolore reminiſcimur, ſimile aliquod ſubſidium quamprimum afferre cupientes: Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, in Domo, ſeu Conventu Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Civitatis Tornacen. Provinciæ Sancti Andreæ nuncupat., quæ convicinis Provinciis maxime commoda exiſtit, unum Seminarium pro Fratribus earumdem Provinciarum, & Ordinis, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium perpetuo erigimus, & inſtituimus.

A Superioritate Provincialis Provinciæ S.Andreæ eximitur.

§.2. Et ad hoc eumdem Conventum a juriſdictione, & ſuperioritate Miniſtri Provincialis Provinciæ S. Andreæ eximimus, & liberamus, Nobiſque, & Apoſtolicæ Sedi, necnon Protectori, ac Miniſtro Generali ejuſdem Ordinis, immediate ſubjicimus, & ſupponimus.

Qualitates Religioſorum in eo admittendorum.

§.3. In eo vero Conventu, ſeu Seminario Religioſos Ordinis præfati ex quibuſvis Conventibus, etiam utriuſque Provinciæ, ſcilicet inferioris Germaniæ, & Flandriæ, qui vigeſimum quintum ſuæ ætatis annum attigerint, & ad ſacrarum literarum ſtudia proclives, & idonei, ac in his, & philoſophia præſertim non omnino rudes fuerint, ſed aliquos progreſſus fecerint, ac vitæ, morumque honeſtate præditi ſint, uno, vel duobus, aut tribus annis, prout Superiores ejuſdem Seminarii magis expedire judicaverint, inſtitui, & alii poſſe, ut exinde ad ſalutem Infidelium procurandam aptiores evadant, decernimus, & ſtatuimus.

Præcipitur Provincialibus, ut aptiores ſeligant.

§.4. Præcipientes in virtute ſanctæ Obedientiæ Miniſtris Provincialibus, & Guardia-

dianis in eiſdem Provinciis exiſtentibus, ut hujuſmodi Religioſos ex eorum Conventibus, & Provinciis ad hæc aptiores deligant, & ad dictum Seminarium, & Conventum, ibi erudiendos, tranſmittant, atque inibi inſtrui, & exerceri permittant, & faciant, & ad hunc effectum, literas, ut vocant, obedientiales concedant.

Qui poſtea ad ſuas Provincias revertantur.

§.5. Poſtquam autem bene inſtructi, & exercitati fuerint, in ſuam quemque Provinciam, & Domum, ut in illis fructuoſum, & Deo gratum miniſterium ad Divini Nominis laudem, & Populorum ſalutem, Catholicæque fidei propagationem exhibeant, remitti, & reverti curent, niſi forte ob eximiæ charitatis fervorem magis arduum opus aggredi voluerint, quo caſu ad illud ſanctum opus ab illo, vel illis, quem, vel quos ejuſdem Ordinis Protector deputaverit, mitti volumus.

Recuſantibus Provincialibus Obedientiales eis tradere, eas concedendi Superioribus Seminarii facultas datur.

§.6. Si autem Provinciales, Miniſtri, & Superiores Conventuum hujuſmodi, obedientiales hujuſmodi literas concedere renuerint, illas concedendi Superioribus ejuſdem Seminarii facultatem tribuimus.

Octo Laici ad Seminarii ſervitium ſeligendi.

§.7. Inſuper quia pro ſervitio ejuſdem Seminarii neceſſarii erunt aliquot fratres Laici Converſi, volumus, & conceſſimus, ut ex Provinciis prædictis aliquot Fratres hujuſmodi Laici, non tamen ultra octo in dictum Seminarium tranſire, & ibidem, ſi per Superiores idonei, & apti judicati fuerint, recipi, & morari poſſint.

Commiſſio Tornacen. Epiſcopo prædicta exequendi.

§.8. Quocirca Venerabili Fratri Epiſcopo Tornacen. per præſentes committimus, & mandamus, ut præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ad effectum deduci, auctoritate noſtra curet, & faciat: Contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Derogatio contrariorum.

§.9. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, Synodalibus, & univerſalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Superioribus, & perſonis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis danda fides.

§.10. Volumus autem, ut Provinciales dictarum Provinciarum præſentium literarum tranſumpta in eorum Provinciis, & Conventibus infra quindecim dies, poſtquam ad eorum notitiam devenerint, publicari faciant, utque eiſdem tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ipſius Epiſcopi Tornacen., vel alterius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ, munitis, eadem fides, quæ ipſis præſentibus, adhibeatur.

Dat. die 16. Junii 1592. An.I.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris, die decima ſexta Junii millesimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri Anno Primo.

XXII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Suppreſſio Monaſterii Monialium S. Salvatoris Ordinis S. Benedicti Maſſilien., cum erectione Collegii, & unione trium Prioratuum ab eodem Monaſterio dependentium, cujus Collegii regimen Abbati S. Victoris ejuſdem Ordinis committitur.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

Circa curam Paſtoralis officii Nobis deſuper, meritis licet imparibus, commiſſi, quantum Nobis ex alto permittitur, invigilantes, ad ea, per quæ Sacrarum Reliquiarum conſervationi, ac juventutis inſtructioni, & optimarum diſciplinarum propagationi conſulitur, ſcandaliſque, & periculis ex bellica calamitate contingentibus obviatur, libenter annuimus, &, ut præmiſſa facilius optatum ſortiantur effectum, nonnumquam Monaſteriorum, & aliorum Regularium locorum, præſertim Sanctimonialium debita clauſura carentium, ſtatum alteramus, & commutamus, ac alias ejuſdem officii partes deſuper interponimus, prout locorum, & perſonarum conditionibus, & qualitatibus diligenter penſatis, conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Monaſterium S. Victoris Militum incurſionibus expoſitum.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum Conventus Monaſterii S. Victoris extra Muros Civitatis Maſſilien., Ordinis S. Benedicti, ac Communitatis, & Hominum dictæ Civitatis Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod, cum dictum Monaſterium extra Muros hujuſmodi, ut præfertur, poſitum, & ad celeberrimum Portum Maris Mediterranei conſtructum, hoſtilibus incurſionibus, & deprædationibus in his turbulentis, & aliis bellorum temporibus, ita ſubjaceat, ut etiam de menſe Novembris noviſſime præteriti, a quibuſdam militibus vi occupatum, ac pro majori parte deprædatum fuerit, unde maximum imminebat, & adhuc imminet periculum, ne quamplures venerandæ Reliquiæ inde auferantur, ac non ſolum expediat eidem Monaſterio locum aliquem in prædicta Civitate habere, in quem hujuſmodi periculoſis temporibus, & quoties opus fuerit, Sacræ hujuſmodi Reliquiæ tranſportari, & tuto conſervari valeant, ſed & ipſi Civitati, ut in ea unum Collegium, ad juventutis eruditionem, erigatur: propterea in Monaſterio Monialium S. Salvatoris Maſſilien., dicti Ordinis, in quo quatuor tantum Moniales Profeſſæ, & duæ Novitiæ, ſine clauſura, de præſenti degunt, nomen, & titulus Monaſterii perpetuo ſupprimerentur, ac ibidem

Monaſterium autem Monialium S. Salvatoris ſine clauſura erat.

Collegium pro Juvenibus inſtruendis ibidem erigi petitur.

dem unum Collegium, in quo juventus, hujuſmodi literarum ſtudiis vacare poſſit, erigeretur, & inſtitueretur, illudque ſic erectum, & inſtitutum ex nunc, & S. Michaelis de Affuello, ac Sanctarum Perpetuæ, & Fælicitatis de Articella Aquen., in Provincia Provinciæ, nec non ejuſdem S. Michaelis de Grimaldo Forolivienſis Diœceſis, dicti Ordinis Prioratus ab eodem Monaſterio S. Victoris dependentes, ac cura, niſi per Vicarios perpetuos exerceri ſolita, & Conventu carentes, etiam es nunc, ſi vacent, vel cum primum vacaverint, Menſæ Conventuali ejuſdem Monaſterii S. Victoris, perpetuo unirentur, aliaque infraſcripta fierent, ex hoc profecto, cum de opportuno loco ad Reliquiarum hujuſmodi, in periculoſis temporibus, conſervationem provideretur, tum bonarum artium, & literarum propagationi, ac juventutis eruditioni maxime conſuleretur, ipſiuſque Conventus onera, tam in erectione, & fabrica dicti Collegii, quam illius, ac Magiſtrorum, & Lectorum ibidem pro tempore introducendorum manutentione neceſſaria, facilius ſupportari valerent.

Communitatis Maſſilienſis ad id preces.

§.2. Quare pro parte Conventus, ac Communitatis, & hominum prædictorum aſſerentium, Monaſterii S. Salvatoris centum, & ſexaginta, ſingulorum vero Prioratuum prædictorum, & illis forſan annexorum viginti quatuor ducatorum auri de Camera fructus, redditus, & proventus, ſecundum communem æxtimationem, valorem annuum non excedere, Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus præmiſſis, & aliis infraſcriptis annuere, & alias deſuper opportune providere, de benignitate Apoſtolica, dignaremur.

Clemens titulum Dignitatis Abbatialis in Monaſterio S. Salvatoris ſupprimit.

§.3. Nos igitur, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes beneficia eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem, ſecundum æxtimationem prædictam, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, ſingulares perſonas Conventus, ac Communitatis, & hominum prædictorum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, in prædicto Monaſterio S. Salvatoris ex nunc nomen, & titulum Monaſterii S. Salvatoris, ac ſtatum, & eſſentiam dignitatis Abbatialis, & Conventus Monialium, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo ſupprimimus, & extinguimus.

* Moniales ad aliud Monaſterium per Ordinarium transferri mandat reddatibus

§.4. Nec non dictis Monialibus, etiam invitis, ad aliud Monaſterium Monialium dictæ Civitatis, ejuſdem, vel alterius Ordinis per loci Ordinarium translatis, quibus Conventus Monaſterii S. Victoris hujuſmodi, earum vita durante, portionem per quamlibet ipſarum hactenus percipi ſolitam pro illarum victu, & veſtitu, quamdiu vixerint, perſolvere, ipſæ vero Moniales inibi recipi, & admitti, & quatenus Monaſterium hujuſmodi, ad quod transferentur, alterius Ordinis fuerit, ſe in illius habitu, & inſtitutis regularibus conformare debeant.

Monaſterii S. Victoris ſuſtentandas.

Collegium in ſuppreſſo Monaſterio erigit ab Abbate S. Victoris regendum.

§.5. In Monaſterio ſuppreſſo hujuſmodi, illiuſque ædibus, ædificiis, & pertinentiis adjacentibus, unum Collegium per Abbatem, & Conventum dicti Monaſterii Sancti Victoris regendum, & gubernandum, cum onere ibidem tres Magiſtros, ſeu Lectores, qui pueros in artium liberalium, & decretorum, ac Theologiæ ſtudiis inſtruant, & exerceant, manutenendi, auctoritate, & tenore prædictis, etiam perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Dictum Collegiũ, & Prioratus de Affuello, de Articella, & de Grimaldo Monaſterio S. Victoris unit.

§.6. Ipſumque Collegium ſic erectum, & inſtitutum, cum dicti ſuppreſſi Monaſterii S. Salvatoris ædificiis, hortis, hortalitiis, & dependentiis, adjacentibus, nec non cenſibus, directis dominiis, actionibus, præſentationibus, nominationibus, anneſis, juribus, obventionibus, emolumentis, pertinentiis, & bonis quibuſcumque etiam ex nunc, nec non Prioratus prædictos, cum primum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamvis aliam dimiſſionem illorum ad præſens obtinentium, aut alias vacaverint, menſæ conventuali Monaſterii S. Victoris hujuſmodi, eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter, perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat prædicto Conventui illorum omnium corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem per ſe, vel alium, ſeu alios eorum, & dictæ menſæ conventualis nominibus, propria auctoritate libere apprehendere, & pariter perpetuo retinere, nec non fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, pertinentias, & bona, ac alia ſupradicta in ipſius Collegii, illiuſque Magiſtrorum, & aliarum perſonarum inibi pro tempore degentium uſus, utilitatem, & neceſſitates convertere.

Illuc Reliquias, & Jocalia Monaſterii S. Victoris imminente aliquo periculo transferri jubet.

§.7. Nec non ipſius Monaſterii S. Victoris Reliquias, ac jocalia, ornamenta, & paramenta, quando, & quoties evidens periculum, aut neceſſitas ita poſtulaverit, in dicti ſuppreſſi Monaſterii S. Salvatoris Eccleſiam transferre, ac ibidem recondere, & conſervare.

Prioratibus unitis per Preſbyteros ab Abbate ſeligendos inſerviri præcipit.

§.8. Nec non, tam Eccleſiæ, quam Prioratibus prædictis per aliquot Presbyteros ſæculares, ab eodem Ordinario approbandos, vel de Superiorum ſuorum licentia per prædicti, vel cujuſvis alterius Ordinis Regulares, ad eorum nutum ponendos, & amovendos, in divinis deſerviri facere, prædicti Ordinarii, vel cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita.

* Præſentium literarum firmitas.

§.9. Decernentes præſentes literas, etiam ex eo, quod intereſſe habentes, ſeu prætendentes ad hæc vocati, & cauſa, vel cauſæ, propter quam, ſeu quas præmiſſa emanarunt, etiam coram eodem Ordinario,

rio, etiam tamquam a Sede Apoſtolica delegato, aut alias quomodolibet examinatæ, & juſtificatæ non fuerunt, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, revocari, ſuſpendi, reſtringi, limitari, modificari, aut eis in aliquo derogari non poſſe: Et nihilominus ſub quibuſvis illarum, aut ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, reſtrictionibus, modificationibus, derogationibus, vel aliis contrariis diſpoſitionibus, etiam per Nos, vel Succeſſores noſtros Romanos Pontifices, pro tempore exiſtentes, aut Sedem prædictam, pro tempore quomodolibet factis, & etiam per quemlibet Romanum Pontificem Succeſſorem noſtrum in craſtinum ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem aſſumptionis, aut alias quomodocumque fieri ſolitis, ac etiam pro tempore faciendis, nullatenus umquam comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum ſtatum reſtitutas, ac de novo conceſſas, ac etiam ex nunc ſuum plenarium, & integrum effectum ſortitas eſſe, & cenſeri: ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, eorumque Locatenentes, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, eorumque Vice-Legatos, judicari, & definiri debere, nec non irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.10. Quocirca dilectis filiis Præpoſito, & Sacriſtæ Majoris, ac Decano ſæcularis, & Collegiatæ B. Mariæ de Accolis Eccleſiarum Maſſilien., per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Conventus, & Communitatis, ac hominum prædictorum, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra præſentes literas, & in eis contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, obſervari, ipſoſque Conventum, & Communitatem, & homines illis pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper per quoſcumque contra earumdem præſentium tenorem, quomodolibet indebite moleſtari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis.

Contraria tollit.

§.11. Non obſtantibus prædicta voluntate noſtra priori, nec non Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati, uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis eiſdem Monaſteriis, eorumque Conventibus, Superioribus, & perſonis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, & in ſpecie, ac alias quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis: quibus omnibus, etiamſi alias pro eorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma, ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita, obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter, & plene expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliqui ſuper Prioratibus hujuſmodi ſpeciales, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in illis partibus generales dictæ Sedis, vel Legatorum ejus literas impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſervationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum; quas quidem literas, & proceſſus habitos per eaſdem, ac inde ſequuta quæcumque, ad dictos Prioratus volumus non extendi, ſed nullum per hoc eis, quoad aſſequutionem Prioratuum, vel Beneficiorum aliorum, præjudicium generari, ſeu, ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem, & quibuslibet aliis privilegiis, Indulgentiis, & Literis Apoſtolicis ſpecialibus, vel generalibus, quorumcumque tenorum exiſtant, per quæ non expreſſa, vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis.

Prioratuum onera adimplenda.

§.12. Volumus autem, quod propter unionem, annexionem, & incorporationem prædictas, Collegium, ac Prioratus hujuſmodi debitis non fraudentur obſequiis, ſed eorum congrue ſupportentur onera conſueta.

Fides tranſumptorum.

§.13. Quodque earumdem præſentium tranſumptis etiam impreſſis, ac ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, &c.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum abſolutionis, ſuppreſſionis, &c.

Da-

Dat. die 18. Junii 1592. An. I.

Datum Romæ in Monte Quirinali Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo ſecundo, quarto decimo Kalendas Julii, Pontificatus noſtri Anno I.

XXIII.

Hortatio Paſtoralis ad Alumnos Seminariorum Sedis Apoſtolicæ, & alios, ut in ſtudiorum curſu, Catholicæ fidei, omniumque virtutum generis progreſſu, perſeverent, & in dies magis ferventiuſque intendant.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilectis Filiis Rectoribus, Præfectis, & Alumnis Seminariorum noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ, atque quibuſcumque aliis, qui Catholicorum Regum, Principum, Epiſcoporum, aut aliorum opera, ac liberalitate, ad Chriſtianam Religionem informantur, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Pia Paſtoris exhortatio.

EA ſemper fuit Sedis Apoſtolicæ, pro ſalutis animarum cura, in omnes univerſi Terrarum Orbis homines charitas, ut illos, licet longiſſimis locorum intervallis diſtentos, ac vitæ etiam ratione, & ſermonis genere inter ſe maxime differentes, equalibus tamen paterni amoris ſui officiis ad Catholicæ Religionis cultum alliciendos, & ſibi adjungendos, perpetuo æxiſtimaverit. Id cum permulta Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum de Catholica Eccleſia benemerendi ſtudia, & præclara rerum ab eiſdem geſtarum monumenta declarant, tum pleraque adoleſcentium natura, & ingenio præſtantium, recenti memoria ad Religionis, & bonarum artium cultum pie, liberaliterque inſtituta Seminaria clariſſime oſtendunt. Quibus quidem Seminariis ſtabilitis jam, & firmatis, ipſi etiam pro Paſtorali noſtro munere, quantum cum Domino poſſumus, fovere cupientes, ut qui in illis exercentur, eo magis Catholicæ Religionis propagandæ deſiderio accendantur, quo clarior eſt creſcentium quotidie in eos noſtrorum, & Sedis Apoſtolicæ beneficiorum magnitudo. Idcirco inter alia, quæ graviſſimum Apoſtolicæ ſervitutis onus, divina diſponente clementia, tenuitati noſtræ, nuper impoſitum à nobis exigit, noſtri etiam muneris hoc tempore eſſe duximus, ut ad vos Sedis Apoſtolicæ Alumnos ſcriberemus.

Hortatio de qua in rubric.

§. 1. Quo circa, cum Seminariorum erectio, & omnis, quæ in ipſis adoleſcentibus pie ſapienterque inſtituendis, cura hactenus ſuſcepta eſt, & adhuc ſuſcipitur, eo præſertim ſpectet, ut Sedis Apoſtolicæ regendarum animarum munus, ſociatis ſibi multorum ſtudiis, atque laboribus, facilius exequatur; Propterea vos omnes, & ſingulos paterne monemus, ac in Domino hortamur, ut facta in primis omnium veſtrarum cogitationum ſumma, animum ſtatim, ad ea conſilia traducatis, quæ Nationum veſtrarum bene, & catholice vivendi rationes, ob hæreſum pravitatem graviſſimis antea difficultatibus implicatas, hactenus vobis expeditas reddiderunt. Hiſce enim propoſitis, diligenterque vobiſcum conſideratis, illud etiam, quod eſt proximum, facillime intelligetis, nihil videlicet majori ſtudio nos, & Sedem Apoſtolicam à vobis expectare, quam, ut jactis firmiſſimis ejuſdem Catholicæ fidei, pietatis, & doctrinæ fundamentis, omnique ſtudiorum curſu plane abſoluto, tales vos præbeatis, ut quantum ipſi, & Sedes Apoſtolica de uniuſcujuſque veſtrum ſalute laboramus, tantum etiam vos de veſtra, & eorum, qui veſtræ fidei committentur, ſalute laboretis: Quod tum pro ſingulari veſtra in Romanam Eccleſiam fide, & in nos obſervantia, tum pro beneficii, quo cumulati eſtis magnitudine, & muneris vobis injuncti adminiſtratione vos omnino præſtaturos eſſe, confidimus. Neque enim in eo dumtaxat tota officii veſtri ratio conſiſtit, ut ipſi in propria bene vivendi diſciplina conſtanter perſiſtatis, ſed illud præterea à vobis optimo jure exigitur, ut ſinguli privatos, tum in ſtudiis, tum in omni virtutum genere progreſſus, ad publicam eorum, quibus profuturi eſtis, utilitatem, ac ſalutem, etiamſi maximi propterea cruciatus ſubeundi, ac certiſſima ipſiuſmet vitæ pericula ſubſtinenda ſint, libenti pioque animo (quod ætate noſtra plerique collegæ veſtri, ad divini nominis gloriam pie, ac fortiter fecerunt) ſtudioſe conferatis. In primis vero omni ſtudio danda eſt vobis opera, maximeque curandum, ne humani generis adverſario inſtigante, deteſtandam paucorum quorumdam perfidiam, projectamque impudentiam, ullo umquam tempore imitandam ſtatuatis, qui obliti promiſſorum, ac violata fide, qua ſe, atque operam ſuam Deo, ac Romanæ Eccleſiæ addixerant, ad miſerrimas voluptatum illecebras, & ad ſæcularia deſideria, eluſa, quam in Seminariis concitaverant, ſpe, turpiſſime ſeſe converterunt. A cujus ſane infamiæ periculo, ac ſuſpicione, quo longius abeſſe vos certo ſcimus, eo impenſius, etiam unumquemque veſtrum diligimus, hunc ipſum amorem libentiſſimo officio, ac re ipſa teſtaturi, quotieſcumque veſtra ſtudia, pioſque conatus juvandi aliqua ſeſe obtulerit occaſio.

§. 2. Cæterum quoniam ea eſt humanarum virium imbecillitas, ut plane infirmi ſimus, ad omnia, niſi divina in primis ope fulciamur, propterea, quo munitiora vobis præſidia comparetis, vehementer cupimus, atque vos etiam in Domino valde hortamur, ut aliquot dies, eos nimirum, qui vobis à Moderatoribus præſcribentur, in ea cognitione impendatis, ex qua cognitæ vobis, ac reſpectivæ reddantur cauſæ, ob quas in hanc lucem vos Deus produxerit, quantam ad felicitatem creaverit, quid perpetua Moderatorum, ſub quorum diſciplina degitis, de pietate, ac virtutibus veſtris cura, & ſolicitudo à vobis expoſcat, ut deinceps

Dei auxilium implorandum ab ipſis Alumnis.

ceps peccatis, omnibus expiatis, & nos, & reliquam Chriſtianam rem apud Dominum Deum juvetis.

Et quomodo.

§. 3. Propterea hebdomada ea, quam Præfecti eorumdem Seminariorum, vel Collegiorum, & ſcholarum ſemel acceptis hiſce noſtris literis, aut ſaltem, ſi quod per eos dies impedimenti acciderit, proxima hebdomada tribus diebus, quarta ſcilicet, & ſexta feria, ac Sabbato jejunetis, & facta ſacramentali confeſſione, die Dominico dictum Sabbati diem proxime ſubſequente, vel alio dictæ ſequentis hebdomadæ die, arbitrio Confeſſarii, Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, devote percipiatis. Interea vero pro Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, pace, tranquillitate, ſalute, Deum oretis, ejuſdem quoque gratiæ præſidium nobis imploretis, poſtuletiſque ab ejus bonitate, ut dignetur ſuo Sanctiſſimo Spiritu, in tot, tamque grandibus curis infirmitatem noſtram adjuvare, operarioſque quamplurimos, & tanto miniſterio dignos in vineam ſuam mittere. Qui autem vel propter corporis infirmitatem, vel propter aliud quodvis impedimentum, ſuperius expreſſa facere, tunc temporis nequiverint, Confeſſarii arbitrio, ea ipſa in aliud. proximum tamen tempus differre valeant,

Indulgentiarum elargitio proponitur.

§. 4. Quæ omnia ut eo libentius præſtare ſtudeatis, quo uberius ſpiritualibus muneribus, & gratiis animas veſtras refectas eſſe cognoveritis, de Omnipotentis Dei miſericordia, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, Vobis omnibus, & ſingulis prædictis, qui præmiſſa adimpleveritis, pleniſſimam peccatorum veſtrorum indulgentiam, veniam, & remiſſionem tenore præſentium damus, concedimus, & elargimur. Qua Indulgentia frui volumus Catholica Seminaria omnia, ſive ab Epiſcopis, ſive à Principibus ſæcularibus inſtituta, egentium etiam ſtudioſorom domos, ſive hujus ſanctæ Sedis, ſive aliorum Catholicorum benignitate, atque eleemoſynis ſubſtententur, horumque item Seminariorum, domorumque Præfectos, ac Miniſtros omnes, eos etiam, quorum hactenus opibus, atque eelemoſynis ſubſtentari conſueverunt, iis ſcilicet, quas præſcripſimus, rebus peractis, ea hebdomada, aut proxima, ut dictum eſt, qua hujus noſtræ conceſſionis literæ ad eos pervenerint.

Fides exemplorum hujus Bullæ.

§. 5. Quia vero difficile eſſet, has ipſas noſtras literas, ad eos omnes, ad quos pertinent, deferri, volumus, ut earum exemplis etiam impreſſis Notarii publici manu ſubſcriptis, & alicujus in Eccleſiaſtica perſonæ dignitate conſtitutæ ſigillo obſignatis, eadem omnino fides adhibeatur, quæ his ipſis literis, ſi ad eos perlatæ eſſent, tribueretur.

D. P. An.I. 23. Iunii.

Datum Romæ in Monte Quirinali, ſub Annulo Piſcatoris, die 23. Junii, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pont. noſtri Anno primo.

XXIV.

Confirmatio Decretorum factorum à Congregatione Rituum ſuper aſſociatione Archiepiſcopi Hiſpalen., & ſervitio eidem præſtando à Canonicis, & Capitulo ejuſdem Eccleſiæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

AD Romanum Pontificem ſpectat differentias quaſcumque inter Eccleſiarum præſertim inſignium Præſules, & Capitula vertentes præcidere, ut iis ſublatis, Præſules nimirum Capitulares perſonas ſuæ dilectionis filios paterna benevolentia, capitulares vero Prçſules, Patres ſcilicet benevolos, tamquam filii pietate, & obſervantia proſequantur.

Subortæ lites inter Archiepiſcopum, & Capitulum ſuper ſervitio Eccleſiæ, & forma Archiepiſcopum concomitandi.

§. 1. Dudum ſiquidem, ſicut accepimus, cum inter dilectos filios noſtros Rodericum Baſilicæ duodecim Apoſtolorum Preſbyterum Cardinalem de Caſtro nuncupat., ac Eccleſiæ Hiſpalen. ex diſpenſatione Apoſtolica Præſulem ex una, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ Hiſpalen. ex altera partibus nonnullæ differentiæ ſuper modo, & forma, ac ſolemnitate inſerviendi dictæ Eccleſiæ, ac ſtandi, eundi, aſſiſtendi, & concomitandi eumdem Rodericum Cardinalem, pro tempore exiſtentem Archiepiſcopum Hiſpalen., ac aliis forſan rebus ſubortæ fuiſſent, fel. rec. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter, hujuſmodi differentias Congregationi Venerabilium Fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium ſuper ſacris Ritibus, & Cœremoniis deputatorum, per eos diligenter audiendas, cognoſcendas, declarandas, ac mature terminandas commiſit; Ipſique Cardinales, auditis pluries utriuſque partis Procuratoribus, & Advocatis, viſiſque diligenter eorum juribus, ac prætenſionibus, ac conſideratis, & mature diſcuſſis omnibus conſiderandis, & diſcutiendis, & poſt longas, & maturas diſputationes ſuperinde in pluribus Congregationibus, adhibitis etiam peritiſſimis Viris, per duorum fere annorum ſpatium factas, ad ſingula Dubia, tunc, prout infra, reſponderunt, & decreverunt.

Sixtus PP. V. Congregationi Rituum commiſit.

Quæ ſua edidit ſuper iis Decreta.

Capitulo tamen non quieſcente,

§. 2. Deinde cum Reſponſionibus, & Decretis hujuſmodi Capitulum prædictum minime acquieſceret, iterum ſub eodem Sixto V. iidem Cardinales ad ipſius Capituli inſtantiam propoſitas difficultates, prout infra dicetur declararunt.

Eadem Congregatio nonnullas addidit declarationes.

Quas unacum Decretis ad Archiepiſcopum pro exequutione tranſmiſit.

§. 3. Decreta vero, reſponſiones, & declarationes hujuſmodi prædicto Roderico Cardinali per literas ſignificarunt, ut juxta illarum ſeriem ipſe procederet, & à Capitulo obſervari curaret.

Super iis tamen, ac præſertim ſuper Decreto aſſociationis Archiepiſcopi iterum audiri petiit Capitulum.

§. 4. Sed cum Capitulum obedire recuſaſſet, contra illos Monitoriales literæ à dilecto filio cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, pro Decretorum, & declarationum Congregationis hujuſmodi obſervatione, tranſmiſſæ fuerunt, quibus tamen non obſtantibus idem Capitulum ſub

Digitized by Google

1592.

ſub piæ mem: Innocentio Papa IX., etiam Prædeceſſore noſtro, denuo reclamavit, & iterum ſuper hujuſmodi Decretis, & declarationibus, & ſignanter ſuper Decreto aſſociationis Roderici Cardinalis à Domo Archiepiſcopali ad ipſam Eccleſiam Hiſpalen., & ipſarum prætenſa diſtantia audiri petii.

Et rebus examinatis Congregatio ſtandum eſſe cenſuit in Deciſis.

§. 5. Horum itaque petitioni Cardinales dictæ Congregationis ſatisfacere cupientes, allegatis pro ipſorum parte rurſus auditis, & examinatis, demum in priorem Sententiam devenerunt, & concordarunt, atq; emanata, ut præfertur Decreta, & declarationes, juſta, & obſervanda, nihilque in eis immutandum eſſe cenſuerunt, unum tantum addentes circa aſſociationem Archiepiſcopi, ad concionem tantum andiendum ad Eccleſiam accedentis, quod & inferius inſeretur.

Addens aliqua ſuper forma aſſociandi Archiepiſcopum ad Concionem procedentem.

Clemens ut omnis diſcordiæ cauſa ſubmoveatur, nonnulla condit.

§. 6. Nos autem attendentes, quod niſi præmiſſis debitus auctoritate Apoſtolica modus apponatur, perpetuæ diſſenſionis materiam inter Archiepiſcopum, & Capitolum hujuſmodi ſuggerere facile poſſent in non modicum divini cultus detrimentum, & fidelium ſcandalum, cupienteſque, ut Archiepiſcopus ipſe, & Capitulum mutua charitatis, & dilectionis viciſſitudine devincti, divinorum curam alacrius ſuſcipiant, & divinis laudibus promptius vacare contendant, nullaque deinceps inter eos contentinnis ſuboriatur occaſio, differentias hujuſmodi, & ſuperinde ortas, ſeu oriundas, ac motas, ſeu movendas lites, & cauſas, quarum ſtatum, & merita, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, ad nos harum ſerie avocantes, illaſque penitus caſſantes, & extinguentes, perpetuumque partibus prædictis ſilentium imponentes, illiſque ſuper his omnibus, & ſingulis os claudentes, motu proprio, ea certa noſtra ſcientia, ac deliberatione matura, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, juxta tamen Sententiam prædictæ Congregationis circa dubia propoſita, & diſcuſſa, ac per ipſam Congregationem determinata, & declarata, quæ hic pro ſigillatim, & ad verbum expreſſis haberi volumus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſtatuimus, decernimus, & declaramus: quod quicumque Archiepiſcopus Hiſpalen., nunc, & pro tempore exiſtens, ſolemniter celebrabit, vel alia Pontificalia munera exercebit, poſſit juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini ſeſſ. 24. cap. 12. Dignitates, Canonicos, & univerſum Capitulum Eccleſiæ ſuæ Hiſpalen. compellere, ut ſibi aſſiſtant, & inſerviant: modus autem aſſiſtendi, & inſerviendi is eſſe debeat, quem regulæ Pontificalis Romani præſcribunt.

Lites omnes ad ſe evocat, partibuſque ſilentium indicit.

Declarat quod ab Archiepiſcopo poſſe Capitulum compelli ad exercenda Pontificalia juxta S. Conc. Trident.

§. 7. Quandocumque vero idem Archiepiſcopus ad alias ejuſdem Civitatis, & Suburbiorum Eccleſias Pontificale aliquod munus miniſtraturus accedet, liceat illi eaſdem Dignitates, Canonicos, & Capitulum compellere, ut ſibi inſerviant, & aſſiſtant, tunc tamen curabit, ut par eſt, ne Metropolitana Eccleſia Miniſtris omnibus deſtituatur, debitoque cultu, & officio defraudetur.

Pontificalia vero exercens extra Cathedralem curabit, ne ipſa Cathedralis omnibus Miniſtris deſtituatur.

In Eccleſiis, ubi ſint aliæ Dignitates, Canonici Cathedralis præcedere debent.

§. 8. Accedens vero ad Eccleſias, in quibus aliæ adſint Dignitates, & Canonici, provideat pro ſua prudentia, ut omnes confuſiones, & perturbationum occaſiones removeantur, & ſciat Dignitates, & Canonicos Metropolitanæ debere omnino præcedere Dignitates, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ.

Forma aſſociandi Archiepiſcopum.

§. 9. Quod iidem Dignitates, Canonici, & Capitulum, quando Archiepiſcopus iturus eſt ad Eccleſiam, debeant ad cubiculum, ubi ipſe Archiepiſcopus induitur Cappa, accedere, ut inde illud ad Eccleſiam euntem, debito cum honore comitentur; redeuntem vero ſaltem uſque ad Oſtium Domus pſum Archiepiſcopum aſſociare teneantur: Sed ſi Archiepiſcopus privatim ad Eccleſiam acceſſerit, nonnulli ex Dignitatibus, & Canonicis illi ad Oſtium Eccleſiæ obviam ire, & illuc uſque redeuntem comitari debeant.

Nemo ad latus Archiepiſcopi niſi vocatus poteſt incedere.

§. 10. Nullus omnino, ſive dignitatem obtinens, ſive Canonicus, aliave perſona propria auctoritate, vel vigore cujuſvis conſuetudinis, Archiepiſcopo cum Pontificali Cappa, vel ſacris veſtibus incedente ad ejus latus, niſi ipſe ex ſua humanitate aliquem vocaverit, ſe adjungere, vel incedere audeat: magis enim decet, Archiepiſcopum ſolum incedere, quam aliquos ex dignitatibus, vel Canonicis, qui ejus membra ſunt, ad latus ſuum habere.

Qui debeat ei Aſperſorium offerre.

§. 11. Ipſi autem Archiepiſcopo Eccleſiam ingredienti, primam dignitatem obtinens aſperſorium offerre, eoque legitimo impedito, alius præſtantiorem dignitatem obtinens, vel alia perſona ex Capitulo, quæ dignior aderit, munus hoc ſubire debeat; Legitimi autem impedimenti cauſa non cenſetur, quod aliquis in Choro ſit occupatus, niſi jam ſacris veſtibus ad Miſſam majorem celebrandam ſit indutus, ſed in Collegiata Eccleſia Aſperſorium porrigat Præpoſitus, ſive quocumque nomine vocetur is, qui principalem ibidem Dignitatem obtinet, vel digniorem ſubſtinet perſonam, ut tam Eccleſiæ, quam perſonæ porrigenti ea ratione honor tribuatur.

Modus ei aſſiſtendi dum Pontificalia exercet.

§. 12. Archiepiſcopo ſolemniter celebrante, ſive alias Pontificales functiones exercente, qui primam dignitatem in ordine presbyterali obtinet, Pluviali indutus Aſſiſtentis munere fungatur, eidemque Archiepiſcopo de libro ſerviat, naviculam in throno exiſtenti porrigat, eumdemque ibi thurificet: eo autem legitime impedito, dignior de Capitulo in ordine, etiam presbyterali præſens, & legitime non impeditus in illius locum ſuccedat, ſed munus aſſiſtendi ad Archiepiſcopi latera, fimbrias elevandi, imponendi, & deponendi Mitram, aliave in Pontificali deſcripta agendi, ad Archidiaconum, & antiquiorem Diaconum Canonicum pertineat, qui ambo Dalmaticis induti exiſtant, & ſi Canonicus Diaconus nullus aderit, ultimus Presbyter Canonicus, in Diaconali tamen habitu, ſuccedat, is vero a ſiniſtris Archiepiſcopi, & Archidiaconus a dextris, licet ipſe Archidiaconus in Diaco-

natus

Digitized by Google

natus ordine tantum, ſit conſtitutus, ſtabunt, Epiſtolam vero, & Evangelium duo Canonici ex ordine Diaconorum, & Subdiaconorum, modo ſint in dicta Eccleſia hujuſmodi ordines diſtincti, inter Canonicos, ſin minus duo ex ordine presbyterali cantare debeant, illudque munus ſinguli per turnum cujuſcumque ordinis ſint, peragere teneantur. Diaconus autem Evangelii Archiepiſcopo ad Altare exiſtenti Naviculam miniſtret, & eum ibi thurificet,

Horam acceſſus ſui ad Eccleſiam eligat Archiepiſcopus, & congruo tempore ſignificet Capitulo.

§. 13. Inſuper, ut omnes ſuper præmiſſis difficultates, & dubitationes penitus removeamus, motu, & ſcientia, ac poteſtatis plenitudine ſimilibus, atque auctoritate, & tenore præmiſſis ex eorumdem Cardinalium Sacrorum Rituum Sententia declaramus, quod Archiepiſcopus ad Eccleſiam cum Cappa Pontificali acceſſurus, ut ſolemniter celebret, vel ſit aſſiſtat divinis Officiis, concioni, aut proceſſioni, vel ut aliud quicquam ex Pontificalibus exerceat, curare debeat, ut Capitulo congruo tempore intimetur hora ejus acceſſus ad Eccleſiam. ad hoc ut idem Capitulum commode ſe ad ejus occurſum accingere poſſit, Archiepiſcopus vero convenientem, & opportunam horam eliget, verbi gratia, ſi Miſſam ſolemnem in aliquo die feſto ſit celebraturus, tunc poſt primam in choro finitam, antequam tertia inchoetur, ad Eccleſiam accedere poterit, quo caſu Dignitates, Canonici, cæterique capitulares ſtatim poſt primam completam, facto modico intervallo, prodire obviam debent Archiepiſcopo ad ejus cubiculum, eumque ad Eccleſiam venientem deducere: Cum Archiepiſcopus ad Eccleſiam venerit, tertia ſuo tempore inchoanda erit juxta præſcriptum Pontificalis Romani: idque omnino fieri volumus, non obſtante quacumque contraria, etiam immemorabili conſuetudine prædicti Capituli. Cum enim Paſtor teneatur ad ſuam Eccleſiam accedere, ut ex ejus præſentia divinus cultus augumentum, Eccleſia ipſa ſplendorem, & decorem non modicum recipiat, non eſt ei præbenda occaſio, vel non accedendi, ex quo debita cum decentia id facere nequeat, vel indecenter accedendi. Quando autem Archiepiſcopus finita Miſſa, vel aliqua hora canonica eſt ab Eccleſia diſceſſurus, tantiſper ceſſandum eſt à reliquis horis decantandis, quouſque capitulares abeuntem Archiepiſcopum reducere valeant, ut in omnibus congrua obedientia Prælato, & debitum Deo obſequium reddatur, cui ſacrificium ſine obedientia non placet.

Forma eum concomitandi ad Concionē acceſſurum.

§. 14. Sed quando Archiepiſcopus ſolam concionem auditurus ad Eccleſiam accedet, etiamſi Cappa Pontificali indutus eam concionem auditurus ſit, non omnes capitulares, ſed aliqui dumtaxat, videlicet ſaltem duo ex Dignitatibus, & ſex ad minus ex Canonicis Archiepiſcopum venientem ad Oſtium Eccleſiæ excipiant, redeuntemque illuc uſque comitentur.

Vel ſi neceſſitatis cauſa ab Eccleſia diſcedat.

§. 15. Si quandoq; etiam contingat Archiepiſcopum, vel proceſſione, vel aliqua Hora Canonica, nondum finita abire compelli ob aliquam ſui neceſſitatem, tunc opus non erit, ut omnes capitulares cum eo diſcedant, ſed ſatis erit, ſi quatuor de Capitulo eum Domum reducant, ita ut Proceſſioni, vel divinis Officiis impedimentum, aut perturbationis occaſio non præbeatur, quamvis hæc, quæ raro eveniunt, minime conſideranda ſint, cum leges ad ea, quæ frequentius accidunt accommodentur.

De pulſanda Campana.

§. 16. Ad evitandas autem perturbationes, & confuſiones in iis diebus, in quibus Archiepiſcopus divinis Officiis eſt interfuturus, Campana aliquanto citius ſolito pulſetur, ut tempore, & rebus agendis ſimul conſideratis, cuncta rectius fiant, & horis congruis expleantur.

Reliqua circa ſervitium et praſtandū decernuntur.

§. 17. Archiepiſcopo ad Chorum accedente cum Cappa Pontificali, capitulares eum aſſociantes eumdem habitum geſtare debeant, quem in Choro deferre ſolent. Omnes Dignitates, omneſque capitulares, qui ad Chorum vadunt, teneantur omnino aſſociare Archiepiſcopum, qui autem ſint legitimo impedimento detenti, diſpoſitioni Juris communis relinquentur. Tunc vero dicitur Archiepiſcopum privatim ad Eccleſiam accedere, cum ſine Cappa Pontificali accedit. Declaramus item, quod Archiepiſcopo celebranti librum manibus ſuſtinere debeat aliquis Cappellanus, vel Portionarius ad id deputatus. Primam vero Dignitatem obtinens, vel alius, qui ipſo impedito in ejus locum Aſſiſtentia Officio Pluviali indutus fungetur, debeat ad dexteram Archiepiſcopi celebrantis parumper caput ſupponere ad librum, quem Cappellanus, aut Portionarius manibus ſuſtinebit, dum ipſe Archiepiſcopus in ſede eminenti intonat Hymnum, Gloria in excelſis, cantat Orationem, Credo, & Dominus Vobiſcum ad Offertorium, ſed quando Archiepiſcopus leget Epiſtolam, Graduale, & Evangelium, ipſe Aſſiſtens, nil aliud agens, ſtabit in loco ſuo erectus, digito autem indicabit legenda in libro. quando Archiepiſcopus eſt ad Altare: neque dedignari debeat prima Dignitas, quod iis muneribus fungatur, quandoquidem maxime honorifica ſunt, & eadem omnino facit Prior Epiſcoporum, Cardinalium, dum aſſiſtit Summo Pontifici celebranti. Primæ autem hujuſmodi Dignitatis, vel alterius aſſiſtentis propria Sedes ſit ſcabellum ligneum etiam depictū, vel aliqua pulchra forma factum, dummodo ſit nudum, nullo ſcilicet panno, vel alia re coopertum in plano ſolii ad partem dexteram Archiepiſcopi præparatum, atque eo loco, & ordine ſitum, ut ipſa prima Dignitas aſſiſtens ad Altare, & ad faciem Archiepiſcopi reſpicere poſſit, qui locus dignior reputatur locis Diaconorum miniſtrantium.

Prædicta omnia ſervanda ſub pœna excommunicationis.

§. 18. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ, pœna eo ipſo incurrenda prædictis Decano, Canonicis, & Capitulo Eccleſiæ Hiſpalen. aliiſque, ad quos præmiſſa quomodolibet pertinent, ut quavis appellatione, & reclamatione prorſus ceſſante, & omnino ſublata, præmiſſa decreta, & de-

 cla-

Digitized by Google

clarationes perpetuo inviolabiliter obſervent, illaque inter cætera ejuſdem Eccleſiæ ſtatuta deſcribi curent, & faciant, nec ullo umquam tempore, quavis occaſione, vel cauſa, ſeu prætextu contra illa venire, dicere, facere, aut aliquid attentare, ſeu quoquo modo reclamare, audeant, ſeu præſumant, irritum nihilominus, & inane decernentes, quidquid ſecus ſuper his, per eoſdem, aut quoſcumque alios, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulæ pro perpetua hujuſce Conſtitutionis firmitate.

§. 19. Præſentes quoque literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, etiam ex eo quod prædicti Decanus, Canonici, & Capitulum, aut alii quicumque intereſſe habentes, ſeu prætendentes vocati, ſeu auditi non fuerint, aut intentionis noſtræ, ſeu quocumque alio defectu notari, impugnari, aut quomodolibet infringi, reſcindi, retractari, in Jus, vel controverſiam revocari, aut adverſus illas quodcumque gratiæ, vel Iuſtitiæ remedium impetrari non poſſe, ſicque per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, definiri, & interpretari debere, ac irritum, & inane, quodquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate pariter ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Archiepiſcopus hujuſmodi Decretorũ exequutor cõſtituitur.

§. 20. Quocirca prædicto Roderico Cardinali, & pro tempore exiſtenti Archiepiſcopo Hiſpalen., per eaſdem præſentes committimus, & mandamus, quatenus præſentes literas, & omnia in illis contenta ſolemniter publicari, ac inter dictæ Eccleſię Hiſpalen. Statuta deſcribi, & annotari curet, faciens auctoritate Apoſtolica prædicta per dictos Decanum, Canonicos, & Capitulum, ac omnes alios, ad quos quomodolibet ſpectat, ad unguem inviolabiliter perpetuo obſervari, non permittens quempiam contra illa, auſu temerario, aliquid attentare: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per præmiſſas, & alias cenſuras eccleſiaſticas excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, nec non pecuniarias, ac privationis ſuorum Beneficiorum, & officiorum Eccleſiaſticorum quorumcumque, inhabilitatiſque ad illa, & alia impoſterum obtinen., aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcen., invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii, ſecularis.

Obſtantium derogatio.

§. 21. Non obſtantibus ſi opus ſit noſtra de jure quæſito non tollendo, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac dictæ Eccleſiæ Hiſpalen., etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, & aliis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis: Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores, acſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi Decano, & Capitulo prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ in Monte Quirinali ſub Annulo Piſcatoris die 13. Julii 1592. Pont. noſtri Anno primo.

Dat. die 13. Iulii 1592. An.I.

XXV.

Seculariżatio, & Extinctio Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Cæritaniæ.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Vineæ electæ Domini Exercituum, Eccleſiæ Sanctæ Cuſtos, & cultor Romanus Pontifex, inter cæteras Apoſtolicæ ſuæ ſervitutis ſolicitudines, Sacrorum Ordinum Religiones, Spiritus Sancti afflatu a Sanctis Patribus inſtitutas, præcipua cura complectitur, & veluti Vites, ex quibus ſanctitatis liquor ſuaviſſimus exprimitur, & quaſi arbores pulcherrimas, & fructuoſas in hoc Paradiſo deliciarum Dei manu conſitas, omni ſtudio, & diligentia excolere non ceſſat, & quidem illius exemplo, qui vitis vera eſt, & Agricola, modo ſerit, & plantat, modo extirpat, & evellit, & nunc palmites fructum ferentes putatione purgat, ut fructus plus afferant, nunc ſteriles, & infructuoſas tollit, atque amputat, & denique ſpiritualis culturæ varietati, & ipſorum Ordinum utilitati, & illorum, qui Religionem aliquam profeſſi ſunt, Animarum ſaluti conſulit, quemadmodum in Domino ſalubrius conſpicit expedire.

Canonici Lateranenſibus a regulari diſciplina delapſis Summi Pontifices de iis reformandis cogitarunt.

§. 1. Sane non ſine gravi animi noſtri moleſtia accepimus, quod, cum annis proximis rumor percrebuiſſet Canonicorum Regularium, Ordinis S. Auguſtini, diſciplinam in Principatu Cathaloniæ, & Comitatu Roſſilionis, & Cæritaniæ vehementer eſſe collapſam, ipſoſque Canonicos, latam liberioris vitæ viam ingreſſos, a regularis obſervantiæ ſemitis longius admodum receſſiſſe, malumque hoc in dies ingraveſceret, & piis hominibus offenſionis, ac publici ſcandali materiam præberet, ea de cauſa factum fuit, ut Venerabilis Frater noſter

Cæ-

Cæſar Epiſcopus Cremonen. tunc Novarien., & in Hiſpaniarum Regnis Apoſtolicæ Sedis Nuntius, eoſdem Canonicos in ſupradictis Principatu, & Comitatibus exiſtentes, Apoſtolica auctoritate curaverit viſitandos: delectis ad eam rem viris inſigni doctrioa, & pietate, ac eorum, quæ ad Religioſos pertinent, multo uſu præditis, qui quidem Viſitatores, cum munus illud viſitationis magna cum diligentia, & charitate, obiiſſent, quemadmodum ab eodem Cæſare Epiſcopo relatum extitit, re ipſa depræhenderunt, Canonicos ipſos graviſſimis morbis laborare, ac vitam licentius agere, multaque paſſim contra Regolæ obſervantiam admittere, ac denique canonicalis diſciplinæ, nedum normam, ſed ne quidem ullum illius veſtigium uſquam retinere, quæ, cum ad fel. rec. Sixtum V., Gregorium XIV., & Innocentium IX. Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros allata eſſent, cæperunt ipſi Prædeceſſores, pro eorum paſtorali officio de adbibendo remedio cogitare. Movebantur etiam non mediocriter aſſiduis precibus Chariſſimi in Chriſto filii noſtri Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici, qui, pro ſua excellenti pietate, nil magis cupit, quam, ut in ſuis ampliſſimis Regnis, una cum Fidei Catholicæ integritate, vitæ quoque ſanctimonia, præſertim in hominibus Religioſis eluceat, ac propterea, magno ſtudio, eiſdem Prædeceſſoribus noſtris ſæpius ſupplicavit, ut ad afflictum jam diu, & graviter perturbatum eorumdem Canonicorum regularem ſtatum oculos providentiæ ſuæ converterent, & diuturnis morbis medicas tandem manus admoverent.

Nullam tamen reformationis ſupereſſe ſpem cum adinvenerint actum eſt de iis ſupprimendis.

§.2. Quare tam juſtis Religioſiſſimi Regis ſupplicationibus permoti iidem Prædeceſſores mandarunt nonnullis S. R. E. Cardinalibus, de quorum numero etiam Nos eramus, ut viſitationis acta ex Hiſpania tranſmiſſa examinarent quam diligentiſſime, totiuſque negotii naturam, conditiones, rationeſque omnes prudenter perpenderent, atque ad eos diligenter de omnibus deinde referrent, ut ipſi, Dei Gloria, & animarum ſalute ſibi ante oculos præpoſita, quæ magis probanda viderentur, accuratius deliberarent, qui juſſa hujuſmodi ſedulo exequentes, cum poſtea ad præfatos Gregorium XIV., & Innocentium IX. Prædeceſſores diſtincte, atque accurate de omnibus retuliſſent, multaque viciſſim conſideratione cuncta excuſſa eſſent, tandem inventum eſt, quod ipſum magno etiam cum dolore recenſemus, eo loco rem eſſe, ut in illis, quas ſupra nominavimus, Provinciis, quod pertinet ad Canonicos Regulares, qui inibi ſunt, jam nulla prorſus ſuperſit ſpes fructuoſæ reformationis, cum ejus neque efficiendæ, neque exequendæ jam via ulla, etiam cuivis oculatiſſimo, ac diligentiſſimo negotium hoc perſcrutanti, appareat; Quamobrem unicum remedium relictum eſſe, ut ſcilicet Religionis, atque Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini particulariter, in ſupradictis tantum Principatu, & Comitatibus ſupprimeretur, atque extingueretur, quod idem a diverſis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris non ſemel, ſed ſæpius, neque in aliqua tantum parte, ſed in integris Ordinibus ſupprimendis, & abolendis, etiam in Conciliis Generalibus, ſimili neceſſitate, & rerum conditione ita poſtulante, factum eſt.

Quibus morte præventis Clemens eos Monaſteriis privat in locis in rubrica indicatis.

§.3. Cum vero iidem Gregorius, & Innocentius Prædeceſſores, eorum ſuperveniente obitu, ad ſuppreſſionem, & extinctionem hujuſmodi devenire minime potuerint, Nos ad ſummi Apoſtolatus faſtigium, ita divina favente clementia, aſſumpti, eiſdem rationibus adducti, opportunum, ac omnino neceſſarium duximus, quæ illi ſalubriter decreverunt, quanto citius perficere. Supradictorom igitur Prædeceſſorum noſtrorum veſtigiis inhærentes, motu proprio, & ex certa ſcientia noſtra, maturaque ſuper his cum Venerabilibus Fratribus noſtris ejuſdem S.R.E. Cardinalibus habita deliberatione, & de attributæ Nobis Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos Sanctæ Mariæ de Celſona, S. Petri Aggeren., & S. Vincentii de Cardona Urgellen., nec non ejuſdem Beatæ Mariæ de Stagno, & S. Joannis de Abbatiſſis Vicen., ac ipſius S. Mariæ de la Real nuncupat. Elnen., ejuſdemque S. Mariæ Villæ Beltrandi Gerunden. Monaſteriorum, nec non B. Mariæ Oppidi Civitatis nuncupati Minoriſſæ, ſive Manreſæ, ac S. Annæ, & S. Mariæ de Tarraſſa Barchinonen. Præpoſiturarum, ſive Prioratuum, & ejuſdem B. Mariæ de Biluldūno, ac de Ullano, & de Ledono dictæ Gerunden. reſpective Diœceſum, aliorumque univerſorum Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, Domorum, Grangiarum, Membrorum, & Locorum, nec non Dignitatum, & Officiorum Regularium præfati Ordinis S. Auguſtini in Principatu, & Comitatibus hujuſmodi conſiſtentium, Abbates, Priores, Præpoſitos, Canonicos, Portionarios, cæteroſque quocumque nomine nuncupatos, illa, & alia officia etiam clauſtralia, dignitates, adminiſtrationes canonicales, portiones, nec non domos, loca, grangias, membra, beneficia, ac jura, res, & bona quocumque nomine nuncupata ejuſdem Ordinis in dictis Principatu, & Comitatibus, in titulum, vel adminiſtrationem, aut alias quomodolibet, perpetuo, vel ad tempus ad præſens obtinentes, & ſeu detinentes, ac in illis præſidentes, præfatum Ordinem profeſſos, omnibus, & pariter ſingulis hujuſmodi Monaſteriis, Prioratibus etiam Conventualibus, præpoſituris, præpoſitatibus, dignitatibus, officiis, adminiſtrationibus etiam curatis, & electivis, ac alias quomodolibet qualificatis, nec non domibus, grangiis, membris, locis, beneficiis, juribus, juriſdictionibus, rebus, & bonis immobilibus, mobilibus, & ſe moventibus, ſacraque, & communi ſupellectili, ac illorum omnium uſu, uſufructu, commodo, adminiſtratione, poſſeſſione ſpi-

Digitized by Google

ſpirituali, & temporali, ac jure, electione, & actione undecumque illis competentibus, ac alias in omnibus, & per omnia, ac quoad omnia, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium in perpetuum privamus, & ex nunc realiter amovemus ab eiſdem, privatoſque, & amotos denunciamus, nec non in præfatis per privationem hujuſmodi vacantibus, ac aliis dicti Ordinis in Principatu, & Comitatibus hujuſmodi conſiſtentibus, etiam Conventualibus, Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, Domibus, Grangiis, atque Membris, & aliis quibuſcumque, etiam in commendam, adminiſtrationem, vel alias quomodolibet per quoſcumque obtentis, ac etiam ad præſens, tam per privationem hujuſmodi, quam etiam per obitum illorum ultimorum poſſeſſorum, etiam commendis hujuſmodi ceſſantibus, ſeu alias quovis modo, etiam apud dictam Sedem, & ex quorumcumque perſonis, ſeu per liberas eorum, vel quorumvis aliorum reſignationes, & ceſſiones de illis, ac Monaſteriorum hujuſmodi regiminibus in Romana Curia, vel extra eam, etiam coram Notario publico, & teſtibus ſponte factas, unionis, annexionis, & incorporationis diſſolutionem, Conſtitutionem piæ mem. Joannis Papæ XXII., etiam Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Execrabilis*; vel aſſequutionem alterius Beneficii Eccleſiaſtici, quavis auctoritate collati, vacantibus, ſive non vacantibus, etiamſi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio, juxta Lateranen. ſtatuta Concilii, aut alias canonicas ſanctiones, ad Sedem eamdem legitime devoluta, aut diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter reſervata exiſtant, & ſuper eis inter aliquos lis, vel illorum poſſeſſorio moleſtia, vel quaſi, cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo, pendeat indeciſa, & ad illa, vel eorum aliqua conſueverint aliqui per electionem aſſumi, & de dictis Monaſteriis, ſeu eorum quibuſcumque conſiſtorialiter diſponi conſueverit, ſeu debeat, illorumque, & aliorum ſupradictorum proviſio ad Sedem præfatam, ex quavis cauſa, pertineat, illorum omnium, & ſingulorum veros, & ultimos vacationum modos, etiamſi ex illis quævis generalis reſervatio, etiam in corpore juris clauſa reſultet, veroſque annuos fructuum, reddituum, & proventuum ſuorum valores, ſecundum eorum æſtimationem, & etiam juxta taxam in libris Cameræ Apoſtolicæ deſcriptam, nec non denominationes, qualitates, nuncupationes, invocationes, annexa, & dependentia, aliaque hic etiam de neceſſitate exprimenda, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, ac ſingulatim ſpecificarentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ſpecificatis habentes, Ordinem S. Auguſtini præfatum, omnemque ſtatum, eſſentiam, & dependentiam regulares, nec non Conventus, & Conventuales, ac Abbatiales menſas, dignitates, officia, adminiſtrationes, loca, & canonicales portiones, aliaque beneficia cum cura, & ſine cura, quovis nomine nuncupata.

Quempiam ab eis ad Profeſſionem admitti, vel Bona ulla acquiri prohibet.

§.4. Ita quod ex nunc de cætero nulli amplius ad Habitum, & Profeſſionem in eiſdem recipi, aliaque loca ipſius Ordinis in Principatu, & Comitatibus præfatis de novo acquiri per quemcumque, quavis auctoritate fungentem, ſub excommunicationis majoris ſententia, a qua nonniſi per Nos, aut pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, præterquam in mortis articulo, nequeant abſolutionis beneficium obtinere, nullatenus poſſint, neque debeant: Novitii vero ad præſens ibi exiſtentes, detracto Habitu per quemcumque ipſorum ſuſcepto, e Monaſteriis, & Locis hujuſmodi, Profeſſorumque conſortio expellantur, etiam de dicti Philippi Regis, quoad ea, quæ de illius jurepatronatus, & præſentandi ex privilegio Apoſtolico, ſive alias eſſe noſcuntur, conſenſu, auctoritate, & tenore præfatis, ſimiliter perpetuo ſupprimimus, & extinguimus.

Et Novitios expelli jubet.

Profeſſos vero, nisi ad alium Ordinẽ tranſeant, Ordinariorũ ſuperioritati ſubdit.

§.5. Volumus tamen, ut omnes Abbates, Præpoſiti, Priores, & Canonici, aliique per præſentes privati, qui in dicto Ordine profeſſionem tacite, vel expreſſe emiſerint, deinceps vitam ducant eorum hujuſmodi profeſſioni conformem ſub cura, & obedientia Ordinariorum locorum, vel aliorum, quos eis duxerimus delegandos, niſi forſan eorum aliqui, juxta juris communis diſpoſitionem, ad pares, vel ſtrictiores Ordines approbatos, tranſire maluerint, externos quoque habitum, & tonſuram ſecularibus Clericis convenientem, ſubtus, aut rocchettum ſtrictum, vel Crucem, quæ ſunt inſignia dicti Ordinis Regularis, deferant.

Monaſteriorum, Prioratuum &c. collationi Sedis Apoſtolicæ reſervat ſalvo jure Patronatus Hiſpaniarum Regis.

§.6. Cæterum, ſtatui Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſiturarum, & aliorum locorum, ac beneficiorum, ſic ad ſecularitatem reductorum hujuſmodi, ut par eſt, proſpicere volentes, eadem omnia, & ſingula Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, Præpoſitatus, Domos, Loca, Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, Officia, Grangias, Membra, & Beneficia alia cum cura, & ſine cura, quovis nomine nuncupata ad ſecularitatem, & ſecularem ſtatum in omnibus, & per omnia, ac quoad omnia, ita quod, ſi qui Presbyteri, aut Clerici ſeculares aliqua illorum in Commendam, ex conceſſione, vel diſpenſatione Apoſtolica obtineant, illa deinceps, ut ſecularia retineant, ſimiliter ex nunc in perpetuum reducimus, ac ſecularia fore, & eſſe decernimus, & declaramus, illaque omnia, & ſingula, tam ad præſens quibuſvis modis, & ex quorumcumque perſonis, etiam extra dictam Curiam vacantia, quam deinceps quandocumque, & quomodocumque, etiam extra eamdem Curiam vacatura, ac illorum proprietatem, & dominium, noſtræ, & dictæ Sedis dumtaxat diſpoſitioni, ſpecialiter, & expreſſe, ſalvo, & illæſo remanente, etiam hac prima vice, quocumque jure patronatus, & præſentandi dicto Philippo Regi, & alteri cuicomque in illis, vel ad illa quomodolibet competenti,

ita

ita ut de eis, abſque Philippi Regis, & aliorum bujuſmodi Patronorum expreſſo conſenſu diſponi nullatenus poſſit, neque debeat, in perpetuum reſervamus.

Clauſulæ irritantes.

§.7. Decernentes ex nunc irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorũ deputatio.

§.8. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Archiepiſcopo Tarraconen., & Epiſcopo Urgellen., nec non dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis io Regnis Hiſpaniarum pro tempore eaiſtenti Nuncio mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alinm, ſen alios præſentes literas, ac io cis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte alicojus intereſſe habentis fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant præfatas literas, & in eis contenta quæcumque inviolabiliter obſervari, non permittentes eos per quoſcumque deſuper quomodolibet moleſtari, impediri, vel perturbari, contradictores quoſlibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad boc, ſi opus fuerit, auailio brachii ſecularia.

Obſtantium derogatio.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, ac quatenos opus ſit, noſtra de jure quæſito alicui non tollendo, ac aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non Monaſteriorum, Prioratunm, Præpoſiturarum, & locorum ſuppreſſorum, Ordiniſque S. Auguſtini hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas noo facientes plenam, & eapreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Clauſulæ pœnales.

§.10. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ privationis, amotionis, denunciationis, ſuppreſſionis, eatinctionis, voluntatis, reductionis, declarationis, reſervationis, decreti, & mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem &c.

Dat. die 13. Auguſti 1592. An.I.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Idibus Auguſti, Pontificatus noſtri Anno I.

XXVI.

Indultum Cappellanis, & Miniſtris Cappellæ in Palatio Ducis Bragantiæ Villæ Vicoſe, ut divina Officia celebrantes in qualibet alia Eccleſia, ubi ipſe Dux præſens fuerit, vel abſens maudaverit, diſtributiones dari ſolitas intereſſentibus in dicta Cappella, tuta conſcientia lucrari poſſint.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Fundatio, & Dotatio Cappellæ in Villavizoſa per Ducem Bragantiæ.

§.1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius nobilis vir Theodoſius Dux Bragantiæ, quamdam Cappellam in ſuo Palatio Oppidi de Villa Vicoſa Elboren. Diœceſis in Regno Portugaliæ exiſtere ſub Invocatione S. Hieronymi a Majoribus ſuis magnifice extructam, nec non pio cultu Cappellanorum, & aliorum Miniſtrorum numero auctam, atque ornatam fuiſſe, & in ca bo: me: Joannem quondam Ducem Bragantiæ ipſius Theodoſii Genitorem, qui, ut plurimum in dicto Palatio reſidebat, zelo devotionis accenſum voluiſſe, & ordinaſſe, ut quotidie divina Officia nocturna, & diurna recitarentur, & præter ſtipendia annua, omnibus, & ſingulis tam Cappellanis, quam Miniſtris ex propriis ipſius Joannis Ducis facultatibus conſtituta, & ad ejuſdem nutum amovibilia, adhuc pro diſtributionibus quotidianis eiſdem Cappellanis, ſeu Miniſtris præſentibus, & intereſſentibus dari ſolitis, certos redditus valoris annui mille, & quingentorum ducatorum auri in auro de Camera novorum ea fructibus quarumdam Eccleſiarum de Jurepatronatus ipſius Joannis Ducis in dicto Regno exiſtentium, ſupplicante dicto Joanne Duce auctoritate Apoſtolica diſmembratos, ſeparatos, & eiſdem Cappellanis, & Miniſtris aſſignatos, & pariter alios annuos redditus trecentorum ducatorum ſimilium pro ſacris ornamentis, vaſis, inſtrumentiſque aliis, ac demum omnibus, quæ ſunt neceſſaria pro uſu, & ſervitio dictæ Cappellæ comparandis applicatos fuiſſe.

Cauſæ concedendi indulti de quo in rubrica.

§.2. Cum autem nunc, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, idem Theodoſius Dux non ſemper in dicto Palatio Oppidi de Villa Vicoſa reſideat, ſed ad alia loca plerumque divertat, & a nonnullis dubitetur, an Cappellani, & Miniſtri prædicti omnes, vel ſinguli eumdem Ducem, ut ſupra divertentem inſequentes, & in aliis Eccleſiis, & locis, & ſic extra dictam Cappellam divina Officia, præſente, & abſente Theodoſio Duce, & ejuſdem Theodoſii Ducis juſſu celebrantibus, poſſint lucrari, & percipere prædictas diſtributiones mille, & quingentorum ducatorum auri in auro, ut præfertur, applicatas, & an etiam redditus prædicti dictorum trecentorum ducatorum pro ſacris ornamentis, vaſis, inſtrumentis, aliiſque neceſſariis pro uſu, & ſervitio dictæ Capel-

Digitized by Google

pellæ comparandis, nec non ipſamet ſacra ornamenta, vaſa, inſtrumenta, & res dictæ Cappellæ poſſint in aliis Eccleſiis, ubi, eodem Theodeſio Duce jubente, iidem Cappellani, & Miniſtri divina Officia decantant, & celebrant, & ſic extra dictam Cappellam erogari, impendi, & conſumi poſſint, dictus Theodoſius Dux Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Indultum.

§.3. Nos omnem in præmiſſis dubitandi materiam ſubmovere, ac ſecuritati conſcientiarum eorumdem Ducis, & Miniſtrorum conſulere cupientes, prædictarum applicationum, redditunm, tam pro diſtributionibus, qnam pro uſu, & ſervitio dictæ Cappellæ tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, & attendentes dictas applicationes reddituum, tam pro diſtributionibus, quam pro uſu, & ſervitio dictæ Cappellæ factas ſuiſſe intuitu, ac pro commoditate dicti quoudam Joannis Ducis, atque eorum, qui pro tempore eſſent Duces Brigantiæ, & pro majori præclaræ Domus ſuæ Ducalis devotione, ornamento, & ſplendore, ſupplicationibus dicti Theodoſii Ducis hac in parte Nobis per dilectum filium Michaelem a Lavanha illius apud Nos negotia gerentem humiliter porrectis inclinati, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & indulgemus, ut Cappellani, & Miniſtri præfati celebrando dicta divina Officia nocturna, & diurna omnia, vel ſingula in qualibet alia Eccleſia, Cappella, Monaſterio, aut loco Regni, ubi ipſe Theodoſius, & pro tempore exiſtens Bragantiæ Dux præſens ſuerit, ſeu abſens mandabit, dictas diſtributiones Cappellanis, & Miniſtris divina Officia in Cappella dicti Palatii celebrantibus præſentibus, & intereſſentibus dari ſolitas libere, & tuta conſcientia lucrari poſſint, & debeant, & ſimiliter, ut redditus, vaſa, & ornamenta ſacra, & inſtrumenta dictæ Cappellæ expendi, & conſumi valeant in aliis Eccleſiis, Cappellis, & Monaſteriis, aut locis, ad quæ idem Theodoſius Dux, ut præfertur, divertet, & in quibus iidem Cappellani, & Miniſtri divina Officia, præſente, vel abſente eodem Theodoſio Duce, ſi idem Theodoſius Dux ita mandabit, celebrabunt.

Clauſulæ pro hujuſmodi cōceſſionis firmitate.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & deffiniri debere, nec non irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Cappellæ ejuſdem S. Hieronymi, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumqne.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die 13. Auguſti 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

Dat. die 13. Auguſti 1592. An. I.

XXVII.

Indultum Theodoſio Bragantiæ Duci, ut pro regimine ſuorum ſubditorum opera Eccleſiaſticorum uti poſſit.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Dilecto filio nobili viro Theodoſio Duci Bragantiæ.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili nobilis vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

EXigit nobilitas generis, & devotio tua, quam ad Nos, & Sedem Apoſtolicam gerere comprobaris, ut Te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur.

Bragantiæ Duces in gubernio ſui ſtatus opera Eccleſiaſticorum ſemper uſi fuegant.

§.1. Exponi ſiquidem Nobis nuper feciſti, quod cum majores tui pari ſemper nobilitate, & Religione præſtantes, & apud omnes eo nomine conſpicui, pro feliciori directione ſtatus ſui, & ſuaviori ſubditorum gubernio perſonarum Eccleſiaſticarum opera, conſilio, & induſtria in qnibuſcumque negotiis, ſeu officiis, citra tamen cauſas ſanguinis, regimen, & guberoium prædictum ſpectantibus, Romanis Pontificibus ita forſan annuentibus ſemper uti conſueverint, ex quorum pia, ac prudenti adminiſtratione evenit, ut majoribus tuis ſemper omnia in prædicto Gubernio, & Regimine ſeliciter ſucceſſerint, ipſique omni tempore ſe munificos, & liberales erga eaſdem perſonas Eccleſiaſticas exhibuerint. Quare Nobis per dilectum filium Michaelem a Lavanha tua apud Nos negotia gerentem humiliter ſupplicari feciſti, qnatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Theodoſio Duci, ut iiſdem uti poſſit, indulget Clemens.

§.2. Nos igitur, ut tibi etiam, ac univerſæ tuæ ditionis omnia ſecunda, & proſpera, ut optamus, eveniant, & ut tu tuorum majorum veſtigiis inhærendo, eiſdem, quibus prædicti majores uſi ſunt, conſiliis uti, & quibus illi adjumentis ſubditos ſuos rexerunt, & gubernarunt, iis tu, & ſimilibus ſubditos eoſdem regere, & gubernare poſſis, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, tibi, ut eiſdem perſonis Eccleſiaſticis, quibus bon. mem. Genitor tuus, aliis tibi gratis, & a te electis, & deputatis etiam in Presbyteratus ordine conſtitutis, aut Dignitates, Canonicatus, & Præbendas, ſeu quævis alia Beneficia quocumque nomioe nuncupentur, & in quavis Eccleſia, etiam Cathedrali, & Metropolitana obtinen. dummodo tamen in Eccleſiis, quarum Canonici Dignitates, aut Beneficiati ſuerint, reſidere, & ea, ad quæ tenentur, præſtare non deſinant, in

in Auditorum, Secretarii, Conſiliariorum, Agentium, ac aliorum munerum, & officiorum in quibuſcumque adminiſtrationibus, & functionibus quantumvis ſecularibus, non tamen cauſas ſanguinis concernentibus, & in omnibus locis, & Curiis uti, & alias ubi, & quandocumque opus fuerit, eorum loco ſubſtituere, ac denuo ponere libere, & licite poſſis, & valeas, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium concedimus, & indulgemus.

Obſtantia tollit.

§.3. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac Metropolitanis, & Diœceſanis Conſtitutionibus, & Ordinationibus etiam factis in Conciliis Generalibus, Provincialibus, ſeu Diœceſanis, & ſtatutis, & conſuetudinibus earum Eccleſiarum, in quibus prædictæ perſonæ Eccleſiaſticæ pro tempore a te electæ dicta Beneficia obtinuerint, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis mentio facienda foret, illorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 13. Auguſti 1592 An. I.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris, die 13. Auguſti 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XXVIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Seminarium Puellarum Orphanarum Valliſoleti Palentin. Diœceſis, illiuſque res, & bona quæcumque Juriſdictioni Ordinarii, ac regimini Adminiſtraturum ſubjiciuntur.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procemium.

EXpoſcit Paſtoralis officii munus Nobis ex alto commiſſum, ut quorumvis piorum locorum ad honeſtam Puellarum Orphanarum educationem ubilibet inſtitutorum ſalubrem directionem, ſinceris procuremus affectibus, & quaſcumque diſſentiendi occaſiones in perturbationem tranquillæ pacis dominicæ ſuper eorum regimine inter perſonas eccleſiaſticas, & regulares humani generis ſuggerente inimico ſubortas, de medio removeamus, ut illis ſublatis dicta pia loca votivum in Domino ſuſcipiant incrementum, & alias juxta pias Fundatorum mentes feliciter dirigantur.

Seminarium Orphanarum Valliſoleti ab Alphonſo de Guevara erectum.

§.1. Sane pro parte dilectorum filiorum Alphonſi de Guevara Presbyteri, & aliorum Clericorum, & ſecularium etiam nobilium Adminiſtratorum, Collegii Seminarii nuncupati Puellarum Orphanarum in Oppido Valliſoleti Palentin. Diœceſis olim erecti, & fundati illi in hac parte communiter adhærentium, oblata Nobis nuper petitionis ſeries continebat, quod cum olim multis jam retroactis annis dictus Alphonſus pia devotione ductus intendens Puellis Orphanis pauperibus de aliquo honeſto, & condecenti loco pro earum habitatione in quo religioſe educari, ac bonis moribus, & doctrina Chriſtiana imbui poſſent, in dicto Oppido providere, in certa ejuſdem Oppidi, ſibi tunc beneviſa parte unum Collegium pro eiſdem Puellis Orphanis recipiendis, tenendis, alendis, educandis, boniſque moribus, & catholica doctrina, ut præfertur inſtruendis erigi, & inſtitui facere de novo curaſſet, illudque de bonis patrimonialibus ſibi a Deo collatis, etiam piorum aliorum Chriſtifidelium charitativis ſuffragiis adjutus, competenter dotaſſet, ac pro ipſius Collegii felici regimine, gubernio, perpetuitate, & optima adminiſtratione aliquibus ſtatutis, & ordinationibus de novo editis ipſe Alphonſus, & nonnullæ aliæ nobiles perſonæ honeſta vita, & moribus præditæ in Adminiſtratores Collegii hujuſmodi electi, & deputati fuiſſent.

Dotatum,

Statutiſque firmatum.

Quæ omnia a Card. Poggio Hiſpaniarum Legato fuerunt approbata.

§.2. Et bo: me: Jo. dum vixit tituli Sanctæ Anaſtaſiæ, S. R. E. Presbyter Cardinalis Poggius nuncupatus, tunc Romani Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis a latere Legatus, Alphonſi, & aliorum tunc exiſtentium Adminiſtratorum prædictorum ſupplicationibus, ſibi tunc porrectis annuendo, erectionem, inſtitutionem, fundationem, dotationem dicti Collegii, ſtatutaque, & ordinationes pro illius regimine, ac alia præmiſſa Apoſtolica auctoritate ſufficienti ad id facultate ſoffultus, approbaſſet, & confirmaſſet, ac inter alia ſtatuiſſet, & ordinaſſet, quod ab ipſis Adminiſtratoribus quatuor dumtaxat mulieres probatæ vitæ, bonæ converſationis, & laudabilis famæ eligerentur, quibus cura, & gubernium Puellarum Orphanarum in dicto Collegio pro tempore commorantium, committeretur, & ſex menſibus probationis in dicto Collegio peractis, habitum per moniales Monaſterii de Conceptione B. Mariæ Virginis Ordinis S. Auguſtini ſub cura Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia dicti Oppidi geſtari ſolitum, ſuſciperent, & profeſſionem per eaſdem Moniales emitti conſuetam, in manibus loci Ordinarii, cui ſubjectæ eſſent, emitterent regulares, dictamque curam, & gubernium ipſarum Puellarum Orphanarum ſuper ſe aſſumerent, & exercerent, & nonnulla alia tunc expreſſa præmiſſorum intuitu, ad eorumque ſalubrem directionem, & perpetuitatem conceſſiſſet, ſtatuiſſet, & ordinaſſet, prout in ipſius Joannis Cardinalis de latere Legati deſuper confectis literis plenius dicitur contineri.

Poſtmodum aucto Puellarum numero, redditibuſque Seminarii ita ut tredecim Moniales ali in eo poſſent;

§.3. Cumque poſtmodum ſucceſſu temporis benedicente Domino, Collegium hujuſmodi ampliatum, & in eo plures Puellæ Orphanæ numerum quadraginta excedentes admiſſæ, & receptæ commorari reperiretur, ac pro ipſarum Puellarum cuſtodia, doctrina, & inſtructione ſupradictæ quatuor mulieres, quarum una in Rectricem, alia in Proviſoram, & alia in Miniſtram, reli-

una

qua vero, & ultima in Janitricem dicti Collegii deputatæ exiſtentes, admiſſæ, & receptæ commurarentur, & ut regularibus inſtitutis, ritu, & moribus dicti Ordinis edocerentur, ac inſtrui poſſiot, aliquibus Monialibus Ordinem ipſum expreſſe profeſſis indigerent, eaſque ab earum Monaſteriis ad Collegium prædictum, ex defectu ſufficientis facultatis transferri facere nequiviſſent, ideoque juxta literarum ipſius Joannis Cardinalis, & Legati tenorem, profeſſionem prædictam eatenus emitti diſtuliſſent, & Collegium prædictum competentibus annuis redditibus, etiam ex aliorum Chriſtifideliom largitionibus dotatum, & in ſuis ſtructuris, & ædificiis ſumptuoſo opere ampliari, & dilatari cœptum, jam tunc capax eſſet, ut in eo onum Monaſterium Monialium ſub Invocatinne Jeſus Mariæ dicti Ordinis ſub Regula Fratrum Minorum de Obſervantia prædictorum pro treſdecim ad minus virginibus, aut aliis honeſtis mulieribus ſub regulari obſervantia virtutum Dumino inibi deſervire volentium de nuvo inſtitui poſſet, in quo Pauperes Puellæ Orphanæ, neenon aliæ etiam Nobiles Virgines in prædicto Collegio pro tempore recipiendæ, & in eo, donec eis ſuccedentibus annis magis commode in decenti, atque honeſto ſtatu collocarentur, retinendæ, ut cum inibi commorarentur, a mundanis illecebris, & incontinentiæ periculis omnino, præſervatæ religioſe educarentur; atque doctrina chriſtiana, & bonis moribus imbuerentur, recipi, & admitti poſſent.

Fundator Gregorio XIII. ſupplicavit pro fundatione Monaſterii Monialium Ordinis S. Auguſtini ſub Regula FF. Minoritarum.

§.4. Cumque ipſe Alphonſus ultra ipſius Collegii dotem, quæ una cum ſupradictis eleemoſynis, & elargitionibus ad congruam ſuſtentationem dictarum Puellarum ſufficiunt, reliqua omnia alia ejus bona, quorum annuus redditus ad quadringentos ducatos, vel circa aſcendere poteſt, donatione perpetua, & inviolabili inter vivos, reſervata ſibi ex illis tanta parte, quanta ad reliquam ſuæ vitæ ſuſtentationem ſufficere poſſet, dicto noviter erigendo Monaſterio donare intenderet, ex quibus quidem redditibus, & eleemoſynis dotium per moniales in eo profiteri volentes afferendis, omnes commode ſuſtentari poſſent; & præmiſſis pro parte ejuſdem Alphonſi, ac aliorum Collegii hujuſmodi tunc Adminiſtratorum fe. re. Gregorio Papæ XIII. Prædeceſſori noſtro expoſitis, illique humiliter ſupplicato, quatenus in dicto Collegio unum Monaſterium Monialium Ordinis hujuſmodi ſub dicta Invocatione Jeſus Mariæ de novo erigere, & inſtituere, ac alias in præmiſſis opportune providere dignaretur.

Gregorius Monaſterium jure erexit;

§.5. Idem Gregorius Prædeceſſor ipſorum Alphonſi, & aliorum Admioiſtratorum Collegii hujuſmodi ſupplicationibus tunc inclinatus, apud Collegium prædictum unum Monaſterium Monialium ſub Invocatinne Jeſus Mariæ dicti Ordinis pro una Abbatiſſa, ac duodecim ad minus monialibus ſub ejuſdem Ordinis Regulari Obſervantia, & perpetua clauſura ibi Altiſſimo famulari volentibus, quæ curam regiminis, & gubernii dictarum Puellarum ſuſciperent cum Eccleſia, in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum perpetuo conſervaretur, Campanili, Campanis, Cemæterio, Dormitorio, Refectorio, Hortis, Hortalitiis, Cellis, & aliis officinis neceſſariis, dummodo haberent Clauſtrum ab eiſdem Puellis, & Orphanis ſeparatum, & diſtinctum, de novo erexit, & inſtituit, illique ſic erecto, & inſtituto pro illius dote, ac ſuſtentatione Abbatiſſæ, & Monialium prædictarum, & onerum illis pro tempore incumbentium ſupportatione prædicta, omniaque alia, & ſingula res, & bona, cenſus, & Jura dicto Collegio, tam per Alphonſum, & Adminiſtratnres prædictos, quam alios Chriſtifideles pro tempore quomodolibet elargienda, donanda, leganda, relinquenda, vel alias eroganda, poſtquam donata fuiſſent, perpetuo applicavit, conceſſit, & appropriavit, ita quod liceret Abbatiſſæ, & Monialibus dicti Monaſterii, tunc, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem Monaſterii nomine illorum corporalem puſſeſſionem propria auctoritate, cujuſvis alterius licentia deſuper minime requiſita, libere apprehendere, & perpetuo retinere, illius quoque Abbatiſſam pro tempore exiſtentem perpetuo, vel ad triennium, juxta ejuſdem Ordinis Regularia Inſtituta, illa prima vice dumtaxat excepta, eligi poſſe, ſtatuitque Puellis prædictis, & aliis mulieribus ipſum Monaſterium, ut præfertur ingredi, & iu eo profiteri volentibus, ut habitum per Moniales Monaſteris Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis hujuſmodi deferri ſolitum a manibus pro tempore exiſtentis Abbatiſſe dicti Monaſterii Jeſus Mariæ ſuſcipere, & profeſſinnem per dictas moniales emitti ſolitam in dictis manibus emittere; quodque tam ipſæ, quam Officiales, Miniſtræ, Moniales, Novitiæ, & aliæ perſonæ dicti Monaſterii, earumque res, & bona univerſa omnibus, & ſingulis quibuſvis aliis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, conceſſionibus, indultis, favoribus, præeminentiis, honoribus, aliiſque univerſis gratiis ſpiritualibus, & temporalibus, quibus alia quæcumque dicti Ordinis Conceptionis Monaſteria, etiam ſub cura dictorum Fratrum Minorum ubilibet exiſtentia, eorumque Abbatiſſæ, Miniſtræ, Moniales, Novitiæ, & ſervientes, cæteræque perſonæ, ac res, & bona ipſorum univerſa de Jure, uſu, ſtatuto, conſuetudine, vel privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum eque principaliter, & abſque ulla penitus differentia, uti, potiri, & gaudere libere, & licite in omnibus, & per omnia valerent, ſimiliter perpetuo indulſit, ac tunc exiſtenti Epiſcopo Palentin., ut ex dicto Monaſterio Monialium Conceptionis, dilectam in Chriſto filiam Mariam de Acoſta a viginti annis jam tunc elapſis, vel circa in eodem Monaſterio Ordinem ipſum expreſſe profeſſam pro Abbatiſſa ejuſdem Mo-

Monialibus curam Orphanarum commiſit;

Bona omnia confirmavit;

Abbatiſſam eligi permiſit;

Quæ cæterarum profeſſionem ſuſciperet;

Privilegia nonnulla conceſſit;

Nonnullaque alia ſtatuit, quæ hic indicantur.

Monaſterii Jeſus Mariæ, unamque, ſive duas alias ejuſdem Conceptionis, ſeu cujuſvis alterius Monaſterii dicti Ordinis Moniales, nullam etiam dotis eleemeſynam ſecum deſerentes, aut eidem Monaſterio de Jeſu Maria dantes, habiles tamen, & idoneas, & obtenta prius ab illarum ſuperioribus ad id licentia, ex Monaſteriis, quibus eſſent, educendi, & extrahendi, ac ad dictum Monaſterium Jeſus Mariæ transferendi, easque, & earum ſingulas in officiis prælationis dicti Monaſterii Jeſus Mariæ præficiendi, & præfici faciendi, & in eo poſtmodum quoad viverent, ſi Superioribus prædictis viſum foret, retinendi, atque Alphonſo, & Adminiſtratoribus prædictis, tam ſuper omnibus, & ſingulis præmiſſis, quam ejuſdem Monaſterii Jeſus Mariæ, illiuſque Abbatiſſæ, Monialium, Puellarum Orphanarum Virginum, ac rerum, & bonorum prædictorum ſalubri directione, regimine, & adminiſtratione, ac juxta redditnum prædictorum qualitates, quantitates, & numeros, receptionem, & admiſſionem earum, & ſuper quibuſcumque aliis dictum Monaſterium Jeſus Mariæ, quomodolibet concernentibus, quæcumque ſtatuta, & ordinationes, licita tamen, & honeſta, ac Sacris Canonibus, & Decretis Concilii Tridentini, ac Regularibus Inſtitutis dicti Ordinis non contraria, per Ordinarium examinanda, & approbanda de novo faciendi, & condendi, illaque poſtquam facta, & condita eſſent juxta temporum qualitatem corrigendi, reformandi, alterandi, & moderandi licentiam, & liberam facultatem, poteſtatem, & auctoritatem conceſſit, ipſumque Monaſterium Superiorum, Viſitatorum, Miniſtrorum, & aliorum Fratrum Minorum de Obſervantia, quibus Moniales de Conceptione ſubjectæ exiſtunt, eorumque curæ, viſitationi, & Juriſdictioni, tam in ſpiritualibus, quam temporalibus perpetuo ſubjecit, ac alias, prout in literis dicti Gregorii Prædeceſſoris deſuper confectis plenius etiam continetur.

Alphonſo Fundatori poteſtatem dedit ſtatuta conficiendi.

Monaſterium que curæ, & ſuperioritati Fratrum de Obſervantia ſubjecit.

Sixtus V. conceſſit, ut nova Statuta non a loci Ordinario, ſed a Superioribus Ordinis Minorum approbarentur.

§.6. Et deinde pro parte Miniſtri, & Abbatiſſæ, atque Conventus Monaſterii hujuſmodi re. me. Siſto Papæ V., etiam Prædeceſſori noſtro expoſito, prope dictum Collegium locum ad ipſum Monaſterium erigen. commodum ſatiſque amplum non eſſe, dictumque Miniſtrum literarum ejuſdem Gregorii Prædeceſſoris vigore Monaſterium prædictum in aliis domibus commodioribus, & amplioribus erexiſſe, & ſervata in reliquis forma literarum prædictarum, ipſum Collegium ad eaſdem domos tranſtuliſſe, ipſoſque Miniſtrum, Abbatiſſam, & Conventum deſiderare, quod ſtatuta pro regimine dicti Monaſterii, ut præfertur, condenda a Superioribus Ordinis Minorum de Obſervantia, non autem per loci Ordinarium, qui Abbas Secularis, & Collegiatæ Eccleſiæ dicti Oppidi exiſtit, & in eo Ordinariam exercet Juriſdictionem, approbari deberent, per ipſum Sixtum Prædeceſſorem ſtatui, & ordinari; idem Siſtus Prædeceſſor ſupplicationibus Miniſtri, Abbatiſſæ, & Conventus prædictorum annuen., erectionem, & translationem Monaſterii prædicti ſalvis Concilii Tridentini Decretis, Apoſtolica auctoritate confirmavit, & approbavit, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjecit, omnes, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui interveniſſent in eiſdem ſupplendo, ſtatuitque etiam, & perpetuo ordinavit, quod ſtatuta, & ordinationes deſuper, ut præfertur condenda, & ſeu jam condita juxta temporum qualitatem corrigenda, reformanda, mutanda, alteranda, & moderanda, tam Collegium Puellarum, quam Monaſterium Monialium hujuſmodi concernentia a Superioribus dicti Ordinis, non autem per dictum Abbatem, attento maxime, quod ipſi Superiores, ea, quæ ad quietiorem vitam, animarumque ſalutem tam Puellarum, quam Monialium Monaſterii hujuſmodi concernentia, tamquam earum Viſitatores, & Superiores melius diſcernere poterant, approbari deberent: quodque Abbatiſſa, Moniales, Conventus Monaſterii hujuſmodi una cum earum Superioribus, Adminiſtratores ad dictas Orphanas eligendas, earumque bona gubernanda, atque ad omnia alia in dictis Gregorii literis contenta peragen., attento maxime, quod nulla eatenus canonica electio a tempore erectionis Monaſterii, hujuſmodi de illis facta fuerat, deputare poſſent, irritumque ex tunc, & inane decrevit, quidquid ſecus ſuper eis a quoquam ſcienter, vel ignoranter quavis auctoritate contingeret attentari, ac alias, & alia diſpoſuit, prout in aliis dicti Sixti Prædeceſſoris literis deſuper etiam confectis, plenius quoque continetur.

Superioribuſque Monaſterii, ut Adminiſtratores pro ejus regimine eligerent, conceſſit.

§.7. Cumque poſtmodum Miniſter generalis Ordinis Minorum de Obſervantia, hujuſmodi vigore literarum a dicto Gregorio Prædeceſſore, ut præfertur emanatarum, gubernium, & curam Collegii Monaſterii prædictorum ſuæ curæ commiſſum acceptando, eamdem curam Superiori Provinciali Provinciæ Conceptionis dicti Ordinis tunc, & pro tempore exiſten. commiſerit; Prohibendo tamen, quod nullus Ordinis hujuſmodi Prælatus, Frater, vel ſubditus ſe ullo umquam tempore intromittere valeret in recipiendis, ſeu nuptui tradendis Puellis Orphanis dicti Collegii, neque in adminiſtratione bonorum dictorum Monaſterii, & Collegii, quæ uti negotia ad ſeculares proprie pertinentia, Alphonſo, & Adminiſtratoribus dicti Collegii libera dimiſit, propter inconvenientia exinde quoad Religioſos veriſimiliter ſuborienda, ac etiam expreſſe prohibendo Confeſſori monialium dicti Monaſterii in eo pernoctare, vel prandium ſumere.

Generalis Minoritarum, Monialiũ curam Provinciali, Puellarum vero Adminiſtratoribus commiſit.

§.8. Cumque, ſicut in eadem petitione ſubjunctum fuit ex præmiſſis omnibus demum diverſæ confuſiones, & impedimenta, ac etiam diſſentiones inter Alphonſum, & Adminiſtratores ex una, & dilectos filios dicti Ordinis, & Provinciæ Fratres ex altera partibus ſubortæ fuiſſent, in manifeſtum

Fratribus tamen curæ Puellarum ſe ingerentibus diſcordiæ inter eos, Adminiſtratores, & Fundatorẽ ſubortæ ſunt.

Digitized by Google

ſtum damnum, & jacturam bonorum, & reddituum dicti Collegii, ſeu Seminarii, & numerus Puellarum Orphanarum, & aliarum in eo degere ſolitarum, adeo propterea ad præſens diminutus, ut aſſeritur, ſit, quod licet olim ad quinquaginta, vel circa numero aſcenderent, ad duas, vel tres tantum reductæ exiſtant, & quia dicti ſeculares, & alii Deputati Adminiſtratores cauſa evitandi cum Fratribus Ordinis hujuſmodi controverſias ſe in præmiſſis ulterius cum illis occupare recuſant, aſſerentes non eſſe, prout condecens non eſt, quod ſupradicti Ordinis Fratres Puellarum dicti Collegii matrimonia procurare, vel alias Puellas Orphanas in dicto Oppido perquirere, & ad dictum Collegium adduci facere, & in eo juxta primævam fundatoris inſtitutionem illas retinere, & educari, ac bonis moribus imbui facere, vel ſe ſe in temporali cura bonorum, & redditnum Collegii, & Monaſterii prædictorum intromittere debeant, omnia, & ſingula dicti Collegii, & Seminarii, quod juxta tenorem fundationis, & literarum ejuſdem Joannis Cardinalis Legati, principale caput aliorum Collegiorum Puellarum Orphanarum, in quibuſvis Regnorum Hiſpaniarum partibus, extunc in futurum erigendorum, & inſtituendorum, eſt, & eſſe debet, res, & bona quæcumque, cenſus, aliique annui redditus, adeo ſunt diminuti, & deteriorati, quod fere ad nihilum ſufficiant, & ne prædictorum, & aliorum Chriſtifidelium erga Collegium, ſeu Seminarium Puellarum Orphanarum, hujuſmodi pia devotio in totum refrigeſcat, & ne tam utile, & neceſſarium opus propter dictas controverſias in totum depereat, Nobis pro parte Alphonſi, & aliorum Adminiſtratorum Chriſtifidelium Secularium, pro dicti Collegii intereſſe illi communiter in hac parte adhærentium Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus omnes, & ſingulas controverſias, & diſſentiendi occaſiones circa præmiſſa inter ſupradictos, & quoſcumque alios præmiſſorum cauſa quomodolibet hactenus ſubortas e medio removere, ac ut Collegium Seminarii hujuſmodi, & Monaſterium prædictum optatum in Domino ſuſcipiant incrementum, alias in præmiſſis opportune diſponere, & ſalubriter providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Clemens, rebus omnibus in Congregatione Epiſcoporum, & Regularium examinatis, perpetuoque Partibus indicto ſilentio;

§.9. Nos igitur, qui tranquillam in Domino pacem circa regimen quorumvis piorum locorum, & eorum ſalubrem directionem ſinceris optamus affectibus, erectionis, & fundationis Collegii Seminarii Puellarum Orphanarum, & Monaſterii Monialium, ac ſingularum literarum Gregorii, & Sixti Prædeceſſorum, ac Joannis Cardinalis Legati prædictorum, ac aliorũ hic de neceſſitate exprimendorum veriores tenores, acſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes dictoſque Alphonſum, & Deputatos Adminiſtratores, & ſingulares alias perſonas illis in hac parte, ut præfertur, adhærentes a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtant, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, de conſilio etiam pariter, & aſſenſu Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium ſuper rebus, & ſtatu regularium deputatorum, in quorum Congregatione dilectis filiis Procuratoribus utriuſque partis auditis, & negotio mature diſcuſſo, viſiſque hinc inde deductis, & teſtium depoſitionibus vigore ſpecialium literarum dictæ Congregationis ſuper præmiſſis examinatorum, omnes, & ſingulas controverſias, & differentias, ac litium occaſiones præmiſſorum cauſa inter Alphonſum, & alios Adminiſtratores deputatos Collegii Orphanarum hujuſmodi ex una, & Miniſtrum Provincialem, & Fratres Ordinis Minorum de Obſervantia, aliaſque perſonas dicti Monaſterii, vel in præmiſſis quomodolibet ſua intereſſe putantes, ex altera partibus ſuper Collegio Seminarii Puellarum Orphanarum, & Monaſterio Monialium hujuſmodi, illorumque bonorum, rerum, & reddituum adminiſtratione, regimine, & gubernio, ac ſuper admiſſione, receptione, & educatione Puellarum prædictarum, & illarum in dicto Collegio, vel Seminario habitationes, aliiſque præmiſſis quomodolibet ſubortas, & in quocumque foro, ſeu Judicio, vel alias quomodolibet pendentes, in ſtatu, & terminis, quibus exiſtunt, ad Nos avocantes, illaſque in primis, & ante omnia penitus, & omnino extinguentes, caſſantes, & annullantes, ac extinctas, & annullatas fuiſſe, & eſſe, & ſuper illis perpetuum ſilentium prædictis, & quibuſvis aliis ex nunc perpetuo imponentes, ac impoſitum fuiſſe, & eſſe decernentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, Collegium Orphanarum prædictarum tantum, illiuſque res, & bona quæcumque Juriſdictioni Ordinarii, ac regimini, & gubernio Alphonſi, & prædictorum, ac aliorum illius pro tempore Adminiſtratorum: Moniales vero Monaſterii Jeſus Mariæ Juriſdictioni Fratrum Minorum de Obſervantia S. Franciſci prædictorum in ſpiritualibus quoad celebrationem Miſſarum, & adminiſtrationem Sacramentorum, aliorumque munerum ſpiritualium dumtaxat, in temporalibus autem quoad reliquos omnes alios actus, & adminiſtrationem reddituum, rerum, & bonorum temporalium Juriſdictioni prædicti Ordinarii, & gubernio ipſorum Adminiſtratorum quibuſcumque in contrarium introductis conſuetudinibus, ſeu privilegiis obtentis non obſtantibus, perpetuo ſubeſſe, & de cætero gubernari debere,

Decernit Bona omnia Seminarii Orphanarum, & Monaſterii gubernanda eſſe per Ordinarium, & Adminiſtratores;

Moniales vero in ſpiritualibus a fratribus Minoritis eſſe regendas.

§.11. Et aliquos dicti Ordinis Fratres neque in Collegio Puellarum, neque in Monaſterio Monialium prædictarum Comeſatio-

Fratres inibi commorari vetat.

Digitized by Google

tiones, aut aliquas potationes facere, vel aliqua prandia, ſeu jentacula ſumere, neque in dicto Monaſterio Monialium ipſorum aliquas habitationes, ſeu manſiones etiam ad modicum tempus habere neque in eo pernoctare, ſeu in regimine, & gubernio temporali eorum ſe in aliquo de cætero intromittere, neque aliquos alios Presbyteros ſeculares, vel cujuſvis Ordinis Regulares, alias idoneos, & approbatos, qui in Eccleſia Collegii, vel Seminarii, aut Monaſterii hujuſmodi Miſſas, & alia divina Officia celebrare, & verbum Dei Populo prædicare valeant, impedire, perturbare, aut inquietare.

Seminarium Valliſoleti caput ſimilium Collegiorum fore declarat.

§.12. Et inſuper Collegium, ut præfertur fundatum, principale caput, & fundamentum omnium, & ſingulorum aliorum Puellarum Orphanarum in quibuſvis aliis Civitatibus, Terris, & locis Regnorum Hiſpaniarum hujuſmodi nunc, & pro tempore erectorum, & fundatorum Collegiorum eſſe, illorumque Seminarium nuncupari, atque reliqua omnia, & ſingula erecta, & erigenda Puellarum prædictarum Collegia hujuſmodi tam in capite, quam in membris ipſi Collegio Valliſoleti, & illius Adminiſtratoribus ſubjecta, & ab eo, & illis dependentia perpetuo fore, & eſſe, ac cenſeri.

Clauſulas pro præſentis Conſtitutionis firmitate apponit.

§.13. Ac præſentes literas de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quopiam alio defectu ullo umquam tempore notari, vel contra eas, vel aliqua in præmiſſorum parte per ſupradictos, aut quoſcumque alios dici, adduci, vel allegari poſſe, neque debere, ſicque per loci Ordinarium, & quoſcumque alios Judices, & perſonas quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane decernimus, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executores deputat.

§.14. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris Salamantin., & Zamoren. Epiſcopis, eorumque Officialibus, & dilecto filio Priori ſecularis, & Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ dicti Oppidi per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios dictis Alphonſo, & Adminiſtratoribus nunc, & pro tempore exiſtentibus in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes Apoſtolica auctoritate prædicta faciant præſentibus literis, & earum effectu in omnibus, & per omnia pacifice perpetuo frui, & inviolabiliter gaudere. Non permittentes eos deſuper ab eiſdem Fratribus Ordinis Minorum de Obſervantia, vel quibuſvis aliis quavis auctoritate etiam Apoſtolica fungen. quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, ac legitimis ſuper his ſervatis ſervandis proceſſibus, inobedientes, & rebelles per cenſuras Eccleſiaſticas, & alia juris, & facti opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc auxilio brachii ſecularis.

Derogat contrariis.

§.15. Non obſtantibus præmiſſis, & præſertim dictorum Gregorii, & Sixti Prædeceſſorum, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ipſorumque Seminarii, Collegii, & Monaſterii, ac Ordinis Minorum de Obſervantia, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis dictis Monaſterio, & Ordini, illiuſque Superioribus, vel quibuſvis aliis perſonis, ut præfertur, ſeu alias ſub quibuſvis tenoribus, & formis, & cum quibuſvis clauſulis, & decretis quantumcumque irritantibus, & inſolitis etiam derogatoriarum derogatoriis, & Mare magno, Bulla aurea, vel alias nuncupat. in contrarium quomodolibet per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam ad Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum inſtantiam conceſſis: Quibus omnibus, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 14. Auguſti 1592. An. I.

Datum Romæ apud S.Marcum ſub annulo Piſcatoris die 14. Auguſti 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

XXIX.

De bono Regimine, rectaque Adminiſtratione Bonorum, & Redditunm cujuſque Communitatis locorum ditionis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Inſtitutione Congregationis Cardinalium ad cognitionem gravaminum, ac litium earumdem Communitatum.

De nullitate quarumdam obligationum iſtarum Communitatum, vide in Conſt.XXI. Pii IV. Quia non ſolum. *Tom.IV. Par.II. fol.49., & Sixti V. Conſtit.LXIII.* Inter varias. *Tom.IV. Par.IV. fol.247., ubi etiam alia continentur.*

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Cauſa hujus Reformation.

PRo commiſſa Nobis a Domino Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, eique etiam in temporalibus ſubjectarum Civitatum, & Populorum tutela, paternaque erga noſtros ſubditos caritate, præcipuo ſtudio tenemur providere, ut ad eos pertinentia bona, ea qua decet fide, & cura utiliter, & provido adminiſtrentur, præſertim vero tollantur pravi abuſus, qui in publicum, & commu-

ne damnum paulatim irrepunt; Ex quibus, & hactenus gravi ære alieno communia illorum bona oppreſſa, vel ab ipſo noſtri Pontificatus initio comperimus, & malum hoc, niſi celeriter opportuna remedia adhibeantur, quotidie in deterius prolabi videmus. Dum enim pauci ſua privata commoda, & lucra quærunt, atque illicitis modis, quod prave ambiunt, aut concupiſcunt, conſequi affectant, potentiorum, aut vulgi gratiam vanis aſſentationibus aucupantur, ſuas denique cupiditates eaplere ſatagunt, nulla utilitatis publicæ ratione habita, ærarium publicum ipſarum Civitatum, & locorum exhauriunt, gravi ære alieno implicant, inanibus pompis, & oſtentationibus dilapidant.

Tabella expenſarum cujuſque Communitatis quolibet anno conficiatur.

§.1. Quibus malis atque incommodis (quantum noſtra vigilantia, atque auctoritate, eniti poſſumus) occurrere cupientes; Hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ut in qualibet Civitate, Terra, Oppido, Caſtro, & loco dicti ſtatus temporalis Eccleſiaſtici univerſi, itaut etiam Bononien., Beneventan. noſtræ Civitates ſub hac Conſtitutione ſint comprehenſæ, tabella, aut libellus quotannis initio anni conficiatur, in quo ſumptus omnes ordinarii, & extraordinarii publice, utiles, aut neceſſarii ſint deſcripti. Et earum quidem, quæ certæ, & ordinariæ ſunt, expenſarum, certa etiam taaa, & ſumma exprimatur, quæ vero incertæ, & extraordinariæ videbuntur, earum univerſe ſumma aliqua annua taſetur, quam toto anni curriculo excedere nequaquam liceat, Sigillatim vero pro rei indigentia, ea univerſa ſumma ſic taxata, a toto conſilio, cum interventu Præſidis, Gubernatoris, aut Poteſtatis, portiones neceſſariæ infra annum detrahantur.

A Gubernatoribus locorum revideatur & approbetur.

§.2. Eaque Tabella, aut Libellus per Gubernatorem, ſeu Præſidem Provinciæ, aut Civitatis, & cujuſcumque Terræ, Oppidi, & Caſtri Prætorem, ſeu Poteſtatem, ſingulis annis.

Et hoc primo anno coram Camerario, & Theſaurario Papæ.

§.3. Hac vero prima vice, non ſolum ab ipſis, ſed etiam poſt eos intra triginta dies tunc proaime ſequentes, a dilectis filiis S. R. E. Camerario, & Theſaurario generali Cameræ Apoſtolicæ accurate, & diligenter inſpiciatur, corrigatur, & approbetur, expunctis inde iis omnibus impenſis, quæ præter, aut contra hanc noſtram Conſtitutionem, etiam ex ſtatuto, vel conſuetudine antiqua fieri ſolebant, ac retento ipſius Tabellæ, ſeu Libelli exemplo, ſeu Regiſtro penes Cameram Apoſtolicam gratis, & abſque ullo earumdem Communitatum, ſeu Univerſitatum diſpendio, ſtatim intra decem dies, ab ipſius receptionis die numerandos, ſic reviſa, approbata, & correcta, ad prædictas Communitates, ſeu Univerſitates remittatur.

Et gratis ab omnibus officialibus hec omnia fiant, &c.

§.4. Diſtricte autem inhibemus ſub indignationis noſtræ, & aliis graviſſimis noſtro, & ſucceſſorum noſtrorum arbitrio imponendis pœnis, ne pro ſigillo, vel pro ſcriptura, carta, atramento, cera, capſula, cordulis, aliiſve rebus, ad hujuſmodi expeditionem pertinentibus, ſeu pro labore, aut regalibus, quidpiam, ne minimum quidem obulum, hac de cauſa prædicti Camerarius, aut Theſaurarius, eorumve Notarii, Tabelliones, Secretarii, Familiares, aut quilibet Officialis, vel Miniſter, exigere, vel etiam ſponte oblatum recipere præſumant, quinimmo volumus, ut ſine ulla mora omnia gratis, & prout in Pœnitentiaria Apoſtolica fieri ſolet, ſine aliqua ſolutione expediantur, & mittantur. Atque in hoc Camerarius, & Theſaurarius prædicti ſummo ſtudio invigilent, & ſi aliquem ex ſuis, vel aliis Notariis, Tabellionibus, Secretariis, Familiaribus, Officialibus, aut Miniſtris, vel minimum quicquam recepiſſe deprehenderint, aut cognoverint, contra eos, etiam ad privationis officiorum, & munerum, quæ obtinent, inhabilitatiſque ad illa, vel alia in poſterum obtinenda, exilii perpetui ab Urbe, & ejus diſtrictu, & aliis gravioribus pœnis procedant, ſcituri, ſi connivendo, aut tolerando, aut alias quomodolibet receptionum, & exactiorum hujuſmodi, per ſe, vel alium conſcii, aut participes fuerint, ſe quoque noſtrum, & Succeſſorum noſtrorum judicium in hac re ſeverum, ut præfertur, ſubituros.

Tabella ſic approbata ad ſua locale mittatur & publice aſſervetur.

§.5. Verum eadem Tabella, ſeu Libellus, ejuſve exemplum ſic correctum, approbatum, & intra decem dies remiſſum, nedum in ipſarum Communitatum, ſeu Univerſitatum Archivio aſſervetur, ſed in publico aliquo omnibus patenti, ac conſpicuo loco, præ foribus Aulæ ubi habetur publicum conſilium, vel ubi jus dicitur, & frequens populi ſit concurſus, affigatur, & perpetuo retineatur.

Et nihil ultra contenta in Tabella expēdatur abſque licentia.

§.6. Nec liceat in futurum, niſi de expreſſa Cameræ Apoſtolicæ, aut ſi urgens neceſſitas moram non patiatur, Gubernatoris, aut Præſidis Civitatum, & locorum, qui ſtatim poſtea Camerarium, & Theſaurarium generalem prædictos certiores de eo reddere teneantur, licentia, cum interventu Procuratoris Fiſcalis ejuſdem loci, cauſa cognita, etiam ſimiliter gratis concedenda, Tabellæ ipſius, ſeu libelli tenorem, etiam ſequentibus annis, immutare, aut alterare, neque abſque prædicta licentia, etiam in caſibus improviſis, inopinatis, aut inſolitis, aliquid, ultra contenta in hujuſmodi Tabella, aut Libello erogare. Quicquid vero ultra præſcriptas ſummas erogatum fuerit, id volumus, ut ab eis, quibus exigendi, & ſolidandi computa, & rationes eapenſi, ſive illa, ut dicitur ſindicandi, cura incumbit, nequaquam ratum habeatur, neque ipſis communibus ærariis dictorum locorum, aut maſſis, ſed perſonis ſingularibus, quæ ſumptus ipſos fecerint, expenſum feratur, quæ etiam ad illius, tamquam ab eis indebite ablati, reſtitutionem teneantur.

Officiales Cōmunitatis dimiſſis officiis de adminiſtratis ſindicentur & iudicem de hatorum Gu-

§.7. Id autem quo accuratius ſervetur, & earumdem Civitatum, Terrarum, ac Populorum utilitati amplius conſulatur, præcipimus, ut quilibet modernus, aut pro tempore exiſtens Gubernator, Præſes, aut Po-

Digitized by Google

bernatoribus tradant, & per Ministros Communitatis ſuo tempore exigantur.

Poteſtas, tam ex nunc, ſeu in ipſo primo ingreſſu, quam deinde ſtatim finito tempore Magiſtratus per quoſcumque Priores, Maſſarios, Camerarios, aut Officiales geſti, intra decem dies ab ipſis Prioribus, Maſſariis, Camerariis, ſeu Officialibus, qui Magiſtratu funguntur, aut fungi deſinunt, reſpective, plenariam informationem rerum ad publicum regimen, & adminiſtrationem communem bonorum pertinentium, præcipue vero indicem, & nomina ſingulorum debitorum cujuſcumque Communitatis, ſeu Univerſitatis, tam ex ſupradictis, quam ex aliis quibuſcumque cauſis accurate, & ſingillatim deſcripta ſibi tradi, eaque poſtmodum, cum primum ſolutionis dies advenerit, tum ſi jam advenerit, intra tres, aut ad ſummum quatuor menſes per Officiales, & Magiſtratus earumdem Communitatum, ſeu Univerſitatum exigi, & in ærarium Communitatis, ſeu Univerſitatis referri.

Quod in fine anni ſupereſt detractis expenſis Tabellæ in ſolutionem æris alieni, vel &c. expendatur.

§.8. Etſi quid in fine anni, deductis expenſis in Tabella, ſeu Libello deſcriptis, ſupererit, id in extinctionem æris alieni publice contracti, aut ſi æs alienum nullum ſit, vel in Annonam ſublevandam, vel pro Monte Pietatis, vel in recuperationem, & redemptionem bonorum, & rerum, ſeu jurium per ipſas Communitates, ſive Univerſitates alienatorum, vel denique in aliorum immobilium bonorum emptionem, cum interventu tamen Gubernatoris, ſeu Poteſtatis, & Procuratoris Fiſcalis loci, converti curet. Quod ſi prædictas pecunias in Monte Pietatis deponi contigerit, id ea conditione fiat, ut illas poſtea quandocumque eædem Communitates, & Univerſitates inde extrahere, & ſi eis videbitur, in uſus per hanc Conſtitutionem permiſſos erogare valeant.

Fiſcus cujuſlibet loci, ſi Fiſcales Communitatis cogat ad reddendas rationes, coram Gubernatore.

§.9. Fiſci vero cujuslibet loci Procurator petat omnino, coram Syndicis, & Gubernatore, ſeu Præſide, aut Poteſtate intra decem dies ab iis, qui Magiſtratu perfuncti ſunt, tam de adminiſtratione juxta taxam in Tabella, ſeu Libello præſcriptam, quam de aliis ſupradictis, præſertim nominibus debitorum exactis, rationes reddi. Et ſi quid, vel in expenſis exceſſum, vel circa exactionem neglectum, aut per negligentiam ultra tempus prædictum dilatum fuerit, contra eoſdem reos Magiſtratu, ut præfertur, perfunctos, ad reſtitutionem debitarum expenſarum, necnon ad ſolutionem de ſuo proprio debitorum per negligentiam inexactorum, ac ulterius, etiam ad pœnarum in hac Conſtitutione contentarum, exequutionem procedi, quarum pars quarta ipſi Procuratori Fiſcali ſit applicata.

Gubernator, & Fiſcus in prædictis negligentes coerceantur.

§.10. Si vero poſt hujuſmodi decem dies elapſos, Gubernator, aut Poteſtas in exigendis rationibus, vel in cogendo ad ſolvendum, vel reſtitutionem, aut in exequendis pœnis, ſive alias in præmiſſis negligens fuerit, ad reſtitutionem, & refectionem damni ex indebitis impenſis, vel retardata exactione, communi ærario cujuslibet loci illati, etiam de ſuo proprio integre teneatur. Procurator autem Fiſcalis ejus Terræ, Oppidi, aut Civitatis, Generalem Cameræ Apoſtolicæ Procuratorem Fiſcalem de hujuſmodi negligentia certiorem faciat, ſive etiam cuilibet de Populo id denunciare liceat, ac tam in Syndicatu per eos, ad quos ſpectat, quam poſtea per Procuratorem Fiſcalem Generalem Cameræ Apoſtolicæ contra ipſos Gubernatores, & Poteſtates, ſive etiam contra perſonas, quæ pro ipſis in Syndicatu fidejuſſerint, procedatur, ita ut tam ab eis, quam ab ipſis reis principalibus, illatum damnum, inexacta debita, indebitæque expenſæ, & quæ in hac Conſtitutione continentur mulctæ, cum ſimili lucro perſonis prædictis applicando exigantur: Ac propterea tam ipſi Gubernatores, Præſides, Poteſtates, quam Procuratores Fiſcales in præmiſſis culpabiles, officiis per eos obtentis, eo ipſo privati, & ad illa, atque alia ſimilia de cætero obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces ſint, & cenſeantur.

Gubernatores, & alii officiales gratis omnia faciant.

§.11. Prælati vero, Gubernatores, & Poteſtates, eorumque Cancellarii, Secretarii, Tabelliones, aut Miniſtri, vel Familiares, nihil omnino, ne minimum quidem occaſione Syndicatus hujuſmodi, vel pro ſententia ferenda, aut pro Tabella, ſeu Libello conficiendo, revidendo, vel licentia, ut præfertur, concedenda, ſubſcribenda, vel taxa facienda, emolumenti, aut regalium, neque etiam pro mercede, aut labore, ſive alias, ut præfertur, percipiant, & ſiquid perceperint, etiam tamquam hujus Conſtitutionis violatores, pœnas, quæ in ea ſunt deſcriptæ, ipſo facto incurrant.

Communitates eorum bona non alienent, neque obligent, circa formam Bullæ Sixti V.

§.12. Cæterum omnibus, & ſingulis Communitatibus, Univerſitatibus, & Populis quarumcumque Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Caſtrorum, & Locorum ſtatus noſtri temporalis Eccleſiaſtici, earumque Senatui, Conſiliis, Adunantiis, & Congregationibus, Magiſtratibus, & Adminiſtratoribus, eorumque ſingularibus perſonis, diſtricte interdicimus, & prohibemus, ne quis eorum, vel earum, ſub quovis prætextu, aut cauſa etiam urgenti, & neceſſaria, contra Conſtitutionem fel. rec. Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit; *Inter multiplices*, quam Nos harum ſerie approbamus, innovamus, & ampliamus, bona, aut jura ſua vendat, alienet, hypothecet, aut cenſus ſuper illis imponat, aut pro ſe, præterquam ex cauſa locationis tantum ad modicum tempus, & ſolutionibus non anticipatis, non autem titulo conductionis, nec ullo modo pro aliis obliget, ſive ære alieno ſe obſtringat.

Neque Oratores ad Sedē Apoſtolicam abſque licentia tranſmittant, & nemo tale munus ſuſcipiat contra formam d. Bullæ.

§.13. Neque Legatos, ſeu Oratores, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam ſumptibus publicis, aut etiam privatis, & propriis ipſorum Legatorum, neque etiamſi ipſi ſponte id munus ſuſcipere, & de ſuo proprio impenſas ſubire velint, umquam mittat, neve ſub nomine Agentis, aut negociorum geſtoris, vel Procuratoris, alias quam ad neceſſariam litiū proſequutionem in Romana Curia pariter expenſis communibus, aut privatis, retinere, aut mittere, neve quiſpiam id munus ſuſcipere, aut obi-

re

re audeat, niſi habita prius, quoad obligationes, & alienationes, licentia, juxta prædictæ Sixti Prædeceſſoris Conſtitutionis tenorem; quo vero admittendos Legatos, ſeu Oratores, a Nobis, vel pro tempore exiſtente Romano Pontifice, vel ab eo, qui conſultationibus negociorum Status Eccleſiaſtici pro tempore præerit dumtaxat in ſcriptis obtenta, ſine qua, ſiquis id munus ſuſcipere auſus fuerit, præter alias per Sixtum Prædeceſſorem inflictas pœnas, etiam officiis per eum obtentis eo ipſo privatus, & ad illa, & alia quæcumque obtinenda perpetuo inhabilis, & incapax, necnon infamis, & ignominia, atque infamia notatus cenſeatur.

Donare quidquam quibuſvis perſonis non præſumant, nec pro eis aliquid de Communitatis pecunia impendere.

Conſonat Bullam III. Pauli II Munera. T.III. P.III. fol. 118

§.14. Ad hæc prohibemus pariter ne prædictæ Communitates, Univerſitates, earumve Collegia, Senatus, Adunantiæ, Congregationes, Magiſtratus, Officiales, aut ſingulares perſonæ ullo modo præſumant, ea fructibus, redditibus, & proventibus, collectis, vel contributionibus, certis, vel incertis, ordinariis, ſeu eatraordinariis, eorum ærarii, ſeu maſſæ communia, ſive ex pecuniis, etiam privatis, & particularibus ſingulorum civium per viam voluntariæ collectæ, ſeu contributionis in commune congeſtis, etiam cujuſvis ſtatuti, ſeu conſuetudinis, aut verius corruptelæ præteatu, es quavis cauſa etiam ſolita, & rationabili, munera, aut dona quæcumque Legato, Vice Legato, Gubernatori, Protectori, Vice-Protectori, Præſidi, Officiali, aut perſonæ, etiam quavis tam Eccleſiaſtica, etiam Pontificali, aut alia majori, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalatus, quam mundana dignitate fulgenti, ſeu illius conſanguineis, affinibus, familiaribus, aut Miniſtris, mittere, tradere, aut largiri, aut in alicujus etiam Legati, Vice Legati, Gubernatoris, Præſidis, Benefactoris, aut Protectoris honorem, etiam occaſione hoſpitii, aot tranſitus, vel primi ingreſſus, aut Beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationem pro conſtruendis, ornandis, aut erigendis perpetuo, vel ad tempus Portis, Arcubus, Trophæis, Porticibus, Mœnibus, aut aliis monumentis, ſeu pro prædictis perſonis, quavis dignitate, vel auctoritate ſingentibus, honorifice, laute, opipare excipiendis, ſeu pro quibuſvis conviviis, aut hoſpitiis, etiam moderatis, eiſdem aut cuivis alteri, quacumque occaſione, vel cauſa exhibendis, aut pro perſonis, quæ illas comitentur, aut illis miniſtrent, vel obviam procedant pretioſis veſtibus induendis ullas pecunias erogare.

Salariaque officialium, alimenta ſtudentium, dotes puellarum augere, aut alio prætextu quicquam ultra Tabellam expendere non valeant, niſi &c.

§.15. Vel pro congiariis, miſſilibus, aut muneribus publicis, ſeu etiam cibariis, eſculentis, & poculentis, epulis, comeſſationibus, aut compotationibus, Populo, aut Magiſtratibus, vel Officialibus ultra eorum ſalaria, & emolumenta de jure, vel ex laudabili conſuetudine debita, largiendia, ſeu pro præſtandis pueris, vel adoleſcentibus ſtudiorum cauſa alimentia, vel dotibus puellarum non egentium augendis, aut pro exhibendis ſpectaculis, etiam piis, & intra Eccleſias, vel estra eas in quibuſvis publicis, aut privatis, ſacria, aut prophanis locis, etiam ubi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res pie geſtæ Populis ſpectandæ proponuntur, ſive etiam piorum operum, & charitatis, ſeu eleemoſynæ prætextu, aut alias in prædictis, ſeu aliis rebus ſupervacaneis in dicto Libello, ſeo Tabella non contentis, ſed ad pompam, & oſtentationem, ant ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & privata commoda quomodolibet pertinentibus, ſumptus, aut impenſas aliquas facere, niſi re ipſa pro divino cultu, & veria Chriſti pauperum indigentiis, de conſilio, & conſenſu loci Ordinarii, ſublevandis, aut pro iis tantum piis ludis publicia, qui ex inveterato uſu permittuntur, & in prædicta Tabella, ſeu Libello esprimentur, taxam a Gubernatore, ſeu Præſide, aut Poteſtate ipſius Provinciæ, Civitatis, aut loci, eui ſubſunt, præfigendam, quæ in ſupradicto Libello, ſeu Tabella comprehenſa erit non eaeedentibus, ſumptus hujuſmodi fiant.

§.16. Prohibemus inſuper ne quicumque Cives, Oppidani, aut Incolæ, qui ſuæ Communitatis, aut Univerſitatis bonorum detentores, uſurpatores, occupatores fuerint, qui ve contra ipſas Commnnitates litem aliquam, ſeu controverſiam habuerint, quæ ad hunc effectum per ſolam unicam eitationem cœpta, & inchoata cenſeatur, eadem lite, ſeu controverſia durante, necnou qui ejuſdem ſuæ Communitatis, ſive Univerſitatia debitores ex quacumque cauſa eatiterint, earumve bona, aut pecunias adminiſtraverint, antequam, id quod debent, integre perſolverint, ſeu rationes adminiſtrationis reddiderint, cum ejus reſidui, in quo debitores remanſerint, reali reſtitutione, ad obtinendos, gerendos, aut esercendos aliquos in ea Civitate, Provincia, Oppido, Terra, Caſtro, aut Loco, Magiſtratus, aut munera quæcumque, vel officia publica, ullo modo eligantur, vel admittantur; Et ſi de facto electi, admiſſive fuerint; Electio, & admiſſio irrita ſit, & nulla, & tam ipſi quam eligentes ſive admittentes, necnon Gubernatores, Præſides, & Poteſtates, qui id permiſerint, vel etiam exactam ſuper his inquirendis, & prohibendis diligentiam, prout eos teneri volumus, & decernimus, non adhibuerint, pœnis in hac Conſtitutione contta illius tranſgreſſores inflictis plectantur.

Litigantes cũ Communitatibus, vel earum debitores, aut bonorum occupatores, & qui rationem adminiſtrationis non reddiderunt, ad publica officia non admittantur.

§.17. Porro locationes, ſeu affictus tam vectigalium, quæ gabellæ, aut datia dicuntur, quam aliorum quorumcumque redditaum, proventuum, jurium, & emolumentorum ad commune ipſarum Civitatum, & locorum ærarium quomodolibet ſpectantium, ſtatuimus, & jubemus omnino ſervatis ſervandis, atque adhibitis ſolemnitatibus, quæ de jure, aut cujuslibet loci ſtatuto, vel conſuetudine requiruntur, cum perſonis fide, & facultatibus idoneis, quæ idoneas pariter in publico conſilio approbatas cautiones præſtent, iniri, & contrahi de-

Locationes, vel affictus Communitatum fiant, cũ idonea fidejuſſione, & cũ pacto prohibitivo cujuſcumque defalcationis.

debere. In quibus ſane locationibus, ſeu aſſictibus, ea ſemper conditio, & pactio addatur, ut ipſæ Communitates, ſive Univerſitates ab omni prorſus detractione, ſeu remiſſione, & ut vulgo dicitur, deſalcatione, ex quocumque, ac inopinato, & inſolitiſſimo belli, incurſus militum, depopulationis agrorum, direptionis, aut ſiccitatis, alluvionis, grandinis, tempeſtatis, incendii, aut alio quovis maxime fortuito caſu, atque ex quovis capite, ac etiam legitima, & urgenti amiſſionis, aut diminutionis fructuum, etiam omnium, vel majoris partis, aut ſterilitatis, vel alia quavis cauſa cogitata, vel incogitata, cogitabili, vel incogitabili, ſint prorſus immunes, nec ad id cogi poſſint, etiamſi de jure tenerentur, ſed integre ſemper reſponſiones, & præſtationes, ſeu penſiones annuæ, abſque ulla diminutione per ipſos conductores eis ſolvi debeant, & quamvis pactum hujuſmodi forſan in contractibus omiſſum fuerit, nihilominus vigore præſentium literarum tacite ineſſe, & ſubintelligi debere, perinde ac ſi id ipſum inter contrahentes expreſſe cautum, & conventum fuiſſet: Sublata omnibus Judicibus, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, ac Sac. Palatii Apoſtolici Auditoribus aliter judicandi, & interpretandi facultate.

Depoſitarii Communitatum non admittantur ad officium ante quam præſtent idoneam fidejuſſionem.

§. 18. Depoſitarios quoque pecuniarum, & introituum communis ærarii cujuslibet Communitatis, ſive Univerſitatis, non aliter eligi, deputari, aut admitti volumus, niſi priuſquam id munus aſſumant, idoneam, arbitrio Gubernatoris, Præſidis, aut Poteſtatis cautionem præſtent. Alioquin, tam ipſas locationes, affictus, ſeu appaltus, quam Depoſitariorum deputationes, ſive electiones, aut admiſſiones, cum omnibus inde ſequutis, etiam obligationes in forma Cameræ Apoſtolicæ, juramento, aut inſtrumento publico vallatas, irritas, & nullas cenſeri. Et nihilominus Magiſtratus, ſeu Officiales, qui contractus ipſos iniverint, Depoſitarios admiſerint, vel in publico conſilio aſſenſum dederint, una cum cæteris conſentientibus, pariter pœnis in hac Conſtitutione expreſſis teneri decernimus, & declaramus.

Exemptiones quæcumque à Communitatibus conceſſæ revocantur, & in futurū concedi prohibentur.

§. 19. Præterea auctoritate Apoſtolica tenore earumdem præſentium revocamus, irritamus, & annullamus omnes, & quaſcumque exemptiones, immunitates, remiſſiones, condonationes jurium, atque onerum realium, & perſonalium, aut mixtorum, Cameræ Apoſtolicæ, ſeu eorum communi ærario debitorum, aut vectigalium, gabellarum, datiorum, portoriorum, dohanarum, collectarum, ſubſidiorum, contributionum, cuivis particulari perſonæ pro rata illos quomodolibet tangenti, ſive prædiis, aut bonis per eas poſſeſſis, per quaſcumque Communitates, ſeu Univerſitates, ex quavis cauſa etiam legitima, & de jure debita ſeu permiſſa, qualis eſt ob numerum duodecim filiorum, & quacumque occaſione, etiam ſub prætextu tituli oneroſi, & contractus ultro citroque obligatorii, etiam publico conſilio, & communi omnium conſenſu, perpetuo, vel ad tempus conceſſas, etiamſi id ſine ullo Cameræ Apoſtolicæ damno, aut præjudicio factum fuerit, ratumque ipſum eædem Communitates, & Univerſitates in ſe ſuſceperint.

Decretum irritans.

§. 20. Diſtrictius inhibentes, ne quid tale in poſterum concedere, aut attentare præſumant, ac revocantes ex nunc in irritum quicquid circa omnia, & ſingula præmiſſa, præter aut contra hæc noſtra interdicta, prohibitiones, ſtatuta, ordinationes, juſſa, voluntates, decreta, mandata, aut præcepta, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contravenientes in prædictis, pœnas hic deſcriptas incurrunt.

§. 21. Quod ſi quis conjunctim cum cæteris, ſeu diviſim, noſtrarum hujuſmodi prohibitionum, ſtatutorum, ordinationum, juſſionum, decretorum, mandatorum, voluntatum, aut præceptorum violator, ſeu tranſgreſſor extiterit, ſtatuimus, ut præter ſuperius expreſſam reſtitutionem, aut ſolutionem, ſeu damni refectionem, ii, qui præeminentia, aut gradu aliquo cæteris ſuperiores fuerint, niſi pro viribus, id quod contra hanc Conſtitutionem attentatum geſtomve eſt, impedire tentaverint, ſuumque aſſenſum omnino conſtanter denegaverint, omnibus, & ſingulis per eos obtentis dignitatibus, gradibus, muneribus, officiis, & Magiſtratibus, eo ipſo privati, ac tam ipſi, quam alii inferiores, qui id ſuaſerint, procuraverint, petierint, propoſuerint, aut ipſimet fecerint, vel ab aliis fieri juſſerint, ad illa, & alia, ſimilia vel diſſimilia in futurum obtinenda, inhabiles perpetuo, & incapaces, ac perpetua infamia, & ignominia notari, & ſinguli eorum ſi ſolvendo fuerint, ultra prædictam reſtitutionem, ad duplum ejus damni, quod communi maſſæ, ſeu menſæ illatum fuerit, de ſuo reficiendum obligati exiſtant, ſin minus pœna exilii, aut carceris ſaltem triennalis plectantur. Alii vero, qui ſolummodo conſenſum, tacite vel expreſſe præſtiterint, ſi ſolvendo fuerint, tantumdem pecuniarum, quantum erogatum extiterit, de ſuo perſolvant, ſin autem id propter inopiam præſtare nequiverint, pœna aliqua corporis afflictiva Superiorum arbitrio puniantur, ejuſmodi mulctarum quarta pars inter eos dividatur, qui quantum in eis fuerit, contradixerint, ſeque oppoſuerint, vel poſt conſenſum præſtitum, erroris pœnitentes, Superioribus id primi denunciaverint.

Contra quos extenditur Bonifacii VIII. Conſtitut. II. Excommunicamus T. III. P. II. fol. 96., & Gregorii XIII. Conſtitut. XXXIX. Ab ipſo. To. IV. Par. III. fol. 293.

§. 22. Sed & Conſtitutiones piæ memoriæ Bonifacii VIII., & Gregorii XIII. Rom. Pontiſ. Prædeceſſorum noſtrorum contra paciſcentes, promittentes, dantes, aut recipientes quicquam parvum, vel magnum pro gratia, vel juſtitia pro ſe, vel aliis obtinenda, & contra complices, vel dantes in præmiſſis auxilium, conſilium, vel favorem, cum omnibus in eis contentis pœnis, cenſuris, & extenſionibus, quæ ſupradictis aggravatæ, & additæ, non autem per eas imminutæ, aut immutatæ cenſeantur

tur, harum ſerie approbamus, & innovamus, ac ad omues ſuperius expreſſas perſonas, etiam ſpeciali nota dignas, quæ contra ultimo dictas Conſtitutiooes in quibuſvis caſibus per eas expreſſis, dando, reeipiendo, promittendo, paeiſcendn, conſentiendo, aut permittendo, noo ſolum apud Sedem Apoſtolicam, ſed in quibuſvis Tribunalibus, & eoram quibuſcumqne Judieibus, etiam Laicis Almæ Urbis, ae tam in Romana Curia, quam extra eam, in quibuſlibet temporali ditioni noſtræ, mediate, vel immediate ſubjectis, Provineiis, Civitatibus, Oppidis, Terris, & loeis deliquerint, per eaſdem præſentes extendimos, & ampliamus, pœnis aliis, a jure, vel per alias Conſtitutiones Apoſtolicas, aut propria locorum ſtatuta, vel conſuetudines, eontra perſonas aliquid præmiſſorum committentes, vel omittentes, forſan deeretis, vel inflictis, nihilominus in ſuo robore permanſuris.

Exequutio hujus Conſtitut. ab omnibus obſervetur.

§. 23. Quo eirea univerſis, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus ejuſdem S. R. E. Camerario, Theſaurario Generali, nec non Legatis, Vieelegatis, Præſidibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, ae Prioribus, Maſſariis, Magiſtratibus, & Officialibus, cæteriſque ad quos ſpectat, per Apoſtoliea ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli, quantum ad eos pertinet, eurent omui ſtudio, diligentia, auctoritate, & vigilantia, præſentem Conſtitutionem firmiter, & inviolate obſervari. Et contra inobedientes, vel tranſgreſſores, condignis pœnis animaduerti.

Debitoreſque Communitatum, manu regia ad ſatisfacieo, compellatur qoibuſcumque inhibit., omnibus non obſtantibus.

§. 24. Præcipue vero ipſi Legati, Vicelegati, Præſides, Gubernatores, & Poteſtates, eontra quoſcumque Communitatum, ſive Univerſitatum debitores, pro exactione integræ ſummæ, & qoantitatis, quæ earum eommunibus ærariis debetur, & pro tempore debebitur, ſummarie, ſimplieiter, & de plano, ſola facti veritate inſpecta, ſine ſtrepitu, & figura judieii, manu regia, in vim præſentis Conſtitotionis, etiam quavis inhibitione, tam a prædicto Camerario, ſeu cauſarum Cameræ Apoſtolieæ generali Auditore, quam a quocumque alio Judiee ordinario, vel delegato quavis auctoritate fungen., etiam forſan in vim ſpecialis commiſſionis deereto non obſtante, juris, & facti remediis opportunis procedant, & omni, & quaeumque appellatione remota exequantur, eoſdem inobedientes, nee non contradictores quoslibet, & rebelles, per opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita eompeſcendo, invocato etiam ad hoe, ſi opus fuerit, auxilio braehii ſeecolaris.

Clauſulæ derogatoriæ contrariorum.

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictarumqne Provineiarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Caſtrorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolieis, quorumcumque tenorum eſiſtant, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta, effectus præſentis noſtræ Conſtitutionis impediri quomodolibet valeat, vel differri. Quæ omnia, quatenus, premiſſis in aliquo adverſentur, prorſus tollimus, & abrogamus, cæteriſque contrariis quibuſeumque.

Juſſo publicandi hanc Conſtitut.

§. 26. Volumus autem, ut præſentes literæ in valvis Sancti Joannis Lateranen., & Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicarum, & in acie Campi Floræ publieentur, affiſis inibi earum exemplis, & dimiſſis.

Deſcribendique in libris ſtatutorum, & quotannis in publicis conſiliis bis legendi, & in publicis loco tenendi.

§. 27. Quodque earum exempla, ſeu illorum eompendia, latino, aut vulgari ſermone conſeripta, in libris quomodocumque Statutorum prædictarum Communitatum, & Univerſitatum inſerantur, & ſaltem bis quotannis, in publieis, & majoribus eonſiliis, ſive adunantiis eujuſque Communitatis, ſive Uoiverſitatis alta, & intelligibili voee legantur, atque in publieo, etiam aliquo omnibos patenti loco, ubi frequenter Cives, aut Oppidani convenire ſoleant, perpetuo affixum retineatur, adeo ut ſi contingat exempla hojuſmodi inde amoveri, aut lacerari, ſeo temporis diuturnitate conſumi, debeant omnino Priores, Maſſarii, Caneellarii, ſive alii earumdem Communitatum, ſive Univerſitatum Officiales, ſub privationis offieiorum obtentorum, & inhabilitatis ad illa, vel alia poſtmodom obtinenda, & aliis etiam gravioribus corporis afflictivis pœnis, ipſo facto incurren., curare, ut ſtatim eadem eſempla renoventur, & denuo affigantur, & ſi id commode fieri poterit in marmoreo aliquo lapide ad perpetuam memoriam ioſculpantur.

Gubernatores aliique Officiales, ante admiſſionem ad Officium, hanc Conſtit. obſervare jurent.

§. 28. Demum a ſingulis Legatis, Vieelegatis, Præſidibus, Gubernatoribus, Poteſtatibus, nec non Communitatum, ſeu Univerſitatum Prioribus, Maſſariis, Cancellariis, aut quoeumque nomine nuncupatis Officialibus, initio Magiſtratus, antequam ad illum eſereendum admittantur, ſuper earumdem præſentium literarum obſervatione jusjurandum ſolemne publiee præſtetur.

Omnes hæ Conſtitut. arctent poſt publicationē in Rom. Curia.

§. 29. Et nihilominus poſt triginta dies a die publicationis, ut præfertur, io Rom. Cur. faciendæ, unumquemqoe perinde arctent, & afficiant, aeſi euique perſonaliter intimatæ, & per eos juratæ fuiſſent.

Transumptorum fides.

§. 30. Quodque earum tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarii publiei ſubſeriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eeeleſiaſtiea cooſtitutæ obſignatis, eadem prorſus fides in judieio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi eſſent eſhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo &c.

D.P. Anl. die 15. Aug. 1592

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, deeimo octavo Kal. Septembris, Pontificatus noſtri Anno primo.

Se-

Digitized by Google

Sequitur deputatio Cardinalium ad cognitionem cauſarum ipſarum Communitatum.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilectis filiis noſtris Antonio Mariæ, S. Mariæ de Pace, Salviato, ac Mariano SS. Marcellini, & Petri Titulorum presbyteris, de Camerino, & Alexandro S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinalibus Montalto nuncupatis.

Prætenſiones debitorum Communitatum antedictarum.

CUM per Conſtitutionem nuper a nobis editam ſuper bono regimine, & adminiſtratione reddituum Communitatum, & Univerſitatom ditionis temporalis eccleſiaſticæ univerſæ, inter alia præceperimos, ut cuncti earum debitores, ad ſolvendum id quod debent, per earum Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Præſides, aut Poteſtates, omnibus opportunis juris, & facti remediis quam primum omnino compellantur; Multi autem ex ipſis debitoribus prætendant, ſe non teneri, nec debita ipſa liquida eſſe, & a mandatis, ſeu ſententiis per prædictos Judices relaxatis, ad nos, & Sedem Apoſtolicam appellantes, ſeu de nullitate dicentes, petant exequutionem hujuſmodi tamdiu ſuſpendi, donec de juſtitia appellationum cognoſcatur. Alii, cum id, quod debent, tergiverſatione aliqua, nequeant denegare, exequutionem ſaltem variis artibus eludere ſatagunt, & ne bona ſub haſtæ ſubjiciantur, diverſa impedimenta excogitent. Proinde Nos volentes eorum quidem, quibus minus juſte moleſtiæ inferuntur, indemnitati conſulere, iis contra, qui ſub prætextu frivolæ appellationis, aut alias quoquo modo debitas ſolutiones retardare conantur, omnem fraudi viam præcludere:

Juriſdictio Cardinalium deputatorum ad cognoſcendas cauſas appellationum, & gravaminum debitorum Communitatum, exemptionumque validitatis.

§. 1. Circumſpectioni veſtræ, aut duobus ſaltem ex vobis conjunctim procedentibus, privative quoad omnes, & quoſcumque alios Judices ordinarios, vel delegatos, quavis dignitate, & auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Camerarium, Vicecamerarium, Theſaurarium generalem, Cameram Apoſtolicam, ejuſque cauſarum generalem Auditorem, aut Præſidentes Clericos, ac Palatii Apoſtolici cauſarum Auditores, ac etiam S. R. E. Cardinales, & Legatos, etiam de latere, tam in Romana Curia, quam extra eam juriſdictionem exercentes, omnes, & quaſcumque cauſas appellationum, reclamationum, recurſuum, nullitatum, ſeu notoriæ injuſtitiæ, nec non reviſionis, etiam prætextu cujuſvis erroris, etiam calculi, aut reductionis ad arbitrium boni viri, ac reſtitutionis in integrum, tam ſuper præmiſſis, quam ſuper validitatibus, & invaliditatibus quarumcumque exemptionum, vel immunitatum, quibuſvis perſonis per eaſdem Communitates, ſeu Univerſitates, ſive etiam auctoritate Apoſtolica, & per nos, ſeu prædeceſſores noſtros conceſſarum, & an ſint admittendæ, necne, ac ſuper prætenſis remiſſionibus, ſeu defalcationibus, ſolutionum eiſdem Communitatibus debitarum, ob quoſcumque in dicta Conſtitutione expreſſos, vel non expreſſos fortuitos caſus, vel ex quacumque alia cauſa, caſu, culpa, vel facto cujuſcumque perſonæ, aut alias ad inſtantiam quarumcumque perſonarum, quæ ipſis Communitatibus, ſeu Univerſitatibus aliquid debent, vel quod debeant, prætenditur, aut quippiam ex præmiſſis petunt, tam laicorum, quam clericorum, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, vel præheminentiæ exiſtentium, etiam Cardinalatus honore præſulgentium, etiam ſi Univerſitates, Societates, Congregationes, Collegia, ac tam virorum, quam Mulierum Monaſteria, Hoſpitalia, Eccleſiæ, aut loca Pia, quocumque privilegio, immunitate, vel exemptione ſuffulta extiterint, ſive etiam vice verſa ad ipſarum Communitatum, ſeu Univerſitatum inſtantiam, contra prædictos, vel alios quoſcumque, aut inter ipſaſmet Communitates invicem, occaſione cujuſvis laudi, arbitramenti, ſententiæ, decreti, aut mandati, per prædictos Gubernatores, Poteſtates, aut Præſides, vel Legatos, quoſcumq; alios Iudices, ſeu Commiſſarios, etiam ad id delegatos, vel ſubdelegatos, aut arbitros, vel arbitratores in vim Conſtitutionis noſtræ prædictæ, ſeu alias quomodolibet lati, aut relaxati, motas, aut movendas, cum illarum dependentiis, emergentibus, incidentibus, annexis, & connexis, ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura judicii, ſola facti veritate inſpecta, etiam terminis ſubſtantialibus non ſervatis, manu regia audiendi, cognoſcendi, & fine debito terminandi, ac ſuperius expreſſis, & aliis quibuſvis Judicibus, & perſonis quoties opus fuerit, ſub cenſuris, & pœnis arbitrio veſtro infligendis, moderandis, & applicandis, inhibendi, ſive inhibitiones quaſcumq; ab eis editas, etiam vigore quarumcumque commiſſionum, non tamen manu noſtra ſignatarum moderandi, aut revocandi, & prout juſtum vobis videbitur, mandata quęcumque neceſſaria, & opportuna decernendi, relaxandi, & omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurſu omnino poſthabitis exequendi, plenam, & liberam facultatem, & poteſtatem, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus, & impartimur.

Cogendique cõſanguineos debitorum, ad redimendum eorum bona.

§. 2. Præterea, cum ſæpenumero contingat debitas exequutiones mandatorum in favorem earumdem Communitatum relaxatorum, ea ſpecie eludi, quod non reperiatur, qui bona debitorum auctioni ſubjecta emere velit, eidem circumſpectioni veſtræ per præſentes committimus, & mandamus, ut tam cauſis hujuſmodi per vos cognitis, quam etiam non cognitis, eorum contra quos de prædictorum Judicum, ſeu veſtro mandato, occaſione prædictæ noſtrę Conſtitutionis exequutio aliqua facienda erit, bona vendi, & auctioni ſubjici, & ſi intra brevem terminum nemo, qui illa emat, repertus fuerit, conſanguineos, & affines proximiori gradu conjunctos, ad illa emenda cogi, prout in bonis ex crimine, & delicto confiſcatis, & publicatis, ad inſtantiam

Procuratoris Fiſci fieri ſolet, cæteraque omnia in præmiſſis, & circa ea, neceſſaria, & quomodolibet opportuna decernere, mandare, & exequi, etiam omni, & quacumq; appellatione, reclamatione, & recurſu penitus remotis, inhibitione ſuperius expreſſorum, vel aliorum quorumcumque, vel litis pendentia non obſtante, auctoritate noſtra curetis, ſuper quo etiam plenam eiſdem Legatis, Vice-Legatis, Gubernatoribus, Præſidibus, & Poteſtatibus facultatem tribuatis.

Clauſulæ derogatoriæ. §. 3. Non obſtantibus præmiſſis, ac etiam aliis omnibus, quæ in Conſtitutione noſtra prædicta voluimus non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

D. P. An.I. die 30.Octob. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 30. Octob. 1592. Pont. noſtri Anno primo.

XXX.

Confirmatio, declaratio, & extenſio Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Concilii Tridentini, contra pugnantes in Duello publice, vel privatim. Mittenteſq; ſcribentes, aut divulgantes chartulas provocatorias, aut ſcripta, quæ dicuntur Manifeſta, eorum complices, & fautores.

Duellorum prohibitionem in Statu Eccleſiaſtico primum edidit Julius II. in Conſtitut. XXIV. Regis *Tom. III. Par. III. fol.* 309. *& deinde Leo X. in Conſtitut. XXXIV.* Quam Deo. *Ibid. fol.* 467., *ſed generalem prohibitionem primo promulgavit Pius IV. in Conſtit. XXIV.* Ea quæ. *Tom. IV. Par. II. fol.* 51., *ac poſtea Concil. Trident. ſeſs.* 25. *cap.* 19., *& poſtremo ante hunc Pontificem, ampliavit Gregorius XIII. in Conſt. CXLI.* Ad tollendum. *Tom. IV. Par. IV. fol.* 19.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. ILlius vices licet immeriti gerentes, qui ut animas ſuorum fidelium a peccato, & diaboli laqueis liberaret, è cœlo deſcendens, humana carne aſſumpta, ne proprio quidem ſuo pretioſiſſimo ſanguini pepercit, ſed ſeipſum in Ara Crucis immaculatam hoſtiam, æterno Patri offerre voluit, in hanc præcipue curam ſummo ſtudio incumbimus, ut eaſdem animas inæſtimabili pretio redemptas adverſus Sathanæ fraudes, quantum in nobis eſt, illæſas præſervemus, præſertim vero totis viribus nobis a Domino traditis exterminemus exitialia quædam, atq; enormia peccata, quibus divina Majeſtas gravius offenditur, quæque eodem fabricante humani generis hoſte, inventa, atque introducta ſunt, ut ex cruenta corporum morte animarum, etiam ſimul interitus, ac pernicies ſequatur.

Pius IV contra ubique duellantes, & duellum permittentes, vel auxiliãtes pœnas inflixit, in ſua Conſt. cit. in rubr. §. 1. Recte ſiquidem, & ſalubriter fel. record. Pius Papa Quintus Prædeceſſor noſter, poſt alios complures ſuos noſtroſque Prædeceſſores, qui deteſtandum divina, naturalique lege, ac ſacris canonibus damnatum Duellorum abuſum, ſuis etiam Conſtitutionibus ſevere prohibuerant, graveſque pœnas contra quoſcumque temporali ditioni S. R. E. mediate, vel immediate ſubjectos, ejus criminis quomodolibet reos, vel participes inflixerant, cupiens non ſolum in terris prædictis, ſed alias ubilibet animarum periculis obviare, Principes, ac Domicellos permittentes in ſuis Dominiis id patrari, ac etiam extra Terras, & Loca ditioni Eccleſiaſticæ ſubjecta, hujuſmodi Duella, ſeu ſingularia certamina, aut diffidationes, deſuper facientes, ac ad id invitantes, provocantes, auxilium, conſilium, vel favorem dantes, illiſque aſtantes, & intereſſentes, nec non chartas deſuper ſubſcribentes, aut publicantes, ſeu de illis ſe intromittentes ſingulos, Imperatore, ac Regibus inferiores, majoris excommunicationis, ac (ſi Eccleſiaſtici fuerint) ultra eam, etiam privationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum eccleſiaſticorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, pœnis ſubjacere, eaſque incurrere voluit, a quibus nonniſi a Romano Pontifice abſolvi poſſint.

Concil. Trid. ſeſs. 25. c. 19. Principibus duella permittentibus pugnantibuſque, & aliis graves pœnas imponit. §. 2. Sed, & poſtmodum generalis Tridentina Synodus ad exterminandum penitus ex Chriſtiano Orbe hoc malum, ſtatuit, ut Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac juriſdictione, & Dominio Civitatis, Caſtri, aut loci, in quo, vel apud quem Duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, privati intelligantur, & ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur. Qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & ut homicidæ juxta ſacros canones, puniri debeant. Et ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam, qui conſilium in cauſa Duelli, tam in jure, quam facto dederint, aut alia quacumque ratione ad id quemquam ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis, & perpetuæ maledictionis vinculo teneantur.

Gregor. XIII ad duella etiã privatim commiſſa extendit in ejus Cõſtit. cit. in rubrica. §. 3. Quas pœnas noviſſime piæ mem. Gregorius Papa XIII. pariter Prædeceſſor noſter extendit adverſus illos etiam omnes, qui non publice, ſed privatim ex condicto, ſtatuto tempore, & in loco convento monomachiam commiſiſſent, etiam Patrinis, ſociiſve non vocatis, & loci ſecuritate non habita, & provocatoriis literis minime præcedentibus, etiam contra locorum dominos, ſi id (quantum in ſe fuerit) non prohibuiſſent, cæteroſque ſupradictos criminis ſocios, & ex compoſito ſpectatores, etiam ſi pugnam ob aliquod impedimentum non commiſiſſent, ſi ad locum acceſſiſſent pu-

Digitized by Google

pugnaturi, & per eos non ſtetiſſet, quo minus pugnarent.

Hic modo Pontifex dictas Conſtit. & Concilium approbat.

§. 4. Verum quia cum magna animi noſtri moleſtia intelleximus, adbuc in quibuſdam, præſertim tranſalpinis, ac remotis regionibus, & potiſſimum ubi bella vigent, caſtrenſi quadam, & militari licentia, ſeu verius audacia, perniciosſum hoc ſcelus inter fideles exerceri, quaſi fas ſit in ſolo hoſtili, ubi Chriſtiani nominis, ſeu Catbulicę fidei hoſtes tyrannidem exercent, ſive hæreſes, & ſchiſmata impune graſſantur, ſive inter ſigna, & caſtra militaria in caput ſuorum fratrum impios convertere mucrones, quos multo ſalubrius contra Chriſti adverſarios ſtringi par eſſet. Nos nefaria diaboli arma ſalutari Eccleſiæ gladio, ad continendos in officio fideles nobis præcipue ipſius Domini auctoritate tradito retundere, atque a cervicibus gregis Domini noſtræ curæ crediti, quantum (eodem Deo adjutore) eniti poſſumus, propulſare cupientes, prædictas omnes Conſtitutiones, ac Decretum Concilii Tridentini, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, cenſuris, & pœnis, decretis, extenſionibus, quarum, & quorum omnium tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, & ad verbum inſertis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus.

Eaſque bullas & earum pœnas ad certas perſonas, & loca hic enunciata extendit

§. 5. Ac inſuper auctoritate, & tenore præmiſſis decernimus, & declaramus, eaſdem Conſtitutiones, ac Decretum, locum habere, ubique gentium, & terrarum, inter quaſcumque perſonas, etiam armatas, & in Caſtris, ſeu propugnaculis militantes, etiam ubi noſtrorum, & S. R. E., aut Catholicæ fidei hoſtium furor impune graſſatur, vel in Dominiis, per eos occupatis, & detentis. Idem quoque juris cenſendum eſſe, ſi publico, & forſan juſto bello indicto, miles aliquis contra alterum in adverſariorum exercitu militantem, ſive alias in hoſtium Caſtri præſidiis, aut Terris degentem, privatas ſimultates, atque inimicitias publicæ cauſæ intermiſcendo, etiam Ducum permiſſu, ex condicto ad ſingulare certamen deſcendat, aut illum provocet. Nec non iiſdem pœnis, decreto, & Conſtitutionibus teneri eos, inter quos pactiones initæ ſint de dirimendo certamine, cum primum alteruter vulneratus fuerit, ſeu ſanguinem effuderit, aut certus ictuum numerus utrinque illatus fuerit. Vel ſi convenerint, ut non ſinguli, cum ſingulis, ſed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent. Et non ſolum locorum Dominos, ſed etiam Magiſtratus, Præſides, Locumtenentes, aut etiam militum Duces, & Capitaneos in Caſtris, vel extra ea, in alieno, vel hoſtili ſolo, vel cum militibus exercitus adverſariorum monomachiam in quocumque caſu, per præſentem, vel alias Conſtitutiones hujuſmodi probibito, permittentes, vel quantum in ipſis eſt non prohibentes, aut poſt dimiſſum crimen veniam, & impunitatem concedentes,

Scriptaque omnia ad du-

§. 6. Præterea pari ratione prohibemus omnia, & ſingula ejus generis ſcripta, Manifeſta, ſeu fides vulgo appellata, quæ etiam ſine expreſſa provocatione ad certamen, tamen quaſi præparatoria quædam ad chartulas, ſeu libellos provocatorios, & ad duellum, illorumque veluti radices, aut ſemina ut plurimum laceſſendi aliquem ad pugnam, & ſuſcitandæ ſimultatis, atque inimicitiæ materiam, & occaſionem præbent. Dum ſcilicet in illis per modum Epiſtolæ, libellum, aut publicæ atteſtationis, & intimationis, fide per authentica documenta, ſive per unius, pluriumve chirographum, ſubſcriptiones, aut relationes, ſub prætextu proprii, vel alieni honoris, & famæ, more militari, atque ut vulgo dicitur, Cavalleresco, tuendi, aut lædendi, ſive ad illatæ, vel propulſatæ contumeliæ, aut injuriæ probationem, ſeu tollendam illius ſuſpicionem rei alicujus geſtæ, ad id pertinentis, vel verborum, aut reſponſionem. ſeries, & ordo narratur, vel ex ſimili abuſu, hac de cauſa aliquid tale adeo firmiter aſſeritur, aut negatur, ut qui contradixerit, is ſive nominatim, ſive in genere mendacii arguatur, aut mentiri dicatur. Aut ad hunc effectum ex militari etiam conſuetudine quæritur, declaratur, aut reſpondetur, qua mente, aut quo ſenſu quippiam ejuſmodi, quod ad ſuperius expreſſa ſpectet, geſtum, dictumve ſit. Vel denique offert ſe quiſquam contra certam, vel incertam perſonam, vel generatum contra quemcumque ad probandum armis, & verificandum, etiam inito certamine aliquid ita eſſe, aut fuiſſe, vel non fuiſſe. Necnon quaſcumque etiam ſine ſcripto factas talium rerum ſupradicta quoqoomodo concernentium, & ob hujuſmodi cauſas in locis publicis, vel privatis, ubi hominum multitudo convenire ſoleat, denunciationes, narrationes, declarationes, & teſtificationes. Volentes, eos omnes, & ſingulos, qui ſuo, vel alieno nomine, ad effectum, de quo ſuperius dictum eſt, prædicta, vel bis ſimilia, multoque magis ad certandum provocatoria ſcripta, libellos, epiſtolas, earumve exempla dictaverint, compoſuerint, ſcripſerint, miſerint, detulerint, divulgaverint, affixerint, exemplaverint, typis impreſſerint, ſubſcripſerint, intimaverint, vel etiam verbo denunciaverint, ſive atteſtati fuerint. Quive aliis ad ſingulare certamen, publice, vel occulte ineundum, vel ad provocandum aliquem ad pugnam, ſive ad hujus generis ſcripta, quæ Manifeſta, quæque chartulæ provocatoriæ appellantur, ſcribenda, dictanda, mittenda, deferenda, divulganda, auxilium, conſilium, operam, favorem præſtiterint, ſive id ſuaſerint, aut mandaverint, quive in præmiſſis, vel eorum aliquo ſe quomodolibet immiſcuerint, etiam ſi neque pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, nec acceſſus, aut actus ad pugnam proximus, neque expreſſa, & aperta provocatio ſubſequuta fuerit, neque ſcriptiones prædictæ, quæ Manifeſta dicuntur in publicum prodierint, aut cuiquam intimatæ extiterint, ſi per eos non ſteterit, quo minus publicatio, aut denunciatio fieret.

ella quaſi præparatoria prohibere.

Nihilominus cenſuris, & pœuis omnibus in præſenti, & aliis prædictis Conſtitutionibus, & Decreto contentis ſubjacere, tam ſi ſuperius enumeratis, quam ſi aliis etiam majoribus Eccleſiaſticis, vel muudanis dignitatibus, gradibus, & præeminentiis excellant.

Iterumque duellantes du ellum permittentes, fautoreſque &c. ex communicationis pœna ferit, ultra alias eis inflictas.

§. 7. Quinimmo de oovo, etiam per præſentes, ex parte Omuipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, excommunicamus, & anathematizamus, maledicimus, & execramur omnes, & quoſcumque, publice, vel privatim, palam, vel occulte, in quibuſcumque locis, modis, & formis, ac caſibus ſub præſenti noſtra, vel aliis prædictis Conſtitutionibus, ac Decreto comprehenſis, ſingulare certamen (quod Duellum vulgo dicitur) ex compoſito ineuntes, nec non id ſcelus ſuadentes, aut provocantes, opem, conſilium, vel favorem præſtantes equos, arma, & commeatus præbentes, aut comitantes, vel circa chartulas, ſeu libellos, literas, nuncios, aut quæcumque alia ſcripta hujuſmodi quomodolibet peccantes, hujuſmodi delicti ſocios, de induſtria ſpectatores, Patrinos, fautores, defenſores, quacumque tam ſuperius expreſſa, quam alia Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate. Ita ut ſingulares etiam perſonæ cujuslibet Communitatis, Univerſitatis, Collegii, aut Reipublicæ, quæ hujus criminis participes quoquomodo fuerint, nequaquam excuſentur, ſed ſupradictos omnes eorumque ſingulos, ipſo facto, abſque ulla monitione, Judicis decreto, aut miniſterio, perpetui anathematis, excommunicationis majoris, & maledictionis æternæ mucrone perculſos, & damnatos harum ſerie declaramus, & ſi in ipſo conflictu obierint ſepultura Eccleſiaſtica perpetuo privatos eſſe volumus. Ipſas vero Civitates, Terras, Oppida, vel Caſtra, & loca, in quorum Territoriis id facinus ſcientibus, & tacite, vel expreſſe permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut Magiſtratibus, vel Senatu, aut Populo, admiſſum fuerit, Eccleſiaſtico ſupponimus interdicto, cujus interdicti relaxationem, ant excommunicationis abſolutionem, ab alio quam a nobis, aut pro tempore exiſtente Romano Pootifice, pœnitentia, & ſatisfactione congrue peracta, niſi in mortis articulo conſtituti, nequeant obtinere, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuſvis perſonis, tam Eccleſiaſticis cujuſcumque Ordinis, aut militiæ, ſtatus, aut gradus, aut conditionis exiſtentibus, quam laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminentia inſignitis, per Sedem Apoſtolicam in genere, vel in ſpecie conceſſorum. Quæ omnia, quoad præmiſſa, volumus cuiquam in aliquo ſuffragari, pœnis aliis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus contra eos inflictis, nihilominus in ſuo robore permanſuris.

Principes hortatur ad duel la exterminanda, & delinquentes puniendos.

§. 8. Univerſos autem, & ſingulos cariſſimos in Chriſto filios noſtros Imperatorem, Reges, ac dilectos filios nob. Viros Duces, etiam armorum, & exercituum, Marchiones, cæteroſque Principes Chriſtianos, nec non Dominia, Potentatus, Communitates, & Univerſitates Civitatum, Oppidorum, & Caſtrorum, illorumque Domicellos, & Dominos temporales, ac etiam Militum, & copiarum, tam equeſtrium, quam pedeſtrium Ductores, Tribunos, Præfectos, Capitaneos in quibuſcumque, etiam Nobis, & S. R. E. temporali Juriſdictioni non ſubjectis locis conſtitutos, cujuſcumque gradus, præeminentiæ, & nobilitatis exiſtentes hortamur, rogamus, & obteſtamur per viſcera D. N. Jeſu Chriſti, ut ejus divini Nominis intuitu pro ſua erga eumdem Deum, per quem regnant Reges, & a quo Principatus acceperunt, pietate, atque erga nos, & ſanctam hanc Sedem reverentia, & devotione, non modo nihil tale in ſuis Dominiis fieri permittant, nec ullo modo conniveant, ſed hoc malum omni ſtudio, diligentia, & auctoritate exterminare totis viribus procurent, & contra quoſcumque delinquentes, & ut præfertur quomodolibet complices, & participes, etiam temporalibus pœnis graviſſimis animadvertant, & per ſuos officiales, & Curiæ Miniſtros procedi curent, ſcituri ſe obſequium Deo pergratum, perque acceptum præſtituros, ſi quo gladio ad tutelam bonorum, & ad propulſandos perditorum conatus ſunt accincti, eumdem ad vindictam hujus peccati, & ad ſumendas de hujuſmodi criminis reis debitas pœnas exercuerint, contra vero memores, ſi in re tam gravi male ſe geſſerint, ſe in diſtricto Dei judicio rationem in noviſſimo die reddituros.

Tranſumptis hujus Bullæ credi mandat.

§. 9. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis & perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ ſigillo obſignatis, eadem prorſus fides ubique gentium, & locorum adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur exhibitis, vel oſtenſis.

Publicationem præcipit, & ſanctionem pœnalem addit.

§. 10. Quodque eædem præſentes in Lateranen., ac Principis Apoſtolorum de Urbe Baſilicarum, & Cancellariæ Apoſtolicæ valvis de more publicentur, affixis inibi earum exemplis per aliquem ex Curſoribus noſtris, & dimiſſis, quodque eadem publicatio, qui in Urbe ſunt, poſt triduum, qui vero extra eam, & citra montes, poſt duos menſes, ultra montes vero, poſt quatuor menſes, omnes, quos concernunt, perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Nulli ergo omnino &c.

Dat. P. A. I. die 17. Aug.

Dat. Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Domin. 1592. 16. Kal. Sept. Pont. noſtri Anno primo.

Digitized by Google

XXXI.

Ex Regeſt. in Canc. Apoſt.

Suppreſſio Monaſterii S. Vincentii Oppidi de Cardona, quod antea erat Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium Urgellen. Dioeceſis, ac erectio illius in Collegiatam Secularem,

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium:

DIſponente clementia ejus, qui immobilis &c. expedire.

Clemens Monaſteria omnia Canonicorum Regularium S. Auguſtini in nonnullis Hiſpaniarum locis Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervaverat. Vid. ſup. Conſtit. XXV.

§.1. Sane cum Nos nuper ex certis tunc expreſſis cauſis, tunc exiſtentes S. Vincentii Oppidi de Cardona Urgellen. Dioeceſis, & aliorum Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, ac Ceritaniæ conſiſtentium Monaſteriorum Abbates, & alios dicti Ordinis profeſſos illa, & alia beneficia, ac officia etiam clauſtralia, & dignitates, & adminiſtrationes ipſius Ordinis in Principatu, & Comitatibus præfatis obtinentes, Monaſteriis, & aliis Beneficiis hujuſmodi, ac ſupellectili, rebuſque, Juribus, & bonis univerſis, ac uſu, & commodo illorum motu proprio privaverimus, ac præfata omnia Monaſteria, & Beneficia ſic per privationem apud Sedem Apoſtolicam vacantia Ordinis Sancti Auguſtini præfato, omnique ſtatu, eſſentia, & dependentia Regularibus in eiſdem Monaſteriis, & Beneficiis perpetuo ſuppreſſis, & extinctis, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus, & decretis dicti Ordinis in illis abrogatis ad ſecularitatem ſic reducta noſtræ, & Sedis præfatæ diſpoſitioni in perpetuum reſervaverimus, quocumque Jurepatronatus, ſi quod in Monaſteriis præfatis, vel ad illa cuique competebat, ſalvo, & illeſo remanente, prout in noſtris &c. continetur.

Monaſterium S. Vincentii de Cardonà de Jurepatronatus Ducum Cardonæ.

§.2. Nos, qui dudum inter alia voluimus, & ordinavimus, quod ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis, quorum intereſſet, quique decorem Eccleſiarum quarumlibet, ac manutentionem, & Divini cultus augumentum, & propagationem intenſis affectamus deſideriis, attendentes, quod ſi Eccleſia Monaſterii Sancti Vincentii præfati, quæ, ſicut accepimus, ampla, ac rebus omnibus ad Divinum cultum neceſſariis ſufficienter inſtructa, & in Oppido populoſo, cujuſque ſtructura, & ædificia Palatio Ducum Cardonæ pro tempore exiſtentium intus Oppidum ipſum ſito incorporata, ſeu ſaltem conjuncta, ac in illis arma, inſignia, & ſepulcra Familiæ Ducum hujuſmodi dumtaxat ſculpta, & conſtructa exiſtunt, ipſis quoque Ducibus per peculiarem portam ſuis propriis clavibus reſerari ſolitam ex dicto Palatio ad dictam Eccleſiam patet aditus, & Monaſterium Sancti Vincentii hujuſmodi de Jurepatronatus dictorum Ducum eſſe dignoſcitur, necnon a tanto tempore, cujus initii hominum memoria non exiſtat, occurrente vacatione electio perſonæ idoneæ præfatis Ducibus gratæ, & acceptæ in ejuſdem Monaſterii Sancti Vincentii Abbatem per illius Conventum fieri, & non niſi ad præſentationem, ſeu de conſenſu eorumdem Ducum electio hujuſmodi confirmari, aut ſic electus ipſi Monaſterio Sancti Vincentii in Abbatem præfici, ſeu alias illi de electi hujuſmodi perſona provideri conſuevit, ipſique Duces pro tempore exiſtentes pro Fundatoribus, & legitimis Patronis ejuſdem Monaſterii Sancti Vincentii ſemper habiti, & reputati, necnon uti tales in pacifica poſſeſſione, ſeu quaſi Juriſpatronatus, & præſentandi, & ſeu conſenſum præſtandi hujuſmodi fuerunt, licet propter temporum diuturnitatem, & decurſum, ac rerum mutationes, alioſque ſiniſtros eventus de conceſſione, ſeu reſervatione Juriſpatronatus hujuſmodi, ac quod illud præfatis Ducibus ex fundatione, vel dotatione competat aliter, quam per immemorabilem conſuetudinem, & pacificam; ſeu quaſi poſſeſſionem hujuſmodi doceri forſan non poſſit, in Collegiatam Eccleſiam, ac in ea Dignitas, necnon Canonicatus, & Præbendæ infraſcriptæ perpetuo erigerentur, & inſtituerentur, illiſque de infraſcripta dote provideretur, ex hoc profectu ejuſdem Eccleſiæ felici ſucceſſui, multorumque ſpirituali conſolationi cum Dei gloria plurimum in Domino conſuleretur.

In Eccleſiam Collegiatam erigit.

§.3. Motu ſimili non ad alicujus ſuper hoc &c. ſed ex certa ſcientia noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, Eccleſiam Monaſterii S. Vincentii hujuſmodi in Collegiatam Eccleſiam cum Menſa Capitulari, ſigillo, & area communibus, cæteriſque Collegialibus Inſignibus, nec non in illa unam Abbatiam Secularem, quæ inibi dignitas principalis pro uno Abbate Seculari, qui inibi præſit, nec non tot Canonicatus, & Præbendæ, quot in illa ante ſuppreſſionem, & reductionem præfatas erant loca, & Canonicales portiones pro tot Canonicis, qui cum uno Abbate præfato Capitulum ejuſdem Eccleſiæ conſtituant, & Miſſas, aliaque Divina Officia ſervata Eccleſiaſtica diſciplina celebrare, & recitare, illiſque, ac omnibus horis diurnis, pariter, & nocturnis in eadem Eccleſia intervenire, & illi perſonaliter ibidem reſidere, & in divinis deſervire Apoſtolica auctoritate, ſine alicujus præjudicio, perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Cum Canonicis, qui in ea ſerviant.

Dos conſtituitur.

§.4. Ac Abbatiæ pro ſua congrua dote Abbatialis Monaſterii S. Vincentii hujuſmodi, cujus fructus, redditus, & proventus ad centum, & ſexagintaquinque Florenos auri in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, Canonicatibus vero, & Præbendis ſic erectis, & inſtitutis præfatis Conventualis ejuſdem Monaſterii S. Vincentii menſarum, maſſæ exiſten., ſeu menſæ communi dictæ Eccleſiæ reliquorum officiorum clauſtralium ejuſdem Monaſterii S. Vincentii

tii omnia, & ſingula fructus, redditus, & proventua, Jura, obventiones, & emolumenta, quæ inſimul ducentorum ducatorum auri deCamera, ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut etiam accepimua, non excedunt, pro ſua dote, ac Abbatis, & Canonicorum dictæ Eeeleſiæ pro tempore exiſtentium congrua ſubſtentatione, & onerum eis incumbentium ſupportatione reſpective æquis portionibus perpetuo applicamus, & appropriamus; ita, quod liceat dictæ Eccleſiæ futuro Abbati Seculari, & Capitulo præfatis fructuum, reddituum, & proventuum, Jurium, obventionum, & emolumentorum incorporatorum, & applicatorum hujuſmodi, ac ab eis dependentium quorumcumque corporalem, realem, & actualem poſſeſſionem ſuo, & Menſæ Capitularis, ac Abbatiæ ſic erectæ hujuſmodi nominibus per ſe, vel alium, ſeu alios libere apprehendere, & perpetuo retinere, fructus quoque, redditus, jura, obventiones, & emolumenta, reſque, & bona univerſa illorum percipere, exigere, levare, & recuperare, ac conſequi habere, nec non locare, ac etiam arrendare, ac Capitulo, & Canonicis, videlicet ea, quæ pro diſtributionibus conſtituuntur, in ipſas diſtributiones inter præſentes, & divinis officiis intervenientes, juxta providam ab ipſis Capitulo ſuper hoc cum interventu, & de conſilio Ordinarii faciendam ordinationem dividendas, & repartiendas, ac tam illis, quam eidem futuro Abbati reliqua omnia ſupradicta in ſuis, ac Menſæ, & Abbatiæ, nec non Canonicatuum, & Præbendarum ſuorum hujuſmodi uſum, & utilitatem, onerumque ſibi incumbentium ſupportationem reſpective convertere, Diœceſani loci, vel cujuſvis alterius licentia, & conſenſu deſuper minime requiſitis, dictaque Eccleſia, ac Abbatia, Canonicatus, & Præbendæ, aliaque beneficia, Capitulum, & Miniſtri ſuo Ordinario ſubjecti ſint.

Abbati conceditur Indultum nominandi ad Canonicatus in menſibus non reſervatis.

§.5. Ipſorumque Canonicatuum, & Præbendarum collatio, proviſio, & quævis alia diſpoſitio ad pro tempore exiſtentem Abbatem Secularem dictæ Eccleſiæ, prout prius locorum, & Canonicalium portionum hujuſmodi collatio ad Abbatem dicti Monaſterii, ante illius ſuppreſſionem, & reductionem hujuſmodi in ſuis menſibus pertinebat, deinceps, excepta hac prima vice, ceſſantibus reſervationibus, & affectionibus Apoſtolicis pleno jure ſpectent, & pertineant.

Conceſſio privilegiorū cæterarū Collegiatarū competentium.

§.6. Nec non Eccleſiæ, & Abbati ſeculari, ac Capitulo, & Canonicis præfatis, aliiſque Miniſtris ipſius, quod omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, facultatibus, prærogativis, conceſſionibus, indultis, favoribus, & gratiis, quibus cæteræ Collegiatæ Eccleſiæ, earumque Capitula, Canonici, & dignitates in eis obtinentes, cæterique Miniſtri de jure, uſu, conſuetudine, vel privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariformiter, & ſine ulla prorſus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, perinde ac ſi illa eis a principio, & ſpecialiter conceſſa fuiſſent.

Capitulo data facultas ſtatuta condendi.

§.7. Ac inſuper eiſdem Capitulo pro Eccleſiæ, ac Abbatiæ ſecularis hujuſmodi, nec non perſonarum, rerum, & bonorum ſuorum felici, ac proſpera directione quæcumque ſtatuta, & ordinationes licita tamen, & honeſta, Sacriſque Canonibus, & Concilio Tridentino non contraria ab Ordinario loci examinanda, & approbanda etiam circa diſtributionum quotidianarum diſtributionem, miſſarumque, & aliorum divinorum officiorum celebrationem, & quæ ad qualiacumque onera incumbunt diſpoſitionem, ſeu declarationem deſuper faciendam condendi, ac ſemel condita, toties, quoties pro rerum, temporum, ac perſonarum qualitate expediens fuerit, etiam in toto, vel parte cum interventu, & conſilio ejuſdem Ordinarii mutandi, corrigendi, & reformandi, ac etiam de novo faciendi auctoritate, & tenore præfatis licentiam, & facultatem impartimur.

Ducibus Cardonæ conceſſum jus nominandi Abbatem.

§.8. Inſuper attentis præmiſſis dilecti filii nobilis Viri Didaci, & dilectæ in Chriſto filiæ Nobilis Mulieris Joannæ Modernorum, & pro tempore exiſtentium Ducum Cardonæ indemnitati in præmiſſis providere, ac piæ, & propenſæ eorum erga Eccleſiam hujuſmodi voluntatis, devotioniſque ſtudium, & affectum, nedum conſervare, ſed etiam augere, ipſoſque ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, Didaco, & Joannæ, & pro tempore exiſtentibus Ducibus præfatis, Juſpatronatus, & præſentandi Nobis, & Succeſſoribus noſtris Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus perſonam idoneam ad Abbatiam ſecularem Eccleſiæ S. Vincentii hujuſmodi, tam hac prima vice ab ejus primæva erectione, & inſtitutione præfatis, quam deinceps, quoties de cætero illam per ceſſum etiam ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut privationem, vel aliam quamvis amiſſionem, vel dimiſſionem eam pro tempore obtinentis, etiam apud dictam Sedem, & alias quovis modo, & ex quorumcumque perſonis qualitercumque qualificatis, quamcumque reſervationem ex eorum perſonis inducentibus, ac in quibuſcumque menſibus, etiam per regulas Cancellariæ, aut Conſtitutiones Apoſtolicas, ſeu literas alternativarum Nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici, vel dictæ Sedi reſervatis, ſeu affectis, aut loci Ordinario conceſſis, vel alias de Jure, ſeu ex privilegio competentibus, tam in Romana Curia, quam extra eam vacare contigerit, per Nos, & dictos Succeſſores noſtros ad præſentationem hujuſmodi inſtituendam, & ſeu ad hoc, ut eædem perſonæ ſic præſentatæ de Abbatia ſeculari hujuſmodi per Nos, & eoſdem Succeſſores noſtros, & Sedem præfatam provideatur, eiſdem auctoritate, & tenore pariter perpetuo reſervamus, concedimus,

& aſſi-

Digitized by Google

& aſſignamus: Decernentes quoad reſervationem Juriſpatronatus, & præſentandi hujuſmodi Didaco, & Joannæ, ac pro tempore eſiſtentibus Ducibus præſatis ex mera, reali, vera, & non ficta fundatione, & ſeu dotatione laicali competere, ac illud idem robur, eamdemque vim, naturam, effectum, ſubſtantiam, eſſentiam, qualitatem, & roboris firmitatem obtinere, ac Didaco, & Joannæ, nec non pro tempore exiſtentibus Ducibus præſatis ſuffragari debere in omnibus, & per omnia, & abſque ulla prorſus differentia, perinde acſi illis ratione veræ, realis, actualis, integræ, ac plenæ fundationis, & ſeu dotationis per eos de propriis eorum bonis patrimonialibus, & laicalibus factarum competeret, & de hac per publica, & autentica documenta plene, & legitime conſtaret, ſicque illis a primæva ejuſdem Abbatiæ electione, & inſtitutione reſervatum fuiſſet, ac pro tali, & ut tale haberi, & reputari debere, nec non quaſcumque derogationes Juriſpatronatus hujuſmodi, ac omnes, & ſingulas collationes, proviſiones, commendas, & alias diſpoſitiones de dicta Abbatia ſic erecta quovis modo, & ex cujuſcumque perſona, etiam apud dictam Sedem vacante, quavis auctoritate etiam per Nos, ſeu Succeſſores Noſtros, ac Sedem hujuſmodi, ſeu illius Legatos, vel Miniſtros, aut alios quoſcumque, alias quam ad ipſorum Ducum pro tempore exiſtentium præſentationem, vel ſine illorum expreſſo conſenſu pro tempore faciendas, ac inde ſequuta, & ſequenda quæcumque nulla, & invalida, nulliuſque roboris, vel momenti fore, & eſſe, nec cuiquam ſuffragari, neque per eos jus acquiri, vel etiam coloratum poſſidendi titulum tribui.

Clauſula. §.9. Nec non præſentes literas etiam ex eo quod cauſæ, propter quas emanarunt, & alia præmiſſa coram Ordinario loci verificata, & purificata, ac intereſſe forſan habentes ad id vocati non fuerint, vel ex quavis alia cauſa, & quocumque prætextu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis noſtræ, aut alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari nullatenus umquam poſſe, neque etiam ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, & conceſſionum revocationibus, ſuſpenſionibus, alterationibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus per quaſcumque literas, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas, aut dictæ Cancellariæ regulas, etiam a Nobis, & Succeſſoribus noſtris, ac Sede hujuſmodi, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, etiam conſiſtorialiter ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis pro tempore factis, emanatis, & conceſſis comprehenſas, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum ſub quacumque data per Didacum, & Joannam, ac pro tempore exiſtentes Duces præſatos quandocumque eligenda reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo conceſſas fore, & eſſe, nec non Didacum, & Joannam, ac pro tempore exiſtentes Duces præſatos ad earumdem præſentium, & omnium in eis contentorum, vel alicujus eorum verificationem, ſeu probationem, aut juſtificationem in judicio, vel extra illud faciendam minime teneri, aut obligatos eſiſtere, neque ad id cogi, aut compelli poſſe, ſed eiſdem præſentibus abſque alia probatione, verificatione, ſeu juſtificatione ſemper, & perpetuo in judicio, & extra illud ſtari, ac ſuos plenarios, & integros effectus ſortiri; ſicque, & non alias per quoſcumque Judices Commiſſarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & Vice-Legatos, ac etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, nec non irritum &c. attentari.

Obſtantium derogatio. §.10. Non obſtantibus priori voluntate, & ordinatione noſtris præſatis, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac quibuſvis aliis Apoſtolicis, nec non in Provincialibus, & Synodalibus, generalibuſque Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, & ſuper ſimilibus Juriumpatronatus reſervationibus, & conceſſionibus quomodolibet diſponentibus, nec non dictæ Eccleſiæ S. Vincentii etiam juramento &c. ſtatutis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ac quibuſvis aliis clauſulis, & decretis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis etiam per Nos, & alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, & Sedem præfatam, etiam ad quorumvis Principum, & aliorum inſtantiam, ac eiſdem motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine, ac alias in contrarium forſan quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum non autem &c. foret illorum omnium, & ſingulorum tenores, ac ſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes harum ſerie hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli &c.

Dat. die 21. Auguſt. 1592. An. I. Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, undecimo Kal. Septembris 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

Avo-

XXXII.

Ex Regeſt. in ſecr. Brev.

Avocatio Cauſæ, & Commiſſio Nuncio Hiſpaniarum, quatenus deleget tres Perſonas Regi Hiſpaniarum gratas, & partibus non ſuſpectas, ad cauſam inter Archiepiſcopum Burgen., & Abbatem de Covarruvias, ac Fiſcum Cameræ Apoſtolicæ ſuper Juriſdictione in Abbatiam, illiuſque cauſis civilibus, & criminalibus, ac Beneficialibus definiendam.

Dilecto filio noſtro, & Apoſtolicæ Sedis in Hiſpaniarum Regnis Nuncio.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Lite jamdiu pendente inter Archiepiſcopum Burgen., Abbatẽ de Covarruvias, & Fiſcũ Cameræ Apoſtolicæ.

§. 1. EXponi Nobis nuper fecit chariſſimus in Christo filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, quod cum in Romaua Curia diu quæſtionis materia controverſa fuerit inter Ven. Fratrem noſtrum Archiepiſcopum Burgen., & dilectum filium Abbatem de Covarruvias, ac Fiſcum Cameræ noſtræ Apoſtolicæ ſuper Jnriſdictione in Abbatiam prædictam, illiuſque loca in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, matrimonialibus, beneficialibus, & aliis cujuſcumqne generis, & facultate viſitandi, & aliis quibuſcumque ad ordinariam Juriſdictionem pertinentibus, quam idem Abbas ad ſe tamquam Ordinarium dictorum locorum ſpectare aſſerit, una videlicet civilis, quæ alias coram Palatii noſtri cauſarum Auditoribus, & deinde coram S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini interpretibus in prima inſtantia. Altera vero criminalis coram noſtro Cameræ Apoſtolicæ generali Auditore, ſive ejus in criminalibus Locumtenente in vim appellationis in ſecunda inſtantia introductæ extiterint, in qnibus, ut accepimus, multa hinc inde deducta, & producta fuerint, quæ forte dubitari poſſit, an ſint in forma probanti. Qnare ſi proceſſus de novo fabricandi eſſent, graves expenſæ utrinque forent ſubeundæ, idem Rex, qui tam ipſius Eccleſiæ Burgen., quam Abbatiæ de Covarruvias Patronus exiſtit, ſignificari Nobis curavit ſe pro ipſorum Archiepiſcopi, & Abbatis quiete, & ut quamprimum diſcordiis, & controverſiis hujuſmodi finis imponatur, ſummopere cupere, cauſas omnes prædictas tibi committi ad effectum ſubdelegandi aliquas in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutas perſonas, quæ omni, & quacumque appellatione remota, ac minori, qua fieri poterit, impenſa, cauſam, & cauſas, ac Controverſias hujuſmodi tam civiles, quam criminales fine debito terminent.

Clemens eam Nuncio Apoſtolico committit, qui tres perſonas Regi gratas ſubſtituat.

§. 2. Nos igitur præmiſſis attentis, ejuſdemque Regis ſupplicationibus inclinati, omnes cauſas, & controverſias prædictas harum ſerie ad Nos avocantes, tibi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus tres Eccleſiaſticas perſonas eidem Regi gratas, & acceptas, ac partibus non ſuſpectas, deleges, quæ cauſas omnes prædictas cum omnibus ſuis incidentiis, dependentiis, emergen., annexiſque, & connexis, ac toto negotio principali, & ſingulas, & quaſcumque controverſias inter Archiepiſcopum, & Abbatem, & Fiſcum Cameræ Apoſtolicæ prædictos, ejuſdemque Archiepiſcopi Proviſores, & alios Officiales tam civiles, quam criminales conjunctim audiant, cognoſcant, fineque debito terminent ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura Judicii, etiam omni, & quacumque appellatione remota cum poteſtate citandi, & ſub Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis etiam pecuniariis ejus arbitrio moderan., & applican. inhiben., omniaque alia, & ſingula facien., dicen., geren., exercen., & exequen., quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna, ac inobedientes declaran., aggravan., reaggravandi, interdicen., auxiliumque brachii ſecularis invocan., præmiſſis, Conſtitutionibuſque, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis non obſtantibus quibuſcumque. Proviſo, qnod pendentibus coram prædictis Judicibus, ut præfertur, deputan. controverſiis hujuſmodi ſub indignationis noſtræ, ac cenſuris Eccleſiaſticis nihil prorſus innovetur, ac ſi cauſæ in Romana Curia, & coram eiſdem Cardinalibus, & Auditore penderent, & ab ipſis avocatæ non eſſent.

§. 3. Decernentes etiam pro minori partium impenſa, ut neutra pars ad tranſportationem Jurium, & Actorum in Romana Curia factorum, & productorum teneatur, ſed Judices in cauſa, & cauſis hujuſmodi, procedere poſſint cum Juribus, & munimentis, quæ per unam, ſive per alteram partem fuerint præſentata, ſeu prout eis placuerit, tranſportata. Clauſula.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die ultima Auguſti 1592. Pontificatus noſtri Anno I. Dat. die 31. Auguſt. 1592. An. I.

XXXIII.

Exemptio Congregationis B. Mariæ Fulienſis a juriſdictione omnium aliorum Prælatorum Ordinis Ciſtercienſis Monachorum S. Benedicti.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

PAſtoralis noſtri muneris ratio poſtulat, ut Religioſorum ſtatui, & profectui, quantum in Domino poſſumus, libenter proſpiciamus. Exordium.

§. 1. Nuper ſiquidem per alias noſtras literas dilecto filio Magiſtro Alexandro de Franciſci, Ordinis Fratrum Prædicatorum Vicario Generali Congregationis Reformatæ Beatæ Mariæ Fulienſis, Ciſtercienſis Ordinis, Aſſeſſorem deputaveramus, nonnulla

Editio ſtatutorum pro reformatione hujus Congregationis.

nulla ſtatuta, tunc eapreſſa, pro bono dictæ Congregationis regimine eondendi faeultatem conceſſimus, prout in ipſis literis in ſimili forma Brevis expeditis latius continetur. Quiqnidem Magiſter, ut aecepimus, nonnoſla ſtatuta condidit, & alia quædam pro Reformatione, & proſpero ſtatu ejuſdem Congregationis ſtatnit, & adhuc joxta facultates illi per nos attributas, ;Reformationi hujuſmodi prudenti ſolicitudine incumbit.

Exemptio ejuſdem a juriſdictione Generalium, & aliorum Prælatorum Ord. Ciſterciensis.

§. 2. Nos autem, dum præmiſſa finnt, dictæ Congregationis, illorumque Abbatum, & Monachorum, ut majori eum quiete, ac ſpiritus ſervore, juata eorum Regularia Inſtituta, Altiſſimo gratum exhibeant famulatum, ſtatui opportunius providere volentes; Motn proprio non ad alicujua nobis ſuper [hoc oblatæ petitinnia inſtantiam, ſed de noſtra] mera liberalitate, ae certa ſeientia, deque Apoſtolieæ poteſtatis plenitudine, Congregationem prædictam Fulienſem, ejnſque Vicarium Generalem, Abbatemque, & Monachos Mnnaſterii Beatæ Mariæ Fulienſis, in quo primum hujns Congregatinnis Regularis Obſervantia, & Reformatio introdncta extitit, alioſque univerſos eorum Abbates, Monaehos, & Religioſos, eorumque Monaſteria, Domos, Conventus, Grancias, Loca, & bona qnæcumq; præſentia, & ſutura, atque ad ea quomodolibet ſpectantia, & pertinentia, & quæ deinceps ad ea ſpectabunt, & pertinebunt, illiſque eoncedentur, vel ad ea devoluentur, ab omni ſuperioritate, juriſdictione, guberpio, regimine, adminiſtratione, ſubjectione, obedientia, viſitatione, correctione, & emendatione Ciſtereii, Clarævallenſis, & aliorum nunc, & pro tempore exiſtentium Generallum, ae Morimondenſis, & aliorum Abbatum, Prælatorum, Superiorum, ejuſdem Ordinis Ciſtereien. quaeumque auctoritate fungentium, & ſuncturorum, & quantumvis ampliſſimis privilegiis, & facultatibos otentium, & nſurorum, auctoritate Apoſtolica tanore præſentium, perpetuo eaimimus, & liberamus, ita nt nullam omnino juriſdictionem, faeultatem, & auctoritatem in dictam Congregationem, Abbates, Monaehos, Religioſos, Monaſteriaque, & loca, atque bona illius habere, exercere, aut prætendere dicti Generales, & alii Abbates, & Prælati Ordinis Ciſtereien. aliquo tempore poſſint, minuſque in rebus, & negociis ejuſdem Congregationis aliquo pacto ſe ingerere, aut immiſcere valeant.

Receptio Cõgregat. Fulienſis ſub Sedis Apoſtolicæ protectione.

§. 3. Ipſamque Congregationem Fulienſem, ejuſque Vicariom Generalem, necnon Abbatem, Monacos, Religioſos, Monaſteria, Domos, Loca, res, & bona prædicta, ſub immediata Noſtra, & Sedis Apoſtolicæ protectione, regimine, ſubjectione, gubernatione, obedientia, recipimus, & ſubjicimus.

Elargitio omnium privilegiorum Ordinis Ciſtercienſis.

§. 4. Illis tamen, ut omnibus, & ſingulis privilegiis, induitis, facultatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, indulgentiis, aliiſque gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, eidem Ordini Ciſtereien, in genere, vel in ſpeeie qnomodolibet per quoſcumq; Romanos Pontifiees Prædeceſſores noſtros, ae nos, & Apoſtolicam Sedem, ac Legatos etiam de Latere, nee oon etiam quoſeumqne Reges, Imperatores, ae Prineipes ſeeulares conceſſis, vel in futurum concedendis, æque, ae alii dicti Ordinis Ciſtereienſis Monaehi, & Religiuſi, ſine aliqua prorſus differentia, nti, & gaudere, ac frui libere, & lieite poſſint, valeant ae debeant.

Declaratio: quod Monaci hujuſmodi Cõgregat. non teneantur ad alia Ciſterc. Ord. inſtituta.

§. 5. Nee propterea ad alia dicti Ordinis Ciſtercienſis inſtituta Monachi d. Congregationis Fulien. teneantur, vel obligentur, ſed tantum Regularem Obſervantiam prædictam, & Conſtitutiones per nos dictumq; Alexandrum declaratas, poſtquam editæ, & per nos confirmatæ ſuerint, ſeu impoſterum per Fratres dictæ Congregationis edendas, & ſtatuendas, ac per nos, & dictam Sedem confirmandas, obſervare teneantur, auctoritate Apoſtolica, & tenure prædictis concedimos, & indulgemos, illiſque, ſi opus ſit, ea omnia communicamus, & extendimus.

Prohibitio Abbati Ordinis Ciſtercien. Generali & aliis ne deſuper ſe intromittant.

§. 6. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ, expreſſeque interdicentes Abbati Ciſtercienſis Ordinis Generali, ac aliis Abbatibus, & Prælatis ſupradictis, ne ullo nmquam tempore ſe in gubernio, regimine, adminiſtratione, viſitatione, correctinne, & reformatione Gongregatiunis prædictæ, illiuſque Religioſorum, aliquo modo intromittere, ae tam ipſis, quam aliis Monachis, & Religioſis ejuſdem Ordinis Ciſtereien. ne in rebus, negociis, ae ſtatn prædictæ Congregationis, ae illius Religioſorum prædicturum ullatenos ſe ingerere, aut immiſeere, præterquam ſi ad illam ſe tranſtulerint, & in ejuſdem obſervautia permanſerint, nec aliquo modo invicem eommiſceri, ſeo hujus Congregationis Religioſi ad dictum Ordinem Ciſtercienſem tranſire poſſint, nee debeant, audeantve, ſeu præſumant, cum dicta Congregatio pro Reformatione dicti Ordinis inſtituta ſit, non antem Ordo prædictus ipſius Congregationis relaxationi, aut impedimento eſſe debeat.

Clauſulæ præſervativæ.

§. 7. Atque decernentes, præſentes literas nullo tempore de ſnbreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut alias qnomodolibet infringi, retractari, ſeu invalidari ex quacumque cauſa, vel prætextu minime poſſe, ſed ſemper, & perpetno validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere.

Clauſula ſublata, &c.

§. 8. Sicque per quoſcumque Judiees ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtoliei Anditores, & Sanctæ Romanæ Eeeleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, ſublata eis, & eorum euilibet quavis aliter Judicandi & intetpretandi facultate judieari, definiri, & interpretari debere, irritumque, & inane quicquid ſecus ſuper his a qnoquam qnavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter eontigerit attentari.

§. 9. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, etiam noſtris, de non tollendo jure quæ-

ſito, ac de non concedendis indulgentiis ad inſtar, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac dicti Ordinis Ciſtercien. etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eidem Ordini Ciſtercien. illiuſque Generali, ac aliis prædictis Abbatibus, & Superioribus, ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus in contrarium præmiſſorum conceſſis, ac pluries confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis illorumque totis tenoribus plena, & ad verbum expreſſa, & individua mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorumque tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. P. An. I. die 4. Sept.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die quarta Septembris 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

XXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Controverſia inter Fratres Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula, Nationum Gallicæ, Italicæ, atque Hiſpanicæ, ſuper electione Correctoris Conventus in Monte Pincio de Urbe, ad Generale Correctorium Ordinis ejuſdem remittitur.

Dilectis Filiis Generali, Provincialibus, & Capitulo Generali Ordinis Minimorum S. Franciſci de Paula.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti Filii Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

INter multiplices, quæ nobis incumbunt paſtoralis officii curas, illa nos vehementer ſollicitat, ut regulares perſonæ, quarum reformationi valde ſtudemus, inter ſe ipſas diſſidentes ad concordiam reduci faciamus, & quietius in via mandatorum Domini progredi valeant, ac gratius ſuum poſſint Deo Domino impendere famulatum.

Lites exortas ſuper electione Correctoris hujus Conventus, Congregatio Epiſcoporum, & Regularium Capitulo Generali decidendas remiſit.

§. 1. Dudum ſiquidem in Congregatione Cardinalium ſuper negotiis Regularium, cui Nos, dum eſſemus in minoribus conſtituti, intereramus propoſitis controverſiis inter veſtri Ordinis Fratres, Nationis Gallicæ, Hiſpanicæ, atque Italicæ, ſuper Conventu Sanctiſſimæ Trinitatis de Urbe in Monte Pincio ejuſdem veſtri Ordinis; an videlicet Generalis pro tempore exiſtens in caſu ſuæ abſentiæ Vicarium generalem Ordinarium inibi ſubſtituere poſſit, cui Corrector, & Fratres dicti Conventus, & Ordinis parere teneantur. Item an ad Correctoris officium, aliorumque Officialium in dicto Conventu exercendum, quilibet ex dicti Ordinis, & cujuslibet Nationum prædictarum Fratribus eligi a Capitulo, vel ad habitandum ibidem deputari a ſuis Superioribus valeant: eorumdem Cardinalium Congregatio cenſuit, eas omnes controverſias remittendas eſſe judicio, & definitioni veſtri Capituli Generalis, quod, juxta Regulæ Conſtitutiones, & Correctorium veſtrum, in præmiſſis procedere deberet.

Hoc idem ſtatuit Clemens;

§. 2. Quod, cum Nobis etiam nunc juſtum, & æquum videatur; Decretum Congregationis prædictæ pro expreſſo habentes, vobis omnibus, & ſingulis in virtute ſanctæ obedientiæ, Apoſtolica auctoritate committimus, & mandamus, quatenus in Generali Capitulo cum primum præſentes vobis fuerint exhibitæ, ſuper controverſiis prædictis, matura examinatione procedatis, eiſdemque, prout Regulæ, & Conſtitutiones Correctorii veſtri prædicti, a B. Franciſco instituti, & per Sedem Apoſtolicam confirmati, ſuadebunt, ſuper quo veſtram conſcientiam oneramus, debitum finem imponatis.

Ratum habens quidquid a Correctorio fuerit decretum.

§. 3. Nos enim quidquid a Vobis decretum, & definitum fuerit, Apoſtolica auctoritate, ab omnibus, & ſingulis prædictarum Nationum, ejuſdemque veſtri Ordinis Fratribus in poſterum obſervari, & cuſtodiri, perpetuum deſuper ſilentium omnibus imponentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium decernimus, & mandamus.

Contraria tollit.

§. 4. Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis. Privilegiis etiam veſtro Ordini conceſſis, ejuſdemque Ordinis ſtatutis, quorum omnium, & ſingulorum tenores pro expreſſis haberi volumus, aliiſque in contrarium facientibus, non obſtantibus quibuſcumque.

Dat. die 9. Septem. 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 9. Septembris 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Committitur Nuncio Apoſtolico apud Imperatorem, ut confirmet quamdam permutationem a Gulielmo Bavariæ Duce factam cum Abbate Monaſterii S. Mauritii ſuper permutatione quarumdam decimarum, pro Collegio Societatis Jeſu, Civitatis Ingolſtadii.

Venerabili Fratri Cæſari Epiſcopo Cremonen. noſtro, & Sedis Apoſtolicæ apud Cæſaream Majeſtatem Nuncio.

CLEMENS PAPA VIII.

Venerabilis Frater Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Gulielmus Dux Collegium Ingol-

§. 1. EXpoſitum Nobis nuper fuit pro parte dilecti filii nobilis viri Guliel-

ſtadii erexerat, factaque quadam cum Abbate Monaſterii Sancti Mauritii permutatione illud dotaverat.

lielmi Bavariæ Ducis, quod, cum ipſe unum Collegium Societatis Jeſu in Civitate Ingolſtadienſi erigi curaverit, cupiens eidem Collegio de opportuna aliqua ſubventione providere, præter alia ipſi Collegio forſan jam aſſignata, cum dilecto filio Abbate Monaſterii S. Mauritii inferioris Altachæ, Ordinis S. Benedicti Pataviensis Diœceſis, infraſeriptam permutationem ſub noſtro, & Sedis Apoſtolicæ beneplacito fieri concordavit, nempe:

Quænam fuerit hujuſmodi permutatio.

§.2. Cum idem Monaſterium quaſdam decimas in Territorio Ingolſtadienſi, quæ medietatem omnium decimarum ejuſdem Territorii forſan exequant, percipiat, quæ, etſi ad octingentos, vel mille florenos annuatim aſcendant, nunc tamen idem Monaſterium ſolum centum quinquaginta florenos, vel circa ea illis percipit: contra vero cenſum annuum viginti quinque florenorum, cuidam Collegio Scholarium in dicta Civitate Ingolſtadienſi, ac penſionem quamdam certæ vini, frumenti, & aliarum rerum quantitatis, valoris annui ſexcentorum florenorum ſimilium, vel circiter Præfecturæ Ducali in Diœceſi Pataviensi perſolvere teneatur: idem Gulielmus Dux decimas hujuſmodi, medietatem, quæ a centum annis, & ultra pro annuo canone centum quinquaginta florenorum in emphyteuſim conceſſæ ſunt, ab ipſo Monaſterio recipere, ipſique Collegio a ſe ſundato applicare, Monaſterium vero prædictum ſolutione cenſus, & penſionis prædictarum eximere, & liberare, ac decimarum ipſarum medietatem ſic in emphyteuſim dari conceſſam, & ad idem Monaſterium ſpectantem ab earum emphyteuſi ſumptibus ſuis redimere intendit, prout jam forſan redemit in evidentem ipſius Monaſterii utilitatem.

Clemens committit Nuncio, ut eam approbet, ſi rationi congrua fuerit.

§.3. Cumque idem Gulielmus Dux maxime cupiat præmiſſa omnia auctoritate Apoſtolica confirmari, & approbari. Nos attendentes, quod a tempore erectionis dicti Collegii uberes in illis partibus Catholica Religio fructus, Deo auctore, perceperit, atque in futurum non minores, ſperetur, eam eſſe percepturam, ipſius Ducis pietatis, & religionis ſtudium valde commendantes, certam tamen præmiſſorum notitiam non habentes, ejuſdem Gulielmi Ducis ſupplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut de præmiſſis te diligenter informes, & ſi per informationem, eamdem permutationem prædictam in evidentem ejuſdem Monaſterii utilitatem cedere cognoveris, permutationem hujuſmodi, auctoritate noſtra Apoſtolica perpetuo confirmes, & approbes, & perpetuæ firmitatis robur illi adjicias, nec non decimarum prædictarum medietatem hujuſmodi ab ipſo Monaſterio ſepares, atque Collegio Societatis Jeſu prædicto etiam perpetuo applices, & aſſignes.

Contrariis derogat.

§.4. Non obſtante noſtra de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum intereſt, ac de exprimendo vero valore beneficii, cui alterum uniri petitur, ac Lateranenſis Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohiben., aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictorumque Monaſterii, & Collegii, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 12. Septem. 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 12. Septembris 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXVI.

Declaratio præcedentiæ Fratrum Prædicatorum Ordinis Sancti Dominici in omnibus actibus, & Proceſſionibus tam publicis, quam privatis, ante omnes Religioſos, tam Mendicantes, quam non Mendicantes, poſt Canonicos, & Clericos ſeculares, ac antiquos Ordines Monaſticos.

Ad hæc habes Conſtit. CLII. Gregorii XIII. Expoſcit. *Tom. IV. Par. IV. fol.* 35., *& aliam Pii V. Conſtitut. XLIV.* Divina, *Tom. IV. Par. IV. fol.* 30.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Gregor. XIII. edidit Conſtitutionem ſuper præcedentia Fratrum Mendicantium.

INter cætera cordis noſtri deſiderabilia id intenſis exoptamus affectibus, ut controverſiarum, ac litium materia inter perſonas Eccleſiaſticas e medio tollatur. Sane Nobis nuper innotuit, quod in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Cataloniæ, ac tota demum Provincia Aragoniæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, & præſertim in Civitate Oriolen. Civitate nuncupata Alicante, ac loco de Caſtello *della Plana* prædicti Regni Valentiæ, nonnullæ lites, cauſæ, quæſtiones, & controverſiæ inter prædictos Fratres ex una, & alios Mendicantes ſive Regulares quoſcumque ſuper præcedentia, ac ritu incedendi in actibus, & Proceſſionibus tam publicis, quam privatis, occaſione, ſeu intuitu quarumdem literarum fel. record. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri in forma Brevis, ſub die 15. Julii 1583., quæ incipit: *Expoſcit*, confectarum, partibus ex altera motæ ſunt, & moveri, ſeu oriri facile poſſunt.

Hic modo Pontifex extinguit lites deſuper exortas.

§.1. Nos conſiderantes, lites, cauſas, & controverſias hujuſmodi, præſertim inter Religioſas perſonas, quæ relictis Mundi vanitatibus, votum ſuum in humilitatis ſpiritu Domino Deo noſtro perſolvere profitentur, non modicam infundere labem, populoque ſcandalum generare, ac in hac Urbe noſtra omnium capite, & unde in omnia regimen ſervari conſuevit, eum ritum, & ordinem ſervari, quod in actibus, & Proceſſionibus tam publicis, quam privatis poſt Canonicos, & Clericos ſeculares, & antiquos Ordines Monacales, Fratres Or-

Ordinis Prædicatorom hujuſmodi primum, digniorem, & honorabiliorem locum obtinent, & cæteros alios Fratres Mendicantes, ſive alios quoſcumque Regulares præcedont, atque de antiquitate, & præeminentia cujuslibet Ordinis Fratrum Mendicantium, & aliorum Regularium quorumcumque plenam, & indubitatam notitiam habentes, ac eurum honoris, & jurium conſervationem, ac pacem, & quietem inter eos confovere, & ſcandala hujuſmodi removere, paterno affectu cupientes, ac ſtatum litium, & merita cauſarum hujuſmodi, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, & eorum jura, & prætenſiones, necnon tenorem literarum dicti Gregorii Prædeceſſoris perinde ac ſi de verbo ad verbum infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, de Venerabiliom Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, ſuper ſtatu Regularium Deputatorum conſilio, & Nobis attributæ poteſtatis plenitudine, Motu ptoprio, & ex certa noſtra ſcientia, lites, & cauſas quaſcumque tam motaa, quam movendas, ſeu quæſtionum, & controverſiarum materias omnes in quibuſcumque inſtantiis coram quibuſcumque Judieibus indeciſas pendentes, ad Nos harum ſerie advocamus, & penitus extinguimus, & aliis Mendicantibus, ſive quibuſcumque aliis Regularibus, ſuper his perpetuum ſilentium imponimus.

Praecedentiſque concedit FratribusSancti Dominici ante cæteros Mendicantes, & non Mendicantes poſt Canonicos, & Clericos ſeculares, & antiquos Ordines Monacales.

§.2. Volumus, & decernimus in prædictis Regnis Aragonom, Valentiæ, & Cataloniæ, & tota demum Provincia Aragoniæ, Ordinis Fratrum Prædicatorum, & præſertim in Civitate Oriolen., & Oppido Civitate noncupato Alicante, & loco de Caſtello *della Piana* hujuſmodi, eum ritum, & ordinem inter Fratres Sancti Dominiei prædictos, ac alios Mendicantes, ſive alios Regulares quoſcumque cujuſvis Ordinis, vel Religionis exiſtentes ſervari debere, qui in hac Urbe noſtra omnium capite ſervatur. Videlicet, quod in omnibus actibus, & Proceſſionibus tam publicis, quam privatis, poſt Canonicos, & Clericos ſeculares, & antiquos Ordines Monacales, ſiqui inceſſerint, dicti Fratres Ordinis Prædicatorum primom digniorem, & honorabiliorem locum obtineant, ita ut dicti Fratres S. Dominiei immediate poſt modo dictos ſubſequantur, poſt quos omoes alii Regulares tam Mendicantes, quam non Mendicantes cujuſcumque Ordinis, vel Religionis exiſtant, incedent, & ſubſequentur, etiamſi Eccleſiæ, Cappellæ, Conventus, Domus, & loca regularia dictorum Fratrum Prædicatorum in locis prædictis primo inſtituta, & fundata non fuerint, prout Nos id de facto obſervari volumus, & præcipimus.

Et deſuper eos moleſtari prohibet.

§.3. Diſtricte in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub excommunicationis majoris latæ ſententiæ eo ipſo per contrafacientes incurrendæ pœna, omnibus, & ſingulis quorumcumque aliorum Ordinum pro tempore Religioſis, ſive Regularibus, inhibentes, ne de cætero præmiſſorum occaſione Ordinem Fratrum Prædicatorum hujuſmodi, illiuſque Fratres pro tempore exiſtentes, moleſtare, inquietare, perturbare, aut quoquo modo impedire audeant, vel præſumant.

Et ita judicari præcipit.

§.4. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Aoditores, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, ac definiri debere, necnon irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§.5. Quocirca univerſis, & ſingulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis perſonis quibuſcumque in dignitate Eccleſiaſtica conſtitotis, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel eorum quilibet per ſe, vel alium, ſeu alios, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Fratrum Prædicatorum fuerint requiſiti, eis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate noſtra præmiſſa omnia obſervari, juxta præſentium continentiam, & tenorem, contradictores quoslibet, ac rebelles, & præmiſſis non parentes per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantia tollit.

§.6. Non obſtantibos literis dicti Gregorii Prædeceſſoris, aliiſque præmiſſis, nec non quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Conventuum, Domorum, locorum, & Ordinum Mendicantium, ſive aliorum quorumcumque Regularium hujuſmodi, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, Mendicantibus Fratribus, ſive aliis Regularibus quibuſcumque, & illorum Superioribus per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, etiam Bulla Aurea, Mare Magnom nuncupata contentis, ac Motu ſimili conſiſtorialiter etiam per modum legis, & ſtatuti perpetoi, etiam iteratis vicibos cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis pro tempore in contrarium forſan revocantibus, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod niſi per trinas diſtinctas literas cum temporis intervallo competenti, ternis diſtinctis vicibus, illis, quos concernunt, intimandas derogatum eſſet, aut cenſeatur, conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de eis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore

per-

permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe latiſſime derogamus, contrariis quibuſcumque non obſtantibus. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptis credi jubet.

§.7. Volumus autem, & dicta auctoritate decernimus, quod præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D.P.An.I.die 25.Sept.1592

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 25. Sept. 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXVII.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatio Privilegiorum conceſſorum Scholaribus Nationis Germanicæ Bononiæ literarum ſtudiis operam dantibus.

Dilectis Filiis Scholaribus Nationis Germanicæ in Civitate noſtra Bononiæ. literarum ſtudiis incumbentibus.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

Singularis devotionis affectus, quem erga Nos Sedemque Apoſtolicam gerere comprobamini, facit, ut petitiones veſtras ad exauditionis gratiam libenter admittamus.

Pius IV. hujuſmod. ſcholaribus nonnulla Privilegia conceſſerat.

§.1. Cum itaque dudum fel. rec. Pius Papa IV. vos ſub ſua, ac Beati Petri protectione eſſe, ac veſtros Procuratores proximum poſt Rectores Univerſitatis Bononien. & Epiſcopos, ac Protonotarios Apoſtolicos tam in publicis, quam in privatis actibus locum habere, ipſoſque Procuratores Sacræ Aulæ, & Palatii Lateranen. Comites Palatinos, ac Nobiles exiſtere, nec non Arma, ſeu Enſes tam durante eorum officio procuratoris, quam ceſſante, donec ipſi, vel alteri eorum in ſtudio, ſeu Civitate Bononien. degerent, ad inſtar Rectoris Univerſitatis Bononien. deferre poſſe, ejuſdemque Univerſitatis Nationis Germanicæ ſcholares, quotieſcumque Rector Univerſitatis Bononien. conſilium convocaret, in eo ſponte, & voluntarie non minori fide, & diligentia, quam illi, qui ad hoc juramento, & neceſſitate adigerentur, tamquam membra dictæ Civitatis comparere, ſuaque munera, & officia libenter, & fideliter obire valere. Doctores vero, & alios Collegiales dictæ Univerſitatis Bononien. ad promovendum quemcumque ex Scholaribus Univerſitatis Nationis Germaniæ, quem pro tempore ejuſdem Nationis Procuratoribus pauperem eſſe, & utrique, vel alteri jurium ſufficienter operam dediſſe conſtitiſſet, ad Doctoratus, vel Licentiaturæ gradum in utroque, vel altero jurium, more ſolito, prævio examine, idoneum, & ſufficientem repertum, abſque aliqua impenſa, ac regalium, ſeu jurium propterea debitorum, & quomodolibet ſolvi, ſeu etiam donari conſuetorum, ſolutione, & alias gratis ubique teneri voluerit.

Quibus alia Gregor. XIII. addiderat;

§.2. Et deinde piæ me: Gregorius XIII. Prædeceſſores noſtri eadem, & alia privilegia, exemptiones, immunitates, & commoda quæcumque per alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros vobis conceſſa approbaverit, & confirmaverit, ac Scholares Germanos literarum ſtudiis in dicta Civitate incumbentes, ad Quadraginta Virorum dictæ Civitatis inſtar exemptos fecerit, conſtituerit, & declaraverit, prout in diverſis dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur.

Ea rata habet Clemens;

§.3. Nos earumdem literarum tenores, acſi de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo infererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis habentes, veſtris hac in parte ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula privilegia, exemptiones, immunitates, & commoda, vobis, ut præfertur, conceſſa, confirmata, & approbata, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Et nova concedit.

§.4. Ac inſuper vobis, & Scholaribus Germanis pro tempore in Civitate prædicta literarum ſtudiis incumbentibus, ut matriculis veſtris tam jam conceſſis, quam in futurum concedendis, non ſolum per dictam Civitatem, illiuſque ſtatum, & Territorium, uti ad præſens facitis, ſed etiam per totum Statum Eccleſiaſticum, illiuſque dominium, uti, frui, & gaudere libere, & licite valeatis, ac valeant, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpeciali gratia, concedimus, & indulgemus.

Quæ tamen ad ſolam Civitatem Bononienſem reſtringit.

§.5. Nolumus tamen, vos, aut alios pro tempore Scholares Nationis Germanicæ iſthic degentes, quod Bononiæ in pauperibus doctorali laurea gratis ornandis conceditur, vobis in aliis Apoſtolicæ Sedis Academiis licere, minuſque eodem jure, quo in Bononien. ditione, dum Reformatoribus ſtatus libertatis, eorum met indulgentia circa immunitates æquiparamini, frui ſoletis, gaudere etiam in reliquis dominii Eccleſiaſtici partibus debere, nec prætendere poſſe.

Clauſula.

§.5. Decernentes vos, & Scholares pro tempore exiſtentes prædictos a quoquam deſuper quoquomodo moleſtari non poſſe, neque debere; Sicque per quoſcumque Judices, vel Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, vel eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis au-

auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§.6. Non obſtantibus quibuſcumque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Civitatis, & ſtatus hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in ſuis literis prædictis voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 12. Octob. 1592. An. I.

Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 12. Octobris 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XXXVIII.

De reductione Monachorum Ordinis S. Baſilii in unam Congregationem ſub regimine unius Abbatis, & de forma recipiendi Novitios.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

QUæ ad reſtituendos in priſtinum decorem, & dignitatem Ordines regulares in Eccleſia Dei a ſanctis Patribus inſtitutos, & collapſam in eis diſciplinæ præſertim Monaſticæ obſervantiam, modis congruis inſtaurandam, pie, ac provide a Prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus ſancita fuerunt, in eis confirmandis, & innovandis, auctoritatem noſtram libenter interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Gregor. XIII. Monachos S. Baſilii in unã Congregationem reduxit ſub regimine unius Abbatis, ... ejus Conſtitut. CIX. *Benedictus*. T. IV. P. III. fol. 411.

§.1. Quam ſane piam cogitationem, Apoſtolici noſtri muneris propriam impenſius ſuſcipimus pro ſalubri directione, & profectu inſignis Ordinis S. Baſilii, pro cujus reformatione alias fel. rec. Gregorius Papa XIII. Prædeceſſor noſter, per ſuas ſub Dat. Kal. Novembr. Pont. ſui Anno VIII. editas literas, primum quidem reductionem Monaſteriorum Ordinis prædicti, nec non Priorum, & Monachorum in Congregationem, & Capitulum tunc recens celebratum, ejuſque indictionem, & præſidentiam, & in eo factas Abbatis Generalis, & alias tunc expreſſas electiones de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine approbavit, & confirmavit, atque inter alia ſtatuit, ut Abbas Generalis pro tempore electus, æque ut alii aliorum Ordinum in Congregationes reductorum Abbates Generales, & Præſidentes, in ſuis quiſque Capitulis, Congregationibus, & Ordinibus, de jure, privilegio, & conſuetudine habent, & exercent, habereque, & exercere poſſunt, plenam, & omnimodam ſuperioritatem, juriſdictionem, & auctoritatem haberet, & exerceret, tam in ea omnia, quæ in Italia, & Regnis utriuſque Siciliæ ſunt, quam etiam in alia Provinciæ Hiſpaniæ, paulo ante per eumdem Prædeceſſorem in Regnis Hiſpaniarum inſtituta, & prorſus in cetera quæcumque Monaſteria, Domos, & loca in eadem Provincia ſub regula S. Baſilii eatenus erecta, & in poſterum erigenda, eorumque Abbates, Conventus, Monachos, & perſonas, quæ pridem cum Monachis ejuſdem Ordinis S. Baſilii in Italia exiſtentibus, & eorum Congregationi prædictæ, ſub obedientia inde futuri Abbatis, ſeu Vicarii generalis ejuſdem Congregationis, idem Gregorius Prædeceſſor perpetuo conjunxerat, eaque necnon Viſitatorem ejuſdem Provinciæ Hiſpaniæ, Abbati, ſeu Vicario generali Congregationis hujuſmodi in Italia pro tempore eligendo ſubjecerat, & ab eo dependere decreverat inter alia, quemadmodum in ejuſdem Gregorii Prædeceſſoris diverſis literis, prioribus videlicet Kal. Maii, ſecundo, poſterioribus vero 8. Kal. Junii, ſexto Pontificatus ſui annis Dat. plenius continetur.

Aliaque ſtatuit ut ibidem.

§.2. Juſſit præterea ipſe Gregorius Prædeceſſor univerſos, & ſingulos ejuſdem, &c. *Omittitur reſiduum, quia ipſa Bulla habetur ſup. in loco cit. in rubr.*

Hic modo Pontifex ea approbat, cũ omnibus inde ſequutis.

§.3. Cum autem ſicut dilectus filius noſter Julius Antonius Tit. S. Bartholomæi in Inſula Presbyter Cardinalis S. Severinæ nuncupatus modernus ejuſdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protector, Nobis nuper expoſuit, ex literis ſuperius expreſſis, quæ ſuum magna ex parte effectum ſortitæ fuerunt, non mediocris utilitas, & fructus ſpiritualis ad reformationem ejuſdem Ordinis provenerit, & tamen adhuc multa reliqua ſint, propter quæ valde expediat eaſdem literas debitæ exequutioni, omnino, atque integre demandari: Nos, quibus ſummopere cordi eſt, quantum noſtra paſtorali vigilantia eniti poſſumus, modis omnibus procurare, ac Deo juvante efficere, ut ejus Ordinis Religioſi in dies optimos, & feliciſſimos in viis Domini progreſſus faciant, atque uberrimos in Sancta Eccleſia fructus, majorum ſuorum, & præcipue Sancti eorum Patris, & Patriarchæ Baſilii exemplo proferant, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac deliberatione noſtra, ſupraſcriptas Gregorii Prædeceſſoris literas, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis, & in eis contenta quæcumque, ac potiſſimum, quæ illarum vigore circa diſtinctionem menſæ Conventualis a menſa Abbatiali, nec non diſmembrationem, & diviſionem partis bonorum, proprietatum, & jurium a Monaſteriis, & Archimandritatibus prædictis, illorumque pro menſa conventuali hujuſmodi applicationem, & appropriationem ab ipſis Gulielmo, quamdiu in humanis egit, & deinde Julio Antonio Cardinalibus Protectoribus, vel de eorum mandato hactenus geſta ſunt, vel quæ poſthac per eumdem modernum, ac pro tempore exiſtentem Protectorem gerentur, necnon ſtatuta, ſeu Conſtitutiones hactenus per dictam Congregationem, ſeu Monachos in Capitulis generalibus facta, ſeu edita, ac de

ejuſ-

ejuſdem Julii Antonii Cardinalis Protectoris mandato per viros religioſos, eruditos, & pios reviſa, examinata, & ab ipſo approbata, ex nunc, prout ex tunc, & e contra, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, eaque præſentis ſcripti patrocinio communimus: Supplentes omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui intervenerint in eiſdem.

Protectoremque Ordinis præmiſſorum exequutorem deputat.

§.4. Ac nihilominus eidem Julio Antonio Card. moderno, & pro tempore exiſten. Protectori, per Apoſt. ſcripta mandamus, plenamque per præſentes tribuimus facultatem, ut per ſe, vel alium, ſeu alios, etiam ſi videbitur, dicti vel alterius Ordinis Religioſos, ad integram exequutionem earumdem literarum, juxta illarum formam, & tenorem, præſertim quoad inſtitutionem menſarum Conventualium, & ſeparationem bonorum, propietatum, & jurium a menſis Abbatialibus, ubi opus erit, ac alias in omnibus, & per omnia procedat, atque in omnibus, & ſingulis ſuperius expreſſis, & aliis, quæ in literis prædictis, etiam nominatim ipſi Gulielmo Cardinali conceſſæ fuerant facultatibus, tam quoad nagotia jam cœpta, quam quoad non cœpta, ubi, quando, & quoties opus fuerit, ſeu expedire judicaverit, libere, & licite utatur, perinde acſi hæc ipſa ſibi ab initio expreſſe demandata, tributa, & nunc harum ſerie de novo ſingillatim conceſſa fuiſſent.

Novitios certo modo recipi indulget, non obſtante Conſt. CXII. Cum de. Sixti V. Tom. IV P. IV. fol. 370

§.5. Quoniam vero, ſi quando contingeret recipi Novitios aliquos ſexdecim annis majores, & in ea Provincia capitulum Provinciale, aut numquam celebraretur, aut admodum raro, tunc ſane nimis incommodum eſſet, tum ob hujuſmodi cauſam, tum propter Monaſteriorum paucitatem, & locorum intervalla, quibus inter ſe disjuncta, & remota ſunt Generalis, aut Provincialis Capituli celebrandi tempus expectare, & alias ſervare formam in Conſtitutione piæ mem. Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri, ſuper modo admittendi Novitios ad habitum regularem, & ejuſdem Sixti Prædeceſſoris declaratoria poſtmodum edita, præſcripta. Nos unicuique Priori, ſeu Prælato cujuslibet Monaſterii, Prioratus, Domus, aut loci Regularis, & Conventualis dicti Ordinis, ut de conſilio, & conſenſu duorum aliorum ejuſdem Congregationis Priorum, ſeu Prælatorum, qui vicinioribus Conventibus præfuerint, nec non Conventus, ſui Monaſterii, ſeu Prioratus, aut Domus, vel loci, Novitios etiam ſexdecim annis majores, alioquin tamen habiles quandocumque ad habitum Regularem ejuſdem Ordinis S. Baſilii recipere, & admittere, etiam Capituli Provincialis, aut Generalis, vel cujuſvis alterius licentia, approbatione, aut conſenſu non requiſito, ac Novitiis ipſis, ut poſtquam, ut præfertur, recepti fuerint, inibi permanere, & legitimo tempore poſt annum probationis, profeſſionem emittere libere, & licite valeant, poteſtatem, & licentiam, auctoritate, & tenore præmiſſis concedimus, & impartimur.

Contraria ſubmovet.

§.6. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris de unionibus committendis ad partes, ac valore fructuum exprimendo, necnon de non tollendo jure quæſito, ac generalis & uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure præmiſſis fieri prohibentis, noviſſime celebrati Lateranen. Concilii, ac recor. mem. Innocentii IV., quæ incipit, Volentes, & Bonifacii VIII. Roman. Pontificum de unâ, & in eodem Concilio generali edita de duabus dietis, ac prædictis ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, necnon Monaſteriorum, & Ordinum prædictorum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis eiſdem Monaſteriis, & Ordinibus, eorumque Superioribus, & perſonis, etiam Monaſteria, & Archimandritatus ejuſdem Ordinis in commendam obtinen., per quoſcumque Rom. Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & eamdem Sedem etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus, ac alias ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſcumque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, & in ſpecie etiam ab immemorabili tempore quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis, ac etiam uſu receptis, ac quocumque tempore factis, & promulgatis, tam quæ alias ipſe Gregorius Prædeceſſor in ſuis literis prædictis voluit, & decrevit non obſtare, quam quibuſcumque aliis indulgentiis, & literis Apoſtolicis, ſpecialibus, vel generalibus. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio habenda, & quævis alia ad hoc requiſita forma ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro plene, & ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum, forma in illis tradita ad unguem ſervata, inſertis habentes illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice, & ad effectum præſentium dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe Motu ſimili derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque: aut ſi Commendatariis, & perſonis prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, & de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Exemplis credi jubet.

§.7. Poſtremo volumus, ut earumdem literarum exempla etiam impreſſa, Notarii publici manu ſubſcripta, & Prælati Eccleſiaſtici ſigillo obſignata, eamdem illam prorſus fidem ubique locorum, in judicio, & extra illud faciant, quam ipſæmet præſentes facerent ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum &c.

Dat. P. An. I. die 29. Octobris.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Quarto Kal. Nov. Pontif. noſtri Anno I.

Inſti-

XXXIX.

Inſtitutio Congregationis S. R. E. Cardinalium ſuper gratiis, & remiſſionibus bannitorum, & crimínoſorum hominum Status Eccleſiaſtici, eorumque complicum, & fautorum.

Hanc facultatem gratiandi alias Pontificimet reſervatam fuiſſe, conſtat ex Conſt. XXXII. Pii IV. Nuper *Tom. IV. Par. II. fol. 66., & 68. De materia autem bannitorum, & exulum, ac receptatorum, & fautorum, vide in Conſt. IX. Tom. IV. Par. IV. fol. 107. Sixti V.* Hoc noſtri.

Dilectis filiis noſtris Antonio Maria S. Mariæ de Pace Salviato, necnon Mariano SS. Marcellini, & Petri Titulorum Preſbyteris de Camerino, & Alexandro S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinalibus Montalto nuncupatis.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti filii noſtri Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium. IN regendis Populis S. R. E. temporali ditioni ſubjectis, quorum curam, & tutelam Nobis potiſſimum divina providentia commiſit, eam duximus rationem ineundam noſtræ paſtorali ſolicitudini maxime conſentaneam, ut peccantes quidem, & in peccato perſeverantes, publicæ præſertim quietis perturbatores, juſtitiæ gladio Nobis ipſius Domini auctoritate tradito coerceamus, pœnitentibus vero, & ad cor reverſis paternæ clementiæ, & miſericordiæ viſcera non claudamus.

Cauſa hujus Conſtitutionis. §. 1. Horum utrumque, vel ab ipſo noſtri Pontificatus initio ſpectantes, cum Provincias univerſas, & Populos ejuſdem Romanæ Eccleſiæ, a numeroſa Exulum, Latronorum, Sicariorum, aliorumque ſceleratorum hominum multitudine, omni facinorum genere miſerandum in modum vexatas inveniſſemus, coacti fuimus magnis laboribus, & impenſis, adverſus perditorum hujuſmodi hominum pervicaciam, atque impœnitentiam, juſtitiæ ſeveritatem dolenter quidem, ſed neceſſario exercere. Cumque jam pleriſque ex famoſis latronum ducibus, eorumque impiis ſectatoribus divina favente gratia, & noſtrorum militum opera captis, profligatis, aut de medio ſublatis, publicam, quam votis omnibus optabamus, tranquillitatem, Deo adjutore, conſequuti ſimus, ad eam ſolidius firmandam, ſtabiliendam, & conſervandam, non mediocriter pertinere exiſtimavimus, nunc viciſſim iis, quæ ſuperfuerunt reliquiis nefariorum hominum, qui humiles, & pœnitentes peccatum ſuum agnoverint, Apoſtolicæ clementiæ ſinum aperire, ut eos quantum in nobis eſt, a via perditionis ad viam ſalutis revocatos, Chriſto Domino, & Patriæ ſalubriter lucremur. Cum igitur intelligamus plurimos ex ſubditis noſtris in illa ſuperiorum temporum calamitate, ſive metu, exulumque minis territos, ſive amicitia, neceſſitudine, aut propinquitate permotos, ſive privatarum inimicitiarum occaſione impulſos, ut aſſeclas, & propugnatores habere viderentur, aut quibuſvis aliis cauſis inductos, cum ſupradictis exulibus, ſicariis, facinoroſiſque hominibus verſatos eſſe, eoſque domo, & hoſpitio recepiſſe, cibaria præbuiſſe, eiſque variis modis faviſſe, alios etiam cum delictorum interdum gravium ſibi conſcii forent, ut legum, & Judicum ſeveritatem vitarent, ad ſocietatem, & contubernium eorumdem perditorum, quaſi ad aſylum confugiſſe, nec defuiſſe aliquos, qui vel ſola animi levitate, & juvenili furore impulſi, ad oſtentandum animi, aut corporis robur, vel forſan inopia, & fame oppreſſi, & fere quotidianis per ipſos facinoroſos latrones ubique impune graſſantes, ſibi ſuoque tenui patrimonio illatis damnis, ad extremam tolerandæ vitæ deſperationem adducti ſe eiſdem ſceleſtis comites adjunxerint. Quibus partim jam damnatis contumaciæ nomine, partim nondum manifeſto deprehenſis, ſi præteritæ culpæ abolendæ, ac veniæ, & abſolutionis ex Pontificia noſtra benignitate conſequendæ ſpes aliqua tribueretur, non plane arduum, nec difficile, foret illos, veteri malitiæ fermento expurgato, ad veram pœnitentiam, Chriſtianam vitam, & bonam frugem revocari.

§. 2. Nos illius vices, licet imparibus meritis, gerentes in terris, qui ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam, paternum erga ſubditos noſtros animum, præcipuumque caritatis affectum, modo ex corde reſipiſcant, ſuſcipere, eiſque nec gratiam penitus denegare, neque rurſus impunitatem ſine ullo defectu largiri decrevimus. Quare de veſtra ſingulari prudentia, conſilio, & integritate plurimum in Domino confidentes, circumſpectioni veſtræ, & duobus ſaltem ex vobis conjunctim procedentibus, plenam, & liberam facultatem, auctoritatem, & poteſtatem per præſentes tribuimus, omnes, & ſingulas utriuslibet ſexus perſonas, tam in hac Alma Urbe noſtra, quam in aliis quibuſcumque Provinciis, Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis, Nobis, & Apoſtolicæ Sedi, tam mediate, quam immediate ſubjectis, & ſi eorum incolæ non ſint, & ad illa quoquomodo declinaverint, quæ commercium cum cujuſvis generis bannitis, homicidis, ſicariis, aliiſque ſupradictis facinoroſis hominibus habuerint, eos quoquomodo receptaverint, vel eiſdem cibum, potum, pecunias, veſtimenta, pulverem, pilas plumbeas, plumbum, arma, & alia neceſſaria ſubminiſtraverint, literas, & nuncios eiſdem miſerint, ſive ab eis acceperint, aut equos commodaverint, atque adeo ipſos etiam latrones publicos, viarum graſſatores, ſicarios, bannitos, & exules, eorumque fautores, & receptatores, etiamſi cum ipſis bannitis delictorum complices, ſocii, participes, & in delictis patran- Facultates Cardinalium deputatorum, ſuper remiſſionibus bannitorum, eorumque complicum, & fautorum.

trandis, vel bannitorum opera uſi fuerint, vel eis anxilium, conſilium, & favorem præſtiterint, tam ſi dictis de cauſis delati, proceſſati, inquiſiti, & in contumaciam, ſeu alias condemnati ſint, quam etiam antequam delicta ipſa in judicio deducta ſint, & ante cœptum proceſſum in quaecumque inſtantia, etiam de quibus nulla omnino ad Curiam notitia pervenerit, tam laicos, quam clericos, & Presbyteros ſeculares, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium regulares, cujuſcumque dignitatis, gradus, & conditionis fuerint, etiamſi ipſi delinquentes juriſdictioni Epiſcoporum, vel cujuſcumque alterius Curiæ Eccleſiaſticæ ſubjecti ſint, & cauſæ ipſæ, & crimina ad forum Eccleſiaſticum pertineant, & in eo proceſſus cœpti, & formati, & forſan etiam condemnationes ſequutæ fuerint, qui de admiſſis dolentes ab intimis, & a ſimilibus abſtinere proponentes, per ſe, vel Procuratorem, aut conſanguineos, vel affines, aut alios pro eis agentes, veniam humiliter petierint, ab homicidii etiam voluntarii, ac etiam multiplicati, & aliis quibuſcumque atrocibus, graviſſimis, & enormiſſimis criminibus, exceſſibus, & delictis ab eis commiſſis, etiamſi talia eſſent, quæ majori, magiſque ſpeciali expreſſione indigerent, necnon excommunicationis, aliiſque cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, quas propterea incurrerunt (hæreſis, & læſæ Majeſtatis in primo capite criminibus dumtaxat exceptis) in utroque foro, ſi propter paupertatem, aut alias, vobis videbitur gratis abſolvendi, & liberandi, capitiſque, & ultimi ſupplicii, exilii, etiam perpetui, confiſcationis bonorum, non tamen Fiſco incorporatorum, aliaſque pœnas temporales, corporales, & pecuniarias, tam per noſtras, quam etiam dictorum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, ac alia adverſus talia perpetrantes quomodolibet inflictas, arbitrio veſtro remittendi, commutandi, & moderandi, ſive cum illis, quos pro abſolutione, & gratia hujuſmodi obtinenda, ad nos remittendos duxeritis, componendi, & certam eis veſtro arbitrio compoſitionem taxandi, eoſdemque, ſi aut poſtquam pacem ab hæredibus, vel propinquis occiſorum habuerint, ſeu partibus læſis ſatisfecerint, ac alias, prout vobis viſum fuerit, ad patriam, famam, honores, & bona, non tamen Fiſco incorporata, necnon in priſtinum, & eum, in quo ante commiſſa delicta erant, ſtatum pleniſſime reſtituendi, omnemque inhabilitatis, & infamiæ maculam, ſeu notam ab eis omnino abolendi, proceſſus quoſcumque contra eos in contumaciam, vel alias quomodolibet formatos caſſari, & aboleri mandandi. Necnon univerſis, & ſingulis Provinciarum, Civitatum, & locorum dicti Status Eccleſiaſtici Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Locatenentibus, Poteſtatibus, aliiſque omnibus Judicibus Ordinariis, delegatis, & perſonis cujuſcumque dignitatis, ordinis, & conditionis, quavis auctoritate fungentibus, ne ſic abſolutos moleſtare, inquietare, vel perturbare audeant, inhibendi, quinimmo ut proceſſus, decreta, bannimenta, aut condemnationes, & acta quæcumque contra eos facta gratis omnino caſſent, & aboleant, præcipiendi, cæteraque omnia faciendi, & exequendi, quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint, & opportuna.

Gratiati ab eis caveant de ſe repræſentando, & pro eis etiam conſanguinei cogantur.

§.3. Volentes, & Apoſtolica auctoritate decernentes, quod omnes ii, quibus gratias, abſolutiones, remiſſiones etiam per modum compoſitionis vigore præſentium per vos concedi contigerit, & eorum unuſquiſque idoneas cautiones, & fidejuſſiones de ſe repræſentando, ſub pœnis, & infra tempus arbitrio veſtro declarandum, præſtare teneantur, aut ſi propter inopiam id fieri nequeat, alias arbitrio veſtro ad cavendum pariter, ſive ad ſe obligandum ſaltem cum juramento de ſe repræſentando, tam ipſi, quam pro iis conſanguinei, vel affines propinquiori gradu conjuncti cogi, & compelli poſſint, & debeant. Quæ quidem cautiones, obligationes, aut fidejuſſiones non temporales ſint, ſed perpetuo durent, nec umquam ex quavis cauſa etiam juridica a quoquam quavis dignitate, vel auctoritate fungente, niſi de ſpeciali gratia Romani Pontificis manu ſignata, caſſari, aboleri, aut quiſquam ab earum vinculis eximi, vel liberari valeat, quin potius omnes, & quæcumque abolitiones, aut liberationes, ſi quas forſan de facto attentari contigerit, nullius ſint roboris, & momenti, nec cuiquam ſuffragentur, quominus perſonæ prædictæ, ut prius obſtrictæ remaneant, & eveniente caſu ad obſervantiam promiſſionum arctari, & compelli poſſint.

Inſtrumentã publici Notarii has gratias plene probet.

§.4. Inſuper declaramus, inſtrumentis tantum authenticis conficiendis per Tabellionem, ſeu Notarium publicum veſtro juſſu coram teſtibus, ut moris eſt, ſuper hujuſmodi gratiis, abſolutionibus, aut compoſitionibus per vos faciendis rogatum, nec alias plenam, atque indubitatam fidem, in judicio, & extra illud adhiberi, idque ad probandum facultatem vobis per præſentes attributam ſufficere, nec ipſarum præſentium inſertionem, nec aliud omnino adminiculum requiri.

Gratię de ſubreptione, & obreptione minime notari poſſint.

§.5. Neque abſolutiones, & gratias ſupradictas, ac quæcumque decreta, per vos vigore præſentium geſta, de ſubreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, intentionis noſtræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſiam revocari, aut ad terminos juris reduci poſſe, ſed illa perpetuo valida, & efficacia fore. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis aliter judicandi facultate, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Notarii in prædictis merces moderata ſit.

§.6. Ipſum vero Notarium, ſeu Notarios, tam a vobis ad præmiſſa adhibendos, quam in partibus de abolitionibus, & caſſatio-

tionibus proceſſuum, ſeu bannimentorum, aut decretorum pro tempore rogatos, jubemus exigua, & tenui mercede per vos, & ipſos taxanda in Romana Curia, extra eam vero duobus tantum juliis pro rogitu cujuſlibet abolitionis, & uno pro rogitu cautionis, ſeu fidejuſſionis omnino contentos eſſe, nec quicquam ulterius etiam pro atramento, cera, capſa, cordulis, ſigillo, carta, labore petere, ſeu prætendere, aut oblatum recipere poſſe, & ſi receperint, pœnam privationis officii Tabellionatus, & inhabilitatis perpetuæ ad illud exercendum, ac exilii perpetui a tota ditione prædicta ipſo facto incurrere.

Confirmatio Bullarum prohibentium Legatis, & Baronibus remiſſionē bannitorum.

§.7. Cæterum omnes, & quaſcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones, & literas Apoſtolicas, per quas in genere, vel in ſpecie quibuſcumque Legatis, Vice-Legatis, Præſidibus, Gubernatoribus, & Officialibus Civitatum, Provinciarum, & locorum dictæ ditionis temporalis Eccleſiæ, quavis dignitate, & præeminentia, etiam Cardinalatus honore fulgentibus, necnon Baronibus, & Domicellis, ſeu Dominis temporalibus Terrarum, Caſtrorum, & locorum dictæ ditionis, quavis etiam marchionali, & Ducali, vel alia majori auctoritate gradu, aut titulo inſignitis, merumque, & mixtum Imperium, & gladii poteſtatem habentibus, bannitos, & ſicarios prædictos abſolvendi, ſeu cum eis componendi, vel ad quamcumque gratiam admittendi facultas adimitur, & denegatur, illarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, harum ſerie approbamus, confirmamus, & innovamus, illaſque firmiter, & inviolate obſervari jubemus.

Annullatio hujuſmodi remiſſionum.

§.8. Diſtrictius inhibentes unicuique ex ſupradictis, ne quis eorum tale quidpiam attentare audeat, vel præſumat, & nihilominus quaſcumque per eos forſan de facto concedendas gratias eo ipſo nullas, irritas, & invalidas eſſe, & cenſeri, viribuſque, & effectu omnino carere, nec ipſis impetrantibus prodeſſe, aut ſuffragari.

Eaſque concedentiū pœna.

§.9. Contra ipſos vero concedentes, cujuſcumque ſtatus, gradus, nobilitatis aut conditionis fuerint, etiam per viam inquiſitionis, querelæ, aut ex mero officio, tam in Syndicatu, quam alias, quandocumque, ad pœnas non ſolum in prædictis Conſtitutionibus contentas, verum ad alias etiam graviores, privationis officiorum, dignitatum, & feudorum per eos obtentorum, inhabilitatiſque ad illa, & alia in poſterum obtinenda, infamiæ, atque ignominiæ perpetuæ, ſine ulla ſpe veniæ, procedi debere ſtatuimus, & decernimus.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.10. Non obſtantibus præmiſſis, ac noſtris, aliiſque Apoſtolicis Conſtitutionibus, & Ordinationibus, etiam contra hujuſmodi homicidas, bannitos, & alios facinoroſos quomodolibet editis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, & innovatis, cujuſcumque tenoris exiſtant, per quæ præſentibus, noſtriſque hujuſmodi literis non expreſſa, aut omnino non inſerta, effectus gratiarum a vobis earumdem præſentium auctoritate faciendarum impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus, eorumque totis tenoribus habenda eſſet in noſtris, vel veſtris literis hujuſmodi mentio ſpecialis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Limitatio hujus facultatis ad biennium.

§.11. Volumus autem facultatem vobis per præſentes conceſſam hujuſmodi, lapſo biennio a data præſentium numerando omnino expirare.

Abſolutis injungenda eſt pœna ſalutaris a Confeſſariis.

§.12. Quodque ii, qui prædictam libertatem, & indulgentiam in vim præſentium obtinuerint, pœnitentiam ſalutarem ſibi poſtmodum per Confeſſarios idoneos a locorum Ordinariis approbatos, quibus plenam ſuper prædictis facultatem concedimus, injungendam adimplere teneantur.

Tranſumptis credi jubet.

§.13. Earumdem vero præſentium exemplis etiam impreſſis &c.

Dat. P. An. I. die 3. Nov.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris, die 3. Novembris 1592. Pontificatus noſtri Anno I.

LX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Erectionis Collegii Anglicani in Oppido Valliſoleti, Palentinæ Diœceſis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Philippus II. Valliſoleti Collegiū pro Alumnis Anglis erexit.

CUM nullum firmius præſidium, aut remedium certius inveniri poſſit adverſus eos, qui ſuis pravis, & erroneis opinionibus Romanam Eccleſiam labefactare conantur, quam & Regionum ab hac peſte oppreſſarum juventus cujus teneros animos facile eſt ad virtutem incitare, catholica Religione imbuantur, ac nuper id pie, & attente conſiderans Chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, cujus egregiam, & vere catholico Rege dignam munificentiam, & liberalitatem multi juvenes ex illo miſerrimo Angliæ Regno magnis quondam opibus floridiſſimo, & catholicæ fidei ſtudio flagrantiſſimo, nunc vero maximis difficultatibus oppreſſo, ac teterrima hæreſis labe devaſtato, illuc profugi experti ſunt, Collegium Anglicanum in Oppido Valliſoleti, Palentin. Diœceſis, ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, & Anglorum, qui, pro fide catholica, voluntarium à dicto Regno exilium ſibi elegerunt, quippe aliquando ſuos Cives à via veritatis declinantes erudiant, ſubventionem erigi, & inſtitui curaverint, illique pro manutentione juvenum, & aliarum perſonarum inibi pro tempore commorantium, certos redditus annuos aſſignaverit, necnon per dilectum filium Nobilem virum Antonium Sueſſe, & ſuum apud Nos, Sedemque Apoſtolicam Oratorem, nobis humiliter ſupplicare fecerit, quatenus erectionem, & inſtitutionem præfatas confirma-

Et Apoſtolica auctoritate confirmari petiit.

mare, aliaſque in præmiſſis opportune providere, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Clemens.

§. 2. Nos pium, & nunquam ſatis laudatum Philippi Regis propoſitum, & opus plurimum in Domino commendantes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, erectionem, & inſtitutionem dicti Collegii, & omnia, & ſingula inde ſequuta, Apoſtolica auctoritate, ex certa noſtra ſcientia approbamus, & confirmamus, ac omnes, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ſi qui intervenerint in iiſdem ſupplemus.

Sub Sedis Apoſtolicæ protectione recipit.

§. 3. Nec non Collegium ipſum pro illius ſalubri directione, & felici incremento, Rectorem, Scholaſticos, & Miniſtros dicti Collegii, ac omnia, & ſingula illius bona mobilia, & immobilia, cujuſcumque qualitatis, & quantitatis fuerint, ſub noſtra, ac B. Petri, ac hujus ſanctæ Sedis Apoſtolicæ protectione, immediate, ſuſcipimus, ac nobis, & eidem prorſus ſubjicimus.

Ex regimini PP. Societatis Jeſu committit.

§. 4. Nec non regimen, & gubernium immediatum dicti Collegii, Generali, & Provinciali Societatis Jeſu in Regno Caſtellæ, & Rectori ipſius Collegii ab ipſis deſignato ſupponimus, ita tamen, quod in cauſis gravibus, quæ per ipſos expediri non poterint, ad perſonam nominandam per dilectum filium noſtrum Guilielmum Alanum, Tituli S. Martini in Montibus, Presbyterum Cardinalem Angliæ nuncupatum, qui omnimodas vices ſuas alteri demandare, quoties ei viſum fuerit, & demandatas quandocumque revocare poſſit, recurratur.

Occonomus rationem ſuæ adminiſtrationis Rectori reddere debet.

§. 5. Quodque Œconomus, & alii Miniſtri, & ſervientes in dicto Collegio ipſi Rectori, & Miniſtro, ſeu Vice-rectori ſubſint, & ad ejus præſcriptum, & mandatum omnino obſequantur, ipſeque Œconomus dicto Rectori volenti, & requirenti, bis in anno, vel quotieſcumque ei viſum fuerit, rationem de adminiſtratis reddere teneatur.

Huic Collegio ſimilium Collegiorum privilegia conceduntur

§. 6. Præterea Rectori, Collegio, & Scholaribus præfatis, quod donec illud duraverit, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, gratiis, favoribus, præeminentiis, indulgentiis, & Indultis, quibus Collegia Anglorum, & Germanorum, ac alia Collegia, & Pia Loca in Urbe, & Collegia Anglorum Remenſe, in Gallia, & Collegium S. Crucis in dicto Oppido Valliſoletano, ac in eis degentes perſonæ quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, quorum omnium tenores hic haberi volumus pro expreſſis.

Præſentium literarū tranſumptis integra danda fides.

§. 7. Et tam eorum omnium, quam præſentium, etiam impreſſis Tranſumptis, manu alicujus Notarii publici, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eamdem fidem, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ubique in judicio, & extra haberi debere decernimus, non ſolum ad inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter uti, frui, potiri, & gaudere poſſint, illudque inter illa annumeretur,

Privilegia Cappellæ Collegii conceſſa.

§. 8. Ac Cappellam, ſive Eccleſiam, in qua Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum recondatur, & Campanas pro Miſſis, & ſepulturis ſignificandis, & alia huic novo Collegio neceſſaria habere valeant.

Eique jus Parochiæ quoad inibi commorantes addicitur.

§. 9. Quodque ipſe Rector unum ex Alumnis dicti Collegii pro tempore conſtituere poſſit, qui ſit ejus Domus Parochus, & illorum omnium inibi habitantium, prout fit in Collegio Anglicano in Urbe inſtituto, nec non in defectum hujuſmodi Alumni, ipſe Rector, aut cuivis alius dicti Collegii Presbyter, de ipſius Rectoris licentia, poſſit ſupplere Officium Parochi præfatum in adminiſtrandis Confeſſionis, Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, ac extremæ Unctionis Sacramentis, & ſepelliendis mortuis dicti Collegii, indulgemus.

Forma admittendorum Alumnorum.

§. 10. Præterea volumus, quod admiſſio, & excluſio Alumnorum in dicto novo Collegio pro tempore exiſtentium, tam circa numerum, quam qualitates perſonarum, ſit de voto, & ſententia Provincialis Societatis Jeſu Regni Caſtellæ præfati, aut illius, cui idem ipſe Provincialis committet, & dicti novi Collegii Rectoris, cum approbatione perſonæ, cui ipſe Guilielmus Cardinalis committet.

Eorumdem qualitates.

§. 11. Quodque Alumni hujus Collegii in pietate, devotione, cantu, & cæremoniis eccleſiaſticis, & ſacris Officiis, prout melius ipſis ſuperioribus viſum fuerit, exerceantur, ac ſint Angli nativi, vel Anglorum filii, videlicet alicujus Provinciæ Inſulæ Angliæ dumtaxat, ac eorum approbationes, & admiſſiones fiant juxta teſtimonia, quæ ſecum adferent, ab eodem Cardinali, aut Rectoribus Collegiorum Anglorum de Urbe, vel Remenſis, aut aliorum primariorum Nationis Anglicanæ, habitantium in Regnis Hiſpaniarum, aut aliis in locis, qui pro catholicis habentur, & noti exiſtunt, & notitiam admittendorum habere poſſunt, & hæc omnia fiant juxta peculiarem, & privatam inſtitutionem, quam idem Guilielmus Cardinalis de hoc, & aliis rebus in ſcriptis mittet ad ipſum Rectorem, aut alium in dicto Oppido Valliſoleti pro tempore commorantem, cui idem Guilielmus Cardinalis vices ſuas committet.

Privilegium laureandi.

§. 12. Ad hæc, Superioribus dicti novi Collegii, illos, quos in dicto novo Collegio idoneos eſſe repererint, in facultatibus Artium, & Theologiæ, ad Bacalaureatus, Licentiaturæ, & Magiſterii gradus, ſervata forma Concilii Viennenſis, promovendi, & ipſorum graduum ſolita in eis Regionibus Inſignia exhibendi: qui ſic promoti omnibus gratiis, favoribus, Indultis, privilegiis, prærogativis, antelationibus, quæ promotis in Oxonienſi, & Cantabrigienſi in Anglia Academiis, de jure, vel conſuetudine, ſeu privilegio conceſſa ſunt, pariformiter, & æque principaliter potiantur.

Facultas Conſtitutiones condendi.

§. 13. Ac quæcumque ſtatuta, & ordinationes, licita tamen, & honeſta, ac ſacris Canonibus, & Concilio Tridentino non contraria, ad proſperum, & ſalubrem dicti novi Collegii ſtatum, & gubernium con-

dendi, & condita, pro temporum varietate mutandi, ac illorum loco alia ſubrogandi, & ſufficiendi licentiam, & facultatem concedimus.

Sacros Ordines extra tempora, ſine Titulo, & a quocumque ſuſcipiendi.

§. 14. Nec non iiſdem Alumnis, ut de Rectoris ipſius novi Collegii licentia, & examine præcedente, etiam extra tempora à jure ſtatuta, & interſtitiis temporum à Concilio Tridentino præſcriptis non expectatis, & abſque ſuorum Ordinariorum literis Dimiſſorialibus, ac ſine aliquo Beneficii, vel Patrimonii Titulo, & non obſtante quovis natalium defectu, ad omnes etiam ſacros, & præsbyteratus ordines, à quibuſvis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentibus, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, utque ipſi Archiepiſcopi, Epiſcopi Alumnis prædictis Ordines hujuſmodi conferre libere, & licite valeant, quemadmodum Collegio Anglorum in Urbe inſtituto hujuſmodi privilegium à fe. re. Gregorio PP. XIII. Prædeceſſore noſtro conceſſum eſt, de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus.

Juramentum ab Alumnis præſtandum.

§. 15. Ac inſuper juramentum, quod ſolent præſtare Alumni Collegii Angliæ de Urbe, poſt ſex Menſes ſuarum approbationum pro arbitrio Rectoris, videlicet, ſe paratos fore de mandato Superiorum dicti Collegii vitam eccleſiaſticam, & ſacros Ordines ſuſcipere, & deinde in Angliam ad juvandas Animas proficiſci, cenſemus, in hoc novo Collegio inſtituendum.

Qui in Angliam Hiberniam, & Scotiam ad Miſſiones exercendas a Provinciali mittantur, acceptis ab eo neceſſariis facultatibus Sacramenta adminiſtrandi, abſolvendi &c.

§. 16. Ac electionem hujus temporis, & perſonarum mittendarum, judicio Rectoris ipſius novi Collegii remittimus, cum approbatione Provincialis dictæ Societatis: qui Rector cum ipſo Provinciali Sacerdotibus mittendis in Angliam, & Hyberniam, facultatem miniſtrandi omnia Sacramenta eccleſiaſtica, excepto confirmationis Sacramento, & ordinis, nec non quaſcumq; perſonas in Anglia, Scotia, vel Hybernia commorantes ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ occurrentes, aut jam ſub ea viventes confeſſionibus earum diligenter auditis, ab omnibus peccatis, exceſſibus, cenſuris, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam in die Cœnæ Domini legi ſolitis, contentis, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis, (conſpirationis in perſonam, vel ſtatum Romani Pontificis, falſitatis literarum, & ſcripturarum Apoſtolicarum, delationis Armorum, vel aliorum prohibitorum ad Partes Infidelium, injectionis manuum violentarum in Prælatos dumtaxat exceptis) abſolvendi, & omnes alias ad converſionem animarum, & hæreſum extirpationem ſpectantes, & neceſſarias facultates à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, aliis Sacerdotibus, ad hoc opus antea miſſis, conceſſas, impertiantur.

Collegium committitur curæ Præpoſiti Generalis Soc. Jeſu.

§. 17. Et ut præmiſſa omnia ſuum debitum conſequantur effectum, regimen, & gubernium, ac ſtatum hujus novi Collegii, nunc, & pro tempore exiſtenti Generali Societatis Jeſu, ut de Rectore, & aliis Miniſtris ſufficientibus, & idoneis dicto novo Collegio, pro tempore providere curet, in Domino plurimum commendamus.

Et Card. Alani Protectioni.

§. 18. Rogantes quoque dictum Gulielmum Cardinalem, quem ob ejus doctrinam, integritatem, prudentiam, pietatem aliaſque animi eximias Dotes, necnon ob longam Anglicanarum rerum experientiam, & uſum in mittendis, & providendis Operariis neceſſariis, & ob ſingularem, quem erga ſuos Cives amorem gerit, ad id munus aptiſſimum confidimus, ac Hiſpaniarum Regem Catholicum, necnon Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios Prælatos, ac Proceres, & Primates dictorum Regnorum Hiſpaniarum, & præſertim Præſidentem Conſilii Regii in dicto Oppido Valliſoleti, & alios Regios Miniſtros, ut dicto novo Collegio in omnibus opem ferant, ipſi Guilielmo Cardinali mandantes, ut hujuſmodi Collegii curam in ſpiritualibus ſuſcipiat, atque de Alumnis idoneis provideat.

Et Protectioni Regis Catholici.

§. 19. Prædictum vero Regem, & Præſidentem Conſilii Regii in dicto Oppido, ut hujus novi Collegii, & perſonarum in eo pro tempore degentium omnimodam curam, defenſionem, & protectionem in temporalibus in ſe ſuſcipiant, ipſique pro noſtra, & dictæ Sedis Apoſtolicæ reverentia, propenſius commendatum habentes in ampliandis, & conſervandis juribus Collegii, & perſonarum in eo pro tempore exiſtentium, ſic eos benigni favoris auxilio proſequantur, quod ipſi eorum fulti præſidio, in præmiſſis, Deo propitio, proſperari poſſint, ac eidem Philippo Regi à Deo perennis vitę præmium, & à nobis condigna proveniat actio gratiarum, ipſeque Guilielmus Cardinalis propterea divinam miſericordiam, ac noſtram, & dictæ Sedis gratiam valeat uberius promereri.

Facultas Rectori conceſſa Judicem Collegii deputandi.

§. 20. Poſtremo concedimus facultatem Rectori dicti novi Collegii pro tempore exiſtenti, Judices nominandi, & deputandi Rectorem Collegii S. Crucis pro tempore exiſtentis, vel quemcumque alium in dignitate eccleſiaſtica conſtitutum dicti Oppidi Valliſoletani, qui omnes, & ſingulas cauſas civiles, & criminales, & mixtas dicti novi Collegii, ac illius Collegialium, & Officialium, & Miniſtrorum, Religioſis Societatis Jeſu exceptis, nec non res, jura, actiones, & Bona privative quoad alios, etiam ſummarie, ſimpliciter, & de plano, & ſine ſtrepitu, & figura judicii, manu Regia, nullaque tela judiciaria ſervata, ſed ſola facti veritate inſpecta, ac etiam omni, & quacumque appellatione remota, audiant, cognoſcant, decidant, ac fine debito terminent, cum facultate quoſcumque citandi, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam ſub pœnis pecuniariis, & aliis eorum arbitrio imponendis, ac in ſubſidium juris cenſuris eccleſiaſticis inhibendi, cæteraque omnia in præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſaria, & opportuna faciendi, & exequendi.

Exequutores hujus Conſtitutionis deſignati.

§. 21. Quocirca univerſis, & ſingulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepi-

piſcopis, Epiſcopia, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis perſonis in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis dictorum Regnorum Hiſpaniarum, & dicti Oppidi Valliſuletani, & in particulari venerabilibus fratribus Epiſcopis Salamantin. Legionen., & Seguvien. nunc, & pro tempore exiſtentibus, & dilectis filiis D. Alphonſo de Mendoza Abbati Valliſoletano, & D. Franciſco de Reynoſo Abbati de Uſillos per præſentes, motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, & eorum quilibet per ſe, vel alium, ſeu alios, præſentes literas, & in eis contenta quæcumq; ubi, & quando opus fuerit, aut quoties pro parte Rectoris dicti novi Collegii, pro tempore exiſtentis, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, dictoque Rectori, & novo Collegio in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra illos decreto, confirmatione, conceſſione, Indulto, licentia, facultate, ac aliis præmiſſis pacifice gaudere, ac eaſdem præſentes literas, & in iis contenta quæcumque perpetuo inviolabiliter obſervari, non permittentes eos ſuper eiſdem præmiſſis, vel eorum aliquo, per quoſcumq; Judices, vel perſonas cujuſcumque ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtant, quacumque etiam auctoritate fungantur, publice, vel occulte, directe, vel indirecte, tacite, vel expreſſe, quovis quæſito colore, vel ingenio, impediri, moleſtari, vel alias quomodolibet inquietari, contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras eccleſiaſticas, & alia juris opportuna remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum. §. 22. Non obſtante noſtra de non concedendis Indulgentiis ad inſtar, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, neque dicti Oppidi, & illius Tribunalium juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, ac formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis; quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 3. Novem. 1592. An. I. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Novembris 1592., Pont. noſtri Anno primo.

XLI.

Confirmatio Sententiarum per Lutium Sanſeverinum, U. S. Referendarium, occaſione Viſitationis Baſilicarum, Monaſteriorum, & Locorum Piorum Urbis, illiuſque Diſtrictus latarum ſuper quibuſcumque Cauſis, *Ex Regeſt. in Secr. Brev.*

Dilecto filio Magiſtro Lutio Sanſeverino in utraque Signatura noſtra Referendario.

CLEMENS PAPA VIII

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. CUM tu, quem nos nuper Judicem ordinarium, & exequutorem quarumcumque cauſarum, tam civilium, quam criminalium, occaſione viſitationis Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Piorum Locorum Almæ Urbis, & illius Diſtrictus, Virorum, & Mulierum in judicium quoquo modo deductarum, & deducendarum per alias noſtras literas deputavimus, prout in illis latius continetur, in nonnullis quandoque cauſis per nos tibi ſive oretenus, ſive per reſcriptum ſupplicum Libellorum, Memorialium nuncupatorum, ac per Viſitatores, ſeu Coadiutores Viſitationis hujuſmodi per nos deputatos, ſeu alterum ipſorum, commiſſis, judicari, quarum aliquæ ad munus Viſitationis prædictæ non ſpectare, aliæ vero ſpecialem commiſſionem, & particulare reſcriptum manu noſtra firmatum requirere videbantur. *Viſitator nonnullas Cauſas definiverat, quæ ſpeciali commiſſione indigebant.*

§. 2. Nos, ne ullo umquam tempore, etiam ex eo, quod de voto dictorum Coadjutorum, in earumdem cauſarum expeditione per te capto forſan non conſtet, de geſtorum per te validitate, aut de tua juriſdictione, & auctoritate quoquo modo dubitari contingat, omnium, & ſingularum hujuſmodi cauſarum coram te hactenus introductarum, & forſan expeditarum ſtatus, & merita, qualitates, & circumſtantias, necnon omnium, & quorumcumque per te geſtorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnia, & ſingula per te hactenus in quibuſcumque cauſis coram te introductis, ſive ad munus Viſitationis hujuſmodi ſpectent, ſive non, & quaſcumque perſonas, tam laicas, quam eccleſiaſticas, cujuſvis ſexus, & quacumque auctoritate, dignitate, etiam Epiſcopali, & majori fulgentes concernant, & ſive à Nobis vivæ vocis oraculo, aut per ſimplex reſcriptum Libellorum ſupplicum, qui Memorialia appellantur, ſive à prædictis Viſitatoribus, ſeu Coadjutoribus, tam huc uſque deputatis, quam aliis forſan poſthac deputandis, vel aliquo ipſorum, tibi noſtro nomine, vel vigore facultatum ipſis à nobis conceſſarum commiſſæ fuerint, geſta, & acta, decreta, ordinationes, ſententias, quæcumque etiam *Auctoritate Apoſtolica eas deciſas fuiſſe declarat Pontifex.*

exe-

execuutioni demandata, non ſolum de voto dictorum Coadjutorum, ſed de expreſſo ordine, ac mandato noſtro fuiſſe facta, in verbo Romani Pontificis atteſtamur, eaque omnia, & ſingula, nec non inde ſequuta quęcumque, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque Apoſtolicæ noſtræ confirmationis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti, nec non juriſdictionis, & alios quoſvis defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus.

Specialemque quoad Cauſas pendentes eidem tribuit facultatem.

§. 3. Atque omnia, & ſingula præmiſſa, nec non quæcumq; per te poſthac in quibuſcumque ſimilibus, vel diſſimilibus cauſis, de ſimili vivæ vocis oraculo, reſcriptoque, & commiſſione noſtris, nec non dictorum Coadjutorum, tam deputatorum, quam poſthac deputandorum, ſive noſtro nomine, ſive vigore ſuarum facultatum ordine per te aſſumendis, & coram te introducendis, gerenda, decernenda, ordinanda exequenda, ſententiaſque ferendas, & alia quæcumque acta facienda, valida, firma, & efficacia eſſe, & fore, perinde ac ſi particulari ad ea fuiſſes, & eſſes facultate, & Juriſdictione ſuffultus, aut ſpecialem in illis omnibus, & ſingulis à nobis commiſſionem, etiam manu noſtra ſignatam obtinuiſſes, & obtineres, de quibus omnibus, & ſingulis, ac de ipſo voto in illis per dictos Viſitatores, ſeu Coadjutores viſitationis ferendo, ſimplici tuæ atteſtationi, & aſſertioni ſtari debere.

Clauſula irritans.

§. 4. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Tibique contra quaſcumque perſonas, tam laicas, quam Eccleſiaſticas ſeculares, & cujuſvis ordinis regulares, quavis auctoritate, & dignitate, etiam Epiſcopali, & majori fulgentes, ratione hujuſmodi cauſarum, cum res tulerit, etiam ad carcerationem, tormenta, & alias quaſcumque pœnas ſpirituales, & temporales procedendi, ſine aliquo irregularitatis, aut pœnarum eccleſiaſticarom incurſu, plenam, & liberam facultatem tribuimus, & impartimur.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ſtylo Palatii, ac dictæ Urbis, & quorumcumque Monaſteriorum, Hoſpitalium, ac Piorum, & religioſorum Locorum, nec non Eccleſiarum, & Baſilicarum ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Locis, Eccleſiis, & perſonis hujuſmodi in contrarium pręmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus illorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 3. Novem. 1592 An. I.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 3. Novembris 1592. Pont. Noſtri Anno primo.

XLII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

De Sacris Bibliis juxta eaemplar Typographiæ Vaticanæ edendis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Intra Decennium S. Biblia alibi quam in Vaticana Typographia imprimi vetat.

CUm ſacrorum Bibliorum vulgatæ editionis Teatus, ſummis laboribus, ac vigiliis reſtitutus, & quam accuratiſſime mendis eapurgatus, benedicente Domino, ea noſtra Typographia Vaticana in lucem prodeat: Nos, ut impoſterum idem Teatus incorruptus, ut decet, conſervetur, opportune providere volentes, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, diſtrictius inhibemus, ne intra decem annos a data præſentium numerandos tam citra, quam ultra Montes, alibi, quam in noſtra Vaticana Typographia a quoquam imprimatur.

Elapſo Decennio imprimi jubet juxta exemplar Vaticanum.

§.2. Elapſo autem præſato decennio, eam cautionem adhiberi præcipimus, ut nemo hanc ſanctarum Scripturarum editionem Typis mandare præſumat, niſi habito prius Eaemplari in Typographia Vaticana eacuſſo: cujus Exemplaris forma, ne minima quidem particula de Textu mutata, addita, vel ab eo detracta, niſi aliquod occurrat, quod Typographicæ incuriæ manifeſte adſcribendum ſit, inviolabiliter obſervetur.

Pœnæ contra Typographos & Bibliopolas inobedientes.

§.3. Si quis vero Typographus io quibuſcumque Regnis, Civitatibus, Provinciis, & locis tam noſtræ, & S. R. E. ditioni in temporalibus ſubjectis, quam non ſubjectis, hanc eamdem ſacrarum Scripturarum editionem intra Decennium prædictum, quoquo modo: elapſo autem decennio, aliter quam juxta hujuſmodi Exemplar, ut præfertur, imprimere, vendere, venales habere, aut alias edere, vel evulgare: aut ſi quis Bibliopola a ſe, vel ab aliis quibuſvis poſt datam præſentium hujus editionis impreſſos libros, ſeu imprimendos a præſato reſtituto, & correcto Textu in aliquo diſcrepantes, ſeu ab alio, quam a Typographo Vaticano intra decennium eacuſos, pariter vendere, venales proponere, vel evulgare præſumpſerit, ultra amiſſionem omnium librorom, & alias arbitrio noſtro infligendas pœnas temporales, etiam majoris excommunicationis ſententiam, eo ipſo incurrat, a qua niſi a Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolvi non poſſit.

Exequutio præſentis Conſtitutionis locorum Ordinariis commiſſa.

§.4. Mandamus itaque univerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſque Eccleſiarum, & locorum etiam regularium Prælatis, ut præſentes literas in ſuis quiſque Eccleſiis, & Juriſdictio-

ctionibus, ab omnibus inviolabiliter perpetuo obſervari curent, & faciant. Cootradictores per cenſuras Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auſilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum

§.5. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac in generalibus, Provincialibus, vel Synodalibos Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus, ac quarumcumqne Eccleſiarum, Ordinum, Congregationum, Collegiorum, ac Univerſitatum, etiam ſtudiorum generalium, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis. & conſuetudinibus, ac privilegiis, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodocumque emanatis, & emanandis, quibus omoibus ad hunc effectum latiſſime derogamus, ac derogatum eſſe deceroimus.

Tranſumptorum fides.

§.6. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis, etiam in ipſis voluminibus impreſſis, eadem in judicio, & extra fides obique adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 9. Novem. 1592 An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die 9. Novembris 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XLIII.

Privilegia pro Conclaviſtis, qui in Conclavi, in qoo hic Pontifex electus fuit, interfuerunt.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad futuram rei memoriam.

Cauſa indultorum.

Æquitati conſentaneum cenſemus, dilectos filios Conclaviſtas, qui in Conclavi, in quo divina favente clementia, ad ſummi Apoſtolatos apicem aſſumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibos, ut familiares domeſtici inſerviendo interfueruot, quique ea de caoſa labores, vigilias, & incommoda plura ſubierunt, habita ratione obſequiorum, congruis favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuſque meritis exornare.

Conclaviſtæ Papæ familiares ſunt notariique Sedis Apoſtol. &c.

§.1. Conclaviſtas itaque prædictos, ac eorum quemlibet a quibuſvis excommunicatioois, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticia ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, & ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, eorum ſupplicationibus hac in parte inclinati, Conclaviſtas præfatos in veros, indubitatos, & non fictos Familiares, & cootinuos Commenſales noſtros, & eos qui ex illis Clerici ſunt, ſeu militiæ clericali adſcribi deſiderant, quoſque venerabilis frater noſter Alphonſus Epiſcopus Oſtienſis Jeſualdus, & dilecti filii noſtri tituli S. Mariæ io Tranſtiberim Presbyter ab Altaemps, ac Franciſcus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Sfortia, nuncupati Cardinales, gradu, nobilitate, ac aliis meritis dignos tali honore judicaveriot, in noſtros, & Apoſtolicæ Sedis Notarios recipimus.

Comiteſque Palatini Nobiles &c.

§.2. Ac tam illos, quam alios Conclaviſtas ſingulos, qui ſingillatim ab eiſdem tribus Cardinalibus dignitatis honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aulæ Lateraoenſis Comites, ac Milites. Ac tam illos, quam omnes, & ſingulos alios Conclaviſtas iodiſtincte, qui nobiles non ſunt, nobiles quique Urbis, vel alicujus alterius ex aliis Civitatibus temporali dominio noſtro, & dictæ Romanæ Eccleſiæ mediate, vel immediate ſubjectis Cives eſſe voluerint, ſingolos in ea ipſa Civitate tantum, quam ſingillatim eorum quiſque elegerit, & ad quam ab eiſdem Cardinalibus ſe admitti petierit, veros Cives ad inſtar, & nolla prorſus differentia inter eos, & ſingulos alios veros originarios antiquiſſimos, & nobiles, ac participantes Cives ipſius Urbis, & Civitatis, ita ot ipſi in civilitatem, & ipſa civilitas ad quoſcumque illorum hæredes eodem modo tranſeat, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium creamus, conſtituimus, deputamus, & oobilitatis, ac civilitatis titulo, honore, & inſignibus decoramus, aliorumque familiarium continuorum Commenſalium Nobis actu in Palatio noſtro Apoſtolico ſervientium, & in illius Tinello comedentium, & bibentium, ac noſtrorum, & dictæ Sedis Notariorum, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comitum Militum, ac Nobilium, & Civium hujuſmodi originariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continois Commenſalibus, ac Notariis noſtris, Comitibuſque, Militibus, ac Nnbilibus, & Civibus haberi, & reputari volumus, & mandamus.

Et eorum indultis gaudeat.

§.3. Eiſque, ut in quibuſcumque impetrationibus, conceſſionibus, & literis, tam gratiam, quam juſtitiam concernentibus, ſe familiares, continuos Commenſales noſtros, ac Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominare, nec propterea impetrationes, conceſſiones, & literæ ipſæ ſubreptionis vitio ſubjaceant, ſed validæ, & efficaces exiſtant. Nec non ex ounc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuſcumqoe, ac prorſus ſimilibus antelationibus, & antelationum prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, ſuſpenſionibus, honoribus, gratiis, conceſſionibus, & indultis, ac juribus, quibus alii ooſtri familiares continui Commenſales tempore dictæ aſſumptionis noſtræ ad ſummi Apoſtolatus apicem, ac quibus alii ejuſdem Sedis Notarii etiam de numero participantium exi-

exiſtentes, etiam ſi habitum, & Rochettum Notariorum dictæ Sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prædictorum Comites, ac Milites, & Nobiles, ac etiam originarii, & antiquiſſimi Cives Urbis, ſeu Civitatis, quam ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobile, & Cive originario, & antiquiſſimo procreati de jure, ſtatuto, conſuetudine, vel ex aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias quomodolibet, etiam quoad aſſequutionem quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum, etiam per quaſcumque literas, ſeu Conſtitutiones Apoſtolicas pro tempore editas, utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in judicio, & extra, ſine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia, etiamſi in Urbe, & Civitate hujuſmodi non habitaverint, perinde, acſi de vere nobili genere ex utroque parente nobili originario, & antiquiſſimo Cive procreati forent, ac hujuſmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, conceſſiones, indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eiſdem Conclaviſtis in ſpecie emanaſſent, aut emanarent, & eis naturaliter de jure, ſtatuto, conſuetudine, fundatione, vel alias competerent, indulgemus.

Exemptio a ſolutione decimarum, & impoſitionum &c.

§.4. Necnon eoſdem Conclaviſtas ſingulos a ſolutione, & exactione decimarum, & cujuſcumque pedagii, ſubſidii, gabellæ, & cujuſvis alterius oneris, tam ordinarii, quam extraordinarii, ubicumque locorum, & ex quacumque quantumvis gravi, & urgentiſſima, ac excogitabili cauſa, & occaſione impoſitorum, & pro tempore imponendorum, liberamus, & eximimus, liberoſque, & exemptos fore, & eſſe decernimus. Diſtrictius inhibentes, ne exactores pedagiorum, decimarum, ſubſidii, gabellarum, & onerum hujuſmodi, ad aliquam ſolutionem cogere, & compellere, aut alii quicumque cujuſcumque eccleſiaſticæ, vel ſecularis dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis, eos ſuper præmiſſis, eorumve uſu, poſſeſſione, vel quaſi, directe, vel indirecte, quovis quæſito colore vel ingenio moleſtare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo præſumant.

Remiſſio fructuum indebite perceptorum ob omiſſionem horarum canonicarum &c. ac etiam irregularitates.

§.5. Ipſiſque Conclaviſtis ſingulis quoſcumque fructus, redditus, & proventus eccleſiaſticos, ac etiam occaſione penſionum annuarum ipſis, vel eorum alicui reſervatarum, ratione omiſſionis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuſcumque quantitatis fuerint, gratioſe remittimus, & condonamus. Ac eum eiſdem ſuper inhabilitate propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod cenſuris hujuſmodi ligati, miſſas, & alia divina officia, (non tamen in contemptum clavium) celebraverint, & alias divinis ſe immiſcuerint, ut illa, & aliis præmiſſis non obſtantibus, ad omnes etiam ſacros, & presbyteratus ordines, etiam rite promoveri, & in illis, ac ſuſceptis per eos alias rite ordinibus, etiam in altaris miniſterio miniſtrare libere, & licite poſſint, auctoritate, & tenore præmiſſis de ſpecialis dono gratiæ diſpenſamus.

Habilitatio illegitimorũ ad officia ſecularia &c.

§.6. Necnon eoſdem Conclaviſtas, ſi qui eorum defectum natalium patiuntur ex quocumque damnato, & illicito, non tamen presbyteri coitu forſan procreati ſint, legitimamus, omnemque ab illis genituræ maculam, ſive notam abſtergimus, & abolemus, ac cum eorum ſingulis, ut in quibuſcumque bonis paternis, & maternis, ac aliorum conſanguineorum, ſeu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, ſine tamen præjudicio venientium ab inteſtato, vel ex fideicommiſſo, vel alia de jure valida diſpoſitione, ſuccedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo conſequi, & habere. Necnon ad dignitates, honores, & quæcumq; alia officia ſecularia, publica, & privata eligi, & aſſumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, perinde acſi de legitimo matrimonio procreati forent. Ac eodem defectu non obſtante, ſi aliud Canonicum impedimentum eis non obſiſtat, ut clericali charactere, qui illo nondum inſigniti ſunt, inſigniri, & ad omnes, etiam ſacros, & presbyteratus ordines, ſi nondum promoti exiſtunt, promoveri, ac poſtmodum charactere, & ordinibus hujuſmodi, illorumque privilegiis, uti, ac in eiſdem ordinibus, etiam in Altaris miniſterio miniſtrare, libere, & licite valeant, dicta auctoritate earumdem tenore præſentium, etiam de ſpecialis dono gratiæ, diſpenſamus.

Diſpenſatio circa delationem habitus, & tonſuræ, pro Conclaviſtis habentibus penſionem centũ ducatorum.

§.7. Et inſuper eiſdem Conclaviſtis omnibus, & ſingulis, quod ratione quarumcumque penſionum ipſis, & eorum cuilibet (non tamen ultra ſummam centum ducatorum auri de Camera pro quolibet nunc, & pro tempore reſervatarum, & reſervandarum) in habitu, & tonſura per Conſtitutionem fel. rec. Sixti Papæ V. Prædeceſſuris noſtri deſuper editam declaratis, & præſcriptis incedere, illoſque deferre minime teneantur, & ob non delationem habitus, & tonſuræ hujuſmodi, amiſſionis earumdem penſionum, vel alias pœnas in dicta Conſtitutione contentas, nullatenus incurrant, aut incurriſſe cenſeantur, dummodo tamen alias habitum decentem, & honeſtum deferant, concedimus, & indulgemus.

Literæ Apoſtolicæ gratis pro eis expediantur.

§.8. Præcipimus quoque, & mandamus, quod omnes, & quæcumque gratiæ, proviſiones, commendæ, & quævis aliæ literæ Apoſtolicæ, ac etiam in forma brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, & expediri debeant, Eiſdemque Conclaviſtis in forma Brevis, tam de capienda poſſeſſione in nomine Cameræ Apoſtolicæ, quam in favorem literarum Apoſtolicarum, ubi illi ſuper proviſionibus quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum dari poterunt, prout noſtris familiaribus continuis commenſalibus, etiam gratis

den-

dentur, & concedantur, ac dari, & concedi omnino debeant. Nec non ſingulis Conclaviſtis Beneficiatis, vel ad Sacros etiam Presbyteratus Ordines promotis, non tamen Parochialium Eccleſiarum Rectoribus, ſeu Vicariis, ut leges, & civilia jura ad quinquennium dumtaxat audire, & in illis gradus conſuetos ſuſcipere, & quoſcumque actus ſcholaſticos exercere, & poſtquam idonei reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum promoveri.

Indultum quoad penſiones.

§.9. Necnon Conclaviſtis prædictis, & eorum ſingulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitani, ſeu aliarum Eccleſiarum, aut perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam, ad id per eos, & eorum ſingulos eligendi, ſeu eligendæ, quaſcumque penſiones annuas eis, & eorum ſingulis ſuper quibuſvis fructibus, redditibus, & proventibus quorumcumque beneficiorum eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura, ſecularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum, etiam S. Joannis Hieroſolymitani, regularium, ſeu fructus, redditus, & proventus beneficiorum hujuſmodi reſervatos, uſque ad ſummam centum ducatorum auri de Camera hujuſmodi, in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo caſſare, & extinguere, ac poſtquam caſſatæ fuerint, alias ſimiles penſiones annuas, tertiam partem omnium fructuum dictorum beneficiorum non excedentes, ſeu fructus, redditus, & proventus hujuſmodi, uſque ad ſummam prædictam, uni vel pluribus aliis perſonis eccleſiaſticis per eoſdem Conclaviſtas, & eorum ſingulos nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, & expectantibus, ſimiliter eis, quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eiſdem modo, & forma quibus eiſdem Conclaviſtis reſervatæ, vel reſervati fuerint, etiam abſque beneficia ipſa obtinentium conſenſu integre perſolvendas, ſeu per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, reſervare, conſtituere, concedere, & aſſignare, libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus. Decernentes ipſas translationes, & novas reſervationes, Conſtitutiones, & aſſignationes penſionum, ſeu fructuum, redditutuum, & proventuum hujuſmodi, plenam roboris firmitatem obtinere. Ipſaque beneficia, ſuper quorum fructibus, redditibus, & proventibus reſervata fuerint, obtinentes, ad illas perſolvendas efficaciter obligatos fore.

Privilegium de non regiſtrandis.

§.10. Necnon eoſdem Conclaviſtas eorumve aliquem ad præſentes literas in Camera prædicta inſinuandas, aut admitti, & regiſtrari petendum minime teneri, nec illas, etiamſi intra tempus legitimum inſinuatæ, admiſſæ, aut regiſtratæ non fuerint, minus validas cenſeri, ſed ſuos plenarios effectus ſortiri debere.

Clauſula hujus conceſſionis præſervativæ.

§.11. Ac eaſdem præſentes, & in eis contenta quæcumque, ſub quibuſvis revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis ſimilium gratiarum revocatoriis, vel quæ illas limitarent, aut moderarentur, quæ a Nobis, & dicta Sede pro tempore, & ex quibuſvis cauſis etiam urgentiſſimis, & in favorem fidei, ac divini cultus augmentum etiam conſiſtorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel impoſterum emanaverint, comprehenſas, ſed quoties illæ emanabunt, toties eaſdem præſentes in priſtinum ſtatum repoſitas, & reintegratas eſſe, ac cenſeri.

Clauſula ſublata.

§.12. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios in quavis cauſa, vel inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputantur.

§.13. Quocirca mandamus dilectis filiis Reſcribendario, & Computatori literarum Apoſtolicarum Scriptorum, ac aliis, ad quos pertinet, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna indignationis noſtræ, ut literas Apoſtolicas ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, tam conjunctim, quam diviſim, ac pro ſingulis, quibus conceſſa ſunt, & ſeorſum, ac ſeparatim, cum omnibus, & quibuſcumque derogationibus, decretis, & clauſulis in eis contentis, gratis de mandato noſtro ubique in omnibus officiis, etiam Abbreviatorum, Sollicitatorum, Secretariorum, plumbique, & Regiſtri, abſque alia pecuniarum exactione, etiam per viam compoſitionis facienda, omni contradictione, & dilatione ceſſantibus, ſignent, expediant, & expediri faciant. Necnon Venerabilibus fratribus Amerin., & Camerinen. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios, literas prædictas, ac omnia, & ſingula in eis contenta, ubi, & quando expedierit, ac quoties pro parte dictorum Conclaviſtarum, ſeu alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, eiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant literas, & in eis contenta hujuſmodi, inviolabiliter obſervari. Non permittentes Conclaviſtas prædictos per quoſcumque deſuper quomodolibet impediri, ſeu moleſtari. Contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo.

Derogatio contrariorum

§.14. Non obſtantibus præmiſſis, ac de certo Notariorum numero, etiamſi ad illud nondum deventum ſit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac noſtra de præſtando conſenſu in penſionibus, nec non piæ memoriæ Pii Papæ IV., de ſimilibus, vel diſſimilibus gratiis in dicta Camera infra tres menſes præſentandis, & regiſtrandis, ac recolendæ memoriæ Pii V. Prædeceſſorum noſtrorum contra illegitimos, necnon Pictavien. Concilii, ac aliis Apoſtolicis in Univerſalibus, & Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinatio-

nibus, necnon Eccleſiarum, Monaſteriorum, Hoſpitalium, Ordinum, & Militiarum, ac etiam Urbis, aliarumque Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, necnon Cameræ prædictæ, & quarumcumque Univerſitatum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, naturis, decretis, & etiam novis reformationibus, necnon etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac etiam ſacris canonibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis Superioribus, & perſonis, ac locis quibuſvis in genere, vel in ſpecie, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, necnon derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam vim contractus, & ſtatuti perpetui continentibus, ac etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac conſiſtorialiter, & alias in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, illorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod Sacriſta, & Magiſtri Cæremoniarum Cappellæ noſtræ, ac Medici, cæterique omnes, & ſinguli, qui etiam in ipſo Conclavi, Nobis, & Cardinalibus, aut Cappellæ prædictis inſerviendo interfuerunt, quibuſcumque privilegiis, & facultatibus per præſentes conceſſis, ad quæ habiles, & idonei, a tribus Cardinalibus prædictis judicati fuerint, gaudeant, & ſub illis comprehendi debeant.

Fides tranſumptorum.

§.15. Quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis &c.

D.P. An. I. die 9. Nov. 1592.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, quinto Id. Novembris, Pontificatus noſtri Anno I.

XLIV.

Approbatio, novaque conceſſio facultatis Fratribus Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, in diebus S. Catherinæ, ac Cinerum, & Cœnæ Domini, generalem faciendi benedictionem, & abſolutionem.

Hujus abſolutionis, & benedictionis formam præſcripſit, & etiam in die S. Antonii, & S. Laurentii fieri permiſit hic idem Pont. infr. Conſt. Cum nos.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INfirma ævi conditio ſæpe efficit, ut res, vel maxime nobiles, ex hominum memoria ſenſim excidant.

Conſuetudo Ordinis abſolvendi, & benedicendi, ſtatis diebus, omnes Religioſos, & ſeculares poſt confeſſionem.

§.1. Quo genere incommodi, Ordo B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum effectus eſſe dicitur in hoc more antiquiſſimo ab immemorabili tempore obſervato, videlicet, quod ipſa Religio poteſt in diebus S. Catherinæ Virginis, & Martyris, & Cinerum, & Cœnæ Domini, omnes tam Religioſos, quam ſeculares, nimirum in Eccleſia præſentes, & genuflexos, poſt confeſſionem a Sacerdote coram omnibus recitatam de more abſolvere, & benedicere, ut etiam aliæ Religiones facere conſueverunt.

Et quia ignoratur a quo Pont. iſta facultas fuit Ordini conceſſa.

§.2. Sed quia hoc ſolum ex traditione obſervatur, & neſcitur, a quo Romano Pontifice ſit hujuſmodi facultas abſolvendi dictæ Religioni conceſſa, eo quod tractu temporis, & literæ Apoſtolicæ, & alia chirographa dictæ Religionis fuerunt deperdita.

Ideo ab iſto Pont. approbatur, & de novo conceditur.

§.3. Nos de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium ſuper ſtatu Regularium deputatorum, ac ſupplicationibus dilecti filii Magiſtri Petri Machado Provincialis Provinciæ Caſtellæ dicti Ordinis in hac parte inclinati, hanc facultatem prævia dicta confeſſione, ut præfertur, de more a Sacerdote coram omnibus recitata, abſolvendi, & benedicendi omnes præſentes, tam Religioſos, quam ſeculares, dictis diebus, generalem, & inveteratam, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, & eidem Religioni, quatenus opus ſit de novo concedimus.

Quibuſcumq; non obſtantibus.

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Exemplorum Bullæ fides.

§.5. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutę obſignatis, eadem prorſus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eiſdem præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D.P. A.I. die 20. Nov. 1592.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Novembris 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XLV.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Indultum Adminiſtratori pro tempore Militiarum Jeſu Chriſti, S. Jacobi, & de Avis conferendi bona dictarum Militiarum, quæ annuum redditum 100. ſcutorum non excedunt non Militibus.

Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Philippo Portugalliæ, & Algarbiorum Regi Catholico.

CLEMENS PAPA VIII.

Chariſſime in Chriſto Fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Pius V. bona harum Abbatiarum nonniſi earumdē

§.1. EXpoſitum Nobis nuper fuit Majeſtatis tuæ nomine, quod licet dudum fel. rec. Pius Papa V. Prædeceſſor noſter

Militibus concedi voluit.

ſter ad claræ mem. Sebaſtiani Portugalliæ, & Algarbiorum Regis inſtantiam, & ſupplicationem per ſuas literas 23. Maii 1568. expeditas conſtituerit, & ordinaverit, quod nulla bona cujuſvis qualitatis, & valoris exiſtentia, ad aliquas ex Militiis Jeſu Chriſti, S. Jacobi, & de Avis in dictis Regnis inſtitutis, quarum tunc ipſe Sebaſtianus Rex perpetuus Apoſtolica auctoritate deputatus Adminiſtrator exiſtebat, ſpectantia, & pertinentia alicui perſonæ, ſive ad vitam, ſive ad plures generationes conferrentur, niſi cum habitu illius Militiæ, cujus bona conferenda eſſent, ac alias, prout latius in prædictis literis continetur.

Hæc prohibitio difficile exequi potuit

§. 2. Prædictæ tamen literæ ob nonnullas difficultates, ſuum in omnibus plenarium effectum ſortitæ non fuerunt, nuncque multo minus adimpleri poſſunt, cum ſint in dictis Militiis aliqua bona, ſeu proprietates ita tenues, & parvi redditus, ut ad commodam cujuſvis Militis ſuſtentationem minime ſufficiant, ac propterea ad eorumdem bonorum titulum, quilibet habitu prædictarum Militiarum inſigniri abſque maximo illarum contemptu non poteſt. Quare Nobis ejuſdem Majeſtatis tuæ nomine fuit humiliter ſupplicatum, quatenus in præmiſſis de opportuno aliquo remedio providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Clemens Pii Literas in bonis annui redditus 100. ſc. exequendas eſſe declarat.

§. 3. Nos igitur honeſtis votis tuis, quantum cum Domino poſſumus, benigne annuere cupientes, ac prædictarum Pii Prædeceſſoris literarum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, eaſdem Pii literas in hac parta ita moderamur, ut tantummodo in iis bonis, & redditibus, quæ jam in titulos Commendarum erecta ſunt, & Commendæ nominantur, & habentur, necnon in Guberniis, & Tenentiis, quæ Alcaydarias mayores dicuntur, aliiſque bonis, redditibus, & juribus, quæ valorem annuum centum ſcutorum Cruciatorum nuncupat. excedunt, & ad prædictos Ordines, & Militias ſpectant, locum habeant, ita ut hæc nulli, qui non ſit habitu illius Militiæ, ad quam bona hujuſmodi reſpective ſpectant, conferri poſſint.

Bona vero minoris valoris per dd. Militiarum Adminiſtratores etiam non Militibus poſſe concedi.

§. 4. Cætera vero bona, proprietates, & jura earumdem Militiarum, dummodo valorem annuum centum ſcutorum non excedant, Majeſtatis tuæ moderni ipſarum Militiarum Apoſtolica ſimiliter auctoritate deputati Adminiſtratoris, tuorumq; ſucceſſorum illarum Adminiſtratorum pro tempore arbitrio, vel cum habitu Militiæ ad quem ſpectabunt, vel ſine eo, prout tibi, & illis magis expedire videbitur, concedi, & conferri poſſint. Sicque Majeſtati tuæ, & Succeſſoribus prædictis in perpetuum per præſentes indulgemus, ac plenam facultatem concedimus.

Derogatio contrariorum

§. 5. Non obſtantibus literis prædictis, ac omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, efficaciſſimis, & inſolitis, irritantibuſque, & aliis decretis, nec non quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictarumque Militiarum, & cujuſvis earum juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis &c.

Dat. die 21. Novem. 1592. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 21. Novembris 1592., Pontificatus noſtri Anno I.

XLVI.

Inſtitutio Orationis Quadraginta horarum, alternatim, & jugiter habendæ, in Eccleſiis, & Piis Locis Almæ Urbis, ad præſcriptam Eccleſiarum, & temporis diſtributionem, cum indulgentiarum conceſſione.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Dilectis filiis Clero, & Populo Romano, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſæ hujus Cōſtitutionis.

GRaves, & diuturnæ Chriſtianæ Reipublicæ calamitates, quæ peccatis promerentibus, quotidie magis ingraveſcunt, paſtoralem ſolicitudinem noſtram, quam univerſæ Eccleſiæ debemus, aſſidue commovent, magno ſane cum doloris ſenſu præſentium malorum, & impendentium periculorum motu, ſed præcipue cor noſtrum, & paterna viſcera noſtra transfigit luctuoſus ſtatus nobiliſſimi, & olim florentiſſimi Galliæ Regni, quod tot jam annos ſumma rerum perturbatione, & omnium malorum acerbitate conflictatur, ſerpunt in dies latius hæreſum incendia, jamque pari furore inflammati Sanctæ Eccleſiæ inimici hinc hæretici, inde Turcæ cervicibus noſtris proprius imminent, plane ut manifeſte omnibus appareat, ad tam multa incommoda repellenda inanem eſſe omnem operam hominum, inanes labores, & imbecilles vires, niſi cœleſtis gratiæ auxilio roborentur, quod ut conſequi poſſimus, confugiamus neceſſe eſt ad illam deſideriorum noſtrorum fidelem internuntiam, atque interpretem, & bonorum omnium conciliatricem orationem, quæ ex corde humili, & animo contrito emiſſa cœlos penetrat, iram Dei mitigat, plagas, & flagella avertit, & divinæ miſericordiæ impetrat abundantiam: eſt enim, ut ſancti Patres illam vocant, clavis cœli, & cum aſcendit Oratio, deſcendit Dei miſeratio, & quidem tanto facilius, & uberius deſcendit, quanto major fidelium, ac piorum multitudo in uno charitatis ſpiritu copulata continuatas adhibet preces.

Inſtitutio Orationis de qua in rubrica.

§. 1. Quare memores verbi Domini, quod eſt apud Sanctum Prophetam: Invoca, inquit, me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me: ſtatuimus ad placandum Deum, ut avertatur ira ejus a populo

Digitized by Google

ſuo, & ad ejus opem bis difficillimis temporibus impetrandam, perpetuam ſine intermiſſione orationem publice in hac Alma Urbe ſic inſtituere, ut in Eccleſiis Patriarchalibus, & inſignibus Collegiatis, necnon S. R. E. Cardinalium titulis, & Diaconiis, & Regularium, atque etiam Confraternitatum Eccleſiis, quæ ſeorſim deſcriptæ erunt, certis præfinitis diebus, pia, & ſalutaris Quadraginta horarum oratio celebretur, ea ſervata Eccleſiarum, & temporia diſtributione, ut die, noctuque, quavis hora, toto vertente anno, ſine intermiſſione orationis incenſum in conſpectu Domini dirigatur.

Hortatio ad pie ibi orandū pro cauſis hic enarratis.

§.2. Quamobrem vos omnes, quos uti peculiares filios præcipuo complectimur affectu, vehementer in Domino hortamur, ut in hoc ſaluberrimo, & pernecceſſario orandi ſtudio, vos ipſos pie, & diligenter exerceatis. Pauperes omnes ſumus, & Dei gratia indigemus, bonorum omnium auctor, & largitor eſt Deus, nihil boni adipiſci, nihil mali evitare ſine eo poſſumus, petite ergo, & accipietis, pulſate, & aperietur vobis. Orate pro Eccleſia Sancta Catholica, ut diſſipatis erroribus, unius fidei veritas toto terrarum orbe propagetur. Orate ut peccatores redeant ad cor, & ne ſcelerum fluctibus abſorbeantur, ſed per pœnitentiæ tabulam ſalventur. Orate pro Regum, & Chriſtianorum pace, & unitate. Orate pro afflicto Regno Galliæ, ut qui dominatur cunctis Regnis, & cujus voluntati nihil reſiſtit, Regno Chriſtianiſſimo, & optime de Chriſtiana Religione merito, veterem pietatem, & priſtinam tranquillitatem reſtituat. Orate ut fidei hoſtes teterrimi Turcæ, qui furore, & audacia incenſi, Chriſtianis omnibus ſervitutem, & vaſtitatem minitari non ceſſant, ipſius Dei Omnipotentis deſtera conterantur. Orate denique pro Nobis ipſis, ut Deus infirmitatem noſtram ſublevet, ne tanto oneri ſuccumbamus, ſed det Nobis in populo ſuo, verbo, & exemplo proficere, & opus miniſterii noſtri adimplere, ut una cum grege Nobis, licet immeritis credito, ad vitam ſempiternam perveniamus, per aſperſionem ſanguinis Agni immaculati, quem in Altari offerimus, & Deo Patri repræſentamus, ut reſpiciat in faciem Chriſti ſui, & pareat Nobis peccatoribus, intercedente etiam advocata noſtra Sanctiſſima Virgine Dei genitrice Maria, Sanctiſque omnibus cum Chriſto Domino regnantibus.

Hæc Oratio initiatur in Palatio Apoſtolico in prima Dominica Adventus.

§.3. Hanc autem piam orationem Nos ipſi primum in noſtro Apoſtolico Palatio, prima Dominica ſacri Adventus poſt miſſarum ſolemnia inchoabimus, cum Venerabilibus fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, & qui in Urbe adſunt Epiſcopis, & Prælatis, ut deinceps ſuo ordine in cæteris Urbis Eccleſiis ad præſcriptam formam celebretur, & ſalutaris conſuetudo ſine intermiſſione orandi rite, ac devote inducatur.

Indulgentia pro orantibus.

§.4. Cæterum, ut eo propenſius in hoc pio inſtituto perſeveretis, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli auctoritate confiſi omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelibus vere pœnitentibus, & confeſſis, ac Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento refectis, qui in quacumque Eccleſia, ubi oratio hujuſmodi indicta fuerit, devote orando unam ſaltem horam perſeveraverint, plenariam peccatorum ſuorum indulgentiam concedimus, & elargimur; iis vero, qui inibi pias ad Deum preces breviori temporis ſpatio effuderint, ſeptem annos, & totidem quadragenas de injunctis ſibi, aut alias debitis pœnitentiis miſericorditer in Domino relaxamus.

Datum Romæ apud S. Petrum die vigeſimaquinta Novembris, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, Pontificatus noſtri Anno I.

D.P.An.I.die 25.Nov.1592.

XLVII.

Echebarem Regem Mogor hortatur ad agnoſcendam, & ſequendam Chriſtianam Fidem, & audiendos Presbyteros Societ. Jeſu.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Echebari Regi Mogor Illuſtri.

Echebaris Regis qualitates.

CHaritas Dei, & Domini Noſtri Jeſu Chriſti, cui inſervimus, facit, ut nullius omnino hominis ſalutem à noſtra cura, & ſtudio alienam ducamus: In te autem, præter hanc communem cauſam, multæ ſunt propriæ, quibus te diligamus, tibique ſummam, ac ſempiternam beatitudinem cupiamus, excellens quędam bonitas, naturæ humanitas, benignitas cum erga omnes, tum propria quædam erga Sacerdotes noſtros Societatis Jeſu, animus denique à Chriſtianæ Fidei præceptis, & monitis audiendis non abhorrens. Hæc enim omnia narraverunt Sacerdotes illi tui cupidiſſimi. Hæ igitur cauſæ effecerunt, ut ad te ſcriberemus, vellemuſque has literas, tanto locorum intervallo teſtes eſſe noſtræ erga te charitatis, præcaremurque tibi à Domino veræ Fidei agnitionem, & cultum, ſine quo ſalutis ſpes nulla eſſe poteſt.

Eum hortatur Clemens, ut PP. Soc. Jeſu audiat Evangelium prædicantes.

§.1. Hanc Fidem Jeſus Chriſtus Dei Filius ſuo ore docuit, Diſcipulorum cordibus inſeruit, miraculis innumeris firmavit, ſuo ipſius ſanguine pro ſalute Mortalium omnium ſponte profuſo ſanxit. Apoſtolorum prædicatione toto Terrarum Orbe propagavit, quotidieque per ſervos ſuos diffundit. Nam, quid aliud, tam multis in Locis, tam à Nobis, tam inter ſe disjunctis laborant Sacerdotes noſtri, niſi, ut quamplurimos poſſint ad Chriſti Fidem, atque ad ſanctitatem vocare. Qua mercede? nulla alia, niſi ipſorum ſalutis, hanc enim ſuum maximum lucrum eſſe ducunt, nihil mortale, & caducum ſpectantes, ſed omnes ad illam Gloriam aſpirare, & pervenire

cu-

cupientes, quam omnibus pie, & cum virtute viventibus, propoſitam eſſe, Fides noſtra agnoſcit, & prædicat: Nos vero de præceptis, ac myſteriis noſtræ Religionis libenter à te audiri accepimus: quo nomine tibi gratias agimus, ac rogamus, ut eos frequenter adhibeas, atque audias, ac ſi te in audiendo delectari, & affici, quod facile fiet, ſenſeris, ſi ad credendum permoveri, ne obſiſtas, neve cuncteris præſenti Deo te tradere, & Fidem, ac Legem oblatam accipere; qua certe lege, nihil eſt perfectius, nihil naturæ, ac rationi convenientius: jubet enim homines, optimam ſui partem, & immortalem Animam, inquam, excolere, ab omni labe puram, caſtamque ſervare, virtutibus complere, has veras divitias ducere, neminem lædere, ac ne odiſſe quidem, omnibus etiam inimicis benefacere, cavere, ne, qua in re Dei bonitas offendatur, offendi autem non modo turpitate aliqua admiſſa, ſed etiam expetita, Deum enim intimis etiam animi cogitationibus præſentem eſſe, eaſque perſpicere, ergo circumſpiciendum nobis eſſe, ne quid aut intus in animo inſideat, aut foris appareat, quod illius oculis diſplicere poſſit, maximum autem malorum omnium peccatum ducere, quod nos privet divina gratia, & fructu ſempiternæ fęlicitatis, ad quam ab eodem ipſo Deo facti, & inſtituti ſumus. Hæc, aliaque permulta, ſumma omnia, & divina docet, & præcipit noſtra lex, hæc veri hujus Legis cultores faciunt, non modo ſine moleſtia, ſed magna etiam cum voluptate. Hujus Legis, hujus ſenſus, hujus tum præſentis, tum futuræ, ac beatiſſimæ vitæ fructus, te ſocium habere percupimus, hoc ſummis precibus Deum oramus, hoc à te poſcimus, nullo, ut vides, noſtro terreno lucro, ſed incredibili quodam tuæ ſalutis ſtudio. Sunt multa, ut dicebamus, in te egregia, naturæ bonitas, humanitas, facilitas, cognoſcendæ veritatis amor, magna hæc in te Dei ſunt beneficia, ac ſimul etiam invitamenta ad ſe agnoſcendum, qui eſt ſumma veritas, ſumma bonitas, ſumma charitas. Rogamus, ut hæc attentius cogites, & Sacerdotes Societatis Jeſu, ut facis, audias, eoſque commendatos habeas, ſenties in te vim divinæ gratiæ, &, ut ſperamus, eo pervenies, ut cognoſcas Deum Patrem, & quem ille nobis miſit Jeſum Chriſtum Filium ſuum, Deum, & Dominum noſtrum, unum cum Patre, & Spiritu Sancto Deum, cui laus, honor, & gloria in ſæcula ſæculorum Amen.

Dat. die 17. Decem. 1592. An. I. (a) Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, quingenteſimo, nonageſimo ſecundo, decimo ſexto Kalendas Jan. Pont. Noſtri Anno I.

(a) Hoc eodem anno Clemens Conſtitutione, quæ incipit *Alias* Dat. die 1. Apr. literas Sixti V. confirmavit, quibus Lauretanum Oppidum in Civitatem erexerat, & Epiſcopali dignitate inſignitum voluerat. Altera autem Conſtitutione, cujus initium *Quæ a Romanis* die 9. Dec. ratas etiam habuit literas Gregorii XIII., Sixti V., & Greg. XIV. quibus Græcis, qui ex Inſula Pathmos Anconam appulerant, proprium ſuæ Nationis Conſulem eligendi fuit tributa facultas. Quas quidem literas Sixti, & Greg. ſuo loco poſuimus.

XLVIII.

Validatio Suppreſſionis Præpoſituræ Sancti Thomæ Senen., quæ fuerat Ordinis Humiliatorum, ac illius erectionis in Præceptoriam Militiæ S. Stephani unitam, quamvis Apoſtolicæ Gregorii XIV. Literæ expeditæ hac ſuper re non fuerint. *Ex Regeſt. in Secret. Brev.*

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. ÆQUUM reputamus, & rationi conſonum, ut ea, quæ de Romani Pontificis providentia proceſſerunt, licet ejus ſuperveniente obitu literæ Apoſtolicæ deſuper confectæ non fuerint, ſuum ſortiantur effectum.

Series geſtæ rei per Gregorium Pontificem. §. 1. Sane cum olim Præpoſitura ſuppreſſi olim Ordinis Humiliatorum, tunc vero ſecularis S. Thomæ Senen. per liberam reſignationem dilecti filii Guilielmi Sangallet olim dictæ Præpoſituræ Præpoſiti, quam tunc obtinebat, in manibus fel. rec. Gregorii Papa XIV. Prædeceſſoris Noſtri ſponte factam, & per eum admiſſam apud Sedem Apoſtolicam vacaviſſet, & vacaret, tunc ſi, prout exhibita eadem Prædeceſſori pro parte dicti Guilielmi olim petitio continebat, ejuſdem Præpoſituræ nomen, titulus, & denominatio perpetuo ſupprimerentur, & extinguerentur, ac dictæ Præpoſituræ loco una Præceptoria militiæ Sancti Stephani PP., & Martyris ſub Regula Sancti Benedicti pro uno Præceptore dictæ militiæ perpetuo erigeretur, & inſtitueretur, ex eo profecto ejuſdem militiæ augmento opportune conſuleretur. Quare pro parte ejuſdem Guilielmi, tunc aſſerentis, ſe aliunde commode ſubſtentari poſſe, eidem prædeceſſori humiliter ſupplicato, quatenus nomen, titulum, & denominationem Præpoſituræ hujuſmodi perpetuo ſupprimere, & extinguere, ac illius loco unam Præceptoriam militiæ Sancti Stephani hujuſmodi ad perpetuum erigere, & inſtituere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaretur; Idem prædeceſſor eumdem Guilielmum à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat, ad effectum infraſcriptorum dumtaxat conſequendum abſolvens, hujuſmodi ſupplicationibus tunc inclinatus, ſub Dat. videlicet ſeptimo Kalendas Septembris Pontificatus ſui Anno primo, in dicta Præpoſitura, cui cura non incumbebat animarum, cujuſq;, & aliarum ejuſdem ſuppreſſi Ordinis humiliatorum Præpoſiturarum, dum pro tempore vacarent, omnimoda diſpoſitio Sedi prædictæ ſemper erat reſervata, nomen, titulum, & denominationem Præpoſituræ, ac dignitatis præpoſituralis hujuſmodi, cujus, ac illi forſan annexorum fructus, redditus, & proventus centum, & quinquaginta ducato-

Digitized by Google

torum auri de Camera ſecundum communem extimationem valorem annuum, uti dictus Guilielmus, etiam tunc aſſerebat, non excedebant, ita quod de cætero Præpoſitura denominari, ſeu conferri non poſſet, auctoritate Apoſtolica perpetuo ſuppreſſit, & extinxit, ac eamdem Præpoſituram, ſeu illius loco unam Præceptoriam ejuſdem militiæ pro uno fratre milite profeſſo, etiam juxta ſtabilimenta, Indulta, & privilegia dictæ militiæ uxorato, & non antiano prædictæ militiæ, aut illam profiteri cupiente, cujuſvis gradus, & conditionis foret, qui arma contra Infideles, & alios Catholicæ Eccleſiæ hoſtes gerere, & militare, aliaque prædictæ militiæ incumbentia onera, juxta ejus Magni Magiſtri ordinationem, ſubire teneretur, ac ſub conditionibus, obligationibus, pactis, & privilegiis pro ſalubri militum directione, decore, & Religionis hujuſmodi propagatione, per ipſum Magnum Magiſtrum injungendis, & quia etiam Præceptoria pro tempore vacatura eo modo, & forma, prout idem Magnus Magiſter, hac prima vice ordinaſſet, provideri, & diſponi deberet, etiam perpetuo dicta auctoritate erexit, & inſtituit, ac ipſi Præceptoriæ ſic, ut præfertur, erectæ pro ejus Dote proprietates, & bona Præpoſituræ cum illi annexis hujuſmodi dicta auctoritate ſimiliter perpetuo applicavit, & appropriavit, nec non ipſi Præceptori pro tempore inſtituto, atque adeo ipſi Magno Magiſtro quoad dictam Præceptoriam, ac plenam de illa diſponendi poteſtatem, ut quibuſvis privilegiis, Immunitatibus, exemptionibus, aliiſque omnibus, & quibuſcumque gratiis, tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus alii dictæ militiæ milites, etiam quoad antianitatem, vel conſequutionem aliarum ejuſdem militiæ Præceptoriarum, ſeu Commendarum, aut Beneficiorum, ac quibus tam in genere, quam in ſpecie quoad alias prædictæ militiæ Præceptorias, ipſe Magnus Magiſter utebantur, fruebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, frui, potiri, & gaudere poterant quomodolibet, in futurum ſimiliter uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite, poſſint, & valeant, eadem auctoritate pariter perpetuo conceſſit, & indulſit. Decernens Suppreſſionem, extinctionem, erectionem, Inſtitutionem, applicationem, approbationem, conceſſionem, Indultum, aliaque premiſſa valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari debere, nec non literas ipſius prædeceſſoris deſuper conficiendas nullo unquam tempore quovis quæſito colore, vel ingenio, etiam ad quorumvis Inſtantiam, & ex quacumque, etiam juridica, & rationabili cauſa, vel etiam ſub prætextu quod premiſſa in forma Juris facta non forent, & non vocati intereſſe habentes, & alii vocandi, cæteræque ſolemnitates requiſitæ non eſſent obſervatæ, & ſine cauſa emanaſſent, revocari, limitari, modificari, aut ad terminos Juris communis reduci, vel quempiam adverſus illa in integrum reſtitui, ſeu eaſdem de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis dicti Prædeceſſoris defectu notari, vel impugnari, & per ſubreptionem, aut obreptionem obtentas præſumi non poſſe, vel alias viribus carere, cauſamque, ſeu cauſas, propter quas illæ emanaſſent coram loci Ordinario, etiam tamquam ejuſdem Sedis delegato verificari non debere, nec eas ſub quibuſvis revocationibus, reſervationibus, vel derogationibus ſimilium, vel diſſimilium gratiarum, etiam per eumdem Prædeceſſorem, & Succeſſores ſuos, & dictam Sedem, ac alias quomodolibet factis, & faciendis, nec non Regulis, ſeu Conſtitutionibus Apoſtolicis pro tempore editis ullatenus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanaſſent, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, & de novo, etiam ſub data per eumdem Magnum Magiſtrum eligenda conceſſas, & perpetuo validas, & efficaces in omnibus, & per omnia exiſtere; Sicque in præmiſſis univerſis, & ſingulis per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac prædictæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac dictum Ordinarium, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane ſi ſecus ſuper iis à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obſtantibus Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis de unionibus committendis ad partes, exprimendoque vero valore, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas niſi in caſibus à Jure permiſſis fieri prohibentis, & aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, ac dictæ militiæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, ſtabilimentis, uſibus, & naturis contrariis quibuſcumque. Voluit autem dictus Prædeceſſor, quod Præceptoriam erectam prædictam pro tempore obtinens, perpetuis futuris temporibus unum Presbyterum idoneum ab Ordinario approbandum, quod Eccleſiæ dictæ Præpoſituræ, ſic in Præceptoriam erectæ in divinis deſerviret, ac redditum annuum de bonis ejuſdem Præceptoriæ conficiendum haberet, & ex eo foveretur juxta Conſtitutionem piæ mem: Pii Papa V., etiam Prædeceſſoris noſtri ſuper novo ſtatu Præpoſiturarum, & diviſione fructuum dicti Ordinis Humiliatorum editam, quæ incipit :: Quamvis per extinctionem: incumbere omnino deberet, & teneretur.

§. 2. Ne autem de abſolutione, ſuppreſſione, extinctione, erectione, inſtitutione, applicatione, approbatione, commiſſione, Indulto, Decreto, & voluntate prædictis, pro eo, quod ſuper illis dicti Gregorii Prædeceſſoris ejus ſuperveniente obitu literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſeque Guilielmus illorum fruſtretur effectu, volumus, & ſimiliter auctoritate prædicta decernimus, quod abſolutio,

Geſta per Gregorium confirmat Clemens, ſervarique præcipit, perinde ac ſi Bullæ fuiſſent expeditæ.

ſup-

ſuppreſſio; extinctio, erectio, Inſtitutio, applicatio, appropriatio, conceſſio, Indultum, Decretum, & voluntas Gregorii prædeceſſoris hujuſmodi perinde à dicta die ſeptimo kalend. Septembris ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis ipſius Gregorii Prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur.

Perpetuam firmitatē præſentibus literis addit.

§. 3. Quodque præſentes literæ ad probandum plene abſolutionem, ſuppreſſionem, extinctionem, erectionem, inſtitutionem, applicationem, appropriationem, conceſſionem, Indultum, decretum, & voluntatem Gregorii Prædeceſſoris hujuſmodi ubique ſufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur.

Exequutores deſignat.

§. 4. Quocirca venerabilibus fratribus noſtris, tunc ſuis Archiepiſcopo Piſan. Amerin., & Avenionen. Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando expedierit, ac quoties pro parte dicti Gulielmi fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes faciant auctoritate Noſtra præſentes literas, & in contenta hujuſmodi ab omnibus, ad quos ſpectat, & quomodolibet ſpectabit in futurum, inviolabiliter obſervari; Non permittentes Gulielmum, vel quoſcumque alios deſuper quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoslibet, & Rebelles per cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantia tollit.

§. 5. Non obſtantibus rec. mem. Bonifacii Papæ VIII., ſimiliter Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium ad Judicium non trahatur, ac aliis Conſtitutionibus ſupradictis; ſeu ſi aliquibus communiter, aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Clauſulæ pœnales.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtri mandati, voluntatis. & Decreti infringere &c.

Dat. die 9. Februar. 1593 An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicę milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo quinto Idus Februarii Pont. Noſtri Anno primo.

XLIX.

Validatio Erectionis Officii Præſidis Cancellariæ pro expediendis literis quorumcumque Officiorum Vacabilium &c.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Æquum reputamus &c. *Reliqua ut in præcedenti.*

Nonnulli ad Officia per via expeditione Literarum Apoſtolicarũ admittebantur.

§. 1. Dudum ſiquidem poſtquam felicis recordationis Julius II. unum Præſidentium, & alterum Portionariorum Annonæ, deinde Leo X. aliud Scutiferorum Apoſtolicorum de numero participantium, poſtea Paulus III. unum Sancti Petri, & alterum Sancti Pauli Militum nuncupatorum, ac tandem diverſi alii Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri plura, & diverſa alia variorum exercitiorum Romanæ Curiæ officia, & Collegia tam in Cancellaria Apoſtolica, quam extra eam, certis tunc ſuadentibus cauſis crexerant, inſtituerant, quorum aliqua, ſicuti Scriptorum, & Cubiculariorum Apoſtolicorum, ac utriuſque Præſidentiæ Abbreviatorum, nec non Sollicitatorum Literarum Apoſtolicarum, ac minoris gratiæ Scriptorum, & etiam forſan alia ex laudabili, & eo uſque obſervata conſuetudine, illos, quibus ſuorum Collegiorum officia ad Romani Pontificis diſpoſitionem ſpectantia pro tempore concedebantur, non aliter, quam literis Apoſtolicis ſuper conceſſionibus debite expeditis, ad eorum officia admittebant, ſuiſque Collegiis aggregabant; alia vero, ut erant prædicta Scriptorum, Præſidentium, Portionariorum, ac Sanctorum Petri, & Pauli Militum, nec non Archivii ejuſdem Romanæ Curiæ Scriptorum, ac minoris gratiæ Procuratorum, nonnullorumque aliorum Officialium Collegia hujuſmodi, forſan privilegiorum aliquorum, ſeu facultatum in dictorum Collegiorum erectionibus, aut alias conceſſorum, vigore, ſeu quavis alia ratione, vel prætextu, ſuos Officiales ſolius ſupplicationis, aut motus proprii, vel cujuſvis alterius Cædulæ piæ mem. Sixti Papæ V., etiam Prædeceſſoris noſtri, ſeu alterius Romani Pontificis, aut ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, ſeu ejus Datarii, vel alicujus ſuper eo pro tempore deputati, manu obſignatæ, & ſubſcriptæ, aut literarum Patentium nuncupatarum, facta oſtenſione, lectura, nullis ſuperinde literis Apoſtolicis, prout alii ſuperius expreſſi, expeditis, ad officia ſua, eorumque exercitia, fructuumque, reddituum, & proventuum, ac emolumentorum perceptionem etiam admittebant, quibus efficiebatur, ut ob hujuſmodi expeditionum, & admiſſionum diverſitatem, ac conceſſionum gratiarum informitatem, utpote quædam minus, vel magis ſolemniter fiebant, officiorum ipſorum quædam præclara, circa quædam

Alii vero per ſolam Cedulã manu Pontificis, vel alterius ſubſcriptam.

dam vero minus præclara in multorum, ſicut eidem Sixto Prædeceſſori innotuerat, * offenſam hujuſmodi videbantur.

* Sic.

Sixtus V. juſſit pro Referendariis U.S. Bullas expediri.

§.2. Idem Sixtus Prædeceſſor attendens, quod humani incertitudo judicii, dum futuris eventibus modum, & formam præſcribere ſatagebat, ita plerumque fallebatur, ut, quæ provida deliberatione conſtituebantur, operæ pretium erat poſtea immutare, unde præmiſſis minus videri debebat, ſi Romanus Pontifex ea, quæ ab ipſo ex certis apparentibus cauſis emanarant, aliis ſupervenientibus rationibus, magis urgentibus adductus, interdum revocabat, & in meliorem, commodioremque ſtatum reducebat, & alias deſuper diſponebat, prout rerum, & perſonarum circumſtantiis debite penſatis, conſpiciebat in Domino ſalubriter expedire: ac abuſum, & depravatum morem circa poſteriores dictas, aliaſque illarum ſimiles Officialium receptiones, & admiſſiones, diutius permanere nolens, necnon ſingularum Cedularum motus proprii, & forſan deſuper confectarum literarum, nec non privilegiorum, indultorum, gratiarum, & facultatum, dilectis filiis Vice-Cancellario, Summatori, Datario, Procuratoribus Palatinis, & Scriptoribus, ac aliis prædictis, cæteriſque Curiæ, Cancellariæ, & Cameræ prædictis Officialibus, eorumque Collegiis, & Officiis conceſſorum, & inde ſequutorum quorumcumque tenores, pro expreſſis habens, ſub Datum videlicet 4. Idus Novembris, Pontificatus ſui Anno Tertio, in primis, ſingulos Signaturæ ſuæ tam gratiæ, quam juſtitiæ Referendarios tunc præſentes, & futuros, ad Literarum Apoſtolicarum ſub plumbo ſuper conceſſione ſui Referendariatus officii expeditionem, teneri voluit.

Cæteris Officialibus cedulæ motus proprii

§.3. Et deinde formam, & taxam expeditionis earumdem, & quarumcumque aliarum literarum Apoſtolicarum de hujuſmodi, & quibuſcumque aliis Officiis tam in dicta Curia, quam extra eam exiſtentibus, ſuper quorum conceſſione Literæ ipſæ, de mandato dicti Sixti Prædeceſſoris, expedirentur, præſcribere cupiens, perpetuo ſtatuit, & ordinavit, quod expedita deſuper de more ſupplicatione, ſeu motus proprii Cædula, ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, Datarius ſuper conceſſione cujuslibet Officii Referendariatuum tam juſtitiæ, quam gratiæ, ac aliorum Officiorum hujuſmodi Literas Apoſtolicas, ſola ejus manu ſubſcriptas ſub plumbo, abſque Summatoris ejuſdem Prædeceſſoris, & quorumcumque aliorum tam Sedis Apoſtolicæ, quam dictæ Curiæ Officialium, viſione, & ſubſcriptione expedire, & pro uberiori hujuſmodi gratiæ exactione, proceſſum fulminatorium decernere deberet, mediante certa tunc expreſſa pecuniarum ſumma, ratione taxæ, & ſcripturarum, ac laborum perſolvenda, eidemque Datario pro tempore exiſtenti plenam, & omnimodam facultatem, & auctoritatem Regiſtratorem, & Notarium publicum, qui Literas hujuſmodi regiſtrare, & proceſſus hujuſmodi deſcribere valeret, ad nutum ſuum amovibiles, deputandi conceſſit:

Confecto tamen a Datario Proceſſu.

Literas vero Apoſtolicas per ſolos ſcriptores ſcribi poſſe declaravit, Statuta Taxa.

§.4. Poſtmodum vero, ſtatuit etiam, & ordinavit, ut deinceps perpetuis futuris temporibus prædicti omnes, & ſinguli Scutiferi, Præſidentes, Portionarii, Sanctorum Petri, & Pauli Milites, Archivii dictæ Curiæ Scriptores, Procuratores Literarum Apoſtolicarum minoris gratiæ, & Literarum Contradictarum Rotæ, & Auditoris Cameræ Notarii, Brevium Apoſtolicorum ſcriptores, & cæteri tam dictæ Curiæ, quam totius Status Eccleſiaſtici noſtri, tunc ipſius Sixti Prædeceſſoris Officiales, qui Literis Apoſtolicis ſub plumbo expeditis, in eorum ad ſua officia admiſſionibus, & perceptionibus non utebantur, quibus Officia qualitercumque qualificata, & nuncupata erecta, & erigenda, illorum vacatione quomodolibet occurrente, tam per ipſum Sixtum Prædeceſſorem, quam alios quoſcumque Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes concedi, & aſſignari, aut alias de illis in eorum favorem diſponi contingeret, antequam ad hujuſmodi officia, eorumque exercitia, vel emolumenta recipi, & admitti poſſent, Literas Apoſtolicas ſub plumbo ſuper poſſeſſione, aſſignatione, vel aliis diſpoſitionibus hujuſmodi ab aliquo, vel aliquibus ex dictarum Literarum Apoſtolicarum Scriptoribus, & non ab alio, vel aliis, qui de eorumdem Scriptorum numero non eſſent deſcripti, expediri facere, ac Taxam propterea de more aliarum expeditionum debitam, & a prædicto Datario præſcribendam, & aſſignandam, Reſcribendario, & Computatori Collegii Scriptorum prædictorum, & aliis ejuſdem Collegii Officialibus, quibus illorum expeditio pro tempore incumberet, perſolvere omnino tenerentur. Dictumque Collegium Scriptorum Apoſtolicorum idem, qui in Sixti Prædeceſſoris, & Sedis prædictorum ſubventionem, ultra pretium Officiorum ſuorum, ſummam ſeptingentorum, & quinquaginta ſcutorum auri in auro in manibus Depoſitarii ejuſdem Sixti Prædeceſſoris realiter, & cum effectu nullo unquam tempore pro ſcriptura perſolverat, ſeu illius loco taxa Literarum Apoſtolicarum ſuper conceſſionibus tam Scutiferorum, & Præſidentium, necnon Militum, & dicti Archivii Scriptorum, & Procuratorum, ac Referendariorum, aliorumque literis ſub plumbo non utentium jam erectorum, & tunc in futurum etiam Referendariatus, & quorumvis aliorum erigendorum Collegiorum Officialium pro tempore faciendis, expediendarum, & taxa eorum Maſſæ communi, ratione expeditionis hujuſmodi, ut præfertur, aſſignanda, & præſcribenda valerent defraudari, omnes, & ſingulas literas hujuſmodi, quas tunc deinceps per alios, quam per dictos Scriptores deſcribi, & abſque Reſcribendarii, & Computatoris, vel aliorum prædictorum ad id, illorum loco, ab ipſo Collegio

Sub pœna nullitatis.

Digitized by Google

gio de gremio ſuo pro tempore deputandorum ſubſcriptione expediri contingeret, nullas, & invalidas, nulliuſque roboris, vel momenti fore, quinnimo falſi vitio ſubjacere, nec cuiquam ſuffragari, ac Jus in eiſdem officiis, vel ad illa acquiri, vel etiam coloratum poſſidendi titulum tribui poſſe.

Duo Sollicitatorum Palatii Apoſtolici, ſeu Procuratorũ Palatinorum officia erexit.

§.5. Et ſucceſſive ad prædicti Sixti Prædeceſſoris, & partium commoditatem, & ne Sixti Prædeceſſoris, & Sedis prædictorum negotia, & ea quæ via ſecreta expediebantur, ab omnibus controverterentur, duo Sollicitatorum Palatii Apoſtolici nuncupanda officia, pro duobus dicti Palatii ſollicitatoribus, qui omnes, & ſingulas quorumcumque dictæ Curiæ officiorum ad ejuſdem Sixti Prædeceſſoris diſpoſitionem ſpectantium, eatenus erectorum, & in antea erigendorum proviſiones, poſſeſſiones, aſſignationes, & deputationes ad illa, tam perpetuas, ſeu ad vitam, quam ad certum tempus, ſuper quibus Literæ Apoſtolicæ nova ordinatione ipſius Sixti Prædeceſſoris expediendæ veniebant, ac ſupplicationum, & Literarum Apoſtolicarum deſuper neceſſariarum expeditionem, ex tunc deinceps procurarent, ac ſupplicationibus, & Literis Apoſtolicis deſuper confectis, & expeditis, partibus eas proſequentibus conſignarent, perpetuo erexit, & inſtituit, ac cuilibet ex dilectis filiis Oliverio l'Evezque, qui mille ſcuta auri in auro pro ſubventione neceſſitatum Sedis prædictæ in pecunia numerata præſtiterat, & Thomæ etiam l'Evezque Clericis Cenomanen., & Andegaven. reſpective Diœceſum, unum ex officiis prædictis a primæva eorum erectione, & inſtitutione hujuſmodi ſic vacantibus, ad utriuſque eorum vitam conceſſit, & aſſignavit, nec non in eventum, in quem contingeret, officia ipſa, aut eorum alterum extingui, vel annullari, Cameram prædictam, ac omnia illius redditus, & bona ad reſtitutionem dictorum mille ſcutorum auri in auro eidem Oliverio, ſeu Thomæ faciendam, teneri, & obligatam fore, voluit, & declaravit, prout in diverſis Cædolis manu ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, motu proprio ſignatis, & forſan deſuper confectis Literis Apoſtolicis, plenius continetur.

Poſtmodum vero ſuppreſſo Sollicitatorum prædictorum officio, aliud erexit officium Præſidentatus, pro confectione Proceſſuum, & expeditione Bullarum pro quibuſcumque officiis Romanæ Curiæ.

§.6. Cumque uſu jam comprobatum eſſet, prædictum Datarium confectioni, expeditionique proceſſuum fulminatoriorum hujuſmodi ob urgentem aliorum negotiorum, ad eum undique confluentium, multitudinem, commode vacare non poſſe, & ne expeditiones hujuſmodi cum aliis confunderentur, opere pretium eſſe, ut illis proprium, & diſtinctum officium aſſignaretur. Idem Sixtus Prædeceſſor, eorum conſideratione, & multis aliis cauſis adductus, novum ſtatum, modum, & ordinem in expeditionibus prædictis inducere, & quantum in eo erat, partium illas proſequentium commoditati conſulere cupiens; nec non ſingularum cædularum, & deſuper confectarum literarum hujuſmodi tenores, pro expreſſis, & inſertis habens, motu ſimili, & ex certa ejus ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, duo Procuratorum Palatinorum officia hujuſmodi, ac conceſſionem, & aſſignationem hujuſmodi de illis Oliverio, & Thomæ prædictis, ad utriuſque eorum vitam, ut præfertur, factas, ac officiorum Procuratorum Palatinorum hujuſmodi, nomen, titulum, denominationem, ſtatum, functiones, & exercitia, auctoritate Apoſtolica, perpetuo ſuppreſſit, extinxit, & penitus abolevit, ipſoſque Oliverium, & Thomam ab illis amovit, & ſubduxit, nec non expeditionem Literarum Apoſtolicarum ſuper conceſſionibus, aſſignationibus, & aliis diſpoſitionibus officiorum hujuſmodi, ſuper quibus literæ hujuſmodi expediri non conſueverant, ut præfertur, conficiendarum, procurandi, & ſollicitandi, ac in illis ſe ſubſcribendi, vel alias quomodolibet ingerendi, & intromittendi, proceſſuſque fulminatorios deſuper decernendi, ac omnem, & quamcumque aliam actionem, juriſdictionem, & poteſtatem, nec non omnia, & quæcumque privilegia, facultates, & indulta, tam Vice-Cancellario, quam Summatori prædictis, eorumque loca tenentibus, quam Datario, Procuratoribus Palatinis, & ſcriptoribus prædictis, ceteriſque Sedis, Curiæ, Cameræ, & Cancellariæ hujuſmodi Officialibus, eorumque Collegiis, Miniſtris, & perſonis, etiam in ſuorum officiorum inſtitutione per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, ac eumdem Sixtum Prædeceſſorem, & Sedem prædictam, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus in genere, vel in ſpecie, ac de mandato ſpeciali, & expreſſo, etiam vivæ vocis oraculo emiſſo, & ex quibuſcumque cauſis, & titulis etiam oneroſis deſuper conceſſa, confirmata, & etiam noviſſime reformata, quibuſcumque formulis, ac etiam reſtitutivis, præſervativis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus inducentibus, concepta, & ſuffulta, ceteraque omnia obſtacula, quæ literarum tunc deſuper conficiendarum vim, & effectum impedire, aut eas annullare, vel irritare poſſent, quorum omnium tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſerti forent, idem Sixtus Prædeceſſor, etiam pro expreſſis habere voluit, auctoritate prædicta, revocavit, caſſavit, annullavit, irritavit, & abrogavit, viribuſque, & effectu prorſus evacuavit, & pro revocatis, caſſis, nullis, irritis, & abrogatis, viribuſque, & effectu vacuis, haberi, & cenſeri, ita ut literæ tunc deſuper conficiendæ prædictæ, ſublatis prædictis omnibus, & quibuſvis aliis impedimentis, ſuum totalem effectum ſortiri debere, decrevit: necnon unum officium Præſidentatus, cui omnes, & ſinguli, quibus prædicta, & quæcumque alia Romanæ Curiæ, & Status Eccleſiaſtici prædictorum officia, tam erecta, ſuper quibus Literæ Apoſtolicæ ſub plumbo, aut ordinationem Sixti Prædeceſſoris ejuſdem expediri non

conſueverant, quam impoſterum quandocumque erigenda ad illius, & pro tempore eaiſtentis Romani Pontificis diſpoſitionem pertinentia, illorum vacatione quomodolibet occurrente, tam per eumdem Sixtum Prædeceſſorem, quam Succeſſores noſtros, tunc ſuos Romanos Pontifices pro tempore exiſteotes, & dictam Sedem, concedi, & aſſignari, ac alias de illia in eorum favorem diſponi contingeret, antequam ad hujuſmodi officia, eorumque eaercitium, & emolumenta recipi, & admitti poſſint, Literas Apoſtolicas ſub plumbo ſuper coonceſſionibus, & aſſignationibus, ſeu aliis diſpoſitionibus prædictis, etiamſi in eis expreſſe cautum foret, quod Literæ per Breve, aut audientiam contradictarum, vel officium minoris gratiæ, aut alias expediri poſſent, omnino, ſub pœna privationis, & amiſſionis officiorum eorumdem, expediri facere deberent, & tenerentur pro uno futuro expeditionnm hujuſmodi Præſidente, qui particularem euram, & ſollicitudinem, ac plenam, liberam, & omnimodam faeultatem, poteſtatem, & auctoritatem per ſe ſolum, vel aliom, ſeu alios, quoa ad hoc duaerit deputandos, omnes, & ſiugulas ſupplicationes, ſeu motus proprii Cædulas, ſuper erectionihus, conceſſionibus, aſſignationibus, & diſpoſitionibus officiorum hujuſmodi pro tempore ab eodem Sixto Prædeceſſore ſignatas, & datatas manibus Magiſtrorum, ſeu Scriptorum Regiſtri ſupplicationum Apoſtolicarum, abſque eo quod ad Cancellariam Apoſtolicam, vel alibi tranſmitterentur recipiendi, ac Literarum Apoſtolicarum deſuper conficiendarum minutas, ſeu rotulos compilandi, ac per aliquem, ſeu aliquos ea dictarum Literarum Apoſtolicarum Scriptoribns, arbitrio ſuo eligendos, ſolito ſtylo, conſcribi faciendi, eaſque, poſtquam ab eo iecogoitæ, & ad ſupplicationem, ſeu motus proprii Cædulam collatæ, & etiam ſola ejus, ſeu perſonæ ad id ab eo pro tempore deputandæ mann ſubſcriptæ forent, illas abſque R ſeribendarii, & Computatoris prædictorum, nec non Vice-Cancellarii, ſeu Summatoris eorumdem, eorumque in Cancellaria, & Camera prædictis Locatenentium, vel quorumcumque aliorum Officialium, tam Sedis, quam Curiæ, & Cancellariæ, ac Cameræ prædictarum viſione, & ſubſcriptione ad Bullariam mittendi, ſubjectoque ibidem plumbo, & uno dumtaaat Julio Præſidenti Bullariæ, ſeu ejus Subſtitutis, pro unaquaque Bulla hujuſmodi ſoluto, eas per Scriptores ad id arbitrio ſuo aſſumendos, in Regiſtrum penes eum conſervandum, referendi, & regiſtratas, ad exemplum, ut in aliis conſuevit, conferendi, ac proceſſum fulminatorium deſuper ſub proprio ejus ſigillo decernendi, & denique Literas in totum expeditas, & proceſſus fulminatorios hujuſmodi, ſolutis ſibi, ratione expeditionis Literarum Apoſtolicarum, ſuper ſingulis officiis Auditoriatus, Theſaurariatua generalis, & Clericatus Cameræ prædictæ, ac Theſaurariatus Datariæ, & Præſidentatus Bullariæ, ac Referendariatus utriuſque Signaturæ, nec non erectionibus, & inſtitutionibus quorumcumque aliorum hujuſmodi Curiæ, & totius Status Eccleſiaſtiei officiorum vacabilium, & reſignabilium ſimul eum illorum, ſic a primæva erectione vacantium, conceſſionibus, & diſpoſitionibus expediendarum, decem ducatis auri de Camera; pro ſingulis vero Referendariatus alterius Signaturæ, & ceteris omnibus officiis vacabilibus, & reſignabilibus, tam erectis, quam erigendis ad ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore eaiſtentis Romani Pontificis diſpoſitionem, ut præfertur, pertinentibus, ſeptem Ducatis ſimilibus dumtaxat, ita ut nihil aliud, ſive pro taaa, ſive minuta, regiſtratura, carta, atramento, plumbo, ſigillo, proceſſu, laboribus, juribus, ſalariis, regalibus, & emolumeotis, aliiſque rebus ad literarum, & proceſſuum hujuſmodi confectionem, & totalem expeditionem pertinentibus, ab ipſo Præſidente, ejuſque Officialibus, & Miniſtris eaigi, vel peti deberet, niſi ſcriptura, & regiſtratura literarum, ac proceſſuum hujuſmodi ita prolixa, & laborioſa foret, ut majorem impenſam merito requireret quo caſu, Literæ ipſæ ad Datarium pro tempore exiſtentem deſerrentur, & deſuper ab eo taxa juxta laboris meritum præſcriberetur, quæ tamen quindeeim ducatos ſimiles non exeederet, partibus ipſis, ſeu earum Ageotibus relaxandi, ſeu conſignandi, ceteraque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, plenam, & liberam, ac omnimodam faeultatem, poteſtatem, & auctoritatem haberet, & officium Præſidentatus hujuſmodi ad ejus vitam obtinere, illudque in ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, vel pro tempore eaiſtentis Romani Pontificis manibus quandocumque reſignare licite poſſet, ad inſtar aliorum Curiæ, & Sedis prædictarum officiorum vacabilium, & reſignabilium, auctoritate prædicta, etiam perpetuo erexit, & inſtituit, illique ſie erecto, & inſtituto, pro ejus dote, taxam, jura, ſalaria, & emolumenta prædicta ſimiliter perpetuo applicavit, & appropriavit, ipſaſque literas in offieio Præſidentatus hujuſmodi, ut præfertur, pro tempore expeditas, etiam quod ſola ipſius Præſidentis, vel perſonæ ab eo deputandæ maou ſubſcriptæ forent, eamdem prorſus fidem, & roboris firmitatem, obtinere voluit, quam obtinerent, ſi, juxta ſtylum Cancellariæ, ſeu Cameræ prædictarum, per omnes, & ſingulos officiales, ac alios, ad quos Literarum Apoſtolicarum plenaria eapeditio pertinebat, rite & legitime forent expeditæ. Et nihilominus modernis, & pro tempore exiſtentibus Defenſoribus, & Deputatis Collegii, qui Literis Apoſtolieis ſub plumbo expeditis io officialium ſuorum admiſſionibus minime utebantur, ceteriſque omnibus, ad quos ſimilium, vel diſſimilium admiſſionum receptio quomodolibet ſpectabat, & ſpectaret in futurum, quo-

Taxamque eidem ab uno quoque ſolvendam præſcriſis.

Cauto, nequis ſine literis a Præſide expeditis ſui Officii poſſeſſionē capere poſſet.

quocumque nomine, titulo, gradu, ſeu dignitate fulgerent, aut cenſerentur, ſub indignationis ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, & privationis ſuorum officiorum dictæ Cameræ applicandorum, pœnis diſtrictius inhibuit, ne deinceps auderent, ſive præſumerent, quemquam ad officia ſuorum Collegiorum hujuſmodi admittere, qui literas ſuper conceſſione officii ſui ſub plumbo in officio Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, ut præfertur, expeditas, non produceret, & oſtenderet.

Præſidi inſignia, Habitum, & Privilegia conceſſit.

§.7. Inſuper pro tempore exiſtentem Præſidentem expeditionum hujuſmodi, condignis favoribus, & gratiis proſequi volens, ipſum in prædicti Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, verum, indubitatum, & non fictum familiarem, continuum Commenſalem, ac Prælatum Domeſticum, & Sedis prædictæ Notarium creavit, conſtituit, & deputavit, aliorumque ſuorum, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Familiarium, continuorum Commenſalium, & Prælatorum Domeſticorum, dictæque Sedis Notariorum numero, & conſortio favorabiliter aggregavit, ac pro vero, indubitato, & non ficto ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Familiari, continuo Commenſali, & Prælato domeſtico, Sediſque hujuſmodi Notario haberi, & reputari voluit, & mandavit, eique, ut in quibuſcumque impetrationibus, conceſſionibus, & literis tam gratiam, quam Juſtitiam concernentibus, ſe prædicti Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Familiarem, continuum Commenſalem, & Prælatum Domeſticum, dictæque Sedis Notarium nominare, & inſcribere, ac ab aliis nominari, & inſcribi facere. Habitumque, & Inſignia Notariorum Sedis hujuſmodi per aliquem Antiſtitem, vel aliam perſonam in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutam, ſibi, recepto prius ab eo fidelitatis debitæ ſolito juramento, exhibendi, recipere, & geſtare, nec non in prædicti Sixti Prædeceſſoris, & Succeſſorum ſuorum Romanorum Pontificum Signatura continuo intervenire, & aſſiſtere, omnibuſque, & quibuſcumque, ac prorſus ſimilibus privilegiis, præeminentiis, indultis, immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, facultatibus, honoribus, antelationibus, prærogativis, favoribus, conceſſionibus, & gratiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quibus ceteri ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis veri, & indubitati, & non ficti Familiares, continui Commenſales, & Prælati domeſtici, dictæque Sedis Notarii, etiam de numero participantium exiſtentes, etiamſi Habitum, & Rocchettum Notariorum Sedis hujuſmodi non deferret, de jure, ſtatuto, uſu, conſuetudine, vel aliquo ſpeciali privilegio, ſeu alias quomolibet utebantur, potiebantur, & gaudebant, ac uti, potiri, & gaudere poſſent, & poterant quomodolibet in futurum, tam in judicio, quam extra, ac ubique locorum, abſque ulla prorſus differentia, non ad illorum inſtar, ſed pariformiter, & æque principaliter in omnibus, & per omnia, ac ſi officio Præſidentatus hujuſmodi expeditionum, illudque pro tempore obtinenti ſpecialiter, & expreſſe per tunc deſuper conficiendas literas, conceſſa fuiſſent, ſine tamen aliorum Prælatorum domeſticorum, ac ipſorum Notariorum, de numero participantium præjudicio, uti, potiri, & gaudere, nec non, ut quicumque loci Ordinarius, aut in ipſius Sixti Prædeceſſoris Romani Pontificis Signatura gratiæ, vel juſtitiæ Referendarius, ſeu Metropolitanæ, vel alterius Cathedralis Eccleſiæ Canonicus, aut perſona in dignitate Eccleſiaſtica conſtituta, ad id per ipſum Præſidentem pro tempore exiſtentem, eligenda, quaſcumque penſiones annuas, ſuper quarumvis Epiſcopalium, & Archiepiſcopalium, vel aliarum Eccleſiarum, nec non Monaſteriorum, Prioratuum, Præpoſitatuum, Dignitatum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura, & ſine cura ſecularium, & quorumvis Ordinum Regularium fructibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & etiam diſtributionibus quotidianis, ſeu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, emolumenta, ac diſtributiones hujuſmodi ſibi, quoad viveret, dicta auctoritate Apoſtolica, reſervatas, & reſervata, ac illorum reſervationes hujuſmodi uſque ad ſummam quingentorum ducatorum auri de Camera in Romana Curia, vel extra eam, etiam in mortis articulo de conſenſu pro tempore exiſtentis Præſidentis expeditionum hujuſmodi caſſare, & extinguere, & poſtquam caſſatæ, & extinctæ forent, alias ſimiles penſiones annuas ſuper eiſdem fructibus, juribus, obventionibus, emolumentis, & diſtributionibus, ſeu fructus, jura, obventiones, & diſtributiones hujuſmodi, uſque ad ſummam prædictam, uni, vel pluribus perſonis, ad id per eum nominandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, eiſdem modo, & forma, ac cum clauſulis, decretis, & obligationibus, quibus pro tempore exiſtenti Præſidenti expeditionum hujuſmodi reſervatæ, ſeu reſervata forent, & abſque conſenſu ſolvere habentium penſiones, ſeu obtinentium Eccleſias, Monaſteria, Prioratus, Præpoſituras, dignitates, & alia Beneficia hujuſmodi, dicta auctoritate reſervare, conſtituere, concedere, & aſſignare, ac alias in forma ſolita transferre, libere, ac licite valeret, reſervationeſque, & tranſlationes penſionum, ſeu fructuum, jurium, obventionum, & diſtributionum hujuſmodi, earumdem literarum vigore faciendæ, valerent, plenamque roboris firmitatem obtinerent, in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi per ipſum Sixtum Prædeceſſorem, ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, de conſenſu ſolvere habentium penſiones, ſeu obtinentium Eccleſias, Monaſteria, Prio-

ratus, Præpoſituras, Dignitates, & alia Beneficia hujuſmodi, factæ fuiſſent, conceſſit, & indulſit. Inſuper ſtatuit, & ordinavit, quod officium Præſidentatus expeditionum hujuſmodi pro tempore obtinens, in Cappella Pontificia, ac quibuſcumque Seſſionibus, Proceſſionibus, Æquitationibus, aliiſque Actibus tam publicis, quam privatis in ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, & pro tempore exiſtentis Romani Pontificis præſentia, vel abſentia, faciendis, immediate poſt pro tempore exiſtentem Theſaurarium Datariatus ſedere, & incedere deberet, ac Officium Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, in favorem cujuſcumque perſonæ idoneæ, quandocumque ſibi placeret, reſignare, nec reſignationis hujuſmodi receptio per Romanum Pontificem, ex quavis cauſa, derogari, vel differri, neque pro ſignatura conceſſionis ejuſdem, per reſignationem hujuſmodi vacantis, quidquam, ultra ſummam ducentorum florenorum auri de Camera ab eo, cui de eo ſic vacante provideretur, exigi poſſet: quodque idem Præſidens expeditionum pro tempore exiſtens ſi utriuſque, vel alterius jurium Doctor, nec in utraque Signatura prædicta Referendarius foret, per ſolam conceſſionem Officii Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, in utriuſque Signaturæ Referendarium, cum omnibus, & ſingulis prærogativis, honoribus, & oneribus conſuetis, eo ipſo creatus, & aſſumptus eſſet, & eſſe cenſeretur, & literæ Apoſtolicæ ſuper ſupplicatione conceſſionis Officii Præſidentatus expeditionum hujuſmodi conficiendæ, etiamſi in ea de Officio Referendariatus hujuſmodi nulla facta eſſet mentio, nihilominus expedirentur tam in Cancellaria prædicta, quam per Cameram ſecretam cum expreſſione conceſſionis Officii Referendariatus, neque poſſet, aut deberet per pro tempore exiſtentis Romani Pontificis Datarium, ſeu quemcumque alium pro Signatura hujuſmodi ſupplicationis, licet vim conceſſionis plurimorum Officiorum propter præmiſſa habente, aliquid ultra id, quod ſuperius eſt expreſſum, omnino exigi, ſed ſicut per conceſſionem Officii Præſidentatus expeditionum hujuſmodi veniebat pariter conceſſio aliorum Officiorum prædictorum, ſic per unicam ſolutionem Signaturæ prædictæ, ſit integre ſatisfactum, quaſi de unica conceſſione. Quodque omnes, & ſingulæ literæ Apoſtolicæ ſub Plumbo, ac etiam in forma Brevis tam ſuper literis tunc deſuper conficiendis hujuſmodi, & aliis quibuſcumque gratiis, indultis, facultatibus, conceſſionibus tam gratiam, quam juſtitiam, vel mixtim concernentibus per pro tempore exiſtentem Præſidentem expeditionum hujuſmodi a Sixto Prædeceſſore prædicto, ejuſque Succeſſoribus, ac dicta Sede pro tempore impetratis, ſeu etiam ei motu proprio conceſſis in omnibus, & ſingulis Cancellariæ, Cameræ, & Curiæ prædictarum Officiis, nec non Plumbo, & Regiſtro, ac ubilibet, gratis, adinſtar Clericorum dictæ Cameræ expediri, & Reſcribendarius ad taxandum literas Apoſtolicas pro tempore deputatus, eaſdem literas, cum ſubſcriptione gratis pro perſona Præſidentis expeditionum hujuſmodi ſubſcribere, & tam ipſe, quam alii Scriptores, Abbreviatores, Sollicitatores literarum Apoſtolicarum, & quicumque alii dictæ Cancellariæ Officiales, expeditioni literarum hujuſmodi pro tempore Præſidentes, & Miniſtri, literas Apoſtolicas perſonam Præſidentis expeditionum hujuſmodi concernentes, ſub excommunicationis latæ ſententiæ, ac privationis, & ſuſpenſionis ſuorum Officiorum, nec non privationis emolumentorum eorumdem, pœnis per eos, qui eas gratis ſubſcribere, vel concedere nollent, eo ipſo incurrendis, abſque alio Sixti Prædeceſſoris, & Succeſſorum ſuorum, ac Sedis prædictorum ulteriori mandato, omnino gratis in omnibus, & per omnia uſque ad Plumbum, & alia neceſſaria incluſive, omni contradictione ceſſante, expedire, ac ſubſcribi, & expediri facere, & permittere, deberent, & tenerentur.

Hujuſmodi Officium Petro Epiſcopo Spoletan. conceſſit.

§.8. Inſuper de Venerabilis Fratris noſtri, tunc ſui Petri olim Epiſcopi Spoletan. nunc Averſan., ſumma fide, integritate, probitate, & doctrina, idem Sixtus Prædeceſſur in Domino confidens, ipſumque Petrum Epiſcopum a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtebat, ad effectum ſuarum dumtaxat conſequendum, earumdem ſerie abſolvens, & abſolutum fore cenſes, eidem Petro Epiſcopo, Officium Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, a primæva ejus erectione, ſic vacans per eum, quoad viveret, ad inſtar aliorum Officiorum Sedis, & Curiæ hujuſmodi tenendum, regendum, & gubernandum, cum illi annexis, ac juribus, taxis, emolumentis, nec non honoribus, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, præeminentiis, antelationibus, prærogativis, juriſdictionibus, favoribus, gratiis, indultis, & facultatibus ſupradictis, auctoritate prædicta, conceſſit, & aſſignavit, ipſumque Petrum Epiſcopum ad Officium Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, ejuſque liberum exercitium, ac omnia, & ſingula alia ſupradicta, ex tunc recepit, & admiſit, ac per eos, ad quos ſpectabat, & pro tempore ſpectaret, recipi, & admitti, receptumque, & admiſſum in eis, quoad viveret, manuteneri, ſibique de eiſdem integre reſponderi debere, voluit, & mandavit: ac cum eodem Petro in Officio Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, recipere, & quoad viveret etiam, una cum Spoletan., cui præerat, & quibuſvis aliis Eccleſiis, etiam Metropolitanis, ad quas eumdem Petrum Epiſcopum transferri, ſeu quibus præfici contingeret, nec non omnibus, & ſingulis Monaſteriis, Prioratibus, Præpoſituris, Præceptoriis, Dignitatibus, & aliis quibuſ-

buſcumque Beneficiis Eeeleſiaſticis, cum Cura, & ſine Cura, ſecularibus, ac quorumvis Ordinum, & Hoſpitalium, ac Militiarum Regularibus, quæ in titulum, Commendam, adminiſtrationem, vel alias quomodolibet ex diſpenſatione Apoſtolica obtinebat, & impoſterum obtineret, ac fructibus Eeeleſiaſticis, loco penſionum annuarum, nec non penſionibus annuis ſuper ſimilibus fructibus, redditibus, & proventibus ſibi reſervatis, ac reſervandis, quos, & quas ex ſimilibus diſpenſationibus percipiebat, & perciperet in futurum, necnon aliis ejuſdem Curiæ Officiis per eum ex indulto Apoſtolico forſan obtentis, & obtinendis, retinere, illudque per ſe, vel alium, ſeu alios idoneos, & expertos, quos ad id duceret deputandos, exercere, ac omnibus, & ſingulis ſuperius expreſſis frui, & gaudere, nec non de infraſcripto pretio Officii Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, etiamſi illud ex fructibus, redditibus, & proventibus Eccleſiaſticis confectum, & ſolutum foret, ipſumque Petrum Epiſcopum intra triennium tunc proximum extra Spoletan., & alias Eccleſias, vel alia loca debitæ per eum Reſidentiæ perſonalis ubicumque decedere contingeret, diſponere, ejuſque hæredes in eodem pretio etiam ab inteſtato ſuccedere libere, & licite poſſent, diſpenſavit, ſimiliterque pariter indulſit, dictumque Petrum Epiſcopum, qui ultra mille Oliverio, & ſeu Thomæ prædicto, ac ſeptingenta, & quinquaginta ſcuta auri in auro Collegio Scriptorum hujuſmodi per eum reſtituenda, ſummam viginti millium ſcutorum monetæ, decem juliis pro quolibet ſcuto hujuſmodi computatis, in Sixti Prædeceſſoris, Sediſque prædictorum ſubventionem, nomine pretii Officii Præſidentatus expeditionum hujuſmodi in manibus Datarii ejuſdem Sixti Prædeceſſoris, ſeu ejus Depoſitarii realiter, & cum effectu perſolvit, ejus vita durante, ab eodem Officio Præſidentatus expeditionum per ipſum Sixtum Prædeceſſorem, vel Succeſſores ſuos Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ac Sedem, & Cameram prædictas, etiam ex quavis cauſa, invitum amoveri, aut illud, eique aſſignata, & conceſſa jura regalia, emolumenta, cæteraque ſupradicta in toto, vel parte imminui, vel ſubtrahi, quinimo Officium Præſidentatus expeditionum hujuſmodi ad dictum triennium per ejus obitum minime vacare, ſed ejuſdem interea decedentis ſucceſſorem ad ſolvendum illius hæredibus, etiam ab inteſtato, integrum ejuſdem Officii pretium, tunc reperibile, teneri, ipſoſque hæredes ad hujuſmodi officium, & pro illo ad officium Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, uſque ad integram dicti pretii ſolutionem, directam habere actionem, ac eos, & non alios pro ea uni dumtaxat ſuper pretio hujuſmodi, quale, & quantumcumque foret, cum perſona ad dictum officium præſidentatus expeditionum hujuſmodi promovenda, ante promotionem hujuſmodi libere, & licite convenire, & contrahere; neque perſonam promovendam hujuſmodi, antequam de dicto pretio, ut præfertur integre ſatiſfeciſſet, poſſeſſionem officii Præſidentatus expeditionum hujuſmodi apprehendere, nec eum, aut alium quempiam illud interim, etiam per modum proviſionis, niſi de fructibus, & redditibus ex illo provenientibus hæredibus, & aliis prædictis, re ipſa, reſpondiſſet, exercere poſſet, nec non prædictum Petrum Epiſcopum intra dictum triennium de dicto officio Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, per viam legati, donationis, etiam cauſa mortis, teſtamenti, ſeu alterius cujuſcumque ultimæ voluntatis, ſeu etiam cujuſvis contractus inter vivos in toto, vel in parte in unius, vel plurium, & diverſarum perſonarum, favorem diſponere, & ordinare, illudque tranſmittere, & transferre, dicta auctoritate, etiam vigore literarum tunc deſuper conficiendarum hujuſmodi, libere, & valide poſſe, nec fructus ex eodem officio præſidentatus expeditionum hujuſmodi pro tempore perceptos in ſortem illius pretii connumerari, neque Petrum Epiſcopum, ejuſque hæredes prædictos ſuper iis, & aliis præmiſſis omnibus per Vice-Cancellarium, & Camerarium, nec non Cameram, ac Theſaurarium, Clericos, Præſidentes, & Commiſſarios, ac etiam Datarium prædictos, vel quoſcumque alios, quavis auctoritate fulgentes, quovis prætextu, etiam nomine, & actione ſpoliorum, vel alias quomodolibet moleſtari, vel inquietari debere declaravit, etiamſi officium præſidentatus expeditionum hujuſmodi ex fructibus, redditibus, & proventibus eccleſiaſticis emptum, illiuſque pretii hujuſmodi ſummam longe majorem excederet, & ad quamcumque etiam notabiliſſimam ſummam aſcenderet, quam totam, & integram, tam Petro Epiſcopo, quam etiam eo intra dictum triennium vita functo, ejus hæredibus, & Succeſſoribus prædictis gratioſe inter vivos donavit, & liberaliter conceſſit, ac totum dictum pretium integrum qualecumque, & quantumcomque eſſet, dicti Petri Epiſcopi, & intra triennium hujuſmodi eo decedente, hæredum prædictorum omnino eſſe voluit: & nihilominus pro ejuſdem Petri Epiſcopi indemnitate, ac omnium, & ſingulorum præmiſſorum obſervatione, & exequutione, etiam noviter, ac loco damnorum, & intereſſe, quæ ipſum Petrum Epiſcopum pati contingeret, nec non pro evictione, ac generali, & particulari defenſione, manutentione, & conſervatione, perpetuis etiam adverſus Oliverium, & Thomam, ac Collegium ſcriptorum hujuſmodi, & alios quoſcumque jus, & intereſſe deſuper quomodolibet habentes, ſeu habere tunc, & pro tempore prætendentes, omnia, & ſingula ejuſdem Cameræ jura, res, & bona, etiam ſpecialem notam requirentia, quæcumque, tam præſentia, quam futura, nedum generaliter, verum etiam ſpecialiter, & expreſſe in ampliſſima forma dictæ Cameræ, cum omnibus, & ſingulis clau-

Soluto tamen pretio.

Solitaſque clauſulas appoſuit.

Digitized by Google

clauſulis, & decretis, ac cautelis in ſimilibus obligationibus apponi ſolitis, & conſuetis, latiſſime extendendis, & interpretandis, Petro Epiſcopo, ejuſque hæredibus, & Succeſſoribus prædictis, ſimiliter perpetuo obligavit, & hypothecavit, nec non quatenus pro conſequendo officio Præſidentatus expeditionum hujuſmodi, ab aliis majus pretium dictæ ſummæ viginti unius millium, ac ſeptingentorum, & quinquaginta ſcutorum quandocumque repertum foret, vel reperiri contingeret, illud omne, & totum cujuſcumque quantitatis, & ſummæ foret, etiamſi dimidiam, vel majorem partem juſti pretii excederet, eidem Petro Epiſcopo, gratioſe, & irrevocabiliter, ac perpetuo, etiam donatione inter vivos, remiſit, & condonavit, ac literas tunc deſuper conficiendas hujuſmodi ad probandum plene, quod pretium prædictum in Sixti Prædeceſſoris, ac Sedis, & Cameræ prædictorum ſubventionem, converſum foret, aliaque præmiſſa ubique, tam in judicio, quam extra, ſufficere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri, ac deſuper conficiendas literas prædictas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis dicti Sixti Prædeceſſoris, vel alio quopiam defectu, etiam ex eo, quod Oliverius, & Thomas, ac Scriptores prædicti, vel quicumque alii intereſſe habentes ad id vocati non forent, nec præmiſſis conſenſerant, ac illa, nulla legitima ſubſiſtente cauſa, ſed de facto proceſſerant, ſeu etiam enormis, & enormiſſimæ læſionis prætextu, vel ex quavis alia cauſa quantumvis legitima, urgenti, & juridica, etiam neceſſario exprimenda, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari, ac adverſus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, ſeu etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus concedi poſſe, minuſque ſub ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, & aliis contrariis diſpoſitionibus comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanarent, toties in priſtinum, & eum, in quo antea erant ſtatum, reſtitutas, repoſitas, & plenarie, etiam ſub quacumque data per Petrum Epiſcopum, ejuſque hæredes, & Succeſſores prædictos eligenda, reintegratas, & de novo conceſſas, validaſque, & efficaces fore, & eſſe, vimque validi, & efficacis contractus inter Sixtum Prædeceſſorem, & Cameram ex una, & Petrum Epiſcopum, ejuſque hæredes, ac ſucceſſores prædictos ex altera partibus, rite, & recte initi, & ſtipulati, & utrinque jurati habere, & perpetuo obtinere, dictamque Cameram ad Petrum Epiſcopum, ejuſque hæredes, & Succeſſores prædictos in juribus hujuſmodi tuendos, & ab omni incommodo, damno, læſione, lite, cauſa, & controverſia immunes, indemnes, & exemptos conſervandos teneri, & obligatam fore, ac eſſe. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac quidquid ſecus ſuper iis a quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter attentari contingeret, ex tunc irritum, & inane decrevit: ac tam Oliverio, & Thomæ, quam Collegio Scriptorum hujuſmodi, & aliis prædictis, ceteriſque omnibus, & ſingulis intereſſe habentibus, vel prætendentibus perpetuum ſilentium deſuper impoſuit: & inſuper voluit idem Sixtus Prædeceſſor, quod Petrus Epiſcopus, & ſinguli ejus in dicto officio Præſidentatus Succeſſores, antequam ad illud reciperentur, & admitterentur, juramentum de eodem officio fideliter exercendo in manibus Datarii pro tempore exiſtentis Romani Pontificis, præſtare omnino tenerentur.

Non obſtantibus præmiſſis, ac dictæ Cancellariæ regulis, de conſenſu præſtando in penſionibus, & non ſolvendo jure quæſito, ac revocatoria facultatum percipiendi pretium Officiorum dictæ Curiæ, & gratiis ad inſtar non concedendis, & quatenus opus eſſet rec: mem: Symmachi, Innocenti III., Pauli II.. & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum, tunc ſuorum, ac etiam ejuſdem Sixti prædeceſſoris de rebus Eccleſiæ, ſeu Cameræ, & Sedis prædictarum non alienandis, ac etiam ſuper reſidentia, atque ſpoliis Prælatorum, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus, tam Apoſtolicis, quam in Provincialibus, & Synodalibus, & generalibus Conciliis, ſpecialiter, vel generaliter contra præmiſſa, vel eorum aliqua quomodolibet editis, & edendis, nec non Spoletan. & aliarum Eccleſiarum, ac Monaſteriorum, etiam in quibus Beneficia forſan forent, ac Ordinum, Militiarum, & Hoſpitalium, etiam quorum illa extarent, nec non Cameræ, Urbis, locorum, Officiorum, & Collegiorum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, uſibus, naturis, ſtabilimentis. & etiam novis reformationibus, privilegiis quoque, Indultis, exemptionibus, Immunitatibus, & literis Apoſtolicis, illis eorumque Præſulibus, Capitulis, Conventibus, Collegiis, Officialibus, Exequutoribus, Appaltatoribus, & quibuſvis aliis perſonis, etiam per modum ſtatuti perpetui, ac initi, & ſtipulati contractus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, tunc ſuos, ac Sixtum Prædeceſſorem, & Sedem prædictos, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, etiam conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis, & quantocumque tempore obſervatis. Quibus omni-

oibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importaotes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad id ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, ea vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogavit, & nemini adverſus præmiſſa omoia ſuffragari voluit, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Cum verò propter Sixti obitum Apoſtolicæ literæ non fuerint expeditæ.

§. 9. Ne autem de ſuppreſſione, & extinctione, abolitione, revocatione, annullatione, caſſatione, irritatione, abrogatione, evacuatione, avocatione, ſubductione, erectione, inſtitutione, applicatione, appropriatione, revocatione, conſtitutione, deputatione, receptione, admiſſioue, ſtatuto, ordinatione, abſolutionibus, conceſſione, aſſignatione, Indulto, diſpoſitione, declaratione, voluntate, obligatione, hypothecatione, remiſſione, donationibus, condonatione, mandato, decretis, derogatione, ac omnibus, & ſingulis aliis præmiſſis pro eo quod ſuper illis dicti Sixti Prædeceſſoris, ejus ſuperveniente obitu, literæ confectæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ipſeque Petrus Epiſcopus illorum fruſtretur effectu, volumus, & ſimiliter Apoſtolica auctoritate prędicta decernimus, quod ſuppreſſio, extinctio, abolitio, revocatio, annullatio, caſſatio, irritatio, abrogatio, evacuatio, amotio, ſubductio, erectio, inſtitutio, applicatio, appropriatio, revocatio, conſtitutio, deputatio, receptio, admiſſio, ſtatutum, ordinatio, abſolutiones, conceſſio, aſſignatio, diſpenſatio, Indultum, declaratio, voluntas, obligatio, hypothecatio, remiſſio, donationes, condonatio, mandata, decreta, derogatio, & alia pręmiſſa Sixti Prædeceſſoris hujuſmodi, perinde à dicta die quarto Idus Nnvembris ſuum ſortiantur effectum, ac ſi ſuper illis prædicti Sixti Prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data confectæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur.

Clemens prædicta omnia a die initi contractus firma eſſe decernit.

Præſentesque literas plene probare declarat.

§. 10. Quodque præſentes literæ ad probandum plene ſupplicationem, extinctionem, abolitionem, revocationem, annullationem, & caſſationem, irritationem, abrogationem, evacuationem, avocationem, ſubductionem, erectionem, inſtitutionem, applicationem, appropriationem, revocationem, conſtitutionem, deputationem, receptionem, admiſſionem, Statutum, ordinationem, abſolutiones, conceſſionem, aſſignationem, diſpenſationem, Indultum, declarationem, voluntatem, obligationem, hypothecationem, remiſſionem, donationes, condonationem, mandatum, decreta, derogationem, & alia præmiſſa Sixti Prædeceſſoris ejuſdem ubique ſufficiant, nec ad id probationis alterius adminiculum requiratur.

Executores deputat.

§. 11. Quo circa Venerabilibus Fratribus noſtris Oſtien., & Amerin. Epiſcopis, ac dilecto filio Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios Petro Epiſcopo, & ſucceſſoribus prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra illos ſuppreſſione, extinctione, abolitione, revocatione, & aliis præmiſſis pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos deſuper per quoſcumque contra præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, vel impediri; Contradictores quoslibet per ſententias, ceoſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogat contrariis.

§. 12. Non obſtantibus omoibus præmiſſis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrarum voluntatis, decreti, & mandati iofringere, vel ei, auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus noverit ſe incurſurum.

Dat. die 9. Februarii 1593. An. I.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo, nonageſimo ſecundo, quioto Idus Februarii, Pont. noſtri Anno primo.

L.

Nullitates ex defectu juriſdictionis, citationis, & mandati, & non aliæ, in omnibus Status Eccleſiaſtici Tribunalibus attendendæ.

Hoc idem quoad Tribunalia Urbis juſſit Pius IV. Conſtitut. LXVIII. Cum ab ipſo *Tom. IV. Par. II. fol. 129. Et ſpecialiter in Rota, in alia Conſtitut. LII.* In Throno. *Ibid. fol. 97. Et in commiſſionibus cauſarum id ſpecificari decrevit in altera ejus Bulla CXXIII.* Cum nuper *Ibid. fol. 270.*

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Litium diſpendiis, & ambagibus, præſertim ioter perſonas curæ, & Juriſdictioni noſtræ, etiam in temporalibus ſubjectas occurrere, quantum in nobis eſt, cupientes.

Pius IV. tres tantum nullitates a Judicibus Urbis attendi decrevit.

§. 1. Statutum fel. rec. Pii Papæ Quarti Prædeceſſoris noſtri, ne Judices Almæ Urbis nullitates attendant, niſi ex defectu citationis, Juriſdictionis, aut mandati, ſed illis noo obſtantibus ad expeditionem cauſarum procedant, ad omnes, & quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, Magiſtratus, & Officiales, in quibuſvis ditionis noſtræ temporalis Eccleſiaſticæ Provinciis, & Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis quamcumque Juriſdictionem exercentes, & dignitate fungentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione extendimus, & ampliamus

plia;rus, atque in quocumque Tribunali, aut Curia ſeculari, vel eccleſiaſtica firmiter, & inviolate ſervari.

Clauſulas ſublatas &c. apponit.

§. 2. Sicque, & non aliter per quoſcumque ex ipſis Judicibus, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, etiam S. R. E. Cardinales, ac Legatos etiam de latere, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi facultate, in quacumque cauſis, & inſtantia, etiam nunc pendente, aut in futurum movenda eccleſiaſtica, prophana, civili, & criminali, aut mixta, judicari, & definiri, & quibuſcumque nullitatibus præter ſuperius expreſſas nequaquam attentis, ad expeditionem cauſarum earumdem procedi debere præcipimus, & mandamus. Decernentes irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his per quoſcumq; quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clauſulas derogatorias addit.

§. 3. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, nec non legibus, etiam Imperialibus, earumdemq; Provinciarum, Civitatum, Oppidorum, & locorum, juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ipſis, earumve conſiliis, Judicibus, Magiſtratibus, Officialibus, Curiis, Tribunalibus, Collegiis, vel perſonis quomodolibet conceſſis, etiam ſæpius approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut quævis alia forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, perinde ac ſi ad verbum inſerti, & forma in illis tradita ad unguem ſervata foret, pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, ad effectum præſentium ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Tranſumptis credi jubet.

§. 4. Volumus autem præſentium literarum exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & ſigillo Prælati eccleſiaſtici obſignatis eamdem fidem haberi, quæ haberetur iiſdem præſentibus exhibitis, vel oſtenſis, eaſdemque præſentes in valvis Baſilicæ Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, ut moris eſt, affigi, & publicari, ac poſt triginta dies cunctos, quos concernunt, perinde afficere, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent. Nulli ergo &c.

Dat. P. An. 1. 9. Februarii.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, quinto Idus Februarii, Pont. Noſtri Anno ſecundo.

Anno a Nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti 1593. indictione 6. die vero 22. menſis Martii, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto patris, & D. N. D. Clementis divina providentia Papæ VIII. Anno ejus 2. ſupradictæ literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Baſilicæ SS. Petri, & Joannis Lateranen. de Urbe, & in Acie Campi Floræ, per nos Jannuem Baptiſtam Bagni, & Franciſcum Baron Sanctiſſimi D. N. Papæ Curſ.

Baptiſta Preſſius Mag. Curſ.

LI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmatio Decreti Congregationis Sacrorum Rituum, quo nonnulla ſtatuuntur ſuper aſſociatione Epiſcopi Oxomen, tam in eundo ad Eccleſiam, quam ab ea redeundo.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Pontificis auctoritas nos admonet, & expoſcit, ut quæ à Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus Congregationis Sacrorum Rituum rite ordinata, & decreta ſunt, ſuum debitum ſortiantur effectum.

Epiſcopus, & Capitulum Congregationē ſupplicarunt pro declaratione, de qua in Rubr.

§. 1. Dudum ſiquidem Cardinalibus dictæ Congregationis pro parte Venerabilis Fratris Sebaſtiani moderni Epiſcopi, & dilectorum filiorum Capituli Oxomen., communi ipſorum omnium voto, & conſenſu, & ad tollendas omnes quæſtiones, liteſque, ac controverſias, quæ circa infraſcripta quomodolibet oriri poſſent, humiliter ſupplicatū fuit pro declaratione per eamdem Congregationem facienda, quibuſnam potiſſimum diebus prædicti Capitulum tenerentur pro tempore exiſtentem Epiſcopum Oxomen, tam euntem ad Eccleſiam, quam ab ea recedentem comitari: Congregatio prædicta ſupplicationibus ſibi porrectis hujuſmodi ſatisfacere cupiens, decrevit, & declaravit in hunc, qui ſequitur, modum, videlicet.

§. 2. Congregatio Sacrorum Rituum ad ſupradictam petitionem reſpondendum cenſuit, prout & alias decretum fuit pro Eccleſia Hiſpalen. videlicet.

Decretum S. Congregationis.

Dignitates, Canonicos, & Capitulum debere accedere, ubi Epiſcopus Cappa induitur, ut eum ad Eccleſiam venientem debito cum honore comitentur: in reditu etiam debere ſaltem uſque ad Oſtium Domus ipſum Epiſcopum aſſociare; ei vero privatim venienti, videlicet ſine Cappa Pontificali, nonnullos ex Dignitatibus, & Canonicis ad Oſtium Eccleſiæ occurrere, & in reditu ſimiliter uſque ad Oſtium Eccleſiæ ipſum comitari debere. Epiſcopum autem cum Cappa Pontificali ad Eccleſiam acceſſurum, ut ſolemniter celebret, vel, ut aſſiſtat divinis Officiis, aut Proceſſioni, vel ut aliud quidquam ex Pontificalibus exerceat, curare debere, ut Capitulo congruo tempore intimetur hora ejus acceſſus ad Eccleſiam, ad hoc, ut Capitulum prædictum commode ſe ad ejus occurſum accingere poſſit; Idemque Epiſcopus convenientem, & opportunam horam eliget, verbi gratia ſi Miſſam ſolemnem in aliquo die feſto ſit celebraturus, tunc poſt Primam in Choro finitam, antequam Tertia inchoetur, ad Eccleſiam accedere poterit, quo caſu, Dignitates, Canonici, ceterique Capitulares, ſtatim poſt Primam completam, facto modico intervallo, prodire debent obviam Epiſcopo ad ejus Cubiculum, eumque ad Eccleſiam venientem deducere, quemadmodum ipſa Congre-

gregatio faciendum eſſe reſpondit. Cumq; Epiſcopus in Eccleſiam venerit, Tertia, ſuo tempore, inchoanda erit, juxta præſcriptum Pontificalis Romani; idque omnino faciendum eſt, non obſtante quacumque conſuetudine ipſius Capituli in contrarium; Cum enim Paſtor teneatur ad ſuam Eccleſiam accedere, & ex ejus præſentia divini cultus augumentum, Eccleſiaque ipſa ſplendorem, & decorem non modicum recipiat, non eſt ei præbenda occaſio, vel non accedendi, ex quo debita cum decentia id facere nequeat, vel indecenter accedendi. Inſuper declaravit, quod, quando Epiſcopus, finita Miſſa, vel aliqua hora Canonica, eſt ab Eccleſia diſceſſurus, tantiſper ceſſandum eſt à reliquis horis decantandis, quouſque Capitulares abeuntem Epiſcopum reducere poſſint, ut in omnibus congruæ obedientiæ Prælato, & debitum Deo obſequium reddatur, cui Sacrificium cum inobedientia non placet: Declaravit præterea, quod ſi interdum contingat, Epiſcopum, vel Proceſſione, vel aliqua hora Canonica nondum finita, abire compelli ob aliquam ſui neceſſitatem, tunc non opus erit, ut omnes Capitulares cum eo diſcedant, ſed ſatis erit, ſi quatuor de Capitulo eum Domum reducant, itaut Proceſſioni, vel divinis Officiis impedimentum, aut perturbationis occaſio non præbeatur: quamvis hæc, quæ raro eveniunt, minime conſideranda ſint, cum leges, quæ circa ea, quæ frequentius accidunt, accomodentur. Ad evitandas autem perturbationes, & confuſiones in iis diebus, in quibus Epiſcopus divinis Officiis eſt interfuturus, Campana aliquanto citius pulſetur, ut tempore, & rebus agendis ſimul conſideratis, cuncta rectius fiant, & horis congruis expleantur. Ubi autem Epiſcopus ſolam Concionem auditurus ad Eccleſiam accedit, etiamſi Cappa Pontificali indutus eam Concionem auditurus ſit, non omnes Capitulares, ſed aliqui dumtaxat, videlicet ſaltem duæ ex Dignitatibus, & ſex ad minus ex Canonicis Epiſcopum venientem ad Oſtium Eccleſiæ excipere, atque ad eumdem uſque locum abeuntem reducere.

Supplicāt pro confirmatione.

§. 3. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte Sebaſtiani Moderni Epiſcopi, & Capituli Oxomen. prædictorum petitio continebat, ipſi Epiſcopus, & Capitulum prædicta, per dictos Cardinales, ut præfertur, decreta, & declarata, pro illorum ſubſiſtentia, cupiant firmiori noſtro, & Apoſtolicæ Sedis munimine roborari: quare pro parte dictorum Sebaſtiani Epiſcopi, & Capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut decretum, & declarationem prædictam confirmare, & approbare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Confirmat Clemens.

§. 4. Nos igitur, qui pacem, & concordiam inter omnes, præcipue divino miniſterio mancipatos Præſules, & illis ſubditas eccleſiaſticas perſonas, vigere, & quæ propterea per dictos Cardinales mature diſcuſſa decreta, & declarata ſunt, ſuum debitum ſortiri effectum ſummopere exoptamus, ipſoſque Sebaſtianum, & Capitulum, illiuſque ſingulares perſonas à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſq; eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis; ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Decretum, & declarationem hujuſmodi, ab ipſis Cardinalibus, ut præfertur, facta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, & nihilominus potiori pro cautela, eadem decernimus, & declaramus, & ab ipſis Dignitatibus, & Canonicis, ac quibuſvis aliis, ad quos ea quomodolibet ſpectant, & pertinent, inviolabiliter, & ad unguem obſervari debere, nec non Dignitatibus, & Capitulo, aliiſque prædictis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœnis infraſcriptis per contrafacientes, ipſo facto, quavis appellatione ceſſante, & omnino ſublata, incurrendis præcipimus, quatenus decretum, & declarationem hujuſmodi, omni ſubterfugio poſtpoſito, prout ab ipſis Cardinalibus, ut præfertur, facta ſunt, inviolabiliter, & ad unguem obſervent.

Clauſulæ.

§. 5. Decernentes preſentes literas nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari poſſe. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate ubique judicari, & diffiniri debere, nec non irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari; ac mandantes d. Sebaſtiano moderno, & pro tempore exiſtenti Epiſcopo Oxomen, quatenus Decretum, & declarationem, & præmiſſa omnino obſervari faciat, & curet. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes excommunicationis, & ſuſpenſionis, aliaſque ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, nec non legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus, illos ſententias, cenſuras, & pœnas prædictas incurriſſe declarando, eaſq; etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Eccleſiæ Oxomen. juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetodinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias in contrarium

rium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam ſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda foret, illorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi Dignitatibus, & Canonicis, & Capitulo prædictis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 13. Febr. 1593. An. I. — Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 13. Februarii 1593. Pont. noſtri Anno ſecundo.

LII.

Approbatio Conſtitut. Pauli IV., & Pii V. circa leges, & ordinationes à Judæis ubique locorum obſervandas. Et expulſio eorumdem ab omnibus Civitatibus, & Terris Status Eccleſiaſt. Roma, Avenione & Ancona exceptis.

CLEMENS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium. — CÆCA, & obdurata Hebræorum perfidia, non ſolum ingrata eſt in Dominum, ac Redemptorem humani generis Jeſum Chriſtum Dei filium ipſis promiſſum, & ex ſemine David ſecundum carnem natum, ſed neque etiam ſanctæ Matris Eccleſiæ, ipſorum converſionem patienter expectantis, magnam erga eos miſericordiam agnoſcit, quinimmo pietati Chriſtianæ pro gratia injuriam reddens, non ceſſat quotidie tot committere enormes exceſſus, tot deteſtanda patrare flagitia in præjudicium ipſorum Chriſtifidelium, qui eos in teſtimonium veræ fidei, & in memoriam paſſionis dominicæ, atque ut tandem reſipiſcant, benigne tolerant, & recipiunt, ut nos gravibus querimoniis ea de cauſa ad nos perlatis impulſi, cogamur pro debito Paſtoralis officii opportunum aliquod huic malo remedium adhibere.

Paulus IV. nonnullas leges Judæis in Statu Eccleſiaſtico commorantibus præſcripſit. — §. 1. Sane jam pridem fel. record. Paulus Papa Quartus Prædeceſſor noſter per ſuam ſub Dat. pridie Idus Julii Pont. ſui Anno primo editam Conſtitutionem, prudenti ac ſalubri conſilio certas præſcripſit leges, quas Judæi in Terris ditionis Eccleſiaſticæ degentes ſervare tenerentur.

Pius V. approbavit. — §. 2. Eaſque poſtmodum rec. mem: Pius Papa Quintus itidem Prædeceſſor, ſub Dat. videlicet tertiodecimo Kalen. Maii, Pont. ſui Anno primo, non ſolum innovavit, ſed etiam complura indulta, & privilegia, quorum obtentu Judæi ſe tuebantur, abrogando, eamdem Pauli prædeceſſoris Conſtitutionem, adverſus illa reſtituit, ac firmiter obſervari præcepit, ac demum per alias ſuas literas eos ab omnibus ditionis temporalis eccleſiaſticæ Civitatibus, Terris, & locis, Urbe Roma, & Ancona exceptis, perpetuo exulare juſſit, prout in eorum literis latius continetur.

Sed tamen Judæi quam plures indulta, & tolerantias adverſus prædictas leges extorſerunt. — §. 3. Quæ cum optima ſuadente ratione à ſancta hac Sede emanaverint, ipſi tamen Judæi ſucceſſu temporis paulatim ab hujuſmodi vinculis ſe eximere attentarunt, & forſan ab aliis Prædeceſſoribus noſtris, qui ut eos ab eorum caligine ad agnitionem veræ fidei allicerent, manſuetudinem Chriſtianæ pietatis non denegandam eis cenſuerunt, aliquas ſuper hoc tolerantias, ſive indulta extorſerunt. Quibus poſtmodum contra piam eorumdem Prædeceſſorum mentem, & intentionem prave abutentes, eo tandem ſunt progreſſi, ut adverſus divinas, naturales, humanaſque leges, magnis, & gravibus uſuris pecuniarum, quas præſertim à pauperibus, & egenis exigunt, monopoliis illicitis, & fœneraticiis pactis, fraudibus, dolis in contrahendo, ac fallaciis, plurimos cives, & incolas ditionis temporalis eccleſiaſticæ, ubi commorantur, miſere exhauſerint, circumvenerint, bonis ſpoliaverint, ac tenuis potiſſimum fortunæ homines, præſertim ruſticos, & ſimplices, non ſolum ad extremam inopiam, & mendicitatem, ſed propemodum in ſervitutem redegerint, multa præterea, & quidem graviora ſcelera, & flagitia, & ipſi commiſerint, & perdito cuique, ac nequiſſimo in facinoribus patrandis ſuam libentiſſime operam, & quamcumque potuerunt opem præſtiterint.

Hic itaque Pontifex dictas Pauli IV & Pii V. Cōſtit. innovat, & confirmat. — §. 4. Nos igitur his, & aliis graviſſimis de cauſis adducti, hujuſmodi nationem à pleriſque ex noſtris Populis, apud quos experientia docuit eam multo plus detrimenti afferre, quam boni ab ipſa ſperari queat, cenſuimus omnino expellendam, & tamen ne à nobis prorſus ejecta, ad gentes, quæ Chriſtum non norunt, divertat, atque à via ſalutis reliquiis Iſrael prophetico ore promiſſæ longius recedat, eam ab amplioribus quibuſdam, aut nobis proximis Civitatibus, ubi facilius legum vinculis, & Judicum ſeveritate in officio contineri poſſit, duximus non repellendam. Ac proinde nos eorumdem Pauli, & Pii Prædeceſſorum veſtigiis inhærentes, primum quidem eorum Conſtitutiones, & literas, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, harum ſerie approbamus, & innovamus, illiſque perpetuæ, inviolabilis, & inconcuſſæ firmitatis robur adiicimus.

Privilegia in contrarium conceſſa revocat. — §. 5. Deinde vero, uſu, & re ipſa edocti, quæ eiſdem Judæis præter illorum formam, pia, & benigna eorum, qui ſecuti ſunt, Prædeceſſorum noſtrorum Indulgentia permiſſa fuerunt, ea, ut ſperabatur minime profuiſſe, quinimmo contra mentem concedentium, malitia Judæorum in damnum Chriſtifidelium retorta extitiſſe, omnia, &

quæ-

quæcumque, ſi quæ forſan à ſan. mem. Pio Quarto, Sixto Quinto, & aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ſive de eorum, ut aſſeritur, mandato in favorem eorumdem Judæorum, tam in Alma Urbe tantum, quam in quibuſvis aliis ditionis temporalis Eccleſiaſticæ Civitatibus, Terris, Oppidis, & locis degentium, etiam ſuper hoc ipſo, ut ubilibet commorari eis liceat, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, vel ſub prætextu cauſæ, & tituli onerosi, etiam vim contractus inducentis, aut alias conceſſa dicuntur, privilegia, permiſſiones, Indulta, aut capitula, quorum etiam omoinm, & ſingulorum tenores pro expreſſis, ac ad verbum inſertis habemus, in ea parte, qua prædictis eorumdem Pauli, & Pii V. Prædeceſſorum, nec non præſentibus noſtris literis adverſantur, aut ultra illas aliquid concedunt, harum ſerie revocantes, caſſantes, abolentes, & annullantes, irritaq; caſſa, & nulla decernentes.

Exulareque præcipit a toto Statu Eccleſiaſtico, præter quam ab Urbe Roma, Ancona, & Avenione.

§. 6. Hae noſtra perpetuo valitura Conſtitutione præcipimus, & mandamus, ut omnes, & quicumque Judæi utriuslibet ſexus, qui in quibuſvis ditionis noſtræ temporalis univerſæ Civitatibus, etiam Bononien., & Beneventan. Oppidis, Terris, Caſtris, & locis, etiam ſub eadem ditione conſiſtentium, Baronum, & Domicellorum, quamcumque juriſdictionem, præheminentiam, titulum, inſignia, ſeu exemptionem habentium, ad præſens reperiuntur, debeant omnino, intra tres menſes à die publicationis præſentium literarum in Romana Curia faciendæ numerandos, ex ejuſdem ditionis temporalis, & Status Eccleſiaſtici finibus diſceſſiſſe, & alió commigraſſe. Quin potius, tam illos, quam alios, ſiqui fortaſſe ad prædictum Statum accedent, jubemus in poſterum à tota ditione præfata, non ſolum noſtris, ſed etiam perpetuis futuris temporibus ſine ulla ſpe reditus exulare, ita ut quicumq; Judæi, ſive peregrini, præſentes, aut futuri, in quavis dictæ ditionis Civitate, Oppido, Terra, vel loco, etiam domicellorum, & Bsronnm hujuſmodi quandocumque poſt lapſum trium menſium prædictorum inventi fuerint, rebus omnibus ſpolientur, eæque Fiſci juribus applicentur, eorum vero unuſquiſque, qui ætate, & corpore viribus ſatis firmis ad eam pœnam ſubſtinendam reperietur, ad triremes, quoad vixerit, ſit eo ipſo damnatus. Idque in toto Statu prędicto ubique ſervetur (Urbe Roma, & Avenionen. atque Anconitan. Civitatibus dumtaxat exceptis) ubi eos, qui ad præſens ibidem, vel alibi intra prædictum Statum degunt, ſi ad dictas potius Civitates, quam alio ſe recipere maluerint, & prædictis de cauſis, & ad proſequendas cum Orientalibus mercaturæ negociationes, & commercia, & quia illos præſertim, qui noſtro, & hujus Sedis conſpectui proximi ſunt, pœnæ formidine à maleficiis temperaturos, atque interdum aliquos lumeo veritatis facilius agnituros ſperamus, cenſuimus tolerandos.

Statutis locorum, Apoſtolicisque, &

§. 7. Verum his ipſis, quos in tribus tantum prædictis Civitatibus commorari permittimus, Univerſis, & ſingulis Judæis præcipimus, ut Civitatum prædictarum, in quibus pro tempore habitaverint, Statuta favorem Chriſtianorum concernentia, nec non edicta Ordinariorum, & Magiſtratuum, pręcipue vero noſtras, ac prædictas Pauli, & Pii V. Prædeceſſorum, & alias Apoſtolicas, & canonicas, quæ circa ipſos Judæos aliquid diſponunt, Conſtitutiones inviolabiliter obſervent.

canonicis ſanctionibus, & prædictis Pauli IV., & Pii V Conſtitutionibus ligari declarat.

Executores hujus Conſtitutionis deputat.

§. 8. Quo circa tam dilectis filiis noſtris in Alma Urbe Vicario, & S. R. E. Camerario, quam aliis univerſis, & ſingulis ſtatus, & ditionis Eccleſiaſticæ Civitatum, Oppidorum, & locorum Ordinariis, nec non Legatis, Vicelegatis, Præſidibus, & Gubernatoribus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus eorum unuſquiſque curet, quantum in ſe eſt, præſentes literas nulla alia à nobis exſpectata juſſione, aut mentis declaratione, debitæ eſequutioni quam primum demandari, ac deinde perpetuo firmiter, & inviolate obſervari, nec ſolum quicquam contra illarum tenorem, etiam prætextu hactenus conceſſorum Indultorum, permiſſionum, ſive conſuetudinum tolerare, indulgere, aut permittere, vel licentias aliquas concedere præſumant, ſed contra quoſcumque inobedientes, & tranſgreſſores omni ſeveritate animadvertant, contradictores per opportuna juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo.

Clauſulas derogatorias apponit.

§. 9. Non obſtsntibus præmiſſis, necnon quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, Statutis, & conſuetudinibus, etiam juramento &c. roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, tam per ſuperius nominatos, quam illos quoſcumq; noſtros Prædeceſſores Univerſitatibus eorumdem Judæorum, ſive eorum aliquibus ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, & ex quibuſvis cauſis, etiam graviſſimis, & urgentiſſimis, atque oneroſis vim contractus ſolemniter initi, ultro citroque obligatorii inducentibus, tam in genere ſuper præmiſſis, & ſuper habitando in locis ditionis Eccleſiaſticæ eis beneviſis, & ſuper exercendo quocumque mercaturæ genere, quam in ſpecie iis, qui in tribus prædictis Civitatibus commorantur, ſeu alias conceſſis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio habenda, aut quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi pro expreſſis, ac forma ad unguem ſervata ad verbum inſertis habentes, ſpecialiter, & expreſſe harum ſerie derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Formã publicationis ſubjicit.

§. 10. Volumus autem, præſentes literas in valuis Baſilicę Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, per aliquem ex Curſoribus noſtris, ut moris eſt publicari, & elapſo termino ſuperius deſcripto, eos quos concernunt perinde afficere,

ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Tranſumptiſque credi jubet.

§.11. Illarum quoque tranſumptis etiam impreſſis &c. Nulli ergo &c.

Dat.P.An.II. 25. Febr.

Datum Romæ in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo Kalen. Martii, Pont. noſtri Anno ſecundo.

LIII.

Contra Hæbreos, tenentes legenteſque libros Thalmudi, & alios hactenus damnatos, aut blaſphemias, & contumelias in Deum, & Sanctos continentes.

De libris Thalmudi, prima prodiit probibitio ab Innocent. IV. in Conſtitut. IV. Impia *Tom.III. fol.309.*, *& alia de his, & ſimilibus libris. prodiit a Jul.III. in Conſtit.XXXIII.* Cum ſicut. *Tom.IV. Par.I. fol.309.*

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

CUM Hebræorum malitia novas in dies escogitet fraudes, quibus pernicioſa volumina, libroſque impios, ac plane deteſtabiles, tum antiquitus damnatos, tum recens conſcriptos in vulgus proferat.

Approbatio prohibitionis libri Thalmudi, & aliorum deteſtabilium ſcriptorum.

§.1. Nos, & ipſis exitiale, & Chriſtiano populo periculoſum rati hanc eorum nequitiam conniventibus oculis tolerare, ac pro noſtro paſtorali officio, opportunum huic malo remedium adhibere volentes, adducti exemplo complurium Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, præſertim fel. rec. Gregorii IX. Innoc.IV. Clementis IV. Honorii IV. Joannis XXII. Julii III. Pauli IV., & Gregorii XIII., qui ſæpius impium, illud Thalmudi nuncupatum, & alia ſimilia reprobata, & deteſtanda ſcripta, & volumina damnarunt, & retineri prohibuerunt, ſeu alias ex Chriſtiani Orbis Provinciis, & Regnis pio zelo exterminarunt, omnes, & ſingulas eorumdem Prædeceſſorum ſuper hoc editas literas, quarum tenores præſentibus haberi volumus pro expreſſis, harum ſerie approbantes, & innovantes.

Prohibitio Judæis, hos libros, & alia impia ſcripta retinendi, vel quovis modo utendi.

§.2. Atque illis hæc addentes, omnibus, & quibuſcumque Univerſitatibus Hebræorum, eorumque ſingulis, tam in temporali S. R. E. ditione, quam etiam extra eam ubivis locorum, & in quibuſvis Chriſtiani orbis partibus conſtitutis, perpetuo prohibemus, ne quoſvis libros, & codices impios Thalmudicos ſæpe damnatos, vaniſſimos, cabaliſticos, atque alios nefarios a Prædeceſſoribus noſtris prohibitos, & condemnatos, necnon opera, commentaria, tractatus, volumina, & ſcripta quæcumque, tam lingua Hebraica, quam quavis alia hactenus conſcripta, aut verſa, edita, & impreſſa, ac in poſterum conſcribenda aut vertenda, edenda, vel imprimenda, continentia ſeu continentes, tacite vel expreſſe, hæreſes, vel errores contra ſacras veteris legis, & teſtamenti ſcripturas, necnon contumelias, impietates, blaſphemias contra Deum, ſanctiſſimam Trinitatem, & Salvatorem noſtrum Dominum Jeſum Chriſtum, ejuſque Sanctam Chriſtianam fidem, ac beatiſſimam ipſius Genitricem ſemper Virginem Mariam, & Beatos Angelos, Patriarchas, Prophetas, Apoſtolos, alioſque Sanctos Dei, Sacratiſſimam Crucem, ſacramentum novæ legis, Sacras Imagines, & Sanctam Catholicam Eccleſiam, & Sedem Apoſtolicam, ac contra Chriſti fideles, præſertim Epiſcopos, Sacerdotes, & alias eccleſiaſticas perſonas, atque etiam contra nuper ad ejuſdem Chriſti fidem converſos, ac Neophitos, & alias contra Religionem Catholicam, vel in quibus etiam impudicæ, & obſcenæ narrationes memorantur, etiam ſub prætextu, quod expurgata fuerint, vel donec expurgentur, ſive quod de novo typis excuſa fuerint, mutatis nominibus, vel etiam ſub obtentu, ſeu tolerantia, aut permiſſione, ut prætendunt, Secretarii, aut cujuſvis perſonæ Sacri Concilii Tridentini, aut Indicis librorum prohibitorum per rec. mem. Pium Papam IV. Prædeceſſorem noſtrum editi, vel cujuſvis indulti Apoſtolici, aut licentiæ per S. R. E. Cardinales, etiam Legatos, aut Camerarium, ſeu Cameram Apoſtolicam, vel Nuncios, etiam cum poteſtate Legati de latere, aut locorum Ordinarios, ſeu Inquiſitores hæreticæ pravitatis, forſan quomodolibet conceſſæ, aut quovis alio quæſito colore, legere, habere, vel retinere, emere, vel vendere, aut evulgare, ullo modo audeant, vel præſumant.

Revocatio quarumcumque facultatum, licentiarum, & indultorum, illa tenendi.

§.3. Omnes vero, & quaſcumque facultates, literas, permiſſiones, indulta, tolerantias legendi, tenendi, etiam ad tempus certum, vel incertum, vel ad effectum prædictus, & ſub ſimilibus, vel aliis prætextibus quæcumque, ut præfertur, prohibita ſcripta, volumina, libros, & alia ſupradicta quibuſvis Judæis, in genere, vel in ſpecie, a Prædeceſſoribus noſtris, & dicta Sede Apoſtolica, ſeu ejus Legatis, etiam de latere, vel Nunciis, aut Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, aut locorum Ordinariis, vel quibuſvis aliis, quavis dignitate, vel auctoritate fungentibus, etiam S. R. E. Cardinalibus, ejuſque Camerario, ſeu Cameræ prædictæ, ſub quibuſvis verborum formis, & conceptionibus, & quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis clauſulis, ac vim contractus inducentibus, irritantibuſque, & aliis decretis, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ſeu ad quorumcumque Principum, etiam Regali, Ducali, vel alia quacumque præeminentia fulgentium inſtantiam, vel eorum intuitu conceſſas, auctoritate, & tenore præmiſſis revocamus, irritamus, & annullamus, ac pro revocatis, irritis, & penitus infectis in perpetuum haberi volumus.

Di-

Digitized by Google

Prohibitio concedendi has licentias, & eis utendi.

§.4. Diſtrictius inhibentes, tam quibuſcumque ex prædictis, quavis auctoritate, & facultate ſuffultis perſonis, ne hujuſmodi licentias, tolerantias, indulta quoque modo concedere, quam Judæia, ne illis ſic per præſentes revocatis, aut poſthac forſan de facto concedendis, uti, aut earum prætextu, ſeu alias quomodolibet libros prædictos retinere, legere, deferre, emere, vendere, aut de novo edere præſumant.

Præfixio termini ad ejuſmodi libros conſignādi Inquiſitoribus, aut locorum Ordinariis.

§.5. Quioimmo ſi quos ad præſens habent, eos ſtatim intra decem dies Romæ in officio Sanctæ Romanæ, & univerſalis Inquiſitionis, extra Urbem vero intra duos menſes a die publicationis præſentium oumeraodos, locorum Ordinariis, ſeu Inquiſitoribus hæreticæ pravitatis, a quibus poſtmodum abſque alio mandato noſtro, nulla interpoſita mora comburantur, exhibere, tradere, & conſignare omnino teneantur, & debeant.

Pœnarum inflictio in contra venientes.

§.6. Præcipientes, tam ipſis Judæis, quam quibuſcumque Typographis, Bibliopolis, ſeu mercatoribus, & aliis quibuſcumque Chriſtifidelibus etiam cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, ſub pœnis amiſſionis librorum, & publicationis omnium bonorum, Fiſco ejus Priocipis, in cujus ditione libri reperti fuerint applicandorū, ac alia etiam gravioribus, & corporis afflictivis arbitrio Diœceſani, ac etiam Inquiſitoris, ſi inibi fuerit, ſtatuendis, ac moderandis, necnon quo ad Chriſtianos, etiam excomunicationis majoris latæ ſententiæ per unumquemque contrafacientem eo ipſo incurrendæ, ne hujuſmodi libros, & alia ſcripta ſuperius prohibita, ut præfertur retinere, habere, legere, edere, typis excudere, ſeu imprimere, deſcribere, vel exemplare, aducere, emere, vendere, donare, commutare, aut alias quomodolibet diſtrahere, vel alienare.

Et in fautores Hebræorum in præmiſſis.

§.7. Neve quiſquam, etiam ſub prædictis, & aliis pœnis contra fautores Apoſtatarum a fide, & hæreticorum a ſacris canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis inflictis, ipſis Hæbreis, pro habendis, ſcribendis, ſeu imprimendis hujuſmodi libris, vel undecumque afferendis, ſeu tranſvehendis, aut pro eorumdem legendorum licentia de cetero impetranda, opem, conſilium, auxilium, vel favorem præſtare, aut impendere quoquo modo audeat.

Deputati executores hujus Conſtitut.

§.8. Quocirca Venerabilibus Fratribus noſtris, tam S. R. E. Cardinalibus adverſus hæreticam pravitatem in toto terrarum Orbe generalibus Inquiſitoribus, quam etiam Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ceteriſque locorum Ordinariis, & Inquiſitoribus quibuſcumque ejuſdem hæreticæ pravitatis, in quibuſvis Regnis, Provinciis, & Civitatibus pro tempore exiſtentibus, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ipſi, & eorum ſinguli, in Civitatibus, Terris, & locis, ubi Judæi commorantur, tam in eorum Synagogis, & locis publicis, quam privatis, domibus, aut officinis, & alias ubique locorum etiam apud Bibliopolas Chriſtianos prædictos ſic prohibitos libros, & ſcripta, per ſe vel alium, ſeu alios ab eis deputandos diligentiſſime perquirant, & contra eos, qui ſuper retentione hujuſmodi culpabiles reperti fuerint, ad prædictarum, & aliarum etiam graviorum eorum arbitrio pœnarum exequtionem procedant. Contradictores, necnon inobedientes quoſcumque, eiſve auxilium, conſilium, vel favorem præſtantes, per opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Clauſulæ derogatoriæ.

§.9. Non obſtantibus præmiſſis, necnon Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, dictis Hebræis, eorumve Univerſitatibus, ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſis, etiam ſæpius approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi alias pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, & individua mentio habenda, ſeu quævis alia exquiſita forma ad hoc ſervanda eſſet, tenores hujuſmodi, necnon formas, & decreta in illis appoſita, acſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis quoad reliqua in ſuo robore permanſuris, ad effectum præmiſſorum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Forma, & effectus publ. hujus Conſtitutionis.

§.10. Volumus autem præſentes literas, ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, atque in platea, quæ Judæorum nuncupatur, per Curſores noſtros publicari, earum exemplis inibi affixis, ac dimiſſis, ac poſt hujuſmodi publicationem, & elapſum terminum ſuperius præſcriptum, cunctos, & ſingulos, quos concernunt, perinde arctare, atque afficere, acſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent.

Transſumptorum fides.

§.11. Illarum exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ obſignatis, eamdem prorſus fidem in judicio, & extra illud haberi, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Clauſulæ pœnales.

§.12. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtræ approbationis, innovationis, additionis, prohibitionis, revocationis, irritationis, annullationis, voluntatum, inhibitionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.

Dat. P. An. II. 28. Febr.

Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſecundo, pridie Kalend. Martii, Pontificatus noſtri Anno II.

Re-

LIV.

Ex Regeſt. in Secret.-Brev.

Reformatio Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen., ſeu S. Juſtinæ.

Dilectis filiis Præſidenti, Viſitatoribus, Abbatibus, & Monachis Ordinis S. Benedicti Congregationis Caſſinen. alias Sanctæ Juſtinæ de Padua.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Proœmium.

COmmiſſum Nobis ex alto Apoſtolicæ ſervitutis miniſterium pro debito paſtoralis officii adimplere cupientes, in ea præcipue incumbendum arbitramur, quæ ad Cleri univerſi reformationem, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ integritatem reſtituendam pertinere dignoſcuntur. Id autem in Regularium perſonarum Congregationibus eo accuratius duximus providendum, quo uberiores ex iis, dum in ſuorum inſtitutorum obſervantia conſtantes perſeverabunt, Eccleſiæ Dei fructus proventuros eſſe confidimus.

Monachos Caſſinen. a primæva perfectione dilapſos.

§.1. Et certe inter univerſum Monachorum cœtum ad Congregationem veſtram Caſſinen. alias S. Juſtinæ de Padua, quæ ſub ſpeciali noſtra, & Apoſtolicæ Sedis eſt protectione, oculus convertentes, ſicut tam florentem olim, & in monaſticæ perfectionis pene faſtigio feliciter conſtitutam, & priſca virtute inſignem comperimus, ita nunc, ſive vitio temporum, ſive hominum incuria, & nimia forſan Præpoſitorum indulgentia, a priſtino ſuo ſplendore paululum declinantem erigere, ſimulque aliis partibus confirmare, & ad antiquum decus revocare ſommopere deſideramus. In quo quidem cum parem deſiderio noſtro propenſionem veſtram; ex iis, quæ nobiſcum egerunt dilecti filii Ordinis veſtri profeſſores a regimine veſtro, ea de re, ad Nos proxime deſtinati, deprehenderimus, commendamus eximiam pietatem veſtram, ac zelum, voſque ad ſalutarem hanc reformationem ſponte veſtra incenſos, paterna, qua vos ſemper complexi ſumus charitate hortamur, ut Beati Monachorum Patriarchæ Benedicti Ordinis veſtri Inſtitutoris, aliorumque Sanctorum, qui ex eodem Ordine innumeri prodierunt, veſtigiis inſiſtentes, ad illam monaſticæ diſciplinæ perfectionem omni ſtudio ita contendatis, ut eam in vobis noſtris temporibus revixiſſe omnes intelligant, & exemplo veſtro, aliæ quoque Regularium Congregationes ad eamdem reformationis normam amplectendam alacrius excitentur.

Et ad antiquū decus, anhelantes.

Hortatur, ut priſtinam obſervantiam aſſumant.

De Viſitatoribus eligendis, eorumq. facultatibus.

§.2. Ut autem id facilius aſſequi valeatis, nonnulla, quæ poſt maturam conſultationem a probatiſiſſimis viris, quibus hoc negotium mandavimus, Nobis propoſita ſunt pro Congregationis veſtræ reformatione maxime utilia, ac ſalutaria conſtituenda cenſuimus. De Apoſtolicæ igitur poteſtatis plenitudine, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ut in veſtra Congregatione poſthac Viſitatores eligi poſſint ejuſdem Monaſterii cum Diffinitoribus, quorum officium ſimul cum Capitulo generali terminatur, profeſſi, hac moderatione adhibita, ut tam in dietis, quam in Capitulo generali non ſolum, dum agitur de ipſis in dieta, ſeu diffinitorio intervenientibus, ſed etiam de eo promovendo, ad quamcumque dignitatem, aut aſſumendo ad aliquod officium, qui ſit eorum alicujus comprofeſſus, ut liberius ea de re tractari, & deliberari poſſit, ii, de quibus, vel eorum comprofeſſis ſic agetur, extra locum dietæ, & diffinitorii extent, & nec ſuffragia conferant, nec ceteris ſuffragantibus interſint, & quod de conſanguineis in examine Monachorum Conſtitutiones veſtræ præſcribunt, id etiam ad comprofeſſos extendimus.

De Promotione ad Abbatiam, Prioratum,

§.3. In promotionibus autem ad Abbatiam, & Prioratum, liceat pro bono Congregationis, tempus a Conſtitutionibus veſtris præſcriptum omnium Diffinitorum conſenſu diſpenſare. Monaſteriis præterea vacantibus uſque ad ſeptuageſimam provideat veſtri Ordinis regimen in dietis a dicto tempore citra Diffinitores capituli generalis. Præſcribatur inſuper numerus certus Decanorum, quem nec augere, nec minuere unquam liceat. Quod ſi nunc plures ſunt Decani, nemo impoſterum eligatur, quod is numerus effectus ſit. Nemo autem ad Decanatum promoveri poſſit, qui præter vitæ integritatem, qua debet præſtare, aliquod etiam non vulgare ſpecimen prudentiæ non exhibuerit, & doctrinæ congruentis adjumenta non habeat, caſibuſque ſaltem conſcientiæ egregie inſtructus non ſit: qua in re definitorum judicium ne fallatur, viſitatores promovendorum merita inquirant. deque iis Definitoribus, qui neminem ad ullum gradum valeant promovere, niſi habita de eo hujuſmodi viſitatorum relatione, medio ipſorum juramento fidem faciant. Ad hæc a membrorum adminiſtratione Decani removeantur, nec poſthac deputentur, ſed in Monaſteriis in regulari diſciplina pro ſui muneris debito exerceantur, iis exceptis, qui ob ætatem, vel imbecillitatem ad onera regularia, & ad munera graviora ſubeunda parum idonei exiſtimantur, quibus hujuſmodi adminiſtratio demandari poterit, cum onere, ut in iis eam regularis diſciplinæ obſervantiam curent exerceri, quæ veſtris Conſtitutionibus præſcribitur.

Et Decanatū.

De Prioribus Clauſtralibus

§.4. Priores deinde clauſtrales, & Decani ab officiis, & dignitate, ea etiam una ratione removeantur, quod diſciplinæ regulari nec ipſi incumbant, & alios ad eam amplectendam excitare negligant. Ideoque quotannis in Capitulo generali electionis judicio ſubjiciantur, & pro ſingulis ſuffragia ferantur, acſi nunquam antea fuiſſent electi, ut eo pacto in officio retineantur.

In omnibus Monaſteriis pa

§.5. In omnibus quoque Monaſteriis par mo-

ſiformiter vivendum.

modus, & forma vivendi ſervetur, & in regulari diſciplina æqualiter Monachi eacerceantur ad Regulæ, & Conſtitutionum præſcriptum: quod ſi in communibus regulis ex cauſa aliqua in parte diſpenſandum eſſe videatur, id ſingulis annis auctoritate definitorum Capituli generalis dumtaxat fieri poſſit, habita ratione cum locorum, tum perſonarum indigentiæ, & cum magno moderamine, prout iiſdem Definitoribus expedire videbitur.

Abbates negligentes removeri.

§.6. Abbates, qui Definitorum præſcriptum immutare auſi, & in curanda diſciplina regulari admodum negligentes, aut diſſimulantes deprehenſi fuerint, poſſint hac una de cauſa arbitrio veſtri regiminis ſuſpendi, & etiam a titulo, & adminiſtratione removeri.

De mutatione Monachorum.

§.7. Monachi propterea in poſterum non mutentur, niſi per conſenſum (ut ajunt) Præſidis, aut Viſitatorum in actu viſitationis ad præſcriptum Conſtitutionum veſtrarum, cognita, & eapreſſa cauſa, eaceptis Officialibus, & iis, quos pro bono Congregationis veſtri Ordinis regimine judicaverit eſſe mutandos. Expenſæ autem mutationum pertineant ad Monaſteria, e quibus diſcedunt Monachi. Quare mutatis fratribus eorumdem Monaſteriorum Superiores quam primum neceſſaria ſecundum Conſtitutiones veſtras ſubminiſtrent, & itineris viam literis patentibus præſcribant, a qua non liceat deflectere, ſub pœnis privationis quorumcumque officiorum, ac dignitatum, & vocis activæ, & paſſivæ, & etiam carceris arbitrio ejuſdem regiminis pro qualitate culpæ: Si qui vero Monachi ob petulantiam, & depravatos mores a Prælatis omnibus recuſentur, in Carcerem detrudantur, donec reſipiſcant, & emendentur, & quouſque benevolos inveniant Receptores.

Animarum cura per Monachos non exercenda.

§.8. Non permittant præterea Prælati ſub pœna privationis quorumcumque officiorum, & munerum, & vocis activæ, & paſſivæ, ut quovis colore animarum curam exerceant Monachi, nec Secularium etiam affinium, & conſanguineorum negotia tractent, ſine expreſſa licentia definitorum Capituli generalis, re bene cognita, & mature examinata, & maaime ne eorum cauſæ coram Judicibus compareant, ut omnis vacationi, & proprietati occaſio præcludatur.

De adminiſtratione rerum temporalium.

§.9. In adminiſtratione autem rerum temporalium ea cautio adhibeatur, ne Prælati eam ipſi per ſe exerceant, ſed per Cellerarios a Definitoribus, vel veſtri Ordinis regimine deputatos. Inſuper pecuniæ omnes quacumque ex cauſa ad Monaſterium pervenientes, deponantur penes Monachum a Definitoribus, vel regimine veſtro eligendum, aut probatum, & fidelem Telonarium, cujus ea præcipue cura ſit, eas in deſtinatis rationum libris, ſive Codicibus fideliter, & diligenter deſcribere: earum autem ne obolum quidem expendat, aut alicui quovis prætextu numeret, niſi de mandato Cellerarii. Hujuſmodi autem mandata in præparato ad hoc codice deſcribantur, & manu ipſius Cellerarii ſubſcribantur, expreſſa in iis ſumma pecuniæ, cui, & qua de cauſa ſit perſolvenda. Rationes dati, & accepti, creditæque, ac debitæ pecuniæ juxta Conſtitutiones veſtras reddantur, quibus Prælatus, Prior, Cellerarius, & Decani non ſolum ſubſcribant, ſed etiam juramento ſuo confirment veras eſſe, nihilque fraudis continere. Quod ſi qui defraudaſſe inventi fuerint, & veritatem proventuum, & expenſarum non expreſſiſſe, ab Officiis, Dignitatibus, & Adminiſtrationibus ſine ulla provocatione removeantur, & inſuper tamquam perjuri poniantur. Eligantur quoque in Capitulo generali a Definitoribus tres, qui rationes proventuum, & expenſarum ſingulorum Monaſteriorum exactiſſime videant, & eaaminent, & ea omnia exequantur, quæ in hac parte per Conſtitutiones veſtras Auditoribus cauſarum ſunt commiſſa.

Munera non danda.

§.10. Ne autem Monaſteriorum redditus, & fructus in alios, quam par ſit, uſus convertantur, prohibemus munera, & largitiones Protectori, Vice-Protectori, Ordinario, aut perſonæ, quavis tam Eccleſiaſtica, etiam Pontificali, aut alia majori etiam S. R. E. Cardinalatus, quam mundana auctoritate fulgenti, etiam occaſione primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum, gratique animi teſtificationem, exceptis iis munuſculis, quæ in eſculentis modici valoris, non honorum ambitu, aut privata aliqua cupiditate, ſed ad comparandam, & conſervandam Monaſteriis benevolentiam prædictis Protectoribus, aliiſve Benefactoribus, & Officialibus certis quibuſdam temporibus publico Congregationis, aut Monaſteriorum non privato cujuſcumque nomine ex Superiorum præſcripto moderate fieri conſueverunt.

De hoſpitalitate.

§.11. Prohibemus etiam invitationes, & ſuperfluos, & eatraordinarios ſumptus pro prædictis perſonis, aut aliis honorifice, laute, & opipare ſuſcipiendis ſub prætextu etiam hoſpitalitatis, quæ ſi quando exercere contigerit, habita locorum, temporum, & perſonarum ratione, ea moderatione fieri debeat, quæ in veſtris Conſtitutionibus laudabiliter, & monaſticæ modeſtiæ congruenter præſcripta continentur.

Reformationes aliorum Ordinù hanc Congregationem non obligant.

§.12. Ut vero veſtram hanc propenſam ad reformationem voluntatem ſpecialibus favoribus proſequamur, volumus, ut ſi contingat per Nos, aut Succeſſores noſtros Romanos Pontifices aliquam aliam Reformationem quorumvis Ordinum, ſeu Inſtitutorum regularium pro tempore fieri, per eam veſtro Ordini, nihil ulterius injunctum, aut præmiſſis nullatenus derogatum cenſeri poſſit, niſi de veſtro ordine nominatim mentio fiat, & niſi ſpecialis, eapreſſa de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſo earumdem præſentium eapreſſio habeatur, & aliter factæ reformationes vos minime arctent, & derogationes nullius ſint roboris, vel momenti. Has autem noſtras Conſtitutiones a vobis inviolate, ut decet, obſer-

vari

vari in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto injungimus.

Derogatio contrariorum

§. 13. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Concilis editis generalibus, vel Specialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus præſertim felicis recordationis Gregorii XIII., & Siſti V. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum, ac univerſi Ordinis S. Benedicti, veſtræque Congregationis, etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quantumvis amplis, & ampliſſimis, ac ſub quibuſvis verborum formis, & tenoribus, etiam derogaturiarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulia, ac irritantibus, & aliis decretis in contrarium præmiſſorum quomodocumque conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, non autem per clauſulas generales, idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter espreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 6. Martii 1593. An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Martii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

L V.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Confirmantur quædam Ordinationes pro Univerſitate Studii Generalis Peruſini.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INTER multiplices noſtri paſtoralis officii curas illam libenter amplectimur, per quam literarum ſtudia pręſertim in Civitatibus Sedis Apoſtolicæ temporali ditioni ſubjectis, quas præcipuo quodam affectu complectimur, conſiſtentia recte dirigi, & gubernari valeant, & quæ propterea provide ſtatuta, & ordinata fuerunt, Apoſtolicæ firmitatis robore ſolidamus.

Directores Univerſitatis nonnulla propoſuere pro regimine illius.

§. 1. Alias ſiquidem ſcilicet de menſe Decembris proxime præterito pro parte dilectorum filiorum Sapientum Univerſitatis ſtudii generalis Civitatis noſtræ Peruſiæ nobis expoſitum fuit, quod ipſi ſapientes cupiebant, tam ſuper numero Lectorum in dicto ſtudio ſingulares artes legere debentium, quam ſuper modo, & forma illos conducendi, eorumque lectionibus, & exercitiis ordinariis, aliiſque dictæ Univerſitatis neceſſitatibus ſubveniendia, ac de aliquo loco, in quo dictæ Univerſitatis Collegii Doctores pro doctorandis Scholaribus, aliiſq; Collegii functionibus, & negociis adimplendis, & pertractandia pro dignitate convenire, & congregari valerent per nos provideri. Unde nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum deſiderio hujuſmodi annuere, de beniguitate Apoſtolica dignaremur.

Clemens rem nonnullis Cardinalibus examinandam commiſit.

§. 2. Nos negocium hujuſmodi dilectis filiis noſtris Dominico Sancti Griſogoni Pinello, & Benedicto S. Marcelli Titulorum Presbyteris Cardinalibus Juſtiniano nuncupatis demandavimus. Unde prædicti Dominicus, & Benedictus Cardinales, auditis pluries dictis Sapientibus, & Doctoribus, ac viſis, & conſideratis Bannimentis ſuper hoc prudenter à prædicto Dominico Cardinali, dum anno ſuperiori Legationis de latere munere in tota Umbria fungeretur, & in dicta Civitate noſtra Peruſina reſideret factis, & publicatis ſtatuerunt, & ordinaverunt, quod ſinguli quarumcumque artium in dicta Univerſitate Lectores publice legere incipiant, in prima tertiaria à die ſequenti poſt commemorationem omnium Defunctorum niſi aliquo feſto fuerit impedita, quia tunc incipient alio die ſequenti, quæ tertiaria durare debeat uſque ad feſtum Sanctę Lucię. In ſecunda vero tertiaria à die poſt feſtum Epiphaniæ Domini, uſque ad Dominicam in Paſſione. In tertia autem poſt Dominicam in Albis, uſque ad feſtum S. Margharitæ.

Qui terminos Tertiariarum præfixerunt.

Nonnulliſque alia ſtatuerunt, quæ hic recenſentur.

Quibus tertiariis durantibus aliquæ vacantię minime concedantur, nec interim Lectoribus liceat aliquas lectiones prætermittere, niſi fuerint impediti cauſa infirmitatis, quæ probari debeat teſtimonio phiſici Notario Univerſitatis conſignandu. Durante autem prima tertiaria, tam Juris Civilis, quam Canonum, & Inſtitutionum Lectores ter in hebdomada in ſchola eorum primi Cathedrantis ſuper lectione currenti coram ſcholaribus publice circulari debeant, & dum lectiones publicę habentur, quæ ſaltem unius horæ ſpatio durare debeant nullus doctorari, nec aliquis in privatis Domibus lectiones legere poſſit, concluſiones vero publice, niſi tempore vacantiarum non ſubſtineantur; Singulis autem diebus lectionum, pulſetur Campana hora ſolita pro convocandis ſcholaribus, & Lectoribus, qui ad lectiones aliquem ſcholarem, ut vocant Nobiliſtam aſſociare non poſſint: Quodque ſingulorum ſcholarium, tam Civium, quam eſterorum in dicta Univerſitate literis operam dare volentium Nomina, ut dignoſci, ac eorum qualitates aliquando examinari poſſint, deſcribantur: quodque etiam poſt hac in perpetuum nullus Lectorum nunc, & pro tempore in dicta Univerſitate in aliqua facultate legentium aliqua ratione ſe ab onere legendi, etiamſi per triginta Annos, & quantumvis longiſſimi temporis ſpatium id munus exercuerit, etiam cujuſvis privilegii, vel Immunitatis prætestu exemptum eſſe prætendere poſſit: ſed quidcumque legendi immunitate de præſenti non gaudent, ac proviſiones, & emolumenta ab eadem Univerſitate acceperint, munus ſuum realiter exequi, & cum effectu adimplere teneantur,

nec

Digitized by Google

nec ratione cujuſvis juris, Statuti, vel conſuetudinis, niſi actualiter legerint, aliquod ſalarium, vel emolumentum conſeqoi valeant, exemptioneſque, privilegia, indulta, & Immunitates quæcumque ſuper his quomodolibet conceden. nullæ omnino, & irritæ exiſtant: illorum vero, qui ad præſens dictam exemptionem habent, ſalaria eorum, & cujuslibet ipſorum, obitu adveniente in fabricam olim per præfatum Dominicum Cardinalem deſignatam ad Collegii, ſeuUniverſitatis prædictæ commodum pro congregandis Doctoribus, ac doctorandis ſcholaribus, & publicis concluſionibus ſubſtinendis, aliiſque actibus, & functionibus publicis faciendis omnino converti, & erogari deberet. Et inſuper, quod de cetero deputentur, & conduci debeant duo alii Magiſtri gramatices, cum annuo ſalario centum ſcutorum monetæ pro quolibet ipſorum, & augumento conceſſo à fel: rec: Sixto PP. V. Prædeceſſore noſtro integre perſolvendo, in quorum, ac aliorum dictæ Univerſitatis Lectorum deputatione, electione, & ſalariorum conſtitutione, ratio habeatur unioſcujuſque ſcientiæ, & ſufficientiæ nulla habita conſideratione Nobilitatis, ſeu antiquitatis, in quam curam ipſi ſapientes omnino ſtudeant, atque incumbant.

Prædicta omnia confirmat Clemens.

§. 3. Quare oos volentes, ot præmiſſa omnia firmius obſerventur quo fuerint Apoſtolico munimine roborata omnia, & ſingula ordinationes, & Statuta prædicta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ea certa noſtra ſcientia perpetuo approbamua, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos Juris, & facti, alioſque defectus, ſi qui intervenerunt in eiſdem, ſupplemus, eaque omnia, & ſingola perpetuo valida, & efficacia exiſtere, ac tam per Lectores, & ſcholares nunc, & pro tempore exiſtentes, quàm alios quoſcumque inviolabiliter perpetoo obſervari; Sicque, & non aliter per prædictæ Civitatis, etiam de latere Legatum, Vicelegatum, & Gubernatorem, ac alios quoſcumque Judices quavis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, nec non quid quid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Atque obſervari mandat.

Exequutores deputat.

§. 4. Mandantes propterea ejuſdem Civitatis Legato, Vicelegato, ſeu Gubernatori nunc, & pro tempore exiſtentibus, quatenus omnia, & ſingula ordinationes, & ſtatuta prædicta ab illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in ſuturum, omnibus juris, & facti remediis, auctoritate noſtra, perpetuo obſervari faciant. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac Statota, & ordinationes hujuſmodi non obſervantes, ſeu contra facientes, etiam per ſententias, & cenſuras Eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias, & alias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia quaeumque appellatione, ſeu reclamatione ceſſantibus, ac omnino poſtpoſitis, eadem auctoritate noſtra compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opna fuerit, auxilio brachi ſecularis.

Obſtantibus derogat.

§. 5. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, literis dicti Sixti Prædeceſſoris ſuper applicatione, ſeu augumento reddituum Lectoribus dictæ Univerſitatis aſſignatorum, ac quibuſvis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Civitatis, & Univerſitatis prædictarum, etiam juramento confirmatarum, Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis Civitati, & Univerſitati prædictis, ac illorum Doctoribus, Lectoribus, & Scholaribus, ceteriſque perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & Decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet contra præmiſſa conceſſis, confirmatis, & innovatis, ac diſponentibus. Quibus omnibus, & ſingulis eorum omnium tenores, acſi de verbo ad verbum exprimerentur, & inſererentur, præſentibua pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuria, hac vice domtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 17. Martii 1593. Pont. noſtri Aono Secundo.

LVI.

De electione Præpoſiti Generalis, aliorumque Prælatorum Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi de Obſervantia: de Capitulorum generalium, & Dietarum celebratione, totiuſque Ordinis regimine.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUæ ad proſperam religioſorum directionem, ac reformationem pertinent, ea libenter concedimus, prout in Domino ſalubriter conſpicimus expedire.

Cauſæ edendæ hujuſce Conſtitutionis.

§. 2. Sane cum poſt futura feſta paſchalia, Capitulum generale Congregationis Monachorum Eremitarum S. Hieronymi in Monaſterio S. Petri de Hoſpitaletto Lauden. Diœceſis celebrandum ſit, Nos qui Congregationem ipſam ad priſtinam regularis obſervantiæ normam reduci, ac reformari maxime cupimus, nonnulla, quæ in eodem Capitulo publicari, & deinceps perpetuo in eadem Congregatione obſervari volumus, ſtatuenda cenſuimus.

Approbatio ultimi Capituli Generalis.

§. 3. Motu igitur proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, & de Apoſtolicæ Sedis plenitudine, cum acceperimus ex diverſarum Apoſtolicarum

Conſtitutionum diverſis temporibus, a Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, pro eadem Congregatione factarum, forſan invicem contrarietate, in Capitulo generali Mantuæ ultimo celebrato, ac in Dieta generali de menſe Octobris proxime præterito habita, omnia in illis geſta juxta prædictar. Conſtitutionum præſcriptum ad unguem fieri non potuiſſe, immo furſitan aliquibus earumdem Conſtitutionum aliqua ex parte contraventum extitiſſe, & ideo de illorum validitate ab aliquibus hæſitari potuiſſe, & poſſe; Nos omnia, & ſingula, tam in prædicto Capitulo, quam in Dieta generali hujuſmodi facta, geſta, ſtatuta, & ordinata, quatenus tamen Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac regularibus ejuſdem Congregationis inſtitutis ſint conformia, etiam ſi in illis Conſtitutionum prædictarum omnium, & ſingularum forma ad unguem minime ſervata, aut contra aliquarum ex illis diſpoſitionem, forſan facta fuerunt, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium validamus, confirmamus, & approbamus, omneſque, & ſingulos præmiſſos, & alios quoſcumque juris, & facti defectus, ſi qui in eiſdem intervenerint, ſupplemus, ac valida, firma, & efficacia fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & obtinere decernimus.

Juſſio confirmandi Georgium Lucianum Præpoſitum Generalem alio triennio.

§.2. Inſuper, quia per alias noſtras in ſimili forma Brevis literas, dilectum filium Georgium Lucianum Cremonen. ejuſdem Congregationis Præpoſitum generalem in prædicta Dieta generali, in Virgilii de Mantua olim ejuſdem Congregationis Præpoſiti generalis prædefuncti locum canonice electum, ad triennium proximum a die celebrationis proximi futuri Capituli generalis numerandum confirmavimus, prout in illis literis plenius continetur; Dilectis filiis Definitoribus, Conſultoribus, Prioribus, & aliis in dicto Capitulo Præſidentibus, ac vocem habentibus, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis noſtræ pœna præcipimus, & mandamus, ne circa electionem novi Præpoſiti generalis quicquam intentare, aut quoquo modo innuvare præſumant, ſed juxta prædictarum noſtrarum literarum ſeriem, eumdem Georgium ad hujuſmodi triennium in generalem confirment, & recognoſcant, eidemque Prioratum aliquem ejuſdem Congregationis, juxta illius regularia inſtituta, per eum, dicto triennio durante, tenendum, regendum, & gubernandum, qui etiam totius Ordinis caput durante officio Generalatus exiſtat, aſſignent, & concedant; irritamque nihilominus, & inanem quamcumque electionem, ſeu aliam diſpoſitionem, ſecus faciendam, fore, nulliſque viribus ſuffultam decernimus.

Gregor. XIII. in ejus Conſtit. CLXVI. *Ex qua* T. IV Par. IV. f. 65. nonnulla ad preces Congregat. ſtatuit, quæ ejus Conſtitutionibus adverſantur.

§.3. Præterea, quia ut accepimus, in literis, ſeu Conſtitutione fel. rec. Gregorii Papæ XIII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit. *Pro noſtri muneris officio*, ſuper ſtatu dictæ Congregationis ſub dat. die 26. Maii 1574. Pontificatus ſui anno quarto expedita, inter alia diſponitur, quod deinceps dictæ Congregationis Præpoſitus generalis, Viſitatores, Conſultores, & Definitores, ex numero Priorum ab ipſiſmet Prioribus tantum eligerentur; Et quod occurrente vacatione alicujus Prioratus, ad illum non eſſet aſſumendus, niſi qui tempore vacationis, & electionis alicujus Monaſterii Vicarius eſſet. Quodque Viſitatores Monaſteriorum Sancti Alexii de Urbe, & Sancti Pauli Albanenſis, in Generali Capitulo, & Definitoribus eligendis vocem non habeant. Et quod Procuratores, qui ab unoquoque Monaſterio ad Capitulum deſtinantur, voce activa, & paſſiva in eodem Capitulo generali carerent, prout latius in eiſdem literis, vel Conſtitutione continetur, quæ omnia regularibus ejuſdem Ordinis inſtitutis adverſantur, atque in benemeritorum, idoneorumque religioſorum præjudicium tendunt.

Hic ideo Pontifex decernit Præpoſitum, Conſultores, & Definitores, eligi tam ex Prioribus, quam ex aliis ſubditis.

§.4. Nos prædictæ, & aliæ cuicumque Conſtitutioni Apoſtolicæ de ſimili materia diſponenti, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, in hac parte ſpecialiter, & expreſſe derogantes, harum ſerie perpetuo ſtatuimus, & ordinamus, quod poſt hac, tam Generalis Præpoſitus, quam Conſultores, & Definitores, tam ex Priorum, quam ſubditorum,

Prioreſque etiam ex non Vicariis.

§.5. Ipſique Priores etiam ex eorumdem ſubditorum non Vicariorum tantum,

Procuratoreſ generalem ex omnibus ſubditis.

§.6. Procurator vero generalis ſimiliter ejuſdem Congregationis, tam ex ſubditorum, quam priorum numero, ſine tamen earum reſidentiarum præjudicio, & dummodo alias idonei, & ſufficientes exiſtant, eligi, & deputari poſſint, & debeant.

Vocem quiſque habeat in Capitulis generalibus, & Dietis, prout habebat ante Bullam Gregorii XIII.

§.7. In generalibus vero, & aliis intermediis Capitulis, ſeu dietis, omnes, qui juxta eorumdem regularium inſtitutorum diſpoſitionem, locum, & vocem habere poſſunt, & debent, ſicut antequam Conſtitutio Gregorii prædicta emanaſſet, poterant, ac debebant, locum, ac vocem hujuſmodi, ad quæ omnes, & ſingulos adverſus prædictam Conſtitutionem in priſtinum reſtituimus, reponimus, & reintegramus, libere, & abſque aliquo impedimento habeant, & habere poſſint, ac debeant.

Præpoſiti generalis, & Priorum officia triennio durent, & non confirmentur.

§.8. Ex præmiſſis tamen eidem, aut aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis circa ea, quæ diſponunt, ut generalis Præpoſitus, & Priores, aliique officiales triennales eſſe debeant, minime derogatum, aut alias præjudicium illatum eſſe, aut cenſeri, ſed illorum reſpective officia hujuſmodi ad triennium durare debere, ultra quod in illis minime confirmari, ſed Priores de uno ad aliud Monaſterium transferri tantum poſſe declaramus, & decernimus.

Ambitus prohibetur.

§.9. Inſuper omnes, & ſingulos prædictæ Congregationis Religioſos, qui pro obtinendis in ipſa Congregatione dignitatibus, muneribus, vel officiis, literas commendatitias, favores, gratias, preces a quibuſcumque perſonis tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, etiam Cardinalatus dignitate, & quacumque ſeculari, etiam Marchionali, Ducali, Regali, vel

Im

Imperiali poteſtate, & præeminentia fungentibus,ac fulgentibus, requirere, & mendicare, aut alias ab ipſis etiam non requiſitis, ſed ſponte omnino delatis, quoquo modo uti auſi fuerint, omnibus, & quibuſcumque dignitatibus, officiis, muneribus, & aliis oneribus, & honoribus ipſius religionis per eos obtentis, necnon voce activa, & paſſiva perpetuo privati, ac ad illa, & alia quæcumque deinceps obtinenda perpetuo inhabiles, & incapaces, etiam abſque alia declaratione, ſed tantummodo ex ipſa literarum, favorum, gratiarum, & precum etiam oretenus porrectarum hujuſmodi probatione, exiſtant eo ipſo.

Contrariis Pontificum Cōſtitutionibus derogatur, & non contrariis approbationis robur adjicitur.

§.10. Ceterum Conſtitutiones omnes quoromcumque Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum pro felici gubernio, & directione dictæ Congregationis hactenus emanatas, quorum omnium, & ſingulorum tenores, & datas præſentibus pru expreſſis haberi volumus, in his tamen, quæ præſentibus noſtris non adverſantur, perpetuo confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſiqui intervenerint in eiſdem, ſupplemus, in illis autem in quibus præſentibus noſtris aliquo modo adverſari prætendatur, illis ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ac derogatum eſſe volumus.

Clauſulæ præſervativæ adjunguntur.

§.11. Decementes præſentes literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, aut obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, aut quovis prætextu, vel occaſione infringi, revocari, retractari, ſuſpendi, limitari, aut in jus, vel controverſiam revocari, neque ſub quibuſcumque ſuſpenſionibus, revocationibus, limitationibus, moderationibus, aut contrariis diſpoſitionibus pro tempore faciendis compræhendi, ſed ſemper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties illæ in priſtinum, & validiſſimum ſtatum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas eſſe, & cenſeri.

Clauſulaque ſublata &c.

§.12. Sicque & non alias per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam dicti Ordinis Protectores, & alios Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ſublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Præpoſitus, Viſitatores, & Definitores, & alii exequutores exiſtant

§.13. Mandantes propterea in virtute ſanctæ obedientiæ moderno, ac pro tempore exiſtenti Præpoſito generali, ac Viſitatoribus, Definitoribus, Prioribus, & Monachis, univerſis, & ſingulis ejuſdem Congregationis, quatenus omnia, & ſingula in præſentibus noſtris, ac in aliis Apoſtolicis literis, & Conſtitutionibus contenta, quæ per præſentes revocata non ſint, obſervent, & ab aliis, ad quos ſpectat obſervari curent, eaque inter ejuſdem Congregationis regulas, & Conſtitutiones regulares deſcribi, & adnotari, ac exemplari, regulaſque, & Conſtitutiones ipſas regulares ad præſentis noſtræ, aliarumque Apoſtolicarum Conſtitutionum præſcriptum aptari faciant.

Contrariis ſubmoventur.

§.14. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, Synodalibus, & univerſalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ejuſdem Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ipſi Congregationi, ejuſque Superioribus, & quibuſvis aliis perſonis ſub quibuſcumque verborum formis, & tenoribus, ac derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, & conſiſtorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & ſingulis etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac de verbo ad verbum inſerta, mentio, ſeu alia expreſſio habenda eſſet, tenores hujuſmodi præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe, ac latiſſime derogamus, & derogatum eſſe volumus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

D.P. An. II. 14. Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 14. Aprilis 1592. Pontificatus noſtri Anno II.

Sequitur Reformatio circa totius Ordinis Bonum Regimen.

SAnctiſſimus Dominus Noſter Dominus Clemens Papa Octavus &c.

De Chori ſervitio.

Nullus omnino prætextu cujuſcumque privilegii, vel Superioritatis etiam Generalatus, a ſervitio Chori cenſeatur immunis, niſi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Lectoribus autem, & Prædicatoribus, Superiores iis tantum diebus, quibus eos legere, aut prædicare contigerit, diſpenſare poſſint. Idem quoque præſtare valeant cum ægrotis, & ſtudiorum cauſa legitime impeditis: In eos qui negligentes, aut inobedientes fuerint, ſalutari pœnitentia Superiores animadvertant ad præſcriptum Conſtitutionum, etiam alimenti, ſi opus fuerit ſubtractione.

Sacræ Scripturę lectione

§.1. Lectio ſacræ Scripturæ, vel caſuum conſcientiæ bis in hebdomada præſcriptis diebus in ſingulis Monaſteriis habeatur, ad quam Monachi omnes conveniant, eaque abſoluta mutua collatione circa explicatam doctrinam ſeſe utiliter exerceant.

Paupertatis voto.

§.2. Quo Trident. Concil. decreta de paupertatis voto cuſtodiendo fidelius obſervent, præcipit, ut nullus ex Monachis, etſi Superior ſit, bona immobilia, vel mobilia,

lia, aut pecuniam, proventus, cenſus, eleemoſynas, ſive ex concionibus, ſive ex lectionibus, aut pro Miſſis tam in propria Eccleſia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipſorum juſto labore, & cauſa, & quocumque denique nomine quæſita, etſi ſubſidia conſanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donatione fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine Monaſterii poſſidere poſſint, ſed ea omnia ſtatim Superiori tradantur, & Monaſterio incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proventibus confundantur, quo communis inde victus, & veſtitus omnibus ſuppeditari poſſit. Neque ſuperioribus, quicumque illi ſint, ullo pacto liceat eiſdem Regularibus, aut eorum alicui bona ſtabilia etiam ad uſumfructum, vel uſum, adminiſtrationem, vel commendam, etiam depoſiti, aut cuſtodiæ nomine concedere, eorum vero, quæ ad neceſſitatem conceſſa erunt, nullus quicquam poſſideat ut proprium, neque ut proprio utatur. Nulla quorumcumque Superiorum diſpenſatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, Monachos excuſare poſſint, quominus culpæ, & pœnæ ab ejuſdem Concilii decretis impoſitæ, & ipſo facto incurrendæ obnoxii ſint, etiamſi Superiores aſſeverent hujuſmodi diſpenſationes, aut licentias concedere poſſe, quibus in ea re fidem minime adhiberi volumus.

Veſtitu, & ſupellectili.

§. 3. Monachorum veſtitus, & ſupellex cellarum, ex communi pecunia comparetur, & omnino uniformis ſit omnium Monachorum, & quorumcumque Superiorum, ſtatuique paupertatis, quam profeſſi ſunt, conveniat, ita ut nihil ſuperflui admittatur, nihil etiam, quod ſit neceſſarium, alicui denegetur. Quæcumque Monachorum veſtes, ſive laneæ, omniſque alia ſupellex, tam pro veſtitu, quam pro accubitu neceſſaria in aliquem commodum Monaſterii locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Monachis huic muneri deputatis diligenter cuſtodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, ſubminiſtrari opportune poſſint.

Cibis.

§. 4. Omnes etiam Superiores, quicumque illi ſint, eodem pane, eodem vino, eodemque obſonio, ſive eadem, ut ajunt, pitantia in communi menſa prima, vel ſecunda, niſi infirmitatis cauſa impediti fuerint, veſcantur, neque ſingulare aliquid, quo privatim, quiſque in cibum utatur, ullo modo afferri poſſit. Si quis in ea re peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, niſi panem, & aquam.

Peculiaribus præſtationibus ratione officiorum.

§. 5. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præſtationes peculiares ratione officiorum habent, earum accepta, & expreſſa in libro diſtincto fideliter, ac diligenter adnotari curent, neque in alios uſus, quam ratione officii neceſſarios, quicquam expendant: quando vero contigerit ipſos in aliquo Monaſterio immorari, eam quantitatem pecuniæ in commune conferant, ex qua ſibi, & iis, qui ſecum erunt, victus ad præſcriptum regulæ ſuppeditetur.

Adminiſtratione bonorum cujuſcumque Monaſterii.

§. 6. Nullus ex Superioribus locorum adminiſtrationem bonorum, & aliarum rerum, diſpenſationemque pecuniarum, & reddituum ſui Monaſterii, etiam nomine Monaſterii, per ſe ipſum habere, ſive exercere poſſit, ſed univerſum id onus tribus Religioſis ejuſdem Monaſterii à Generali, ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum, & exigendorum curam habeat, alter tamquam Depoſitarius pecunias, ac cetera ab illo collecta, & exacta fideliter aſſervet, alius de pecuniis, & rebus à Depoſitario acceptis, Priori, & Monachis, ac Monaſterio univerſis de neceſſariis, mandante tamen ipſo Priore, non ſecundum proprium affectum, ſed juxta charitatis regulam, veluti bonus diſpenſator provideat, Officiorum hujuſmodi confuſione penitus interdicta. Ceterum hi tres, tam impenſi, quam accepti ſingulis menſibus ſub Priori, adhibitis etiam duobus, vel tribus Monachis ejuſdem probationis, rerumque uſu peritis, deinde ipſemet rurſus præſentibus Priori, & Peritis prædictis Generali, vel Viſitatoribus, cum advenerint, denique ipſe Generalis, ac Viſitatores in quolibet proximo Capitulo Generali ſaltem coram tribus Judicibus ab ipſo Capitulo ad hoc conſtitutis illorum omnium, & etiam univerſæ adminiſtrationis ſuæ, tam publicæ, quam privatæ rationem reddere teneantur, cujus etiam exemplum authenticum ex actis Capituli deſcribatur, ad hoc, ut ad omne mandatum noſtrum, vel Sedis Apoſtolicæ Romam tranſmitti poſſit.

Regularium numero in quolibet Monaſterio.

§. 7. Ut Monaſterii bona, & proventus expenſis reſpondeant, in unoquoque Monaſterio is tantum deinceps conſtituatur, & in poſterum retineatur Regularium numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus conſuetis, vel etiam ſingulorum eleemoſynis, aliiſve quibuſcumque obventionibus in commune, ut præfertur, conferendis, commode poſſit ſubſtentari.

Redditum aſſervatione.

§. 8. Redditus vero, & ſupradicta omnia, communi in loco, ac tuto diligenter aſſerventur.

Prohibitione ſecus declarandi.

§. 9. Superioribus autem, ne Concil. Trident. aut hæc noſtra decreta declarare, interpretari, aut relaxare ullo modo poſſint, omnino interdicimus, & prohibemus, decernentes irritum &c. Si quis autem contra præſumpſerit attentare, is eo ipſo omni gradu, officioque privatus, ad ea inhabilis perpetuo exiſtat.

Lectorum, & Prædicatorum privilegiis.

§. 10. Nullus, niſi actu, vel legat, vel prædicet, aliquo ſui gradus privilegio gaudeat.

Socii concedendi qualitate.

§. 11. Si alicui ex neceſſaria cauſa Generalis judicio probanda, ſocius ex eodem Ordine, qui illi miniſtret, concedendus erit, is niſi vigeſimum quintum agat annum, & qui communi ſervitio ſit deputatus, non concedatur, & ſi commode fieri poteſt, ſit laicus converſus.

Clauſura obſervantia.

§. 12. Ut omnis ſcandalorum, & vagationum occaſio tollatur, Monaſterii clauſura perpetuo, ac diligenter ſervetur, ac propterea à Superiore Janitor conſtituatur,

qui

qui diligentia, ac morum integritate maxime commendetur. Is januæ cuſtodiendæ ſemper aſſiſtat, eamque nemini Monachorum aperiat, niſi ſocium, & exeundi licentiam obtinuerit. Nullus Monaſterio egredi audeat, niſi ex cauſa, & cum ſocio, impetrataque licentia ſingulis vicibus, ac benedictione à Superiore accepta, qui non aliter eam concedat, niſi cauſa probata, ſociumque exituro adjungat non petentis rogatu, ſed arbitrio ſuo, neque eumdem ſæpius. Licentiæ vero generales exeundi nulli omnino concedantur. Contravenientes autem pœna gravi, etiam Carceris ad Superioris arbitrium plectantur. Eamdem etiam Janitor ſubeat, ſi ſcieos exeundi facultatem fecerit. Cum autem quis in Monaſterium revertetur, Superiorem iterum adibit benedictionem recepturus, qui à ſocio itineris rationem, & quid rei actum ſit, diligenter perquirat.

Acceſſus ad Urbem prohibitione.

§. 13. Nullos Monachos Romam venire Superiores permittant, niſi prius à Generale, vel Protectore dumtaxat licentiam in ſcriptis impetraverint. Siquis autem ſine hujuſmodi facultate Romam venire præſumpſerit, voce activa, & paſſiva biennio privatus exiſtat, ſubiturus etiam alias arbitratu Superiorum infligendas pœnas, quæ item omnia adverſus eos, qui ſupradictos admiſerint, & receperint, ſine ulla exceptione locum habeant.

Cellularum, & Dormitorii qualitate.

§. 14. Habeat Superior clavem, Ita fabrefactam, ut cum ſibi videbitur, Cellas omnes reſerrare poſſit, & propterea nullus cellam etiam noctu ita claudat, quin ſemper à Superiore poſſit aperiri. In medio Dormitorio tota nocte lampas colluceat. Nullus etiam Superior Cellas, ſive in clauſtro, ſive alibi, ſeparatas à communi Dormitorio habeat, ſed unuſquiſque vnica cella, eademque cum ceteris aliorum Monachorum conjuncta, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & menſa humilibus, uniformiq; ſupellectili, ut præfertur, quemadmodum Religioſos decet, contentus ſit. Poſſit tamen Generalis, vel Viſitatores alicui ex ſuperioribus Monaſteriorum, ſi eorum muneris, & officii neceſſitatem id exigere cognoverint, alteram etiam cellam concedere. Cellæ, ſive ædiculæ, quæ extra Dormitorium ſeparatæ ſunt, ad officinas, aut alias ad communem uſum, & commoditatem Monaſterii redigantur. Sigillatim ſuo quiſque lecto cubet, neque ullibi duo eodem lecto dormire poſſint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt: in privatis cellis nulli camini permittantur, ſed omnes obſtruantur ſtatim cardinibus, etiam è parietibus convulſis, ut res illa non ad tempus facta, ſed perpetuo duratura videatur: Cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

Monaſteriorũ feneſtris.

§. 15. Monaſterii fœneſtræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum ædes proſpiciunt, muro ita obſcerentur, ut omnino proſpectus impediatur.

Infirmaria infirmorumq; cura.

§. 16. Valetudinarium præterea in ſingulis Monaſteriis, certo, ac ſalubriori loco conſtituatur, quod pro loci ſitu, & Monachorum numero, quoad fieri poterit, commodiſſimum eſſe poſſit, in quo Monaci omnes, cum ægrotabunt, curentur, neque inde niſi recuperata ſanitate abire permittantur. Qui vero infirmorum curæ præpoſiti erunt omni ſedulitate, ac charitate operam ſuam præſtabunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino deſit, quod ad ſanitatem recuperandam omnino pertineat.

Licentiarum extra Clauſtra degendi prohibitione.

§. 17. Ineatur ratio, qua ſublatis licentiis, & facultatibus hactenus quibuſcumque conceſſis, degentes extra Monaſterii clauſtra, ad ea quam primum revocentur, nec in poſterum, niſi ex graviſſima cauſa à Sede Apoſtolica probanda, hujuſmodi facultates concedi poſſint.

Monaſteriis deputan. ad recipiendum venientes ad Religionem.

§. 18. Nulli de cetero ad habitum, aut profeſſionem admittantur, niſi in Monaſteriis in qualibet Provincia per Sedem Apoſtolicam deputandis.

Largitionis munerũ prohibitione ſervanda.

§. 19. Curent Superiores, ut conſtitutio interdicens largitiones munerum, & præſcribens hoſpitalitatis formam ab omnibus in quolibet Monaſterio inviolabiliter obſervetur.

Ambitus prohibitione.

§. 20. Ut omnis officiorum ambitus occaſio præcidatur, caveant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeu ſuffragiorum procuratione, tam pro ſe ipſis, quam pro aliis, tum in capitulis locorum, tum in ceteris, præſertim generalibus capitulis, aut congregationibus, & alibi. Quicumque ſecus fecerint, præter alias pœnas, & cenſuras hactenus contra hujuſmodi ambientes inflictas quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam privationis officiorum, quę obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porro ſupradictas omnes pœnas, etiam ad complices, ac ſimpliciter ſcientes, & non revelantes extendimus.

Electionis officialium forma.
Concil. Trident Seſſ. 25. cap. 6.

§. 21. In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma præſcripta a ſacro Concilio Tridentino, & Conſtitutionibus Ordinis inviolabiliter ſervetur; jurentque electores ſecundum veritatem cujuſque conſcientiæ, probiores, ac magis idoneos ſe electuros; ac propterea priuſquam ad electionem deveniatur, in primis, & ante omnia perlegantur Conſtitutiones de qualitate, & requiſitis eligendorum.

Eligendorum qualitatibus.

§. 22. Ad officia, gradus, & prælaturas, illi eligantur qui poſſint, & conſueverint regulas Ordinis, & Conſtitutiones obſervare, præſertim, quæ pertinent ad ſervitium Chori, ac veſtitum, & victum communem.

Monachorum peritorum deputatione, ad examinan. Lectores, Prædicatores, & promovendos ad Ordines.

§. 23. Eligantur in Capitulo Generali, ſeu Provinciali aliquot graves, & periti ex Monachis, cujuslibet provinciæ, ſaltem tres, qui admittendos ad prædicationem verbi Dei, vel ad audiendas confeſſiones, etiam ipſorum Monachorum, ac Lectores publicos, diligenter ſimul examinent, priuſquam probentur, & ad hujuſmodi miniſteria admittantur. Horum etiam curæ ſit examinare,

& pro-

Digitized by Google

& probare, tam quoad doctrinam, quam quoad mores promovendos ad quoſcumque ordines, in quo ſervetur decretum Congregationis interpretum ſacri Concilii Tridentini ea de cauſa nuper editum, & promulgatum.

§. 24. Illud porro Superiores omnes in Domino admonemus, ut memores ſint rationis, quam in noviſſimo die redditurí ſunt pro grege ſibi commiſſo, ac propterea omni ſtudio invigilent, ut quæ in eorum Ordinis Conſtitutionibus, de oratione mentali, ſilentio, Jejuniis, capitulo culparum, aliiſque ſpiritualibus exercitiis, prudenter, ac pie ſancita ſunt, ea omnia, & ſingula ad unguem obſerventur, intelligantque, ſuper his veluti fundamentis omnium Congregationum ędificia conſtruenda, & amplianda eſſe, quæ ut faciliorem exitum ſortiantur, & uberiores fructus in animis Monachorum producant, valde opportunum erit, ſi in quolibet Monaſterio ſingulis hebdomadis habeatur ſermo de religioſa diſciplina, & regulari obſervantia.

Tabellæ retentione, ſuper his quæ Monachi ſingulis diebus præſtare debent.

§. 25. Ut autem omnia ordinate peragantur, appendatur in loco conſpicuo uniuſcujuſque Monaſterii Tabella, in qua diſtincte adnotetur, quid ſingulis cujuſque diei horis ſinguli Monaci præſtare debebunt, ut certo, etiam ſigno præmoniti, majore animi præparatione opportune ſuis muneribus ſatisfacere queant.

Decretis Ordinis, his non contrariis cuſtodiendis.

§. 26. Quæ Ordinis Conſtitutiones his decretis non adverſantur inviolate cuſtodiendæ erunt.

Contraveníentium pœnis.

§. 27. Quibus horum decretorum capitibus certa pœna præſcripta non eſt, arbitrio Generalis, vel alterius immediate Superioris infligatur. Ut autem decreta hæc donec alia, quæ ad pleniorem ſupradicti Ordinis reformationem facient, edantur, ab omnibus obſervari poſſint, diſtricte præcipimus, & mandamus Generali, ac omnibus aliis quibuſcumque Superioribus, ad quos hoc ſpectat, ut curent, ac efficiant in generali Capitulo, primo quoque tempore celebrando, ea omnia publicari, & recipi, ac inter alias Ordinis Conſtitutiones perpetuo valituras redigi, interdicta eorum omnino ſingulis facultate illas declarandi, aut adverſus eas unquam diſpenſandi. Alioquin ſciant ſe in pœnam Generalatus, & officiorum privationis, & inhabilitatis perpetuæ ad alia ipſo facto, & ſine ulla exceptione reſpective incidiſſe.

Dat. P. An. V. 24 Aprilis.

Datum Romæ apud S. Petrum, die vigeſima quarta menſis Aprilis, milleſimo quingenteſimo nonageſimo ſexto.

LVII.

Confirmatio gratiarum à Pont. Prædeceſſoribus conceſſarum Congregationi Clericorum regularium S. Majoli, alias de Somaſcha, cum aliorum privilegiorum conceſſione.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

DEcet ex benignitatis Sedis Apoſtolicæ ſtudio provenire, ut ea, quæ pro divini cultus augumento, religionis propagatione, & animarum ſalute, provida ratione conceſſa ſunt, ſuæ protectionis munimine confoveat. Unde nos ad ejuſdem apicem divina diſponente clementia aſſumpti, his quæ propterea facta comperimus, noſtræ approbationis robur, cum à nobis petitur, libenter adjicimus, ut eo firmius ſubſiſtant, quo Sedis ejuſdem protectione ſæpius fuerint circumſulta.

Congregatio petit confirmationē ſuarum Conſtitutionum.

§. 1. Sane pro parte dilectorum filiorum Præpoſiti, & Presbyterorum Congregationis Clericorum Regularium de Somaſcha, alias S. Majoli Papien. nuncupat. exhibita nobis nuper petitio continebat. Quod cum jam ab Anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo octavo, ad gloriam Omnipotentis Dei &c. Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, ipſi Præpoſitus, & Presbyteri cupiant, præmiſſa omnia per nos confirmari, & approbari, nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum deſiderio annuere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Hic modo Pontifex eas, omniaq; Congregat. privilegia confirmat.

§. 2. Nos attendentes ad diligentem, & fructuoſam culturam ipſius vineæ Domini, quam præfati presbyteri, & Clerici Regulares ſtudio indefeſſo, multis piis, ac laudabilibus exercitiis in dies faciunt, ac volentes propterea illos, & dictam Congregationem amplioribus favoribus, & gratiis proſequi, Præpoſitum, & ſingulares perſonas Congregationis hujuſmodi, à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, omnia, & ſingula præfata, & quæcumque alia privilegia, exemptiones, immunitates, conceſſiones, facultates, prærogativas, indulta, favores, & gratias, præfatæ Congregationi, ſinguliſque illius Domibus, Conventibus, Collegiis, Eccleſiis, Cappellis, Oratoriis, Hoſpitalibus, & locis, nec non Præpoſito Generali, aliiſque Superioribus, & perſonis, tam profeſſis, quam non profeſſis, ac familiaribus, domeſticis, eiſque alias quomodolibet inſervientibus, tam per ſupradictos, quam alios Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſtolicam, ejuſque auctoritate quomodolibet conceſſa, ac deſuper confectas literas, omniaque

niaque in eis contenta, nec non etiam omnia, & ſingula ſtatuta, ordinationes, regulas, & Conſtitutiones in univerſa Congregatione præfata, hucuſque editas, licita tamen, & honeſta, ſacriſque Canonibus, & Concilio Trid. minime contraria, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis, Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos, ac quoſcumque, & qualeſcumque juris, & facti, ac etiam ſolemnitatum, & alios quantumvis ſubſtantiales, etiam de neceſſitate exprimendos defectus, ſiqui in eis, aut eorum aliquo quomodolibet intervenerint.

Præpoſitoque d. Congregationis dat auctoritatē, cum ſuis Religioſis diſpenſandi &c.

§. 3. Ac inſuper eidem Congregationi, eiuſque Præpoſito Generali, quod ipſe Præpoſitus, cum voto ejus conſiliariorum à Capitulo Generali deputatorum, cum quibuſvis ejuſdem Congregationis profeſſis, defectum natalium patientibus, etiam ad omnes ſacros, & presbyteratus ordines ſuſcipiendum, ac in eiſdem in altaris miniſterio, etiam miniſtrandum, necnon ad quamcumq; ipſius Congregationis adminiſtrationem officium, & dignitatem recipiendum, ac retinendum, & exercendum diſpenſare.

Et loca omnia viſitandi, & reformandi.

§. 4. Idemque Præpoſitus Generalis, & Viſitatores ejuſdem Congregationis toties quoties opus eſſe judicaverint, Orphanotrophia, & loca, tam puerorum, quam puellarum, ſub cura, regimine, & adminiſtratione, ac diſciplina dictæ Congregationis exiſtentia, abſque eo quod deſuper à Gubernatoribus, ſive Œconomis, & adminiſtratoribus rerum temporalium ipſorum impediantur, ſub pœna excommunicationis majoris latæ ſententiæ, ſtatim per impedientes ipſo facto incurrenda, ſi poſt monitionem ab Epiſcopo faciendam ab hujuſmodi impedimentis non deſtiterint, à qua non niſi à Sede prædicta, præterquam in mortis articulo abſolvi queant (ſine præjudicio jurium Epiſcopi) viſitare, & quæ reformanda habuerint circa diſciplinam eorumdem puerorum, & puellarum, ac regimen ſpirituale, reformare libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

Exemptionē etiam elargitur eidē Congregationi à confeſſione ordinaria Monialium non Orphanarum, & aliis muniis Congregationis opera impedientibus.

§. 5. Ut autem Congregatio ipſa, ac ſub ejus inſtituto militantes, perſonæ Orphanis, & Seminariis puerorum liberius, & melius inſervire, & quæ ſui inſtituti ſunt, adimplere poſſit, ipſaque diſciplina Regularis, in Domibus, Collegiis, & locis illius magis vigeat, eamdem Congregationem, ſingulaque illius Collegia, & loca, ac eorum ſuperiores, & alios, ab omni onere audiendi confeſſiones ordinarias, quarumcumque Monialium, præterquam Orphanarum juxta antiquum ipſius Congregationis inſtitutum, nec non ab omnibus aliis oneribus, & curis, quæ ſervituti, & commoditati Orphanotrophiorum ſeminariorum, & diſciplinæ Regularis hujuſmodi impedimento, & damno eſſe quoquo modo poſſunt, omnino, & in perpetuum abſolvimus, & penitus liberamus, & etiam ut de cetero nullus, etſi ſit Præpoſitus generalis, aliqua hujuſmodi onera, vel curam, niſi de conſenſu duarum ex tribus partibus Capituli generalis, ſuſcipere audeat, neque poſſit.

Profeſſiones omnes in manibus cujuſcumque Preſbyteri d. Congregationis emiſſas, validas eſſe declarat.

§. 6. Poſtremo omnes profeſſiones emiſſas uſque in præſentem diem a quibuſvis Clericis, & Laicis dictæ Congregationis, etiamſi non in manibus Præpoſiti generalis, aut ejus Vicarii, ſed aliorum Presbyterorum inibi profeſſorum factæ ſint, neque conſtet, illos eo tempore auctoritatem tales profeſſiones accipiendi habuiſſe, validas, firmaſque, & ratas eſſe, & fore: perinde ac ſi a Præpoſito generali, vel ejus Vicario prædicto receptæ eſſent, dummodo tamen alias canonice factæ fuiſſent, & tales profeſſi profeſſioni hujuſmodi hodie acquieſcant.

Præpoſitoque dat auctoritatem inferioribus committendi receptionem profeſſionis ſervata in reliquis Bulla Sixti V.

§. 7. Licereque in poſterum Præpoſito generali prædicto hujuſmodi facultatem admittendi ad profeſſionem, cuilibet Præpoſito, vel Rectori inferiori ejuſdem Congregationis demandare, ſervata in reliquis forma Conſtitutionis ejuſdem Sixti Prædeceſſoris deſuper editæ.

Clauſulæ hujus Bullæ præſervativas apponit.

§. 8 Præſentes quoque literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, ſeu quomodolibet infringi, vel in jus, aut controverſiam vocari, aut etiam adverſus eas, quodcumque juris, gratiæ, vel facti remedium impetrari, ſeu etiam Motu proprio concedi poſſe. Neque ſub quibuſvis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, derogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus pro tempore emanatis compræhendi, ſed ſemper, & omni tempore, ac omnino ab illis excipi, & quoties emanabunt, toties in priſtinum, & validiſſimum ſtatum ſuum reſtitutas, repoſitas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam ſub quacumque poſteriori data per Generalem, & alios Præpoſitos præſatos pro tempore eligen. conceſſas, illaſque perpetuo validas, & efficaces eſſe, & cenſeri, plenamque roboris firmitatem obtinere. Neque Congregationem, ac Præpoſitum generalem, & alios Superiores, ac perſonas illius ſuper eiſdem præmiſſis, illorumque poſſeſſione, uſu, & commodo pacificis per locorum Ordinarios, aut quoſcumque alios quomodolibet moleſtari, perturbari, ſeu inquietari, vel impediri poſſe.

Clauſula ſublata &c. addit.

§. 9. Sicque, & non aliter per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, ac etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, & alios Eccleſiaſticos, ac ſeculares, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, necnon quicquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Clauſulas derogator. ſubdit, ac ſan

§. 10. Non obſtantibus præmiſſis, ac dicti Prædeceſſoris ſuper admittendis Religioſis edita, & quibuſvis aliis Apoſtolicis,

nec-

Digitized by Google

ſtionem pœnalem adjicit.

necnon in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, ſpecialibus, vel generalibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, legibus, reformationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis Superioribus, & perſonis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam motu ſimili, & alias in contrarium quomodolibet, etiam pluries, & iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus, ſpecialis, ſpecifica, individua, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio, aut quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam &c.

Dat. Ann. II. 26. Aprilis.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, ſexto Kalendas Maii, Pontificatus noſtri Anno Secundo.

LVIII.

Ex Regeſt. in ſecr. Brev.

Confirmatio Concordiæ initæ inter Eccleſiaſticos Provinciæ Cathaloniæ, & Philippum II. Hiſpaniæ Regem ſuper ſolutione primæ Decimæ a Romanis Pontificibus eidem Regi conceſſæ.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pro noſtro munere in his partes noſtras libenter interponimus, quæ ad concordiam, & pacem inter Catholicos Reges, & Eccleſiaſticas perſonas ſuper exactionibus Apoſtolica auctoritate faciendis, pertinere dignoſcuntur.

Capitula Eccleſiarum Cathaloniæ primas Decimas non ſine gravi incommodo exequi poſſe exponunt eo modo, quo fuerunt conceſſæ.

§.1. Nuper ſiquidem chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, ac dilecti filii ſingula Tarraconen., Gerunden., Barchinonen., Urgellen., Illerden., Elnen., Vicen., Dertuſen. Eccleſiarum Capitula Nobis exponi fecerunt, quod prædicta Capitula, quæ cum nominatis in infraſcripta Concordia univerſum Clerum Principatus Cathaloniæ repræſentant, animadvertentes gratiam primæ Decimæ cujuſque Parochialis Eccleſiæ in omnibus Hiſpaniarum Regnis, & Inſulis illi adjacentibus dudum per fel. rec. Pium Papam V. Prædeceſſorem noſtrum ad quinquennium, & poſtea plures a fel. rec. Gregorio XIII., ac deinde Sixto V., & noviſſime a ſimilis mem. Gregorio XIV. Prædeceſſore noſtro per ſuas, in forma Brevis literas, ſub datum videlicet 23. Jan. 1591. rationabilibus de cauſis ad aliud quinquennium prorogatam, prout in ſingulis Prædeceſſorum eorumdem deſuper in forma Brevis expeditis literis continetur, ſi eiſdem modo, & forma, quibus conceſſa eſt, executioni demandaretur, id non ſine ejuſdem Cleri incommodo, exequi poſſet: cupienteſque præmiſſis ea, qua poteſt, ratione occurri, quo facilius ad illa, quæ tenentur, ab ipſis adimpleri valeant, ipſæque perſonæ Eccleſiaſticæ onus illis, eam ob cauſam incumbens, ſupportare poſſint, ad infraſcriptam Concordiam, quæ in Inſtrumento deſuper confecto, cujus tenorem præſentibus inſeri, & inferius adſcribi, & annotari fecimus, latius continetur, inſimul devenerunt, Nobiſque humiliter ſupplicari fecerunt, ut concordiam hujuſmodi approbare, & confirmare, auctoritatiſque noſtræ robore communire, de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Quare initam inter ſe concordiam confirmari petunt.

Eam ratam habet Clemens:

§.2. Nos, qui honeſtis fidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus proſequimur opportunis, eumdem Philippum Regem, & ſingulares perſonas hujuſmodi a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, nec non concordiæ, & Inſtrumenti præfatorum veriores tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, concordiam hujuſmodi, & deſuper confectum Inſtrumentum, & prout illa concernunt, omnia, & ſingula, quæ in dicto Inſtrumento, inferius adſcripto, continentur, & inde ſequuta quæcumque, etiamſi ad exactionem pecuniarum in eadem concordia contentarum, etiam ante hujuſmodi noſtram confirmationem in totum, vel in partem ſit proceſſum, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam juris, quam facti defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, eaque, ac tam quoad perſonas, quæ in dicta concordia intervenerunt, & illi conſenſerunt, quam quoad alias perſonas, quæ nullo modo prædictis concordiæ, & diſtributioni interfuerunt, nec illis conſenſerunt, etiamſi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales fuerint, Eccleſias, & alia beneficia poſſidentes, valida, & efficacia eſſe, & per omnes inviolabiliter obſervari debere, ipſoſque ad illarum omnium obſervationem, & ſolutionem, omnibus viis, ac juris, & facti remediis cogi, & compelli poſſe, & debere, abſolventes, etiamſi opus ſit, tam ipſum Philippum Regem, quam quoſcumque ejus Miniſtros, nec non quaſcumque eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam regulares perſonas a quibuſvis cenſuris, & pœnis, ſi quas pro-

Et ab iis etiã qui ſuum conſenſum non præſtiterunt, ſervari mandat.

Omneſque, & ſingulos defectus ſupplet.

propter præmiſſa quomodolibet incurrerint, etiamſi in irregularitatem aliquam inciderint, ac miſſas, & alia divina officia interim, non tamen in contemptum clavium celebraverint, diſpenſamus, nec propterea fructus Eccleſiarum, & Beneficiorum obtentorum ſuos non feciſſe, dici, aut cenſeri poſſe declaramus, ac ab eis omnem inhabilitatis maculam, ſive notam, ſi quam propter præmiſſa quomodolibet incurrerint, abolemus, ac eos in priſtinum, eumque, in quo ante præmiſſa quomodolibet erant, ſtatum reſtituimus, reponimus, & plenarie reintegratos per præſentes nuntiamus.

Sicque a quolibet Tribunali judicari decernit.

§.3. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, & quid quid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

Exequutores deputat.

§.4. Et nihilominus dilectis filiis noſtro, & Apoſtolicæ Sedis apud dictum Philippum Regem nunc, & pro tempore exiſtenti Nuncio, ac Franciſco de Avila Archidiacono Toletan., & Conſiliario Sanctiſſimæ Inquiſitionis Regnorum Hiſpaniarum, dictæ primæ decimæ Exequutoribus etiam jam deputatis committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel eorum alter per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Philippi Regis, & ſingularum præfatarum perſonarum fuerint requiſiti, ad exequutionem eorum omnium, quæ in dicta concordia continentur, procedant, & per eos, ad quos ſpectat, eadem obſervari curent, & faciant, nec non eiſdem Nuncio, & Franciſco injungimus, quod ubi, & quoties ſuper repartitione, ac aliis in dicta concordia contentis, aliquas differentias exortas fuiſſe comperierint, illas abſque retardatione ſolutionis, juxta repartitionem jam factam, & faciendam, judicio eorum æquabili componant compoſitione, & terminent, juſtitiam partibus miniſtrando: Nos enim eiſdem, tam præmiſſa peragendi, quam quidquid ſuper præmiſſis ſtatuerint, omni, & quacumque appellatione remota exequutioni debitæ demandan., nec non contradictores quoſlibet, & rebelles per opportona juris, & facti remedia, ac demum per ſententias, cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, appellatione poſtpoſita compeſcendi, legitimiſque ſuper his habendis ſervatis proceſſibus, ſententias, cenſuras, & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggravandi, auxiliumque brachii ſecularis invocandi plenam, & liberam facultatem concedimus.

Obſtantia tollit.

§.5. Non obſtantibus Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apo-

ſtolicis, nec non quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, nec non legibus etiam municipalibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, ac aliis efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, etiam motu proprio, & de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi de illis, ac totis eorum tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque, nec non omnibus illis, quæ in dicta conceſſione primæ decimæ, ac concordia hujuſmodi expreſſum eſt non obſtare.

§.6. Seu ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Cardinales eximit a ſolutione primæ Decimæ.

§.7. Ceterum eos S. R. E. Cardinales tantum, quibus penſiones annuæ ſuper fructibus Eccleſiarum Cathedralium, & Metropolitanarum, & aliorum eccleſiaſticorum beneficiorum reſervatæ, ſeu ipſi fructus, vel eorum pars loco penſionum reſervati reperiuntur, a præmiſſa contributione, quoad ipſas penſiones, & reſervationes fructuum, volumus eſſe exemptos.

Tranſumptis fidem addit.

§.8. Quodque præſentium tranſumptis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Tenor vero Inſtrumenti hujuſmodi ſequitur, & eſt talis, videlicet.

In Dei Nomine Amen.

Tenor Concordiæ.

NOverint univerſi, quod Nos Joannes Teres, miſeratione divina, Sanctæ Tarraconen. Eccleſiæ Archiepiſcopus, Petrus Jaime Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Vicen., Frater Andreas Capilla, ejuſdem Sedis gratia Urgellen. Epiſcopus, Gaſpar Punter, eadem gratia, Dertuzen. Epiſcopus, Don Michael Aymerich Abbas Monaſterii B. Mariæ de Lavaix, Frater Petrus Fontanella Abbas Monaſterii B. Mariæ pulchri Podii Avellanarum, Ordinis Præmoſtraten., Frater Don Petrus Aquilo Prior Monaſterii Scalæ Dei, Ordinis Carthuſien., Michael Torell Rector Eccleſiæ Parochialis S. Bandilii de Luprnato, Diœ-

celis Barchinonen, Vicarius generalis, & Procurator admodum Illuſtris, & Rmi D, Don Dimeloris Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Barchinonen. Epiſcopi, Antonius Teres Vicarius Generalis, & Procurator admodum Illuſtris, & Rmi Domini Jacobi Caſſador, eadem gratia Epiſcopi Gerunden., Paulus Coſta Prior S. Joannis de Fontibus Diœceſis Gerunden., Bartholomæus Rocha U. J. D. Canonicus, & Syndicus Reverendi Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Tarraconen., Raphael de Rovirola Canonicus, & Syndicus Reverendi Capituli Eccleſiæ Cathedralis Barchinonen., Franciſcus Rocha Canonicus, & Syndicus Reverendi Capituli Eccleſiæ Cathedralis Urgellen., Joannes Margales Canonicus, & Syndicus Eccleſiæ Cathedralis Illerden,, Joannes Luſcha U. J. D. Canonicus, & Syndicus Eccleſiæ Cathedralis Elnen,, Monſerratus Goillo Canonicus, & Syndicus Eccleſiæ Cathedralis Gerunden,, Jacobus Bergada Canonicus, & Cappellanus major, & Syndicus Reverendi Capituli Eccleſiæ Cathedralis Vicen,, Petrus Siſterer Canonicus Hoſpitalarius, & Syndicus Eccleſiæ Cathedralis Dertuzen., Don Michael de Paguera Monachus, Procurator, & Œconomus Monaſterii, & Conventus S. Cucuphatis Vallen., Ordinis S. Benedicti Diœceſ. Barchinonen., Abbatia vacante, Raphael Haſpa Monachus Cellerarius, Procurator, & Æconomus Monaſterii S. Petri Roden., Ordinis S. Benedicti Gerunden, Diœceſis, Abbatia vacante, Antonius Molner Prior clauſtralis, Sacriſta major, Vicarius generalis, Procurator, & Œconomus Monaſterii S. Michaelis de Cuxano, Ordinis S. Benedicti, Diœceſis Elnen,, Abbatia vacante, Franciſcus Polujes Canonicus Præcentor Vicarius generalis, & Officialis Conventualis Eccleſiæ Monaſterii B. Mariæ de Celſona, Ordinis S. Auguſtini, Canonicorum Regularium Urgellen, Diœceſis Abbatia vacante, Laurentius Izalguer Seneſcalcus, Canonicus, Vicarius generalis, Æconomus, & Procurator Monaſterii S, Joannis de Abbatiſſis, Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Vicen. Diœceſis, Abbatia vacante, Frater Blaſius Torrens Monachus, Æconomus, & Procurator admodum Reverendi Fratris Hieronymi de Contiſoch, Abbatis Monaſterii Sanctarum Crucum, Ordinis Ciſtercien., Tarraconen., ſeu Barchinonen. Diœceſis, Cappellani majoris S. C., & R. Majeſtatis Aragonum Regis, Bartholomæus Corvella Monachos, Procurator, & Actor Monaſterii S. Saturnini de Tavernoles, Ordinis S. Benedicti Urgellen. Diœceſis, Abbatia vacante, Auguſtinus Grau U, J. D. Canonicus, Syndicus, & Procurator Capituli Canonicorum Monaſterii S. Petri Ageren,, Ordinis Canonicorum Regularium S, Auguſtini nullius Diœceſ. Abbatia vacante, Franciſcus Caralps Eleemoſynarius, Monachus, Procurator, & Æconomus Monaſterii B. Mariæ de Riccopallo, Ordinis S. Benedicti Vicen. Diœceſ., Abbatia vacante, Frater Petrus Barbara S, I. Profeſſor, Prior, & Procurator Reverendi Fratris Don Michaelis Joannis Giſpert Abbatis Monaſterii, & Conventus B. Mariæ de Beniſacar, Ordinis Ciſtercien,, Diœceſis Dertuſen. convocati, & legitime pro infraſcriptis. & aliis negotiis congregati in quadam Aula Palatii Archiepiſcopalis Tarraconæ, vocata Lapabordia, ſacrum Provinciale Concilium Tarraconenſe facientes, & celebrantes, ac univerſum Clerum, & Statum totius Provinciæ Tarraconen., & Epiſcopatus Elnen., quem nuper prædictæ Tarraconen. Eccleſiæ, & illius Archiepiſcopo pro tempore exiſtenti Metropolitico jure, fæl. record. Gregorius Papa XIII. per ſuas Apoſtolicas Literas in omnibus, & per omnia ſubjecit, ac omnes, & ſingulos Prælatos, Clericos, & perſonas Eccleſiaſticas ejuſdem Tarraconen. Provinciæ repræſentantes, attendentes, & conſiderantes, per mox dictum Archiepiſcopum Concilium Provinciale hujuſmodi, legitima præeunte citatione, ut moris eſt, inter alia fuiſſe convocatum, & congregatum pro deliberatione, & concluſione facienda ſuper conceſſione primæ Decimæ, ſeu Domus Decimariæ *Excuſado*, vulgo nuncupatæ, in univerſis Parochiis in Regnis, & Dominiis Hiſpaniarum, & Inſulis eiſdem Regnis adjacentibus conſiſtentibus, alias per fæl. rec. Pium Papam V. Sereniſſimo, & Invictiſſimo Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico ad quinquennium facta, & poſtea a Gregorio Papa XIII. ad aliud quinquennium a fine primi dicti quinquennii confirmata, ſeu prorogata, & deinde ab eodem Gregorio Papa ad aliud quinquennium a fine ſecundi dicti quinquennii inchoandum, & poſtea ad aliud etiam quinquennium a fine dicti tertii quinquennii ſimiliter inchoandum, per ſimilis rec. Sixtum Papam V., etiam per ſuas Literas Apoſtolicas prorogata, & nunc ad aliud etiam quinquennium, a fine dicti quarti quinquennii incipien. per SS. D. N. Gregorium Papam XIV. per ſuas Apoſtolicas literas prorogata, ac ſuper portione, & parte ad Nos, & univerſum Clerum, & Statum Eccleſiaſticum hujus Provinciæ Tarraconen. Epiſcopatus præfati Elnen., ac Abbatiatus Ageren. pertinente, & contingente ex fructibus dictæ primæ decimæ cujuſcumque Parochialis Eccleſiæ hujus Provinciæ Tarraconen., & Epiſcopatus Elnen., ac Abbatiatus Ageren. dictæ S.C., & R. Majeſtatis pro dicto quinquennio, vigore dictarum Literarum Apoſtolicarum Nobis, & dictæ Provinciæ præſentatarum, debita, & perſolvenda, conſiderantes inſuper in dictis primo, ſecundo, tertio, & quarto quinquenniis conceſſionis primæ decimæ hujuſmodi, ne in Provincialibus Conciliis tunc convocatis, & congregatis plene diſcuſſa, & mature perpenſa, dictum Provinciale Concilium cum dicta S. C., & R. Majeſtate conveniſſe, & concordaſſe, ut ratione prædictorum fructuum, Nos, ſeu Provinciam, & Epiſcopatum Elnen., ac Abbatiatum Ageren, præfatos contingen. dictæ ſuæ Majeſtati, & Ærario regio ſuo, noſtra ex parte, & no-

nomine noſtro, & totius Cleri univerſalis hujus Provinciæ Tarraconen., & Epiſcopatus Elnen., ac Abbatiatus Ageren., annis ſingulis, durante tempore gratiæ. & conceſſionis Apoſtolicæ præfatæ, ſeptem mille libræ monetæ Barchinonen., ad rationem viginti ſolidorum Barchinonen. pro unaquaque libra, ſub certis modo, & forma, & cum pactis, & conditionibus tunc expreſſis, perſolverentur. Attendentes præterea, & conſiderantes præſatam Catholicam Majeſtatem id ipſum nunc velle, & hoc per ſuas Patentes Regias Literas Exm̃o Domino Don Petro Ludovico Gaglierando de Borſa, Marchioni de Navarres, & Magiſtro Ordinis, & Militiæ B. Mariæ de Monteſa, & Duci Georgii, ejuſque Locumtenenti, & Capitaneo generali in præſenti Cathaloniæ Principatu ſignificaſſe, & præfatum Concilium Provinciale cum dicto Exm̃o Domino Locumtenente generali concordiam, & conventionem, prout alias in aliis quinquenniis tractaſſe, & feciſſe. Idcirco Nos omnes ſupradicti, ſicut prædicitur, Provincialiter congregati pro Nobis, & nomine noſtro, & omnium Eccleſiarum totius Provinciæ Tarraconen., & Epiſcopatus Elnen., ac Abbatiatus Ageren. univerſalem Clerum, & Statum Eccleſiaſticum ejuſdem repræſentantes, cupienteſque gratiam Apoſtolicam hujuſmodi, in quantum in Nobis eſt, debitæ exequutioni demandare, & ſuæ Majeſtati ex animo ſervire exoptantes, cum pactis tamen, & conditionibus infraſcriptis, & non ſine eis, ac ſalvo prælibati S. D. N. Papæ, & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ beneplacito, & non aliter, nec alio modo, & de noſtra certa ſcientia, gratiſque, ac omnibus eis melioribus via, modo, & forma, quibus melius ſcimus, & de jure poſſumus, & debemus, & per firmam, & ſolemnem ſtipulationem convenimus, & bona fide promittimus præſatæ S.C., & R. Majeſtati Domini Philippi Hiſpaniarum Regis Potentiſſimi, licet abſenti, & Notario infraſcripto, tamquam publicæ, & authenticæ perſonæ pro dicta S. Majeſtate, & pro aliis etiam perſonis, quibus interſit, & quibus ſua Majeſtas voluerit, ſeu ad hujuſmodi exactionem faciendam deſtinaverit, quod dabimus, & ſolvemus annis ſingulis, durante dicto quinto quinquennio prorogato in Civitate Barchinonæ ſuæ Regiæ Majeſtati, ſeu perſonæ, vel perſonis ab ea deputandis pro portione, & parte Nos, & univerſalem Clerum, & Statum Eccleſiaſticum hujus Provinciæ Tarraconiæ ſuæ Regiæ Majeſtati, & Epiſcopatus Elnen., & Abbatiatus Ageren. contingente ex fructibus dictæ primæ decimæ, ſeu domus decimariæ, *Eſcuſado* nuncupatæ, in dicta gratia Apoſtolica comprehenſa, ſeu conceſſa, dictas ſeptem mille libras, ad rationem, ut prædicitur, viginti ſolidorum pro qualibet libra, modo, & forma, ac cum pactis, & conditionibus in Capitulis infra inſertis contentis, & expreſſis, ita ut prima ſolutio, ratione dicti excuſati, ſeu primæ decimæ in dicto quinto quinquennio facienda, fiat in fine menſis Septembris anni 1593., & ultima ſolutio fiat in fine menſis Martii 1598., ut in dictis infra inſertis Capitulis continetur, ad quæ relatio habeatur. Quas quidem ſeptem mille libras promittimus ſolvere, & deferre, ſeu transportare annis ſingulis, noſtris expenſis, & periculo in dicta Civitate Barchinone, prædictis terminis dictarum ſolutionum, durante dicto quinto quinquennio fiendarum, ſine aliqua videlicet dilatione, excuſatione, exceptione, retentione, & abſque omni damno, gravamine, miſſione, & intereſſe dictæ S. C., & R. Majeſtatis, & alterius cujuſcumque perſonæ per dictam S. Majeſtatem ad dictam exactionem, ſeu exequutionem faciendam, nominandæ, ſeu deputandæ.

Pacta vero, ſeu conditiones, quibus dictas ſeptem mille libras, anno quolibet, dicto quinto quinquennio durante ſuæ Majeſtati ſolvere promittimus, continentur in Capitulis tenoris hujuſmodi.

Primo, quod ad ſolutionem præſatarum ſeptem mille librarum, durante dicto quinquennio, ſingulis annis, modo prædicto ſolven., teneantur contribuere omnes Eccleſiæ, & eccleſiaſticæ perſonæ fructus decimales habentes, & percipientes in Provincia Tarraconen., & Epiſcopatu Elnen., ac Abbatiatu Ageren., & quod hue intelligatur, tam de Eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis fructus decimales habentibus, & percipientibus in præſenti Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ, Aragonum, & Valentiæ Regnis, & Inſula Evicæ, Archiepiſcopatus videlicet Tarraconen., & Epiſcopatuum Illerden., Dertuzen., & Urgellen., quamvis partes decimales, quas percipiunt, nuncupentur vulgari idiomate *Quartes*, *Quintes*, *Siſenes*, *Setenes*, *Vuitenes*, *Novenes*, *Onzenes*, aut alias qualitercumque nuncupentur. Et quia ex Epiſcopatu Illerden., auctoritate Apoſtolica fuit ſeparata, & ſegregata Abbatia S. Victoriani, Ordinis S. Benedicti, una cum quibuſdam Parochialibus Epiſcopatus ejuſdem, & omnes Parochiales Eccleſiæ hujuſmodi eadem Apoſtolica auctoritate fuere unitæ, & applicatæ Epiſcopatui Balbaſtienſi, ſive de Balbaſtre, noviter in Regno Aragonum, ſub Provincia Cæſarauguſtanen. erecto: in quarum quidem Parochialium compenſationem, conceditur, & applicatur dicto Epiſcopatui Illerden. certus numerus aliarum Parochialium multo minor, ideo quod, prædicto quinto quinquennio durante, tam prædicta Abbatia, quam aliæ Eccleſiæ ejuſdem Ordinis in retroactis ſubſidiis ſolitæ contribuere, in præſenti Provincia Tarraconen., una cum prædictis Parochialibus a prædicto Illerden. Epiſcopatu ſegregatis contribuant in ſolutione quantitatis in præſenti Inſtrumento ſolvi promiſſæ, hujuſmodi quinto quinquennio, ut præfertur, durante, & quod Eccleſiæ, quæ noviter eidem Epiſcopatui Illerden. unitæ, & applicatæ fuerunt, contribuant, durante dicto quinquennio in ſolutione ad Regnum Aragonum, ſeu Provin-

ciam Cæſarauguſtanam pertinen., & ſpectan., prout antea conſueverunt. Inſuper etiam in Epiſcopatu Dertuzen., in ea parte, quæ eſt de Regno Valentiæ, reperitur certus Eccleſiarum Parochialium numerus, quarum decimas percipiunt perſonæ eccleſiaſticæ, & partim Menſa Magiſtralis de Monteſa; ideoque hujuſmodi Parochiæ, & Menſa Magiſtralis prædicta teneantur contribuere, & realiter contribuant in prædictis ſolutionibus pro decimali incluſo, & exiſtenti in prædicto Epiſcopatu Dertuzen., præſentis Provinciæ Tarraconen.

Item es aſſentado, capitulado, y concordado que la paga de las ſiette mille libras, que aſſiha de pagar la dicha Provincia en cadauno de los dichos annos ha de commençar à correr, y contarſe en eſta manera: las ſiette mille Libras del primer año de los dichos cinco en fin de Setiembre de mill y quinjentos, y noventa y tres, y en el fin de Março de mill quinjentos noventa y quatro, y las pagas de las ſiette mill Libras del ſegundo año en fin de Setiembre de mill quinjentos y noventa y quatro, y en fin de Março, ſiguiente de mill quinjentos noventa y cinco, y las pagas del tercero año en fin de Setiembre del diho de mill quinjentos noventa y cinco, y en fin de Março de mill y quinjentos noventa y ſeys, y aſſi ſuceeſſivamente en los dos años ſiguientes, de manera que la ultima, y poſtrera paga ha de ſer en fin de Março de mill quinjentos, y noventa, y octo.

Rurſus, quod vacante aliqua Sede ex Eccleſiis hujus Provinciæ, durante tempore ipſius vacationis, illud totum, & quidquid per eam ipſam Eccleſiam vacantem ſolvendum erit, cedat in exonerationem conſimilis quantitatis in ſavorem hujus Provinciæ, ita, & taliter, quod ſua Majeſtas Catholica in computum accipiat, & habeat pro ſoluta. Et inſuper, quod in hujuſmodi ſolutionibus, ratione dictæ Domus Decimariæ, ſuæ Majeſtati per dictam Provinciam, modo prædicto ſolvi promiſſis, contribuant, & contribuere teneantur omnes habentes, vel percipientes penſiones, auctoritate Apoſtolica reſervatas, quamvis Cardinales, vel alia quacumque præfulgeant dignitate pro rata illis contingente, & quod pro his S. C., & R. Majeſtas literas obtineat Apoſtolicas, & interim hoc ipſum cedat in exonerationem conſimilis quantitatis in ſavorem iſtius Provinciæ, & eam ſua Majeſtas habeat pro ſoluta. Et denique, ut facilius omnia, & ſingula ſupradicta operis per effectum valeant adimpleri, & hæc Provincia Tarraconen., & Epiſcopatus Elnen., ac Abbatiatus Ageren. in ſolutionibus præmiſſis faciendis, debitum ſuæ R. Majeſtati obſequium, & ſervitium impendat, ſua C. & R. Majeſtas præſentis conventionis, & Concordiæ, ac omnium, & ſingulorum in ea contentorum, Apoſtolicam confirmationem obtineat, idque ejus oneri cedat, & quod in ipſis literis Apoſtolicis confirmationis hujuſmodi Concordiæ, concedatur facultas Conſilio Provinciali hujus Provinciæ, ſeu Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Archiepiſcopo, & ſeu Reverendo Capitulo Tarraconen., Sede vacante, nominandi, & deputandi quoſcumque Judices, & Exequutores hujus primæ Decimæ, ſeu Domus Decimariæ, cum eadem facultate, poteſtate, & modo providendi, quam habent Commiſſarii nominati a Reverendiſſimis DD. Commiſſariis generalibus hujus primæ Decimæ a S. Sede Apoſtolica ſpecialiter deputatis, nominatis, & ſubdelegatis, abſque eo quod nullus alius ſe poſſit de his modo aliquo intromittere, & ſic cum proteſtatione, pactis, & conditionibus prædictis Nos prædicti Archiepiſcopus, ceterique alii omnes nominati, ſacrum Provinciale Concilium Tarraconen., ut præfertur facientes, & celebrantes, ac univerſum hujus Provinciæ Tarraconen. Epiſcopatus Elnen., & Abbatiatus Ageren. Clerum, & Statum Eccleſiaſticum repræſentantes pro Nobis, & nomine omnium, & ſingularum Eccleſiarum, Diœceſis, Monaſteriorum, Beneficiorum, & omnium, & ſingularum perſonarum Eccleſiaſticarum decimas, & fructus decimales in eiſdem Provincia, & Epiſcopatu, ac Abbatiatu percipientium, ad ſolutionemque hujuſmodi contribuere debentium, obligamus bona jura, redditus, & proventus noſtrarom Eccleſiarum, Monaſteriorum, Beneficiorum, ac totius Provinciæ Tarraconen., & Epiſcopatus Elnen., & Abbatiatus Ageren., & perſonarum Eccleſiaſticarum prædictarum tam ſpiritualia, quam temporalia, præſentia, & futura, dantes, & concedentes plenam poteſtatem quibuſcumque Dominis Commiſſariis, Judicibus generalibus hujuſmodi conceſſionis, & ſuis Subdelegatis, & eorum cuilibet, & aliis quibuſcumque Judicibus, & Juſtitiis, ut Nos compellant, & cogant ad obſervationem, & complementum omnium, & ſingulorum præmiſſorum. Renuntiantes, prout ſerie cum præſenti renunciamus, omnibus, & quibuſcumque legibus, foris, & juribus generalibus, & ſpecialibus, quæ in noſtri favorem ſint, & eſſe poſſint, & concedimus, hanc concordiam, conventionem, pactum de ſolvendo modo, & forma præmiſſis. Volumuſque, quod in modo hujuſmodi nominandi, nullum dictis Cathedralibus Eccleſiis, & perſonis præjudicium generetur. Et, ut prædicta omnia, & ſingula majori gaudeant firmitate, eadem omnia facimus, paciſcimur, convenimus, & bona fide promittimus Nos omnes ſuperius nominati dictæ S. C. & R. Majeſtati, licet abſenti, & Notario publico infraſcripto tamquam publicæ, & authenticæ perſonæ pro ipſa Catholica Majeſtate, & omnibus, & ſingulis, quorum intererit, & intereſt, recipiendi, paciſcendi, ac etiam legitime ſtipulandi. Ad hæc Nos Don Petrus Ludovicus Galierandus de Borſa, Marchio de Navarres, Magiſter Ordinis, & Militiæ B. Mariæ de Monteſa, & Divi Georgii Locumtenens, & Capitaneus generalis in Principatu Cathaloniæ, & Co-

& Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ pro ſua C. & Regia Majeſtate D. N. Philippi Regis Hiſpaniarum, habentes commiſſionem, & ſpeciale mandatum a dicta S.C. & R. Majeſtate, cum ſuis literis, msnu ſua ſubſcriptis, & per Petrum Franqueza Secretarium expeditis, datum in S. Laurentio el Real die 9. menſis Octobris proxime præteriti, qui prædictam obligationem cum pactis, & conditionibus ſopradictis, nomine, & auctoritate S. R. Majeſtatis, acceptamus, ac omnia, & ſiogula in ea contenta laudamus, & approbamus.

Actum eſt hoc Tarraconæ die 6. menſis Novemb., Anno a Nativitate Domini 1591. nomine Joannis Teres Archiepiſcopi Tarraconen., Petri Jaime Epiſcopi Vicen., Fratris Andreæ Capilla Epiſcopi Urgellen., Gaſparis Punter Epiſcopi Dertuzen., Don Michaelis Aymerich Abbatis B. Mariæ de Lavaix, Fratris Petri Fontanella Abbatis pulchri Podii Avellanarum, Fratris Don Petri Aquilo Prioris Scalæ Dei, Michaelis Torell, Antonii Tenes, Bartholomæi Rocha, Raphaelis de Rovirola, Franciſci Rocha, Joannis Margaleff, Joannis Baſcha, Monſerrati Guillo, Jacobi Bergada, Petri Ciſterer. Don Michaelis de Paguera, Raphaelis Aſpa, Antonii Molner, Franciſci Polujes, Laurentii Izalquel, Fratris Blaſii Torrents, Bartholomæi Coruella, Auguſtini Grau, Franciſci Caralps, & Fratris Petri Barbsra prædictorum. Qui hæc nominibus, quibus ſupra, reſpective laudamus, concedimus, & firmamus in dicto Concilio Provinciali, ut ſupra convocato. Præſentibus Venerabili Honuphrio Soler Presbytero, & Montſerrato Bonanat Diacono in Sede Tarraconæ Beneficiatis pro Teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter, & aſſumptis. Signum noſtrum Don Petri Ludovici Galierandi de Berſa prædicti, qui hæc, præviis nominibus, laudamus, concedimus, & firmamus extra Concilium, dictis die, & anno, præſentibus ſupradictis Teſtibus ad iſta vocatis, & aſſumptis. Et ego Sebaſtianus Lagoſtera auctoritatibus Apoſtolica, atque Regia, ac Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Archiepiſcopi Tarraconen. Notarius publicus, & Concilii Provincialis Tarraconen. congregati ex Scribis, & Secretariis Alter, qui prædictis omnibus, & ſingulis, una cum diſcreto Aleaandro Cendia Connotario meo, & altero dicti Concilii Scriba, & Teſtibus prædictis, præſens interfui. Ideo in nota ſumpſi, & in proceſſu dicti Concilii Provincialis, & Decreto ipſius Conciliis deſcripſi, a quo hoc præſens publicum Inſtrumentum, manu aliena fideliter ſcriptum extraxi, ſignoque, nomine meis, quo in ſimilibus utor, ſignavi, ſubſcripſi, & clauſi, rogatus. In fidem præmiſſorum &c.

Thomas Gratianus Dantiſcus Apoſtolicus, Regiuſque Notarius.

Dat. die 5. Maii 1593. An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 5. Maii 1593., Pontificatus noſtri Anno II.

LIX.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Ea, quæ à Pio IV., & Sixto V. geſta ſont pro confectione Indicis Librorum prohibitorum confirmat.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

GREGEM Dominicum pro Paſtorali munere fidei noſtræ creditum, ſaluberrimis catholicæ doctrinæ pabulis paſcere, atque à noaiis illæſum cuſtodire cupientes, quæ hac de cauſa ex ſacris Concilii Tridentini Decretis, & Sedis Apoſtolicæ auctoritate ſalubriter ſtatuta fuerunt, ea libenter Apoſtolica ſanctione ſæpius interpoſita, communimus, ac ne umquam fraude aliqua, aut perverſorum hominum machinatione, vel temporum injuria labeſactentur, opportuna quæcumque remedia poſſumus, adhibemus, prout in Domino conſpicimus ad Animarum ſalutem expedire.

Pius IV. Indicem Librorum Prohibitorum conficit.

§. 1. Dudum ſiquidem fel. rec. Pius Papa IV. Prædeceſſor noſter Indicem, & Regulas à Deputatis per ſacram Tridentinam Synodum utiliter, ac prudenter compoſitas, ac ſuo juſſu à Prælatis nonnullis, ac aliis viris doctiſſimis examinatas, nec non Conſtitutionem edidit, ea quibus Chriſtifideles facile internoſcerent improbatos Auctores, & Libros, à quibus tamquam noxiis, ac lethalibus cavere, atque abſtinere deberent.

Nonnulla huic Indici addit Sixtus Papa V.

§.a. Verum, quia poſt id tempus alii Libri pernicioſi, aliqua opera, partim impie, partim temere, aut minus accurate conſcripta, ac divulgata emanarunt, ea quorum impura lectione, non modo ſimpliciores homines, ſed interdum docti quoque, & eruditi in errores induci poſſent, non immerito qui poſt ipſum Pium Eccleſiæ Dei præfuerunt noſtri Prædeceſſores, ac præſertim ſan: mem: Sixtus Papa V., qui pio fidei zelo accenſus, plurimum in hoc ſtudii, ac diligentiæ poſuit, quædam priori Indici, ac Regulis addenda, ac inſerenda cenſuerunt.

Et omnia confirmat Clemens.

§.3. Quæ, cum hactenus diu accurate elaborata, atque à venerabili fratre noſtro Marco Antonio Epiſcopo Præneſtino de Columna, nec non dilectis filiis noſtris Auguſtino S. Msrci de Verona, ac Hieronymo S. Mariæ ſuper Minervam Aſculan., nec non Gulielmo Alano S. Martini in Montibus Titulorum presbyteris, & Aſcanio S. Mariæ in Coſmedin Columna, nec non Federico S. Agathæ Borromeo nuncupat. Diaconis Cardinalibus ad id per nos deputatis, ac aliis piis, & eruditis viris diligenter recognita, & examinata, ac nunc demum Deo juvante, abſoluta fuerint; Nos tam eamdem Pii Prædeceſſoris Conſtitutionem, Indicem, & Regulas, quarum tenores haberi volumus pro expreſſis, ſub eiſdem pœnis in ipſa Conſtitutione propoſitis, quam hæc ipſa illis addita, proot inferius deſcripta ſunt, cuncta, & ſingula, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, atque ab omni-

Digitized by Google

nibus, tam Univerſitatibus, quam ſecularibus perſonis, ubique locorum obſervari præcipimos, & mandamus.

Præſentium tranſumptis fidem addit.

§. 4. Decernentes earumdem præſentium exemplis, etiam impreſſis, Notarii publici manu ſubſcriptis, & Sigillo Prælati alicujus Eccleſiaſtici obſignatis eamdem fidem haberi, quæ haberetur ipſis præſentibus exhibitis, vel oſtenſis.

Dubia, quæ inde exorientur, ad Congregationem Indicis referri jubet.

§. 5. Ceterum, ſi quæ impoſterum dubitationes, aut controverſiæ circa ipſum Indicem, & Regulas, aliaque ſuper illis addita emerſerint, volumus, ut ad Congregationem Cardinalium prædictorum, ſeu aliorum, qui ſuper hujuſmodi Indice pro tempore deputati erunt, referantur, & es ſententia eorumdem Cardinalium Nobis, aut Succeſſoribus noſtris, ſi rei gravitas id poſtulaverit, conſultis, declarentur, & decidantur.

Dat. die 17. Maii 1593. An. II.

Datum Tuſculi ſub Annulo Piſcatoris die 17. Maii 1593. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

LX.

Quod Fratres Ordinis B. MARIÆ de Monte Carmelo favores extra Religionem non procurent, pro impetrandis dignitatibus, vel officiis ipſius Ordinis.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regulares potius promereri quam dignitates appetere debent.

QUoniam nemo debet ſibi aſſumere honorem, niſi vocatus à Deo tamquam Aaron, & à Regularis vitæ inſtituto valde alienum eſt, ut Religioſi viri, quos honorum, & dignitatum gradus ſanctitate vitæ, ac aliis Religioſis virtutibus promereri potius, quam appetere, eoſque gradus, cum ad eos aſſumentur, obedienter ſuſcipere, ſuſceptoſque humiliter adminiſtrare decet, mendicatis ſecularium præſertim perſonarum ſtudiis, ad eos ſibi aditum patefacere contendant, unde magna in Eccleſia Dei pernicies adferri ſolet. Nos qui pro muneris noſtri debito in hoc potiſſimum laborare non deſiſtimus, ut Eccleſiaſtica, Regulariſque diſciplina priſtino candori reſtituatur, huic malo opportunum remedium adhibendum cenſuimus.

Quidam tamen Carmelitani aliter faciebant.

§. 5. Cum itaque, ſicut accepimus, quidam in ordine Carmelitarum profeſſionis, & Regulæ, quam profeſſi ſunt, penitus immemores, nimiaque dignitatum, & officiorum Eccleſiaſticorum in dicto Ordine conſequendorum ambitione ducti, pro iis conſequendis Eccleſiaſticorum, & ſecularium Principum ſtudia requirant, & a S.R.E. Cardinalibus, aliiſque Prælatis commendatitias literas, alioſque favores, & gratias propterea expetant, quibus adjuti, quos ipſi ex ſe & promeruiſſe minime confidunt, gradus, & dignitates in eodem Ordine conſequi valeant, ſicque ejuſdem Ordinis quietem non ſine animarum ſuarum periculo perturbent.

Hic ideo Pontifex id fieri prohibet.

§. 2. Nos malum hoc ab eodem Ordine, cujus proſperum regimen, & incrementum ad Eccleſiæ ſanctæ utilitatem ſinceris exoptamus affectibus, pro noſtra Paſtorali ſollicitudine propellere ſummopere cupientes. Motu proprio, & es certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, omnes, & ſingulos Fratres dicti Ordinis cujuſcumque ſtatus, gradus, conditionis, præeminentiæ, qualitatis, & dignitatis exiſtentes, qui de cetero ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia dicti Ordinis aſſequenda intenti ad Principum, Prælatorum, atq; aliarum quarumcumque perſonarum, tam ſecularium quam Eccleſiaſticarum de gremio dicti Ordinis non exiſtentium, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque ſeculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, & Ducali fulgentium favores recurrerint, vel etiam pactis, pollicitationibus, aliiſque viis, directe, vel indirecte, palam, vel occulte ad Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & alia officia prædicta obtinenda aſpiraverint, vel aliis minime legitimis, & honeſtis rationibus ea obtinere quæſiverint, & minime conquiſitis uſi fuerint, illorumq; complices, & fautores ad quaſcumque Prælaturas, dignitates, & officia, gradoſque, honores, adminiſtrationes, & munera in ipſo Ordine obtinenda perpetuo inhabiles declaramus, ac obtentis per eos Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, adminiſtrationibus, functionibus, & officiis hujuſmodi eo ipſo privamus, ac privatos voce tam activa, quam paſſiva carere decernimus, & declaramus.

Superioribuſque Ordinis tales favores attendere prohibet.

§. 3. Atque in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis latæ ſententiæ pœna omnibus dicti Ordinis Fratribus, ſuperioribus, & Prælatis quocumque titulo nuncupat. etiam Generali, præſentibus, & futuris, præcipimus, diſtricteque mandamus, ne quempiam ullo tempore precibus, literis, vel favoribus adducti, vel alias ad inſtantiam, ſeu requiſitionem, vel contemplationem Principum, vel Prælatorum, aut aliorum quorumcumque, tam ſecularium, quam Eccleſiaſticorum extra dictum gremium exiſtentium, etiam Cardinalium, Imperatoris, Regum, & Ducum, ad cujuſvis generis Prælaturas, gradus, honores, dignitates, adminiſtrationes, functiones, & officia prædicti Ordinis promovere, vel pœnas aliquas remittere audeant, ſeu præſumant.

Electioneſque aliter factas invalidat, & contravenientes abſq; proceſſu &c. eo ipſo pœnas incurrere declarat.

§. 4. Decernentes, electiones, & promotiones ad Monaſteria, ſeu Prioratus, vel officia dicti Ordinis contra præſentium diſpoſitionem, quod abſit, quandocumque faciendas, & pro tempore obtentas, nullas prorſus, invalidaſque fore, & eſſe, nulliſq; viribus ſubſtitutas, omneſque, & ſingulos in præmiſſis delinquentes, nulla alia monitione præcedente, & abſque proceſſu deſuper habendo, ſententias, & pœnas præmiſſas irremiſſibiliter eo ipſo incurrere, & ad illos ſententias, & pœnas præmiſſas damnabiliter incurriſſe legitime probandum, & omnino

nino convincendum ſolas præmiſſarum perſonarum inſtantias, preces, favores, etiam oretenus porrectas plenam, indubiam, & ſufficientem, in judicio, & extra fidem facere, nec ad id probationis alterius adminiculum requiri,

Et ita, & non alias judicari mandat.

§. 5. Et ita per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantia tollit.

§. 6. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & ordinationibus, ac Ordinis hujuſmodi juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtol. in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi prædictis Fratribus, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Hanc Conſtit. publicari, & ejus tranſumptis credi jubet.

§. 7. Ut autem harum literarum notitia ad omnes dicti Ordinis Fratres facilius deveniat, volumus, illas in Generali Capitulo, ſeu dieta dicti Ordinis publice legi, illaſque in dicto Capitulo, vel dieta lectas ſic arctare, acſi legitime unicuique intimatæ fuiſſent, illarumque exemplis, vel impreſſis, manu Scribæ dicti Capituli, vel Notarii publici ſubſcriptis, & Sigillo Rectoris, generalis dicti Ordinis, vel alterius in dignitate Eccleſiaſtica conſtituti obſignatis, eamdem prorſus fidem haberi, quæ præſentibus haberetur, ſi eædem exhiberentur.

D.P. Ann. II. die 21. Maii.

Datum Tuſculi, ſub Annulo Piſcatoris die 21. Maii, 1593. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

LXI.

Prohibitio amovendi Libros, & alia monumenta ex Bibliothecis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

QUÆ ad tuenda, & conſervanda bona, & jura ſpectantia ad perſonas, & loca Eccleſiaſtica conferunt, in iis auctoritatem noſtram libenter interponimus, prout in Domino conſpicimus ſalubriter expedire.

Prohibitio amovendi libros, & monumenta quæcumque ex Bibliothecis Ord. FF. Carmelitarum.

§. 1. Volentes itaque conſervationi Bibliothecarum in quibuſvis Domibus, Conventibus Ordinis Fratrum Carmelitarum pro communi eorum uſu inſtitutarum, & inſtituendarum, opportune proſpicere, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, univerſis, & ſingulis perſonis eccleſiaſticis, ſecularibus, & regularibus, ac etiam laicis, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſtentibus, auctoritate Apoſtolica per præſentes interdicimus, ac diſtricte prohibemus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus, ex Bibliothecis prædictis, aut earum aliqua, Libros, & monumenta, ſive impreſſa, ſive manuſcripta, ibi exiſtentia amovere, vel ſubtrahere quoquo modo præſumant. Nos enim quoſcumque amoventes, & ſubtrahentes, excommunicationis ſententiæ ipſo facto incurrendæ, à qua ab alio, quam à Romano Pontifice, niſi dumtaxat in mortis articulo abſolvi non poſſint, ſubjacere volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obſtantibus quibuſvis Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, ceteriſq; contrariis quibuſcumque.

Fides hujus Bullæ tranſumptorum.

§. 3. Verum, quia difficile foret, præſentes literas ad ſingula quæque loca, ubi expediens foret, deferri, volumus, & firmiter dicta auctoritate decernimus, quod illarum exemplis, etiam impreſſis, in dictis Bibliothecis, & loco conſpicuo, ubi commode legi poſſint affixis, ac manu Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Ordinis Generalis munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

D.P. Ann. II. die 29. Maii.

Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris, die 29. Maii 1593. Pont. Noſtri Anno ſecundo.

LXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Facultas Cardinali Giojoſæ Adminiſtratori Eccleſiæ Tholoſanæ, ſupprimendi decem Cappellanias, duas Diaconias, & duas Subdiaconias, & octo Clericatus Cathedralis Eccleſiæ Mirapicen., & eorum fructus applicandi aliis Beneficiatis dictæ Eccleſiæ.

Dilecto filio noſtro Franciſco tituli SS. Trinitatis in Monte Pincio Presbytero Cardinali Giojoſæ Eccleſiæ Metropolitanæ Tholoſan. perpetuo Adminiſtratori.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cauſa ſuppreſſionis, ſeu reductionis faciendæ.

§. 1. EX Ven. fratris Petri Epiſcopi Mirapicen. relatione accepimus, quod in Ec-

Eccleſia Mirapicen. Provinciæ Tholoſanæ, quæ a fel.rec. Joanne Papa XXII. Prædeceſſore noſtro in Cathedralem erecta fuit, ultra duodecim Canonicos. inter quos tres Dignitates, & unum Officium exiſtunt, quatuor Cappellani Hebdomadarii, & viginti octo alii Cappellani, duo Diaconi, duo Subdiaconi, octo Clerici in minoribus ordinibus conſtituti, & octo pueri ad arbitrium Capituli amovibiles pro ſervitiis ejuſdem Eccleſiæ ab eodem Joanne Prædeceſſore inſtituti fuerunt, qui quidem viginti octo Cappellani, Diaconi, Subdiaconi, & Clerici, adeo tenues redditus percipiunt, ut ex his commode ſuſtentari nequeant: unde Parochialibus Eccleſiis convicinis inſervire coacti. Eccleſiam ipſam Mirapicen. etiam in ſolemnioribus feſtivitatibus deſerunt, nec ſpes aliqua augendi redditus hujuſmodi, etiam pacata Gallia, ſupereſſe videtur, potior autem ratio ſubveniendi Beneficiatis ipſis, & Eccleſiæ ſervitio proſpiciendi hæc eſſe poterit, ut prædicti viginti octo Cappellani ad decem, & octo tantum reducantur, Diaconi, Subdiaconi, & octo Clerici prædicti penitus ſupprimantur, onera tamen Diaconis, & Subdiaconis incumbentia per dictos decem, & octo Cappellanos ſupportentur, octo Clericorum munera prædictis octo pueris imponantur, ſicque ſuppreſſorum Cappellanorum, Diaconorum, Subdiaconorum, & Clericorum redditus, aliis remanentibus pro rata accreſcant.

Epiſcopi Mirapicenſis preces.

§.2. Propterea idem Epiſcopus Mirapicen. Nobis humiliter ſupplicari fecit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Commiſſio, de qua in rubrica.

§.3. Nos igitur commoditati Eccleſiarum præſertim Cathedralium, ac perſonarum illis in divinis deſervientium, quantum cum Domino poſſumus, proſpicere cupientes, ac literarum Erectionis, ſeu Inſtitutionis Canonicatuum, & Beneficiorum prædictorum ipſius Joannis Prædec. literis præſentibus pro expreſſis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut ſi per diligentem indagationem ſuper præmiſſis habendam fructus, & redditus prædictorum Beneficiatorum, & Clericorum, ita tenues eſſe, ut ea his minime ſuſtentari valeant, nec ſpem aliquam eoſdem, etiam pacato Regno Franciæ, augendi adfuturam compereris, idque dictæ Eccleſiæ, & divino in eo cultui expedire judicaveris, tunc ex dictis viginti octo Cappellanis, decem, dictas duas Diaconias, & duas Subdiaconias, nec non octo Clericatus auctoritate Apoſtolica ex tunc, prout ea ea die, quamprimum per ceſſum, vel deceſſum, ſeu quamcumque dimiſſionem, vel amiſſionem tam Cappellaniæ, quam Diaconiæ, & Subdiaconiæ, ac Clericatus huiuſmodi vacare contigerit, perpetuo ſupprimas, & extinguas, ac eo ipſo, quo eorum vacatio quomodocumque evenerit, ſuppreſſas, & extinctas eſſe decernas, itaut primo vacaturæ Cappellaniæ, quouſque ad decem, & octo redactæ ſint, Diaconiæque, & Subdiaconiæ, ac Clericatus hujuſmodi ſuppreſſæ, & extinctæ ſint eo ipſo: Fructus vero ſuppreſſarum Cappellaniarum, Diaconiarum, Subdiaconiarum, & Clericatuum hujuſmodi aliis ejuſdem Eccleſiæ Beneficiatis pro rata, tuo, & ejuſdem Epiſcopi Mirapicen. Judicio deſignanda, eo ipſo, quo ſuppreſſionis effectus conſequutus fuerit, accreſcere declares: onera autem prædictis Diaconis, & Subdiaconis incumbentia, ad decem, & octo Beneficiatos remanentes transferas, ita ut per illos omnino ſupportari debeant, ſed munera octo Clericorum pariter ſupprimendorum, per octo Pueros prædictos ad nutum Capituli amovibiles, quibus etiam redditus augere poteris, adimplenda aſcribas, ſuper quibus omnibus plenam tibi per præſentes facultatem impartimur.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus, ſi opus ſit, Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, ac noſtris de unionibus committendis ad partes, exprimendoque vero valore etiam alterius Beneficii, cui aliud uniri peteretur, & aliis Apoſtolicis, nec non in univerſalibus, Provincialibuſque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, dictæque Eccleſiæ Mirapicen. etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac prædictis Joannis Prædeceſſoris literis, quibus omnibus ad hunc effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Junii 1593., Pontificatus noſtri Anno II.

Dat. die 4. Julii 1593. An.II.

Sequitur Mandatum eidem Cardinali Giojoſæ, ut ſtatuta a Jo: PP.XXII. edita circa collationem Dignitatum, & Canonicatuum Eccleſiæ Mirapicen. curet obſervari.

Dilecto filio noſtro Franciſco tituli Sanctiſſimæ Trinitatis in Monte Pincio Presbytero Cardinali de Giojoſa Eccleſiæ Metropolitanæ Tholoſan. perpetuo Adminiſtratori.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili noſter Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Lex a Joanne XXII. lata pro Collationibus Dignitatum, Canonicatuum &c.

§.1. VEnerabilis frater Petrus Epiſcopus Mirapicen. qui ad Sedem Apoſtolicam nuper acceſſit, Nobis expoſuit, quod fel. re. Joannes Papa XXII. noſter Prædeceſſor, poſtquam Eccleſiam tunc Parochialem Mirapicen. in Cathedralem in iſta Provincia Tholoſana erexerat, & de congruenti Dignitatum, Canonicorum, & Beneficiatorum, aliorumque Eccleſiæ miniſtrorum numero providerat, inter alias, ne ſuper hujuſmodi perſonarum, & Miniſtrorum deputatione, electione, ſeu inſtitutione, aliqua

du-

dnbietas oriretur, voluit, & Apoſtolica auctoritate ordinavit, ut Præpoſitus in eadem Eccleſia per Capitulom eligeretur ſervata forma Concilii generalis, in qua electione Epiſcopos vocem, ut Canonicus haberet: & nihilominus electio bujuſmodi celebrata ipſi Epiſcopo præſentaretur confirmanda, vel infirmanda, prout Juſtitia ſuaderet: Archidiaconatus vero, Sacriſtia, & Præcentoria dictæ Eccleſiæ Mirapicen. com vacarent, per ſolnm Epiſcopum, irrequiſito Capitulo, & Canonicis ipſius Eccleſiæ: Canonicatus autem, & Præbendæ Canonicorum per Epiſcopum, & Capitulum ſeparatim, & alternatim conferri deberent, ita ut ſolus Epiſcopus primo loco, Capitulum per ſe ſecundo, Epiſcopus tertio, & Capitulum quarto, & ſic deinceps ſuis locis, & vicibus Cannnicatus, & Præbendas hujuſmodi, cum vacarent, conferrent. Hebdomadariæ, & Cappellaniæ, & alia officia prædictæ Eccleſiæ per illius Capitulum communiter conferrentur, prout in ejuſdem Joannis Prædeceſſoris literis octavo Kalendas Martii Pontificatus ſui anno ſecundo expeditis latius continetnr.

Poſtmodum Capitulum contraria prædictæ legi ſtatuta edidit.

§.2. Sed his non obſtantibus, de anno Domini 1555., tunc exiſtens Petrus Vincentius de Cavaleriis aſſertus Adminiſtrator dictæ Eccleſiæ Mirapicen., & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ contraria ſtatuta ſub Sedis Apoſtolicæ beneplacito condiderunt, & jure jurando firmarunt, quorum ſomma eſt, ut ſex Canonicatus, & Præbendæ Canonicorum a parte dextera Sedis Epiſcopalis in choro ſedentium, dum pro tempore vacarent, ad Epiſcopi, & reliqui ſes Canonicatos, & Præbendæ Canonicorum a ſiniſtra ejuſdem Sedis Epiſcopalis ſedentium pro tempore vacantes, ad Canonici hebdomadarii per turnum liberam collationem pertinerent, ceterorumque quoque beneficiorum, & ufficiorum ipſius Eccleſiæ pro tempore vacantium collatio, & diſpoſitio pariter ad Canonicos Hebdomadarios libere ſpectaret, ac alias, prout in eiſdem ſtatutis latius ſimiliter contineri dicitur.

Epiſcopus Mirapicen. legẽ a Joan. XXII. latam reſtitui petit.

§.3. Quia vero, ſicut eadem eſpoſitio ſubjungebat, hujuſmodi nova collationum forma voluntati prædicti Joannis Prædeceſſoris contraria, quæ ab eo tempore, quo hujuſmodi ſtatuta condita fuerunt, licet ea per Sedem Apoſtolicam minime confirmata extiterint, obſervata fuit, ut experientia docuit, ſtatum ejuſdem Eccleſiæ deteriorem reddiderit, nedum ex vacationum inæqualitate, verum magis quia ſolus Canonicus, ad quem pro tempore collatio obvenit, cam in conſerendo circumſpectionem, & diligentiam adhibere non ſolet, quam Capitulum conjunctim adhibet: Idem Petrus Epiſcopus Nobis humiliter ſupplicavit, ut ſtatuta hujuſmodi infringere, & annullare, literaſque prædicti Joannis Prædeceſſoris innovare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Quod Cardinali Giojoſa committitur.

§.4. Nos igitur ad ea, quæ Eccleſiarum Cathedralium præſertim proſperum ſtatum, & decorem reſpiciunt intendentes, literarum Joannis Prædeceſſoris, ac ſtatntorum bujuſmodi tenores, præſentibus acſi ad verbum inſererentur, pro expreſſis habentes, bnjuſmodi ſupplicationibus inclinati, circumſpectioni tuæ per præſentes committimus, & mandamus, ut præmiſſorum diligentem informationem capias, & ſi ea vera eſſe compereris, & præfati Capitulum, & Canonici ſtatuta ſupradicta beneplacito, & confirmatione Apoſtolica vallata fuiſſe minime docuerint, nec non tu aliud canonicum impedimentum non obſtare cognoveris, ſtatnta prædicta, quoad ea omnia, quæ literis, & voluntati prædicti Joannis Prædeceſſoris contraria ſunt, auctoritate noſtra Apoſtolica abroges, & annulles, Epiſcopumque, & Capitulum prædictos ab eorum obſervatione perpetuo liberes, eoſdemque ad cautelam jus jurandi ab eis de obſervandis ſtatutis hujuſmodi forſan præſtiti vinculum relaxes: literas vero prædicti Joannis prædeceſſoris ſupradictas, & in eis contenta quæcumque eadem auctoritate perpetoo innoves, & confirmes, earumque formam in collatione Dignitatum, Canonicatuum, & Præbendarum, aliorumque Beneficiorum, & Officiorum prædictæ Eccleſiæ, poſthac perpetuo per Epiſcopum, & Capitulum prædictos obſervari mandes, cures, & facias, contradictores quoslibet per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita, compeſcendo, invocato etiam ad boc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§.5. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac prædictis, aliiſque ejuſdem Eccleſiæ etiam Juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & approbatis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die, menſe, & anno eiſdem.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 4. Junii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXIII.

Diverſa Privilegia, Immunitates, & Indulta Hoſpitali Sancti Spiritus Maſſilien. conceduntur.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex pia loca, Hoſpitalia præſertim inſignia, in quibus charitatis opera aſſidue eſercentur, ſpecialibus privilegiis, & gratiis libenter eſornat, dum præſertim pia populorum vota id expoſcunt, ac alias ſalubriter in Domino conſpicit expedire.

Adminiſtratores hujus Hoſpitalis aliqua Privilegia ei concedi petunt.

§.1. Nuper ſane dilecti filii Archangeli de Meſſina Fratris Ordinis Capuccinorum nuncupat. S. Franciſci relatione accepimus, quod in Hoſpitale Sancti Spiritus Civitatis Maſſilien., quod valde inſigne exiſtit, plurima pietatis, & charitatis opera ad infirmorum, & aliorum pauperum ſubventionem aſſidue conſueverunt exerceri, quodque dilecti filii Conſules, & Conſilium Civitatis Maſſilien., qui ejuſdem Hoſpitalis curam gerunt ad eorumdem piorum operum conſervationem, & augumentum, cupiunt Hoſpitale prædictum ſpecialibus aliquibus privilegiis, & gratiis per Nos decorari, & ideo Nobis eorumdem Conſulum, & conſilii nomine prædictus Frater Archangelus humiliter ſupplicavit, ut in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur,

Clemens illud a cujuſcumque vectigalis ſolutione eximit.

§.2. Nos igitur piis eorumdem Conſulum, & conſilii votis benigne annuere volentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Hoſpitale prædictum Sancti Spiritus Maſſilien., quamdiu in illo hoſpitalitas ſervabitur, ab omnium gabellarum, datiorum, collectarum, impoſitionum, decimarum, ſubſidiorum, & aliorum quorumcumque onerum realium, & perſonalium, prædialium, ac mixtorum, etiam Apoſtolica auctoritate pro tempore impoſitorum, nec non novalium, pecudum, & armentorum ſolutione, & præſtatione, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium eximimus, & liberamus, liberaque, exempta, & immunia eſſe, & fore, nec a quoquam ad ſolutionem, ſeu præſtationem hujuſmodi faciendam ullo tempore quavis auctoritate, vel occaſione, aut prætextu, etiam ratione prædiorum, ſylvarum, camporum, vinearum, aut aliorum ſimilium bonorum, nec non pecudum, armentorum, ac novalium cogi, aut compelli;

Ejus vero Miniſtros, & Officiales a juriſdictione Judicum Ordinariorum liberat.

§.3. Miniſtros vero, Officiales, Superiores, & alias quaſcumque perſonas a nullo Judice, ſive alio ſuperiore viſitari, aut etiam in Judicium etiam ratione æris alieni, aut in vim alicujus contractus quomodolibet directe, vel indirecte vocari, excommunicari, ſuſpendi, interdici, aut alia quacumque cenſura vel pœna eccleſiaſtica innodari, tam per locorum Ordinarios, quam etiam per Legatos, Vice-Legatos, & Nuncios niſi cum ſpeciali Romani Pontificis licentia de hujuſmodi immunitate ſpecialem mentionem faciente, aut ad proceſſiones, vel ſynodos, niſi generales convocari, ſeu ad juramenta præſtanda, vel teſtimonium in quacumque cauſa perhibendum pariter cogi minime poſſe, aut debere decernimus, & declaramus.

Eos vero, qui fraudem in ejus adminiſtratione [illegible]

§.4. Quoſcumque ipſius Hoſpitalis Commiſſarios, Procuratores, & Nuncios, qui aliquo modo hoſpitale prædictum, ejuſve Superiores pro tempore in eleemoſynis, aliiſque ſubſidiis charitativis ipſi hoſpitali pro tempore a quocumque, & quomodocumque oblatis, & collectis fraudem committere quoquo modo præſumpſerint; Alios item quoſcumque etiam extraneos, qui eleemoſynas, dona, ſubſidia charitativa ipſius Hoſpitalis, aut eorum partem aliquam quomodocumque occupare, retinere, aut aliquo alio modo Hoſpitale prædictum fraudare pariter præſumpſerint, eo ipſo excommunicationis latæ ſententiæ pœna, a qua abſolutionis beneficium niſi a Romano Pontifice, facta prius tamen, aut in mortis articulo, integra, & reali reſtitutione prædicto Hoſpitali, minime valeant obtinere, innodamus.

Vel eleemoſynas [illegible] rint, excommunicationi ſubjicit reſervata Rom. Pontifici abſolutione.

Cui excommunicationi Notarios etiã ſubjicit Legata non revelantes.

§.5. In Notarios quoque, & Tabelliones, qui Teſtamentorum, ſeu Codicillorum, aut aliarum etiam ultimarum voluntatum, in quibus aliquid in favorem, & commodum prædicti Hoſpitalis relictum, aut diſpoſitum fuerit, niſi id prædicti Hoſpitalis Adminiſtratoribus pro tempore revelaverint, aut alias ſponte etiam minime requiſiti non ſignificaverint, eamdem excommunicationis ſententiam ferimus. Eos quoque, qui doloſe, aut negligenter eleemoſynas, & nomina Benefactorum, & aliorum, qui legata ipſi Hoſpitali reſervaverint, innodari eo ipſo volumus,

Et aliquod damnum Hoſpitali in bonis irrogantes

§.6. Inſuper eidem Superiori in ſpiritualibus quando, & quoties opus fuerit, eos omnes, qui aliquo modo celare, aut alias indebite occupare, vel occupata detinere bona aliqua prædicti Hoſpitalis, ejuſve membrorum, Caſalia, Prædia, Vineas, Campos, Sylvas, Paſcua, incidere Arbores, mutare terminos, dolum, aut fraudem circa cenſus, & redditus, devolutionem Bonorum, Inſtrumenta, Contractus, Teſtamenta, Donationes, Obligationes, aliaſque Scripturas publicas, vel privatas, committere, aut Calices, Patenas, Cruces, Candelabra, Paramenta, Libros, aut alia Eccleſiæ mobilia, Pecudes, Animalia, Lanas, Caſeum, Butyrum, Frumentum, Ordeum, Blada, Legumina, Cubilia, Capſas, Veſtes, Vaſa, aut alia quæcumque mobilia, ſeu immobilia, & ſemoventia bona quoquo modo ſubripere, vel alias detinere auſi fuerint, prævia publica monitione, niſi infra tempus ab ipſo Superiore præſeribendum, integre reſtituerint, ſcientes etiam, & non revelantes, & quoſcumque, qui in præmiſſis temere, aut doloſe auxilium, conſilium, vel favorem præſtiterint, publice excommunicatos declarandi, cujus excommunicationis abſolutionem Nobis, & Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter etiam reſervamus, facultatem concedimus,

Alienationes bonorum inconſulta Apoſtolica Sede fieri vetat.

§.7. Ad hæc quaſcumque locationes perpetuas, vel ultra triennium faciendas, nec non venditiones, & alienationes bonorum quorumcumque ſtabilium ejuſdem Hoſpitalis, ejuſque membrorum, ſine ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licentia fieri poſſe prohibemus, & factas pro tempore quomodocumque, & qualitercumque nullas, irritas, & invalidas, nulliuſque roboris, & momenti fore declaramus.

Clauſula pro perpetua hujuſce Conſtitutionis obſervantia.

§.8. Decernentes præſentes noſtras, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, vel alio quocumque de-

fectu

Digitized by Google

ſectu notari, impugnari, vel alias quoquo modo invalidari, infringi, vel retractari minime poſſe, ſed firmas, validas, & efficaces exiſtere, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ſicque, & non alias in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos quavis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, quid quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obſtantium derogatio.

§.9. Non obſtantibus quibuſvis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, ac ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis privilegiis, quoque Indultis, & literis Apoſtolicis, tam Epiſcopo Maſſilien., quam cuivis alteri in contrarium quomodocumque conceſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & ſingulis etiamſi de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis ſpecifica, & de verbo ad verbum expreſſa mentio habenda eſſet, tenores hujuſmodi, acſi ad verbum inſererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes ad effectum præſentium tantum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 18. Junii 1593. An.II.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 18. Junii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Committitur Epiſcopo Tullenſi, ut Eccleſias omnes, & Monaſteria omnia etiam exempta ſuæ Diœceſis auctoritate Apoſtolica viſitet, & obſervantiam Decretorum S. Concilii Tridentini inducat.

Venerabili Fratri Chriſtophoro Epiſcopo Tullenſi.

CLEMENS PAPA VIII.

Venerabilis Frater ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Exordium.

PAſtoris muneri incumbit ſuper commiſſo ſibi Grege ita vigilare, ut noxia repellat, utilia quærat, oves ſalvas cuſtodire ſtudeat. Nos vero univerſi Dominici Gregis curæ, divina diſponente clementia, præpoſiti, Fratres noſtros in hujus noſtræ ſolicitudinis partes vocatos, ad hoc præcipue commonere tenemur.

Abuſus quamplurimi in Tullenſis Diœceſis Eccleſias irrepſerant.

§.1. Proinde, cum nuper ad Nos relatum ſit, non ſine gravi animi noſtri perturbatione in Eccleſia tua Tullen., & aliis forſan Eccleſiis Civitatis, & Diœceſis Tullen., varios abuſus contra Sacri Concilii Tridentini Decretorum diſpoſitionem in hunc uſque diem, non ſine divini cultus detrimento, & Chriſtifidelium ſcandalo toleratos fuiſſe, nec aliquod a te, tuiſve Anteceſſoribus Epiſcopis Tullen., in his tollendis remedium adhibitum fuiſſe, aut adhiberi potuiſſe, ob nimiam, quam ſibi, ut accepimus, dilecti filii Decanus, ac Major, & alii Archidiaconi, nec non Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Tullen. aſſumpſerunt auctoritatem, & licentiam, ita ut, præter alia multa, ipſius Eccleſiæ Presbyteri, nullo præcedente tuo, vel Epiſcopi pro tempore examine, nec approbatione, ſuas ad invicem, aliorumque confeſſiones audiant, abſolutionemque impendant, idemque in Sancti Gandulphi Tullen., aliiſque Collegiatis Eccleſiis, ac Monaſteriis, nec non Conventibus Regularibus Civitatis, & Diœceſis Tullen. paſſim fiat, Concionatorem verbi Dei in Cathedrali Eccleſia, ac forſan aliis Eccleſiis, te, vel eodem Epiſcopo inconſulto, ac de facto deputarint, & deputent: Tibi ſolemnem ordinum collationem ad Altare majus celebrare licere negent, conferenti vero Ordines ipſos, ac etiam Feſtis ſolemnibus in Pontificalibus celebranti aſſiſtere, & miniſtrare, ac ſacros, & approbatos ritus, & cœremonias in miniſterio ejuſmodi, & præſcripto Libri Pontificalis, ſervare nolint: Venientem ad Eccleſiam, indeque redeuntem non modo non aſſocient, ſed nec ad inchoandum officium expectent, Feria V. in Cœna Domini ad Sacras Unctiones conficiendas aſſiſtere nolint, in aliiſque multis ad munus, & tuam juriſdictionem Epiſcopalem pertinentibus, te impediant, itant neque Eccleſias viſitare, Parochos examinare, Diœceſanam Synodum frequentem, & integram habere, & celebrare, Parochiales Eccleſias in Civitate, & Diœceſi inſtituere, ac alia permulta, quæ deberes facere libere, non poſſis.

Clemens Epiſcopo totius Diœceſis Viſitationem committit ad hujuſmodi tollendos abuſus & obſervantiam Concilii Tridentini inducendam.

§.2. Nos ea, qua decet ratione, abuſus hujuſmodi tolli, & Sacri Concilii Tridentini Decreta univerſa in Eccleſia, Civitate, & Diœceſi prædictis, ut par eſt, obſervari, & cuſtodiri volentes, Fraternitati tuæ per præſentes committimus, & mandamus, plenam, liberam, & omnimodam tibi ad hoc, Apoſtolica etiam auctoritate, procedendi facultatem tribuentes, ut Cathedralem, & Collegiatas, ac Parochiales, & alias Eccleſias etiam unitas, nec non Monaſteria quæcumque etiam commendata, ac Prioratus etiam Hoſpitalis S. Spiritus, quæ ordinarium, & regularem Viſitatorem ex diſpoſitione dicti Concilii non habent, aliaque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura, & ſine cura Civitatis, & Diœceſis Tullen. tam in capite, quam in membris, juxta facultates tibi tam ordinario jure, quam ex Concilii Tridentini Decretis conceſſas, viſites, & ibidem, quæ reformatione indigere cognoveris, ad dicti Concilii Tridentini præſcriptum reformes, & ejuſdem Concilii Decreta in omnibus, & per omnia ſervari cures, & facias, abuſus præfatos, ac quaſcumque contrarias conſuetudines, & ſtatuta abroges, & annulles, & contra inobedien-

dieotes, ac delinquentes, & criminoſos quoſcumque, quavis auctoritate, & dignitate fungentes, & qnocumque privilegio, vel immunitate ſuffultos, excommunicationis, ac privationis etiam Dignitatum, aliorumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum, & Officiorum, aliiſque ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis eo ipſo, abſque alia declaratione incurrendis, etiam per viam incarcerationis, & aliis tibi beneviſis opportunis juris, & facti remediis, procedas.

Derogat contrariis.

§.3. Non obſtantibus, cujuſvis litis pendentia inter te, & dictum Archidiaconum majorem ſuper Juriſdictiooe Archidiaconali, etiam in Sacro Rotæ Auditorio noſtro, ac tibi exinde factis, & faciendis quibuſvis inhibitionibus, nec non ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam eiſdem Decano, Archidiacono, Capitulo, & Canonicis, necnon Monaſteriis, illorumque Abbatibus, & Conventibus, & aliis perſonis quibuſcumque, ſub quibuſvis tenoribus, & formis, ac etiam irritantibus, & aliis derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis, etiam per qunſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros in contrarium præmiſſorum quomodocumque conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, ac de verbo ad verbum, expreſſa mentio habenda eſſet, tenores hujuſmodi, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 8. Julii 1593. An. II.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 8. Julii 1593., Pontificatus noſtri Anno II.

Sequitur Adhortatio ad Capitulum, & Canonicos Tullenſes, ut juxta Concilii Tridentini Decreta Epiſcopo ſuo pareant.

Dilectis Filiis Decano, ac Majori, & aliis Archidiaconis, nec non Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Tullenſis.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecti Filii ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

CUM nuper, non ſine animi noſtri moleſtia diverſos iſthic a vobis abuſus, quibus cum fidelis Populi ſcandalo, & Animarum veſtrarum pernicie, divinum obſequium diminuitur, & Epiſcopalis juriſdictio, & Ordo Eccleſiaſticus irreverenter perturbatur, & confunditur, contra Decretorum Sacri Tridentini Concilii diſpoſitionem, perperam retineri intellexerimus, ad illos prorſus tollendos, pro noſtri paſtoralis officii debito, cogitationes noſtras direximus: veſtræ ſiquidem dignitati, & pietati convenire exiſtimamus, ut Antiſtiti veſtro, cujus capitis membra in Chriſto eſtis, unanimiter adhærentes, io diviuis obſequiis præſtandis, ac Epiſcopalibus functionibus juxta ipſius Concilii Decreta, revereoter, ut par eſt, aſſiſtatis eidem in proſpero dictæ Eccleſiæ ſtatu dirigendo humiliter intendentes, ac obedientiam, & reverentiam debitas exhibentes, ejus ſalubria mouita, & mandata ſuſcipiatis, humiliterque, & efficaciter adimplere curetis. Proinde, cum eidem Antiſtiti injunxerimus, ut Decreta Concilii Tridentini prædicta in eadem Eccleſia, & Civitate, & Diœceſi Tullenſi in omnibus, & per omnia ſervari curet, & faciat, viſitet, abuſuſque, conſuetudines, ac ſtatuta eiſdem Decretis contraria prorſus abroget, & annullet, vobis quoque per præſentes in virtute ſanctæ Obedientiæ præcipimus, ut iis, quæ ab ipſo Tridentino Concilio decreta ſuut, omnino pareatis, ac ſalutaribus ejus Decretis prompte Vos accommodetis: quod vos pro veſtra io Nos, & Apoſtolicam Sedem reverentia, ac ea, qua veſtrum Paſtorem proſequi tenemini, obſervantia, facturos plane confidimus, Alioquin Vos ſcire volumus, eidem Antiſtiti, ut contra inobedientes, ſenteutiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, aliiſque juris remediis procedat. commiſſum, & facultatem conceſſam a Nobis fuiſſe.

Dat. die 9 Julii 1593 An. II.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Julii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXV.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

Confirmatis Literis Gregorii XIII. Revocatoque quodam Brevi Sixti PP. V. Regis Catholico facultas conceditur cauſas omnes inter Epiſcopos, & Capitula, ac Milites Militiarum de Alcanthara, & de Calatrava, vertentes componendi.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Procemium.

DEcet Romanum Pontificem ſuper Dominici Gregis cauſas conſtitutum omni ſtudio curare, ut inter egregias præſertim eccleſiaſticas, & militares perſonas, a quarum quiete Regnorum etiam tranquillitas oriri conſuevit, controverſiæ, & diſſenſiones omnes è medio quam breviſſime tollantur, & quæ amicabili compoſitione poſſe tranſigi videntur, nullatenus in contentionis judiciariæ anguſtias, & diſſidias, ſi fieri poteſt, pertrahantur.

Gregor. XIII. Cauſas omnes inter Militias de Alcanthara, & de Calatrava, atque Epiſcopos, & Capitula Hiſpaniarũ vertentes ad ſe avocans.

§. 1. Itaque, cum, ſicut accepimus, fel: rec: Gregorius XIII. Prædeceſſor noſter, rec: mem: Clementis VII., Pauli III., & Pii IV. etiam Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo (qui ſimiles proviſiones, quoad Priores, & Fratres, ac alias perſonas Militiæ S. Jacobi de Spatha, Ordinis S. Auguſtioi antea fecerant) omnes lites, ac quæſtiones, & differeotias in Romana Curia, & extra eam, coram diverſis Judicibus ordinariis, & Delegatis, in quavis inſtantia pendentes, & quæ etiam moveri poſſent in futurum inter To-

letanum, Hiſpalenſem, Granatenſem, Compoſtellanum, Valentinum, ac Burgenſem Archiepiſcopos, nec non Cordubenſem, Conchenſem, Caurienſem, Abulenſem, Pacenſem, Gadicenſem, Oxomenſem, Carthaginenſem, Giennenſem, Malacitanum, Civitatenſem, Salamantinum, Zamorenſem, Seguntinum, & Pampilonenſem Epiſcopos, eorumque Capitula, nec non Prælatos, ac quaſcumque alias perſonas eccleſiaſticas, tam ſeculares, quam regulares in Hiſpaniarum Regnis conſiſtentes ex una, ac Priores, Præceptores, Milites, & alios Fratres Militiarum de Calatrava, & Alcanthara, Ciſtercien. Ordinis, eorumque Conventus, & loca, partibus ex altera, tam ſuper Decimarum perſonalium, prædialium, ac mixtarum, nec non Novalium, pecudum, & armentorum ſolutione, quam etiam ſuper Juriſdictione, ſeu preſentandi perſonas idoneas dictæ Militiæ ad Vicarias, Præceptorias, & alia Beneficia eccleſiaſtica ejuſdem Militiæ, illaque adminiſtrandi, regendi, gubernandi, rebuſque aliis in actis cauſarum hujuſmodi latius deductis ad ſe avocaverit, illaſque, earumque deciſionem, & determinationem ad ſuum, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, ita tamen, quod interim partes ipſæ in poſſeſſione, in qua exiſtebant, manuteneri, & defendi deberent, nihilque innovari poſſet, ſuſpenderit, eaſque univerſas, & ſingulas Chariſſimo in Chriſto filio Philippo Hiſpaniarum Regi Catholico per ipſum concordandas, & componendas commiſerit, ita quod, dicto beneplacito durante, idem Rex Catholicus in illis pro Concordia, & amicabili compoſitione, ſe interponere, agere, & procedere libere, & licite valeret, plenariam, & liberam licentiam, facultatem, & auctoritatem conceſſerit, decernendo partes ipſas ad obſervandum ea omnia, quæ in præmiſſis per eumdem Regem concordata, amicabiliter compoſita, & terminata fuiſſent, omnino teneri, & efficaciter obligatas exiſtere, nec ab illis ullo unquam tempore reſilire poſſe, prout in ipſius Gregorii Literis in forma Brevis, ſub Datum die 20. Octobris 1584. expeditis, plenius continetur.

Philippo Regi componendas commiſit.

§. 2. Et nihilominus Epiſcopus, & Capitulum Caurien. à piæ mem. Sixto V. etiam Prædeceſſore noſtro per alias in eadem forma Brevis Literas ſub datum 30. Octobris 1586. expeditas, obtinuerunt avocationem, ſuſpenſionem, omniaque in dictis Literis Gregorii contenta, cum omnibus inde ſequutis, in quibus tamen liber Partium conſenſus non intervenerat, quoad cauſas, & lites Caurienſes inter Epiſcopum, & Capitulum, & eorum quemlibet ex una, & Milites de Alcanthara, Archipræsbyteros, omneſq; alios, coram quibuſcumque Auditoribus, ex altera Partibus quomodolibet pendentes, relaxari, revocari, & annullari, ac Epiſcopum, & Capitulum prædictum, & eorum ſingulas dictæ Caurien. Diœceſis Eccleſias in eum, in quo, ante dictas Literas Gregorii, erant ſtatum, plenarie reintegrari, ita quod de cetero Epiſcopus, & Capitulum, & quilibet eorum, ut prius, jura ſua, & Eccleſiæ juſtitia mediante, contra dictas Militias, & earum perſonas, ac quamlibet illarum proſequi in Judicio, & extra, libere, & licite valerent in omnibus, & per omnia, perinde ac ſi dictæ Literæ Gregorii, quoad ipſos, numquam emanaſſent. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam dictæ Rotæ Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane decernens, quidquid ſecus ſuper his contigerit attentari, & alias, prout latius in prædictis Literis continetur.

Sixtus vero V. ab hac lege exemit Cauſas vertentes inter Epiſcopum Caurien. & dd. Militias

§. 3. Cum autem, ſicut pro parte dicti Regis Catholici nobis expoſitum fuit, valde quieti, paci, & tranquillitati dictarum Militiarum, & Eccleſiarum, ac totius etiam Regni conveniat, ut controverſiæ, lites, quæſtiones, & differentiæ hujuſmodi inter dictum Epiſcopum, & Capitulum, ac Eccleſias dictæ Civitatis, & Diœceſis Caurien., & Priores, Præceptores, & Milites dictarum Militiarum, abſque ſtrepitu, & figura judicii, extrajudicialiter, & amicabiliter potius, quam cum maximis diſpendiis, protelationibus, & omnium incommodis cognoſcantur, valdeque expediat, ne prædicti Milites, qui dicti Regni perſonæ egregiæ, ac principales exiſtunt, & quos pro Regis ſervitio expeditos eſſe convenit, immemorabilibus litibus, & diſſentionibus, cum omnibus fere eccleſiaſticis perſonis, & Prælatis dicti Regni implicentur, quos etiam pro pacis conſervatione, & Regni quiete à Fori tumultu remotos eſſe par eſt, neque præterea ferendum videatur, ut Epiſcopus, & Capitulum prædictum præbeant ſuo exemplo aliis omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Prælatis, ac perſonis eccleſiaſticis in dictis Literis comprænenſis occaſionem ſimiles revocationes dictarum Literarum Gregorii impetrandi in maximum ſcandalum Populorum, & Militiarum detrimentum, cum præſertim facilius, & brevius hujuſmodi omnes controverſiæ, cum partium ipſarum commoditate à Rege ipſo, qui omnibus æqua lance juſtitiam miniſtrare paratus eſt, ſeu ab ejus Deputatis, qui jam de hujuſmodi prætenſionibus pleniorem habent, ſeu facile habere poſſunt cognitionem, & informationem, concordari, & ſopiri poſſint.

Quod tamen cum perturbatio uni cauſa eſſe poſſit;

§. 4. Nos ſupplicationibus dicti Catholici Regis inclinati, Literas Gregorii prædictas, cum omnibus in eis contentis, ac inde ſequutis, adverſus dictas Sixti Literas, quarum tenores hic pro ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis haberi volumus, confirmantes, ac reintegrantes in omnibus, & per omnia, perinde acſi per dictas Sixti Literas numquam relaxatæ, revocatæ, & annullatæ fuiſſent, neque dictæ Sixti Literæ emanaſſent. Ac inſuper lites, & cauſas Caurienſes in Rota quomodolibet pendentes inter Epiſcopum, & Capitulum, & eorum quemlibet ex una, & Milites de Alcanthara, Archipræsbyteros, omneſque alios coram quibuſcumque Judicibus, etiam in Rota pen-

Clemens renovat Gregorii XIII. literas, & Sixti Decretum irritat.

pendentes, harum ſerie ad Nos avocantes, eidem Regi Catholico, ut dictas Literas Sixti, & aliis judiciariis actibus, in cauſis hujuſmodi, minime obſtantibus, cauſas, & controverſias hujuſmodi per ſe, vel alium, ſeu alios ab eo deputatos, pro ſua prudentia, & circumſpectione, concordare, componere, ac amicabiliter terminare, & finire poſſit, & debeat, intra biennium tamen à data præſentium computandum, per præſentes plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem, ac Juriſdictionem concedimus, & impertimur.

Sed ſi lites intra biennium non componantur Sixti V. literas ſervari jubet.

§. 5. Quod ſi intra biennium, ut præfertur, cauſæ, & controverſiæ prædictæ concordatæ non fuerint, dictæ Sixti V. Literæ primas vires aſſumant, & in robore ſuo remaneant.

Quidquid vero inter partes fuerit concordatum, ratum habet.

§.6. Decernentes, quidquid per Regem ipſum, ſeu ab eo deputandos in præmiſſis inter omnes ſupradictas partes, & Perſonas amicabiliter concordatum, terminatum, ſtabilitum, & pro ſua prudentia compoſitum, & ordinatum fuerit, validum, ac efficax exiſtere, ab ipſiſque partibus efficaciter obſervari, ac retineri debere, neque ab illis ullo unquam tempore ſub quovis prætextu, & cauſa reſiliri poſſe, partibuſque ipſis perpetuum ſilentium imponi debere, prout, tenore præſentium, imponimus. Si quas vero ex prædictis cauſis, poſt Literas Gregorii, ac etiam Sixti prædictas, idem Rex Catholicus concordaverit, & compoſuerit, ut ſupra, eam vim volumus eas concordias obtinere, quam obtinerent, ſi poſt datam præſentium per ipſum concordatæ, & compoſitæ fuiſſent.

Et ita in quolibet Tribunali judicandū ſtatuit.

§.7. Sicque per quoſcumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum dicti Palatij Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in præmiſſis omnibus, & ſingulis judicari debere, irritum quoque, & inane quid quid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria tollit.

§.8. Non obſtantibus præmiſſis, & Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non dictarum Militiarum, & Eccleſiarum Statutis, & Conſtitutionibus, confirmatione Apoſtolica, aut quavis firmitate alia roboratis privilegiis quoque, Indultis, ac Literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, & innovatis, ac omnibus illis, quæ Prædeceſſores prædicti voluerunt non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 9. Julii 1593. An. II.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 9. Julii 1593. Pont. Noſtro Anno ſecundo.

LXVI.

Ex Regeſt. in Cancel. Apoſt.

Oppidum Celſonæ ab Urgellenſi Diœceſi ſejungitur, & in Civitatem erigitur, illiuſque Parochialis Eccleſia Cathedralis efficitur.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Super Univerſas Orbis Eccleſias eo diſponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, quamquam ſine noſtris meritis conſtituti, levamus in circuitu Agri Dominici oculos noſtræ mentis more pervigilis Paſtoris inſpecturi, quid Provinciarum, & Locorum quorumlibet ſtatui congruat, ac deſuper hoc præſertim tempore, quo humani Generis hoſtis omni conatu ad ipſarum Animarum perniciem, & fidei Catholicæ everſionem incumbit, diſponi debeat: unde divino fulti præſidio dignum quin potius debitum arbitramur in irriguo Militantis Eccleſiæ Agro novas Epiſcopales Sedes, & Eccleſias plantare, præcipue dum Catholicorum Regum vota id expoſcunt, ut per hujuſmodi novas plantationes popularis augeatur devotio, divinus cultus floreat, & animarum ſalus ſubſequatur, loca inſignia præſertim, quorum Incolæ benedicente Domino multiplicati noſcuntur, dignioribus titulis, & condignis favoribus illuſtrentur, ipſique Incolæ honoratorum Præſulum aſſiſtentia, regimine, & doctrina ſuffulti in via Domini magis magiſque perficiant.

Cauſæ hujuſmodi erectionis faciendæ

§.1. Sane cum chariſſimus in Chriſto filius noſter Philippus Hiſpaniarum Rex Catholicus, qui pro ſua ſingulari pietate, maximoque Catholicæ fidei zelo nihil magis in ſuis Regnis, & Dominiis, quam ipſius fidei exaltationem, & divini cultus augumentum exoptare videtur, ac ut pium, & Catholicum Regem decet, non minus de ſalute animarum populorum ſibi ſubjectorum, quam de præfatorum Regnorum, & Dominiorum conſervatione eſt ſolicitus, idque facile conſequi poſſe cogitans ex novarum Eccleſiarum Cathedralium erectione, præſertim ubi Diœceſes ob nimiam earum latitudinem, nedum quotannis, ſed ne toto quidem biennio a propriis Epiſcopis viſitari poſſunt, prout in Diœceſi Urgellen., quæ eſt in Principatu Cathaloniæ, evenire jam diu re ipſa compertum eſt, Nobis ſignificari feciſſet, quod Diœceſis Urgellen., quæ habet ad ejus fines plura loca Regni Galliæ hæreſi infecta, ob illius amplitudinem, locorumque, & Parochialium Eccleſiarum frequentiam, & periculum animabus imminens propter hæreticorum vicinitatem non poteſt a proprio Epiſcopo commode viſitari, ipſeque ſolus Epiſcopus omnibus ſuorum Diœceſanorum neceſſitatibus, prout convenit, ſupplere non valet, ex quo maximum eorum animæ detrimentum

Digitized by Google

tum patiuntur; Si Oppidum de Celſona, quod intra fines ipſius Diœceſis Urgellen., ſub ſaluberrimo aere ſitum, & altis muris cinctum exiſtit, & a Civitate Urgellen. milliaribus circa quinquaginta diſtat, ac domos circiter ſexcentas, & præter ejus admodum inſignem, & elegantis ſtructuræ Parochialem Eccleſiam ſub Invocatione Beatæ Mariæ Virginis, cum commodo, & amplo Palatio illi contiguo, ac Domum Ordinis Fratrum Minorum Capuccinorum nuncupatorum, & Hoſpitale, Confraternitateſque Laicorum, nec non Incolas nobiles, Terrarum duos Equites, Legum, & Artium, ac Medicinæ Doctores, Cives, Mercatores, & Artifices omnis generis, ac Territorium admodum amplum, fertile, & amænum omnibus ad illius Incolarum vitæ ſuſtentationem neceſſariis ſatis refertum, in Civitatem, illiuſque Eccleſia præfata, cujus Sacrarium paramentis, & aliis ad cultum divinum neceſſariis decenter ornatum exiſtit, in Cathedralem Eccleſiam erigerentur, & inſtituerentur, inde profecto Cleri, & Populi ſalus cum Eccleſiæ, & Oppidi præfatorum decore longe magis proveniret,

Diviſio, & Erectio, de qua in rubr.

§.2. Nos, qui dudum inter alia voluimus, quod petentes Beneficia Eccleſiaſtica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annuum valorem etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & ſemper in unionibus commiſſio fieret ad partes, vocatis quorum intereſſet, præmiſſis, ac aliis rationabilibus cauſis in Congregatione Cardinalium ſuper rebus conſiſtorialibus deputatorum, cui negocium hujuſmodi examinandum commiſimus, mature diſcuſſis adducti, ac etiam ipſius Philippi Regis precibus inclinati, habita ſuper hoc cum Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus matura deliberatione, de illorum conſilio, & aſſenſu, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ab Eccleſia Urgellen. ejuſque Menſa Epiſcopali dictum Oppidum, cum ſuis Villis, Terris, & Terminis, totoque Territorio, nec non Eccleſiis, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, & Piis Locis, ceteriſque omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis cum cura, & ſine cura Secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus, ac etiam Clero, & Populo univerſo, Juribus quoque, & actionibus Epiſcopo Urgellen. pro tempore exiſtenti competentibus, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium perpetuo dividimus, & ſeparamus, ac ab omni ipſius Eccleſiæ Urgellen. Juriſdictione, poteſtate, & ſubjectione, etiam perpetuo eximimus, & liberamus.

Eccleſia Celſonen. ſuffraganea Archiepiſcopo Tarraconen. cum jure Ordinario, privilegiis &c.

§.3. Inſuper Oppidum in Civitatem Celſonen. nuncupandum, & Eccleſiam Beatæ Mariæ Virginis hujuſmodi in Cathedralem Eccleſiam ſub Invocatione ejuſdem Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ Archiepiſcopi Tarraconen. ſuffraganeam futuram, ac in ea dignitate Sedem, & Menſam Epiſcopalem, cum omnibus privilegiis, honoribus, Juribus, & inſignibus, debitis, & conſuetis pro uno Epiſcopo Celſonen. nuncupando, qui eidem Eccleſiæ præſit, illamque ad Eccleſiæ Cathedralis formam redigat, ac Juriſdictionalem Epiſcopalem, nec non præfatorum ſic diviſorum beneficiorum omnium diſpoſitionem ordinario Jure, aliaque omnia, quæ ad munus Epiſcopale pertinent, habeat, & exerceat, præfatoque Archiepiſcopo Jure Metropolitico ſubſit.

Efformatio Capituli cum quatuor Dignitatibus.

§.4. Ac in eadem Eccleſia Celſonen. unum Decanatum poſt Pontificalem majorem, & unum Archidiaconatum, & unam Cantoriam, & unam Theſaurariam inferiores dignitates, nec non duodecim Canonicatus, & duodecim præbendas pro uno Decano, uno Archidiacono, ac uno Cantore, & uno Theſaurario, ac duodecim Canonicis, qui inſimul Capitulum faciant, etiam cum menſa capitulari, arca, ſigillo, & aliis capitularibus inſigniis eiſdem auctoritate, & tenore ſimiliter perpetuo erigimus, & inſtituimus.

Diœceſis termini per Commiſſarios conſtituendi.

§.5. Ac ipſi Eccleſiæ ſic in Cathedralem erectæ Civitatem Celſonen., ejuſque Incolas, & habitatores pro Civitate, & Civibus, nec non Villas, Terras, & Terminos, totumque Territorium ipſum Celſonen., ac præterea plura alia Oppida, Terras, Caſtra, Loca, & Territoria ab eadem Urgellen. Diœceſi, & nonnulla alia loca a Diœceſi Vicen. ipſi Diœceſi Celſonen. commodiora per Commiſſarios ad id per Nos deputandos diſmembranda, & aſſignanda pro ejus Diœceſi, ac etiam Clerum, & Populum, Civitatis, & Diœceſis Celſonen. pro Clero, & Populo.

Epiſcopi Domus, & menſa.

§.6. Præterea Menſæ Epiſcopali præfatæ Palatium dictæ Eccleſiæ, ſic in Cathedralem erectæ contiguum pro Palatio Epiſcopali ad uſum, & habitationem Epiſcopi, auctoritate, & tenore præfatis pariter perpetuo concedimus, & aſſignamus. Inſuper Menſæ Epiſcopali præfatæ pro ejus dote Abbatiam ejuſdem Eccleſiæ de Celſona, quæ de Jurepatronatus ipſius Philippi Regis exiſtit, quæ quidem Eccleſia nuper a ſtatu regulari Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium ad ſecularitatem redacta fuit, cujus Abbatiæ fructus ad trecentos Florenos in Libris Cameræ Apoſtolicæ taxati reperiuntur, ac Prioratum S. Laurentii de Morunis Ordinis S. Benedicti Urgellen. Diœceſis Oppido Celſonen. in Civitatem, ut præfertur erecto ad quatuor circiter milliaria vicinum, & a Monaſterio ad Tavernoles etiam Urgellen. Diœceſis, quod de ſimili Jurepatronatus ipſius Philippi Regis exiſtit dependentem, cujus ducentorum triginta, & quatuor dignitatibus pro earum dote Abbatiam Sanctæ Mariæ de Villabeltrandi Gerunden. Diœceſis præfati Ordinis S. Auguſtini Canonicorum Regularium, etiam nuper ad ſecularitatem redactam de ſimili Jurepatronatus exiſtentem, ac cujus fructus in eiſdem libris ad florenos ſimiles ſexcentos taxati reperiuntur, quorum tertia pars Decanatus, & reliquæ duæ tertiæ partes aliis tribus dignitatibus æquis portionibus dividendos auctoritate, & tenore ſimilibus etiam perpetuo aſſignamus, & applicamus.

Men-

Digitized by Google

Menſa Capituli.

§.7. Menſæ vero Capitulari pro duodecim Canonicatuum dote omnia officia elauſtralia, & portiones canonicales alias in dicta Abbatia Celſonen. exiſtentia, & nuper ſuppreſſa, quorum mille octuaginta, ac Prioratum Sanctæ Mariæ de Roccaroſa Ordinis præſati Canonicorum Regularium Gerunden. Diœceſis, cujus ducentorum octuaginta duorum, ac Prioratum S. Petri de Clara ejuſdem Ordinis Canonicorum Regularium Barchinonen. Diœceſis cujus ſexaginta, ac Prioratum S. Mariæ de Gualterio Ordinis S. Benedicti Urgellen. Diœceſis, cujus ducentorum triginta, ac Prioratum Sanctorum Celidonis, & Ementoris de Celeriis Ordinis S. Benedicti etiam Urgellen. Diœceſis, cujus viginti ſex, Fabricæ autem, & Sacriſtiæ ipſius Eccleſiæ Celſonen. pro earum dote, & onerum ſupportatione, Prioratum S. Mariæ de Serrabona Ordinis Canonicorum Regularium Elnen. Diœceſis, cujus centum viginti, ac Prioratum de Caſtro novo dicti Ordinis Canonicorum Regularium Elnen. Diœceſis, cujus triginta ducatorum aori deCamera fructus, redditus, & proventus ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedunt, cum primum illa, vel eorum aliquod per ceſſum, vel deceſſum, aut aliam quamlibet amiſſionem, vel dimiſſionem illa obtinentium, aut alias quomodolibet, & ex quorumcumque perſonis vacare contigerit, cum illorum annexis, ac Juribus, & pertinentiis quibuſcumque reſpective iiſdem auctoritate, & tenore pariter perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, eorumque omnium, & ſingolorum fructus, redditus, & proventus Epiſcopali, & Capitulari Menſis, ac Dignitatibus, & Canonicatibus, nec non Fabricæ, & Sacriſtiæ præfatis, & cuilibet eorum reſpective etiam perpetuo applicamus, & appropriamus, ita quod liceat Epiſcopo, & Dignitates obtinentibus, ac Canonicis præfatis pro tempore exiſtentibus per ſe, vel alium, ſeu alios fructus, redditus, & proventus præfatorum propria auctoritate libere percipere, exigere, & levare, ac in ſuos uſus, & utilitatem convertere.

Regis Catholici jus præſentandi ad Epiſcopatum, & Dignitates.

§.8. Et inſuper eidem Philippo Regi, ejuſque Succeſſoribus pro tempore exiſtentibus Hiſpaniarum Regibus Juſpatronatus, & præſentandi perſonas tam ad dictam Eccleſiam Cathedralem Celſonen., quam ad præſatas quatuor Dignitates, quoties illas, & earum ſingulas perpetuis futuris temporibus ſimul, vel ſucceſſive, quibuſvis modis etiam apud Sedem Apoſtolicam, aut ex quorumcumque perſonis vacare contigerit, etiamſi ex tali vacatione aliqua reſervatio etiam apud Sedem eamdem reſultaret, etiam hac prima vice Nobis, & pro tempore exiſtenti Romano Pontifici, itaut eodem jure ad eas, & earum quamlibet præſentare poſſint, quo hactenus ad Monaſteria S. Mariæ de Celſona, & S. Mariæ Villebeltrandi dictus Philippus Rex, & ejus Anteceſſores præſentare potuerunt, de ſimili conſilio, auctoritate, & tenore paribus ſimiliter perpetuo reſervamus, concedimus, & aſſignamus: Decernentes Juſpatronatus hujuſmodi Philippo, & pro tempore exiſtentibus Regibus præfatis intactum, & illæſum remanere, nec ei ullo umquam tempore, quacumque ratione derogari poſſe: irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.9. Non obſtantibus voluntate noſtra præfata, ac Lateranen. Concilii noviſſime celebrati uniones perpetuas, niſi in caſibus a jure permiſſis fieri prohibentis, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis contra præmiſſa quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis; Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua mentio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, eorum omnium, & ſingulorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcomque. Aut ſi aliqui &c. generari, & quibuſvis aliis &c. mentio ſpecialis &c.

Nulli ergo &c.

Dat. die 19. Julii 1593. An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum Anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, quarto decimo Kalendas Auguſti, Pontificatus noſtri Anno II.

LXVII.

Coofirmatio Privilegiorum Collegii Lectorum Univerſitatis Studii generalis Peruſin.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

CONfirmationis noſtræ manum in his, quæ per Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros bonarum Artium profeſſoribus, ut ad munera ſua obeunda promptius excitentur, conceſſa fuerunt, libenter apponimus, ac ea, quæ à Nobis, ex cauſis tunc apparentibus emanarunt, ne aliquod deſuper impedimentum præſtent, ad priſtinum ſtatum reducimus, ac alias diſponimus, prout à Nobis ſubditorum vota expoſcunt, & Nos conſpicimus in Domino ſalubriter expedire.

Nonnulli Pontifices huic Collegio conceſſere Privilegia hic enunciata.

§. 1. Sane dilecti filii Prior, & Doctores Collegii U. I. Doctores, ac Lectores Univerſitatis Studii generalis Civitatis noſtræ Peruſinæ nobis nuper exponi fecerunt, quod, cum alias fel: re: Leo X. Paulus III. Pius IV. & Sixtus V. Romani Pontifices Prædeceſſores noſtri eiſdem Collegio, ac Lectoribus quamplura privilegia, facultates, conceſſiones, gratias, & Indulta, tam ſuper facultate cognoſcendi per ipſius Collegii Præſiden-

Digitized by Google

ſilentes cauſas appellationum à ſententiis Vice-Legatorum, Gubernatorum, & aliorum quorumcumque ejuſdem Civitatis Judicum, ſummam centum Ducatorum non excedentium, ac legitimandi Spurios, & Baſtardos, nec nun creandi Notarios, ſeu Tabelliooes, ac aſſignatione ſtipendii, ſive ſalarii, ac illius aumenti Lectoribus in dicta Univerſitate publice legentibus, illiuſque ſolutione, ac diſtributione inter Lectores portionis, per obitum cujuſque Lectoris vacantis, conceſſerint, ac alias, prout in ſingulis dictorum Prædeceſſorum Literis deſuper confectis, plenius continetur.

Lectores ea ſibi confirmari petunt.

§. 2. Cupiebant Prior, & Doctores, ac Lectores prefati præmiſſa omnia, ac ſingulas Literas præfatas per Nos approbari, & confirmari, ac alias deſuper diſponi. Quare Nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quatenus eorum deſiderio hujuſmodi annuere, ac alias in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Clemens confirmat.

§. 3. Nos negocium hujuſmodi dilectis filiis noſtris Dominico Sancti Griſogoni Pinello, & Benedicto S. Marcelli Juſtiniano, ac Hieronymo S. Pancratii Matthejo nuncupat., Titulorum Presbyteris Cardinalibus, Nobis referendum, demandavimus. Habita igitur ſuper præmiſſis ab eiſdem Cardinalibus informatione ſufficienti, ſingularum Literarum præſatarum tenores etiam veriores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati: In primis omnia, & ſingula ſtatuta, privilegia, Conſtitutiones, & ordinationes Collegii V. I. D. prædicti, quorum omnium tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis, & inſertis haberi volumus, dummodo illa ſint in uſu, & ſacris Canonibus non repugnent, Apoſtolica auctoritate, tenore præſentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingulos, tam juris, quam facti defectus, ac alios quoſcumque, ſi qui intervenerint in iiſdem, ſupplemus, eaque perpetuo obſervari debere decernimus.

Ratamque habet conceſſionem Leonis X. cognoſcendi Cauſas appellationum.

§. 4. Conceſſionem quoque Leonis Prædeceſſoris prædicti ſuper facultate cognoſcendi cauſas appellationum prædictas, ac Literas deſuper expeditas, quatenus ſint in uſu, confirmamus, & approbamus, inhibentes Legatis, Vice Legatis, & Gubernatoribus præſatis io virtute ſanctæ ohedientiæ, ne impoſterum ipſi, vel eorum aliquis cauſas hujuſmodi, poſtquam coram dictis Præſidentibus introductæ fuerint, avocare, & aliis Judicibus committere, aut quoquo modo juriſdictionem ipſam impedire valeant, ſeu præſumant: decernentes omnia, & ſingula contra præmiſſa acta, proceſſus, & ſententias nullius roboris, vel momenti fore, minimeque exequi poſſe, aut debere. Facultatem prӕterea, ſeu privilegium legitimandi ſpurios, & Baſtardos, nec non creandi Notarios, ſeu Tabelliones, ut ſupra per piæ me: Piulum prædeceſſorem prædictum eidem Collegio conceſſum, & Literas deſuper confectas, auctoritate, & tenore præmiſſis, juxta formam literarum ejuſdem Pauli Prædeceſſoris, dummodo ſint in uſu, approbamus, & confirmamus.

Et alia Privilegia.

De Salarii augumento.

§. 5. Et inſuper, cum Nos alias, ſeu noper ad inſtantiam dilectorum filiorum Sapientum dictæ Univerſitatis per alias noſtras Literas voluerimus, quod Salaria illorum, qui exemptionem ab onere legendi habent, obitu ipſorum, ſeu cujuslibet eorum adveniente, in Fabricam per præfatum Dominicum Cardinalem, tunc Sedis Apoſtolicæ in dicta Civitate de Latere Legatum, olim deſignatam, converterentur, ac etiam duo Magiſtri Grammatices, cum ſalario centum ſcutorum cuilibet ipſorum annuatim integre perſolvendo ex augumento per dictum Sixtum Prædeceſſorem eiſdem Lectoribus aſſignato conducerentur, ac alias prout in dictis noſtris Literis plenius continetur. Cumque dictum augumentum, quod erat circiter ſcutorum mille quingentorum, hodie, ut accepimus, magnam patiatur diminutionem, ex eo quod à contributione illius Collegia, & Confraternitates Civitatis prædictæ omnimodam liberationem, Monaſteria vero pro dimidia parte ex quantitate ipſis impoſita per dictum Sixtum Prædeceſſorem, à Nobis gratiam meruerunt, & ex aliis cauſis. Nos indemnitati Univerſitatis Lectorum hujuſmodi conſulere volentes, auctoritate, & tenore prædictis volumus, ac eiſdem Univerſitati, & Lectoribus perpetuo concedimus, quod ſalaria quæcumque Doctorum, ſeu Lectorum exemptionem habentium, vel aliorum quorumcumque pro tempore decedentium, non in dictam Fabricam converti, ſed prout antequam dictæ noſtræ Literæ emanarent, ac juxta formam Literarum Pii Prædeceſſoris hujuſmodi convertebantur, ſeu diſtribuebantur, & uti hactenus fieri conſuevit, erogari omnino debeant. Quodque Magiſtri Grammatices præfati in quantitate prædicta ipſis aſſignata, in eo, quod dictæ quantitatis augumento defuerit, patiantur, & ſentiant proportionabiliter eamdem diminutionem, & eodem modo, & forma, ſicut patiuntur, & ſentiunt, & hactenus quacumque cauſa, & occaſione paſſi fuerunt, & impoſterum patientur alii ejuſdem Univerſitatis Lectores, & quoad hoc inter Lectores Univerſitatis prædictæ intelligantur, & ſint compræhenſi, ſicque, & non aliter intelligantur, & locum habeant dictæ noſtræ Literæ, & diſmembratio, ſeu applicatio per dictum Dominicum Cardinalem, alias dictæ Civitatis Legatum ad favorem ipſorum Magiſtrorum facta. Quodque univerſa portio dimidia, quæ hodie à Monaſteriis, & Regularibus jam dictis remanet ſolvenda, in moneta argentea, nulla quatrenorum parte admixta, omnino perſolvatur, prout etiam in ſimili moneta de Paulis argenteis, & non aliter debitis temporibus perſolvi volumus in manibus Depoſitarii ab eiſdem Lectoribus deputandi, integrum ſalarium iiſdem ſolvi ſolitum per noſtrum, & Sedis Apoſtolicæ in dicta Civitate Theſaurarium, quodque per eumdem Theſaura-

rtum nunc, & pro tempore exiſtentem ex quibuſcumque redditibus, & proventibus Cameræ noſtræ Apoſtolicæ, & non per illius, ſeu ejuſdem Cameræ Debitores, juxta dictas Literas Pii Prædeceſſoris, ſolvatur. Et quia Libra Piſcium minutorum, ſuper quibus certa ejuſdem aumenti rata, juxta ipſius Sixti Prædeceſſoris Literas aſſignata fuit, tunc temporis pro quinque quatrenis vendebatur, licet poſt mutationem valoris monetæ ſex quatrenis vendatur, & Conductores Lacus Peruſini ex eodem quatreno, ut præfertur, aucto tres tantum ex quatuor partibus vere habere debent, ad hoc, ut habeant tres integros quatrenos eis vere, ſecundum antiquam monetam, debitos, Nos reliquam quartam partem quatreni prædicti ad favorem, & commodum Univerſitatis Lectorum prædictorum cedere omnino volumus, prout illam ex nunc eiſdem Univerſitati, & Lectoribus, auctoritate, & tenore prædictis, ſimiliter perpetuo applicamus, & appropriamus, & quacumque exceptione, ſeu excuſatione ceſſantibus, & omnino poſtpoſitis, realiter, & cum effectu perſolvi volumus, & mandamus. Poſtremo, quoniam nobis maxime cordi eſt Gymnaſium Peruſinum, mandamus Legatis, Vice Legatis, & Gubernatoribus Civitatis prædictæ pro tempore exiſtentibus, ut Cauſam Univerſitatis Studii, ac Lectorum præfatorum præcipue habeant commendatam, curentque quam diligentiſſime, ut Lectores prædicti debitis temporibus nullam in exactione ſuorum ſalariorum dilationem patiantur, & contra quoſcumque ſolvere debentes ad effectualem ſolutionem, ac ſatisfactionem ex puro, & mero eorum officio, nullis feriis, aut alia exceptione, & appellatione remota procedant.

Clauſulæ pro perpetua harum literarū firmitate, & obſervantia.

§. 6. Decernentes præſentes Literas nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut alio quocumque defectu, etiam ex eo quod intereſſe habentes, vel prætendentes ad hoc vocati non fuerint, vel præmiſſis non conſenſerint, aut alias notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in jus, vel controverſiam revocari non poſſe: Sicque, & non aliter per ipſius Civitatis Legatum, Vice-Legatum, Gubernatorem, & alios quoſcumque Judices, quavis auctoritate fungentes nunc, & pro tempore exiſtentes, etiam S. R. E. Cardinales, & cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane quidquid ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: diſtrictius inhibentes dictæ Civitatis etiam de Latere Legato, Vice-legato, Gubernatori, & aliis quibuſcumque Judicibus, nunc, & pro tempore exiſtentibus, ne Collegium, & Lectores præfatos ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis, vel eorum aliquo, quovis prætextu, ſeu quæſito colore moleſtare, perturbare, vel inquietare audeant, ſeu præſumant.

Executores deſignati.

§. 7. Et nihilominus Venerabili Fratri noſtro Epiſcopo Peruſin., ac dilectis filiis Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ generali Auditori, ac dictæ Civitatis Gubernatori nunc, & pro tempore exiſten., per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum, per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes Literas, & in eis contenta quæcumque, ſolemniter publicent, ac publicari, & ea omnia, & ſingula perpetuo obſervari faciant, atque procurent, nec non Theſaurarium dictæ Civitatis, & alios obligatos, ſeu quomodolibet ſolvere debentes, ad ſolutiones præfatas faciendas cogant, & compellant, non permittentes Collegium, & Lectores hujuſmodi, ac illorum ſingulares perſonas deſuper a quoquam, quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmiſſis non parentes per ſententias, & cenſuras eccleſiaſticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc auxilio brachii ſecularis.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obſtantibus prædictis noſtris Literis, ac ejuſdem Pii Prædeceſſoris de gratiis intereſſe Cameræ quomodolibet concernentibus, in eadem Camera, infra certum inibi expreſſum tempus, præſentandis, & regiſtrandis, nec non piæ me: Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis auctoritate præſentium ad judicium non trahatur, & quibuſvis aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dictæ Civitatis etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ac omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in ſingulis eorum Literis præfatis voluerunt non obſtare. Quibus omnibus eorum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat, harum ſerie, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede Indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint, per Literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujuſmodi mentionem.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, ſub Annulo Piſcatoris die 20. Julii 1593., Pontificatus noſtri Anno Secundo.

Dat. die 20. Julii 1593. An. II.

LXVIII.

Confirmatio Concordiæ initæ inter Alexandrum Cardinalem Farneſium, & Eccleſiaſticos Avenionenſes, & Comitatus Venayſſini ſuper exemptione Cleri a lege ſpoliorum, & ratificatio Literarum Julii III., & Pii V.

Ex Regeſt. in Secr. Brev.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Regiminis univerſalis Eccleſiæ, meritis licet imparibus, diſponente Domino præ-

præſidentes, inter fideles quoslibet præſertim Eccleſiaſticos Dei miniſtros, aliaſque perſonas Eccleſiaſticas, ad invicem pro tempore diſſidentes pacem conciliare, concordiamque vigere, & augeri, ſinceris deſiderantes affectibus, illa, quæ propterea proceſſiſſe dicuntur, ne in recidivæ contentionis ſcrupulum relabantur, ſed firma perpetuo, & illibata perſiſtant, libenter, cum a Nobis petitur, Apoſtolico munimine roboramus, ipſoſque Dei Miniſtros ab indebitis moleſtiis, dum id æquitas ſuadere videtur, ſublevamus.

Orta Controverſia inter Eccleſiaſticos Avenionen. & Comitatus Veneyſſini, ac Legatos S. A. ſuper ſpoliis.

§.1. Sane Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Cleri, ſingulariumque perſonarum Eccleſiaſticarum in noſtris Civitate Avenionen., & Comitatu Venaiſſino degentium expoſitum fuit, quod alias cum his, & cauſa, ac controverſia primo inter bo: me: Franciſcum de Claramonte S. R. E. Cardinalem, tunc in Civitate, & Comitatu prædictis Apoſtolicæ Sedis Legatum de latere, & deinde, eo vita functo, inter ſimilis me: Alexandrum Cardinalem de Farneſio nuncupatum prædicti Franciſci Cardinalis in eadem legatione Succeſſorem ex una, & prædictos Clerum, & perſonas Eccleſiaſticas partibus ex altera ſuper exactione ſpoliorum, perſonarum Eccleſiaſticarum, Secularium, & Regularium hujuſmodi tempore illorum obitus remanentium, quæ Legati ad ſe ratione legationis ſuæ ſpectare, & pertinere; Clerus vero, & perſonæ Eccleſiaſticæ prædictæ ſe de illis, tam inter vivos, quam in ultima voluntate libere diſponere, neque ipſum pro tempore exiſtentem Legatum in illis ſe quomodolibet intromittere poſſe, vel debere, ſequi in hujuſmodi practica, & longiſſime, continuata poſſeſſione, ſeu quaſi eſſe aſſerebant, rebuſque aliis in actis cauſæ, & cauſarum hujuſmodi latius deductis, & illarum occaſione in Romana Curia coram certo cauſarum Palatii Apoſtolici Auditore, ſeu Locumtenente orta fuiſſet, ac diverſi proceſſus ſuper his pro ipſius negotii, & cauſæ introductione per certos Commiſſarios ad id ſpecialiter per Sedem Apoſtolicam deputatos in eiſdem partibus facti, & ad eamdem curiam tranſmiſſi, & in hujuſmodi cauſa ad nonnullos actus, citra tamen illius conclusionem deventum fuiſſet. Tandem Alexander Cardinalis, & Legatus, ac Clerus prædicti ulteriores litium anfractus, labores, & diſpendia vitare volentes ad certam concordiam, ſeu tranſactionem, ſub tamen ejuſdem Sedis beneplacito, devenerunt, per quam inter alia dictus Alexander Cardinalis liti, & cauſæ prædictis, tam in dicta Curia, quam forſan extra eam, & alias quomodolibet pendentibus in quocumque ſtatu, & inſtantia reperirentur, nec non Juri, & facultati exigendi dicta ſpolia, tam vigore privilegiorum ſibi in vim ſuæ legationis conceſſorum, quam aſſertæ diuturnæ poſſeſſionis, ſeu quaſi, nec non quarumcumque Literarum Apoſtolicarum a quibuſcumque Romanis Pontificibus etiam a fe. re. Paulo Papa III., & Julio etiam III. Prædeceſſoribus noſtris in ejuſdem Alexandri Cardinalis, & Legati favorem, & adverſus ipſos Clerum, & perſonas Eccleſiaſticas ſpolia prædicta non ſolventes, ſeu occultantes emanatarum, & alias quomodocumque competen., & in futurum competituris: Ita quod nullo umquam tempore ſibi, aut ſuis in eadem legatione Succeſſoribus Jus in hujuſmodi ſpoliis, ac eorum collectione, & recuperatione competeret, nec Clerus, & perſonæ prædictæ, ſeu eorum hæredes, & Succeſſores, ulla ratione, ad illorum exhibitionem, & præſtationem cogi, & compelli poſſent, in favorem eorumdem Cleri, & perſonarum Eccleſiaſticarum ceſſit; Clerus vero, & aliæ perſonæ prædictæ ſummam mille ſcutorum eidem Alexandro Cardinali ſolvere, & dare promiſerunt, & alias, prout in præmiſſis, tranſegerunt, convenerunt, & concordarunt. Ac demum dictos Julius Prædeceſſor ad ipſorum Alexandri Cardinalis, & Cleri preces concordiam, tranſactionem, ſeu conventionem prædictas, nec non, prout illas concernebant, omnia, & ſingula alia in Inſtrumentis, ſeu aliis ſcripturis deſuper confectis contenta, & alia inde ſequuta quæcumque licita, & honeſta, ac Sacris Canonibus minime contraria, auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia ſua confirmavit, & approbavit, ac illis perpetuæ firmitatis robur adjecit, omneſque, & ſingulos Juris, & facti defectus, ſi qui forſan interveniſſent in eiſdem, ſupplevit, nec non partes prædictas ab eis quovis prætextu, ſeu quacumque occaſione, vel cauſa reſilire non poſſe, ſed ad illorum totalem obſervationem teneri, & ad id ſententiis, cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, ac aliis pecuniariis, invocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, cogi, & compelli, nec de cetero Clerum, & perſonas hujuſmodi ullatenus per ipſum Alexandrum Cardinalem, & Legatum, ſuoſve in dicta legatione Succeſſores, aut eumdem Julium Prædeceſſorem, vel quoſcumque alios Romanos Pontifices Succeſſores ſuos pro tempore exiſtentes, vel ad dictam Sedem ullo umquam tempore ſuper exactione dictorum ſpoliorum quovis quæſito colore moleſtari, aut perturbari poſſe, ſicque per quoſcumque Judices Commiſſarios, etiam S. R. E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac quidquid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inane decrevit, prout in Inſtrumento, ſeu inſtrumentis, & quibuſdam Literis ipſius Julii Prædeceſſoris.

Cardinalis Farneſius Cauſæ renuncians totale jus Clero ceſſit.

Clerus autem promiſit ei ſolvere mille ſcuta.

Quam Concordiam Julius Papa III. ratam habuit.

Pius V. denuo confirmavit, prohibens quominus Clerus a Legatis pro ſpoliis moleſtaretur.

§.2. Poſtmodum vero re. me. Pius Papa V. pariter Prædeceſſor noſter ſibi accepto, quod bo. etiam me. Carolo tit. S. Griſogoni Presbytero Cardinali a Borbonio nuncupato in locum Alexandri Cardinalis, quoad legationem hujuſmodi ſuffecto, illius Procurator Fiſcalis, ſimul atque quiſpiam ex d. Clero ab humanis deceſſerat, defuncti ſpo-

ſpolia ſtatim apprehendere, Fiſcoque Legati vindicare, & appropriare, ac alias Clerum ſuper libera facultate de bonis ſuis io ultima voluntate diſponendi perturbare conabatur, in maguum Cleri præjudicium, & Populi Avenionen. ſcandaluin, eidemque Pio Prædeceſſori pro parte Cleri, & perſonarum prædictarum ſupplicato, ot in præmiſſis providere dignaretur, dictos Pius Prædeceſſor Concordiam, Inſtrumentum, ac decretum dicti Iulii III., quo ad ſpolia Cleri non exigenda, literaſque, & inde ſequuta hujuſmodi quæcumque Apoſtolica auctoritate confirmavit, & approbavit, ac ipſos Clerum, & perſonas eccleſiaſticas per Carolum Cardinalem, & pro tempore exiſteotes Legatos ſuper ſpoliis hujuſmodi de cetero moleſtari noo debere, decrevit, aliaque in his neceſſaria ſecit, & ordioavit, prout in ſuis deſuper cooſectis literis reſpective plenius continetor.

Clerus ea omnia rata haberi petit a Clemente.

§.3. Cum autem, ſicut exhibita Nobis nuper pro parte eorumdem Cleri, & perſonarum Eccleſiaſticarum petitio continebat, ipſi cupiant concordiam, literas, & alia præmiſſa per Sedem Apoſtolicam confirmari, & approbari, Nobiſque humiliter ſupplicari feeerint, quatenus pro firmiori illorum ſubſiſtentia robur noſtræ confirmationis ſimiliter adjicere, aliaſque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Clemens quoque confirmat.

§.4. Nos igitur Clerum, & ſingulares ejus, aliaſque perſonas prædictas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpeoſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a Iure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ac inſtrumentorum, literarum, & aliorum prædictorum, ac inde ſequutorum quorumcumque tenores, nec non litis, ſeu litium, & cauſarum quarumcumque ſuper præmiſſis, aut eorum occaſione ubilibet pendentium ſtatus, & merita aliorumque hic etc., forſan de neceſſitate exprimendorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis babentes, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, Concordiam, Inſtrumentum, Decretumque Julii Prædeceſſoris quoad ſpolia Cleri non exigenda in Civitate Avenionen., & Comitatu Venaiſſino noſtris dumtaxat conſiſtentia, ac in aliis locis Legationi prædictæ ſubjectis, ac ſingulas literas prædictas, nec non omnia, & ſingula in illis contenta, & inde ſequuta quæcumque Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, omneſque, & ſingolos Juris, & facti, ac ſolemnitatum etiam ſubſtantialium defectus, ſi qui forſan intervenerint in eiſdem, ſupplemus.

Sicuti in perpetuum jubet obſervari.

§.5. Ac confirmationem, approbationem, adjectionem, ſuppletionem, aliaque præmiſſa, ac præſentes literas oullo umquam tempore etiam ad cujuſcomque Legati inſtantiam ex quacumque cauſa revocari, alterari, limitari, aut derogari, ſeu de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu ioteotionis noſtræ, aut alio quopiam defectu notari poſſe, ſed illa valida, & efficacia fore, ſuoſque plenarios effectus ſortiri, & inviolabiliter obſervari: ſicque per qnoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac quid quid ſecus ſuper his a qooquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum, & inaue deeernimus.

Exequutores deputat.

§.6. Quocirca dilectis filiis Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolieæ generali Auditori Abbati S. Andreæ ſtatus Avenionen., & Officiali Auraicen. per præſentes committimus, & mandamos, quatenus ipſi, vel duo, aot onus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Cleri, & perſonarum, ſuorumve hæredom, ſocceſſorum, aut ab eis habentiom prædictorum eauſam, vel alicujus eorum fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficaeis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciaot auctoritate noſtra illos, eorumque ſingulos confirmatione, approbatione, adjectione, ſuppletione, inhibitione, Decreto, aliiſque præmiſſis juxta præſentium tenorem pacifice frui, & gaudere: non permittentes eos, vel eorum aliquem deſuper per ipſos Legatum, Vice-Legatum, Procuratorem Fiſcalem, ſeu alios qooſcumqoe quomodolibet indebite moleſtari, perturbari, aut inquietari, contradictores quoſlibet, & rebelles eenſuris, & pœnis, aliiſque opportunis juris remediis eadem auctoritate noſtra appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis, ſervatis proceſſibus illas cenſuras, & pœnas hujuſmodi incurriſſe declarando, ipſaſque eenſuras, & pœoas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantia tollit.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædeceſſoris noſtri de ona, vel Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis auctoritate præſentium ultra tres Dietas ad Judicium non trahatur, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis pro tempore exiſten. Legato, Vice-Legato, & quibuſvis aliis ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis Decretis, etiam iteratis vicibus io genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet

bet conceſſis, approbatis, vel innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, inſerti forent, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expreſſe derogamus, contrariis quibuſcumque. Aut ſi Legato, & Vice-Legato præſentis, vel quibuſvis aliis communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem.

Dat. die 24. Julii 1593. An.II.

Datum Romæ apud S.Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 24. Julii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXIX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Regularibus totius Ducatus Ferrariæ prohibetur acceſſus ad Monaſteria Monialium etiamſi ipſis ſubjecta ſint, exceptis tantum Confeſſario, & Viſitatore, quibus accedere permittitur in caſibus ad eorum munus ſpectantibus.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a Clauſura per Moniales ſervanda petitū.

SAnctimoniales, quæ Mundi abjectis illecebris, Chriſto Jeſu Animarum earumdem Sponſo, perpetuo voto, ſe dicarunt, quo ſanctiorem Altiſſimo valeant famulatum exhibere, debitum, inviolatumque clauſuræ modum ſervare decet: Noſque id ipſum, pro noſtri muneris debito, ſedulo curare tenemur.

Prohibitio, de qua in rubr.

§.1. Motu igitur proprio, & ex certa noſtra ſcientia fel. rec. Sixti Papæ V. Prædeceſſoris noſtri veſtigiis inhærentes, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ut poſthac quicumque Regulares, quorumvis etiam Mendicantium Ordinum ad Monaſteria Monialium cujuslibet Ordinis, Civitatum, Terrarum, & Locorum quorumcumque ditionis dilecti filii nobilis viri Alphonſi Ferrariæ Ducis, etiamſi illarum curam gerant, & eorum juriſdictioni ſint ſubjectæ, accedere minime poſſint, niſi tantummodo illarum Confeſſarius, & Superior, ſeu Viſitator Ordinis cum uno ſocio provectæ ætatis, hique clauſuram Monaſteriorum, niſi, quando ſit eorumdem Monaſteriorum intra clauſuram viſitatio, ingredi pariter non valeant, ac prædicti Confeſſarius, Superior, & Viſitator teneantur pro omni, & quocumque exceſſu, ſeu delicto, ſi quem, vel quod dictus ſocius perpetraverit: quodque Confeſſarii deputentur ii, qui ætate, ac moribus ſint probati, ac ordinariorum ab eorum Superioribus, extraordinariorum vero Confeſſariorum hujuſmodi, à pro tempore exiſtentibus Epiſcopis Civitatum temporalis ditionis hujuſmodi, ſeu eorum in ſpiritualibus Vicariis generalibus approbatio fieri debeat, ac Superior, & Confeſſarius prædicti non poſſint accedere ad aliud Monaſterium, præterquam ad illud, cujus curam habent, & ad ipſum etiam non accedant, niſi pro ſui officii munere, & ejus exequutione, & occurrentibus caſibus, & neceſſitatibus Monialium, & Monaſteriorum eorumdem; Confeſſarius vero quotidie pro celebratione Miſſarum, & adminiſtratione eccleſiaſticorum Sacramentorum, nec ſecum adducat niſi unum ſocium. Moniales autem Regularibus prædictis munera aliqua dare, nec ipſi Regulares illa recipere nequeant. Liceat tamen ipſis Monialibus coram Epiſcopis, ſeu Vicariis prædictis querelas, ſi quas habent, contra dictos earum Viſitatorem, & Superiorem ſuper concernentibus clauſuram interiorem, & exteriorem, ſine aliquo cenſurarum incurſu proponere. Quocirca omnibus, & ſingulis Regularibus, & Monialibus prædictis ſub pœnis arbitrio prædictorum Epiſcoporum pro modo culpæ imponendis diſtrictius inhibemus, ne præmiſſis aliquo modo contravenire audeant, vel præſumant.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Monaſteriorum, & Ordinum eorumdem juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apoſtolicis Monaſteriis, & Ordinibus prædictis, illorumque Superioribus, & perſonis per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros, ac Nos, & Sedem Apoſtolicam, etiam motu, & ſcientia ſimilibus, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, & cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis in genere, vel in ſpecie, ac alias quomodolibet etiam pluries approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi in eis caveatur expreſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in illis expreſſis, derogari poſſit, ac pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda, ſeu aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, ac ſi ad verbum, nihil penitus omiſſo, ac ſervata illorum forma, insererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Præſentat Superioribus Re.

§.3. Volumus autem, quod præmiſſa om-

gularium ſignificanda.

omnia, & ſingula dilectis filiis modernis, & pro tempore exiſtentibus Generalibus Ordinum, vel aliis Superioribus Regularibus notificentur, a quibus etiam Moniales hujuſmodi de eiſdem præmiſſis admoneantur.

Fides danda transumptis.

§.4. Quodque earumdem præſentium tranſumptis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ monitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. die 26. Julii 1593. An.II.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 26. Julii 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXX.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declaratur, Confraternitatem S. Joannis Decollati Florentin. non eſſe exemptam a juriſdictione Ordinarii,

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Epiſcoporum jura per Romanum Pontificem tuenda.

DEcet Romanum Pontificem Ordinariam Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum, qui in ejus ſolicitudinis partes ſunt vocati, auctoritatem protegere, & ne a quoquam lædatur, opportune providere, prout in Domino conſpicit, expedire.

Confratres hujus Confraternit. ſe exemptos eſſe ab Archiepiſcopi juriſdictione aſſerebant.

§. 1. Proinde, cum ſicut accepimus, dilecti filii Confratres Confraternitatis Sancti Joannis Decollati Florentin. quæ de Templo etiam dicitur, vigore Indultorum, ac privilegiorum Apoſtolicorum ſibi ab Archiconfraternitate Miſericordiæ, alias Sancti Joannis Decollati de Urbe, cui aggregata eſſe dicitur, communicatorum, ſeſe ipſos ac eorum Confraternitatem a Venerabilis Fratris Archiepiſcopi Florentin. ordinaria juriſdictione exemptos eſſe, ac præſertim Capitula, ſeu ſtatuta, & ordinationes quæcumque, abſque ipſius Archiepiſcopi conſenſu, & approbatione condere poſſe, prætendant.

Eos Clemens eidem Archiepiſcopo ſubjectos declarat.

§.2. Nos ad omnem controverſiæ occaſionem ſubmovendam, opportunæ declarationis noſtræ remedium adhibere volentes, Motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, vigore præſentium decernimus, & declaramus, prædictæ Confraternitati communicata hujuſmodi privilegia, quibuſvis ſint concepta verborum formis, & tenoribus, quos præſentibus pro expreſſis haberi volumus, nullam ab ordinaria moderni, ac pro tempore exiſtentis Archiepiſcopi Florentin. juriſdictione exemptionem, vel immunitatem contribuere, neque illorum vigore ipſis Capitula, ſive Statuta, vel ordinationes aliquas ſine ipſius Archiepiſcopi conſenſu, & approbatione condere licitum eſſe, & nihilominus exemptionem, & immunitatem omnem, ſi quæ ex privilegiis, & indultis hujuſmodi communicatis per dictam Confraternitatem prætendi poteſt, prorſus abrogamus, annullamus, & irritamus, viribuſque, & effectu vacuamus.

Clauſulæ pro hujus Conſtitutionis perpetua firmitate.

§.3. Decernentes præſentes literas perpetuo validas, & efficaces exiſtere, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, inviolabiliter obſervari. Sicque per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid ſecus ſuper his a quoquam, quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Mandantes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœnis omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore exiſtentibus dictæ Confraternitatis Confratribus, ut juxta præſentium noſtrarum tenorem, ejuſdem Archiepiſcopi juriſdictioni reverenter ſubſint.

Obſtantium derogatio.

§.4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutis quoque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis; Quibus omnibus, illorum tenores, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 27. Julii 1593. An.II.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 27. Julii 1593., Pontificatus noſtri Anno II.

LXXI.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Suppreſſis nonnullis Officiis in Bibliotheca, & Typographia Vaticana quinque Officia Correctorum Librorum, tum Græcorum, tum Latinorum eriguntur in eadem Bibliotheca,

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

INter graviſſimas, quas pro injuncti nobis Apoſtolici muneris debito ſuſtinere Nos oportet curas, domeſticarum, ac peculiarium Palatii, & Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ rerum rationem habere tenemur, & circa illarum ſtatus ea, quæ alii Romani Pontifices Noſtri Prædeceſſores ordinarunt, interdum mutare, ac alias diſponere nos decet, prout in Domino conſpicimus expedire.

Sixtus V. Correctoribus Typographiæ Vaticanæ nonnulla Eccleſiæ Beneficia addixerat.

§. 1. Alias ſiquidem fe. re. Sixtus Papa Quintus Prædeceſſor Noſter, poſtquam in Palatio Apoſtolico apud Vaticanum Typographiam Vaticanam nuncupatam ſummo ſumptu erexerat, & inſtituerat, in eaque Miniſtros neceſſarios, & inter alios nonnullos Correctores, qui circa librorum eccleſiaſticorum Græcæ, latinæque linguæ in dicta Typographia pro tempore imprimendorum editionem, ut quam emendatiſſime prodirent, diligenter aſſiſterent, conſtituerat, & deputaverat, ne pro eorum ſuſtentatione

Digitized by Google

tione Camera Apoſtolica maximis adhuc tunc ſumptibus onuſta, admodum gravaretur, ipſi vero Correctores commodius ſe ſuſtentare, & muneri illis incumbenti alacrius vacare poſſent, quemdam Prioratum, & ſeu alia Eccleſiaſtica Beneficia tunc certo expreſſo modo vacantia, quorum fructus in eorumdem Miniſtrorum, & ſeu Correctorum manutentionem converti, & erogari deberent, Thypographiæ prædictæ univit, & incorporavit. Sed eodem Sixto Prædeceſſore forſan antequam unio prædicta ſuum ſortiretur effectum, aut alias, ſicut Domino placuit, rebus humanis erepto, piæ me. Gregorius XIV. prædicti Sixti V. Succeſſor, & Prædeceſſor quoque noſter, ex certis cauſis animum ſuum moventibus, de dicto Prioratu, prout dicitur, unito, & incorporato aliter diſpoſuit, & ex tunc, cum Camera noſtra Apoſtolica graves impenſas prodictorum Miniſtrorum, & ſeu Correctorum ſuſtentatione ſufferre non poſſet, Typographia prædicta aliquibus ex dictis Miniſtris, & ſeu Correctoribus propterea deſtituta, maxima detrimenta, & incommoda pati cæperat,

Gregor. XIV. de dd. Beneficiis aliter diſpoſuit, quod magno damno fuit Typographiæ.

§. 2. Nos autem pro noſtri muneris debito præmiſſis incommodis, quantum cum Domino poſſumus occurrere ſatagentes, optimum fore, rati ſumus, ut viri aliqui Græcarum Literarum eruditione maxime præſtantes, tam in eadem Typographia, quam etiam in Bibliotheca Vaticana, quæ non longe ab eadem Typographia diſtat, Correctores, aſſignatis eiſdem certis aliquibus emolumentis, quibus ſe congrue ſubſtentare poſſint, deputarentur. Cum itaque in ipſa Bibliotheca Vaticana præter illius Cuſtodes, quidam Scriptores, & ſeu Reſtauratores, tam Græcorum, quam Latinorum Librorum, jam ab antiquo tempore adeſſe conſueverint, horumque nunc duo officia, unum videlicet Scriptores librorum Græcorum, per quon. Petri de Varis, aliudque Reſtauratoris librorum latinorum per quon. Joſephi Capobianchi obitum vacare dignoſcantur, & nihilominus in ipſa Bibliotheca Vaticana alii tres Scriptores ſuperſint, qui ſufficere videntur, in eademque duo correctorum, alterum Græcorum, alterum latinorum librorum officia, quorum unum Lucas Valerius, alterum Hieronymus Molcus nunc exercent, reperiantur, officia iſta quatuor perpetuo ſupprimenda, & eorum loco, quinque correctorum Bibliothecæ, & Typographiæ hujuſmodi officia erigenda duximus, ad quæ viri eruditione, diligentia, & experientia præſtantes, quibus haud difficile ſit, in utraque Bibliotheca nimirum, & Typographia hujuſmodi verſari, pro tempore deligerentur,

Clemens vero Correctores, & Typographiæ reſtituere, & alios Vaticanæ Bibliothecæ dare voluit.

§. 3. Motu itaque proprio, & ex certa ſcientia, maturaque deliberatione noſtris, duo illa Scriptoris librorum Græcorum, & Reſtauratoris librorum latinorum in Bibliotheca, ut præſertor vacantia; & duo hæc Correctorum librorum Græcorum, & latinorum in Typographia Vaticana exiſtentia officia auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo ſupprimimus, & extinguimus, ac eorum loco, quinque correctorum, tum Græcorum, tum latinorum librorum officia in prædictis utriſque Bibliotheca, & Typographia perpetuo erigimus, & inſtituimus,

Suppreſſis itaque nonnullis officiis quinque Correctores pro utraque creat.

§. 4. Ipſiſque officiis omnia, & ſingula emolumenta, ſeu proviſiones prædictis olim ſcriptori, reſtauratori, & correctoribus à Nobis ſuppreſſis, per Cameram Noſtram Apoſtolicam dari ſolita, quæ ad ſummam quadraginta ſcutorum monetæ ſingulis menſibus aſcendere accepimus, & quatenus non aſcendant ad eam ſummam, vigore præſentium augemus, perpetuo ſimiliter unimus, annectimus, & incorporamus, ita ut iis ſingolis, qui pro tempore ad eadem officia deputati fuerint, menſtrua proviſio octo ſcutorum monetæ perſolvatur. Præterea eiſdem ſingulis Correctoribus portionem congruam pro ipſis, & duobus famulis pro onoquoque ipſorum ex Palatio Apoſtolico conſtituimus, & aſſignamus.

Stipendium unicuique aſſignat.

§. 5. Ad ipſa vero Correctorum officia hac prima vice dilectos filios Adrianum Cyprarium Abbatem S. Michaelis de Salvenerio Plovacen. Diœceſis Ordinis S. Benedicti Religionis Vallis Umbroſæ, ac Gerardum Voſſium Germanum Presbyterum, & Doctorem Theologum, Franciſcum Lamata Hiſpanum Presbyterum, & Docturem Theologum, Joannem Baptiſtam Bandinum a Caſtello Florentinum Presbyterum, ac Fridericum Metzium Palatinum pro lingua Latina, & Græca reſpective nominamus, & deputamus, eiſque ſingulis unum ex dictis officiis cum dicta proviſione menſtrua octo ſcutorum, ac portionibus, & habitationibus ſupradictis ad cujuslibet eorum vitam concedimus, & aſſignamus; Præter hos etiam quinque Correctores Fratrem Magiſtrum Angelum Roccham Camertem Auguſtinianum ſine aſſignatione proviſionis prædictæ, quia ei alias propediem providere intendimus in officium Correctoris hujuſmodi itidem nominamus, & deputamus, prout antea nominatus, & deputatus jamdiu eidem Typographiæ operam dedit.

Nomina hujuſmodi Correctorum.

His additur Angelus Roccha.

§. 6. Volumus etiam, ut prædicti Deputati, & pro tempore exiſtentes correctores tam in Bibliotheca, quam Typographia Vaticana fidelem, ac diligentem operam in iis, quæ ad eos pertinebunt, præſtare, ac rationem Bibliothecæ Ven. Fratri noſtro Marco Antonio Epiſcopo Præneſtino Cardinali Columnæ S. R. E. Bibliothecario, rationem vero Typographiæ prædictarum Venerabilibus item Fratribus noſtris Cardinalibus Congregationis Typographiæ reddere teneantur.

Præfectis Bibliothecæ, & Typographiæ ſubjiciuntur.

§. 7. Quocirca dilectis filiis noſtro, & S. R. E. Camerario, ac Theſaurario Generali, necnon Palatii, Domuſque noſtræ Præfecto præſentibus, & futuris, ut prædictis Deputatis, & aliis pro tempore Correctoribus dictarum Bibliothecæ, & Typographiæ Domicilia in eodem Palatio Apoſtolico eiſdem Bibliothecæ, & Typographiæ proxima, ac portionem congruam aſſignari, ac de dicta proviſione menſtrua

Exequutores præſentis Conſtitutionis deputati.

ſuis

Digitized by Google

ſuis temporibus reſponderi curent, & faciant, ipſique Camerarius, & Theſaurarius mandata Camerslia ſingulis menſibus juxta ſolitum expediant: Cardinalibos vero Bibliothecario, ac Congregationis dictæ Typographiæ Præfectis, ut per ipſos Correct o es eorum munus fideliter adimpleri curent, illiſque in omnibus, in quibus opus fuerit, faveant, & aſſiſtant.

Derogatio contrariorum

§.8. Non obſtantibus dicti Sixti V. ordinatione, aliiſque præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ſtatutiſque, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 20. Auguſti 1593 An. II.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 20. Auguſti 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXXII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Revocatio facultatum Patribus Societatis Jeſu conceſſarum abſolvendi ab hæreſi in Regnis Hiſpaniarum, in quibus Officium S. Inquiſitionis exiſtit.

Dilecto filio Claudio Aquavivæ Societatis Jeſu Præpoſito Generali.

CLEMENS PAPA VIII.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Nonnulli Pontifices Soc. Jeſu facultatem abſolvendi ab Hæreſi, & legendi Libros prohibitos cōceſſere.

EXponi Nobis nuper feciſti, quod quamvis fe. re. Julius Papa III. Prædeceſſor noſter, ut animarum ſaluti, quibus juvandis Societatis Jeſu, cujus Præpoſitus Generalis exiſtis, operarii vacant, amplius conſuleretur, inter alia facultatem abſolvendi quoſcumque ab hæreſi, & aliis contra fidem, nec non a conſequentibus cenſuris quibuſcumque in foro conſcientiæ per pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem Societatis Jeſu, & alios Profeſſos ejuſdem Societatis idoneos ab ipſo Præpoſito Generali deputandos, per quaſdam ejus in forma Brevis literas die 22. Octobris anno Domini 1552., Pontificatus ejus tertio datas, nec non & Paulus III., ac nonnulli alii Romani Pontifices etiam Prædeceſſores noſtri facultatem eamdem ſub nonnullis tamen limitationibus vivæ vocis oraculo iis de Societate Confeſſariis, quibus idem Præpoſitus facultatem hujuſmodi communicaret, cui ſimiliter Gregorius XIII., ut libros hæreticos, & alios prohibitos legendi poteſtatem dictæ Societatis Religioſis impartiri poſſet ad errores impugnandos, dum tamen id conſiderate, & cum delectu, ac re cum ſuis Aſſiſtentibus conſultata faceret, ac quædam alia circa librorum prohibitorum uſum per ſuas item in forma Brevis literas ſub die 8. Januarii 1575. Pontificatus ejus anno tertio conceſſerint, prout in ſingulis literis, & conceſſionibus hujuſmodi plenius continetur.

Præpoſitus eam quoad Hiſpaniam indicatis hic de rationibus revocari petit.

§.2. Nihilominus tamen, ſicut Tu ſimiliter exponi Nobis feciſti, tempus, & experientia docuit, in Regnis, & Dominiis Tribunali S. Inquiſitionis contra hæreticam pravitatem Regnorum Hiſpaniarum ſubjectis, non modo iis facultatibus ſine ullo divinæ gloriæ, & proximorum utilitatis detrimento, Societatem ipſam carere poſſe, ſed potius contra ex iis privilegiis, ſi retineantur, offenſionem Inquiſitorum ejuſdem Tribnnalis facile incurri, & alia incommoda exoriri poſſe. Societas autem ipſa ſolum Dei honorem, atque animarum ſalutem ex facultatum ab hac Sancta Sede conceſſarum uſu conſequi intendit, unde tu patentibus literis tuis illarum facultatum uſum in illis Provinciis ante annos aliquot omnino interdixiſti. Verum ad majorem rei firmitatem, atque ad omnes ſcrupulos, offenſionumque occaſiones, ceteraque hujuſmodi incommoda removenda, humiliter Nobis ſupplicari feciſti, quatenus facultates prædictas in Regnis, & Dominiis ſupradictis, auctoritate Apoſtolica revocare, aliaſque in præmiſſis providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Revocat Clemens.

§.3. Nos literarum, & conceſſionum prædictarum tenores, perinde ac ſi de verbo ad verbum inſererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, facultates, & conceſſiones prædictas, quoad Regna, & Dominia ſupradicta Apoſtolica auctoritate tenore præſentium, revocamus, caſſamus, & annullamus, earumque uſum in Regnis, & Dominiis eiſdem omnino interdicimus.

Non obſtantibus præmiſſis, ac omnibus in contrarium facientibus.

Dat. die 25. Septem. 1593. An. II.

Datum Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 25. Septembris 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXXIII.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Mandatur Epiſcopo Pacen. nt exequatur Decretum Sacræ Congregationis Concilii circa Ordinationes Novorum Chriſtianorum.

Venerabili fratri Epiſcopo Pacen.

CLEMENS PAPA VIII.

Venerab. frater Salutem, & Apoſtolicam Benedictionem.

Exordium.

CUM ex injuncto Nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio Chriſtifidelibus omnibus æque debitores ſimus, nullamque apud Deum adeſſe perſonarum acceptionem plane ſentiamus, id circumſpecta ratione providere tenemur, ut jus ſuum unicuique tribuatur:

A Congregatione Concilii Decretum latum fuerat ſuper ordinatione eorum, qui vel a judæis, vel ab hæreticis originem ducunt.

§.1. Nuper ſiquidem ad Nos perlatum eſt, quod licet ſemel, atque iterum fraternitati tuæ Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium Sacri Coocilii Tridentini Interpretum nomine per dilectum filium noſtrum Hieronymum

Digitized by Google

nymum Presbyterum Cardinalem Matthæſum ſignificatum fuiſſet, in ea Congregatione poſt maturam præhabitam diſputationem reſolutum fuiſſe, quod licet ex Sacri Tridentini Concilii præcepto cap.7. ſeſs.23. teneatur Epiſcopus Ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem inveſtigare, & examinare diligenter, eos tamen, qui originem a Judæis ducunt, quique ab Hæreticis deſcendunt per paternam lineam nimirum ultra ſecundum, & per maternam ultra primum gradum, ab Ordinatione excludere minime deberet: quin neque etiam eos, qui filii, vel Nepotes eorum eſſent, quos, licet hæretici fuerint, conſtat tamen emendatos eſſe, & unitati, corporique Eccleſiæ reſtitutos, quod nimirum ſuſceperint pro admiſſa culpa ad mandatum Eccleſiæ pœnitentiam, quam aut perfecerunt, aut ei perficiendæ inſiſtunt, vel certe, quod eam perficere ſunt parati iuxta Conſtitutionem fe. re. Bonifacii PP.VIII. Prædeceſſoris noſtri, quæ incipit: *Statutum*. Id tamen intelligendum eſſet, ubi Apoſtolico aliquo privilegio, aut confirmatione contrarium cautum non ſit, & niſi aliud canonicum obſiſtat impedimentum; & in hanc ſententiam eidem Fraternitati tuæ injunctum extitiſſet, ut ſecundum illam cum hujuſmodi generis perſonis ageres, nec permitteres, ut qui hæreticæ pravitatis Inquiſitoris Officium exercueras, infenſiore adverſus illos animo, quam jus, & æquitas poſtulat, eſſe videreris.

Huic Decreto Pacen. Epiſcopus non parebat.

§.2. Tu nihilominus literis, & ordinationi Congregationis hujuſmodi, quod quidem moleſte tulimus, adhuc minime paruiſti.

Clemens eū admonet, ut pareat.

§.3. Proinde Nos, qui ea, quæ per Apoſtolicas ſanctiones provide cauta ſunt, ſarta tecta conſervare tenemur, ſcandalis, quæ inde provenire poſſent, obviam ire ſatagentes, Fraternitati tuæ per præſentes in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ, aliiſque arbitrii noſtri pœnis diſtricte præcipimus, & mandamus, ut juxta dictæ Congregationis ſententiam, ac dicti Bonifacii Prædeceſſoris Conſtitutionem, ſupradictas perſonas quaſcumque ab hæreticis per paternam lineam ultra ſecundum, & per maternam ultra primum gradum, vel a Judæis originem trahentes, ac etiam Filios, & Nepotes Hæreticorum, quos emendatos, & unitati Eccleſiæ reſtitutos eſſe conſtat, aliuquin tamen idoneas, nec ubi aliud Canonicum obſiſtat impedimentum, a Sacris Ordinibus impoſterum minime excludas, ſed illos ſine aliqua perſonarum acceptione, libenter ad hujuſmodi Ordines promoveas, & promoveri cures

Derogatio contrariorum

§.4. Non obſtantibus Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac quibuſvis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, confirmatis, approbatis, & innovatis, ac ceteris in contrarium facientibus quibuſcumque.

Dat. die 6. Octob. 1593. An.II.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum ſub Annulo Piſcatoris die 6. Octobris 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

LXXIV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Extinctio litium ſuper exemptionibus Monaſterii Sancti Laurentii el Real Ordinis S. Hieronymi.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Gregor. XIV. hoc Monaſterium ab omni Decimarum, aliorumque onerum ſolutione exemptum declaravit.

CUM nuper fe. re. Gregorius Papa XIV. Prædeceſſor noſter, chariſſimi in Chriſto filii noſtri, tunc ſui Philippi Hiſpaniarum Regis Catholici ſupplicationibus inclinatus, omnia, & ſingula poſſeſſiones, prædia, animalia, res, & bona mobilia, & immobilia, ac ſemoventia, nec non annuos redditus Monaſterii S. Laurentii el Real nuncupati prope Oppidum del Eſcurial Ordinis S. Hieronymi ſub Regula S. Auguſtini nullius Diœceſis Regni Toletan. ab ipſo Philippo Rege fundati, & dotati tunc præſentia, & futura, ſive illa propriis manibus, aut ſumptibus, ſive per alios quomodolibet excolerentur, ſive ab ipſius Monaſterii Priore, & Conventu pro eorum uſu ab aliis arrendarentur, nec non ſilvas, arbores, ſaltus, prædia etiam ab aliis conducta, eorumque Colonos, Paſtores, ſingulareſque illius perſonas a ſolutione quarumcumque decimarum tam realium, quam perſonalium, quartæ dimidiæ, & cujuſvis alterius fructus partis perpetuo exemerit, & liberaverit, ac libera, immunia, & exempta fore, & eſſe, nec a quoquam quovis prætextu, ſeu cauſa deſuper moleſtari, perturbari, ſeu inquietari, aut ad decimarum, & onerum hujuſmodi tam realium, quam perſonalium ſolutionem, cogi, ſeu compelli, aut aliquibus cenſuris eccleſiaſticis propterea innodari, nullo unquam tempore poſſe voluerit.

Innocentius Nonus hujuſmodi exemptionem confirmavit etiam comprehenſis litibus, ſuper quibus lis aliqua penderet.

§.2. Ac deinde piæ me. Innocentio IX. pro ejuſdem Regis parte expoſito, ab aliquibus de validitate exemptionis hujuſmodi dubitari poſſe, eo quod in eiſdem literis nulla de litibus inter ipſos Priorem, Monaſterium, & Conventum ex una, & quoſcumque alios ſuper diverſis aliis eorum exemptionibus pendentibus mentio facta fuiſſet. Quare idem Innocentius ejuſdem Regis ſupplicationibus inclinatus, ac literarum prædictarum tenorem pro expreſſo habens, literas prædictas cum omnibus, & ſingulis in eis contentis clauſulis, & decretis perinde valere voluit, firmamque roboris firmitatem obtinere in omnibus, & per omnia acſi de omnibus, & quibuſcumque litibus coram quibuſcumque Judicibus tam in Romana Curia, & Sacro Rotæ noſtræ Auditorio, quam extra eam pendentibus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, ac individua mentio fa-

Opportunis [illegible] clauſulis.

cta fuiſſet, quarum litium ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum, & collitigantium, eorumque Jura, & titulos pro expreſſis haberi voluit, omniaque, & ſingula in eiſdem literis contenta eiſdem Priori, & Conventui de novo conceſſit, & indulſit, eoſdemque, ac eorum res, & bona, nec non perſonas in eiſdem literis contentas, & comprehenſas ab omnibus, & ſingulis decimis, aliiſque oneribus in eiſdem literis eapreſſis, Apoſtolica auctoritate, perpetuo liberavit, ac liberos, & libera, ac penitus exemptos fore, & eſſe pronunciavit, nec non tunc, & pro tempore exiſtentes dicti Monaſterii Priorem, & Conventum, aliaſque perſonas prædictas per locorum Ordinarios, ſeu quoſcumque alios quovis prætextu, ſeu cauſa deſuper moleſtari, perturbari, ſeu inquietari, aut ad decimarum, & onerum hujuſmodi ſolutionem cogi, ſeu compelli, aut aliquibus cenſuris eccleſiaſticis propterea innodare, nullo umquam tempore poſſe voluit; ſicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios, quavis auctoritate fungentes, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quavis cauſa, & inſtantia, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac quid quid ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decrevit, etiamſi ſuper illis lites inter aliquos penderent indeciſæ, quarom ſtatum, & merita, ac nomina, & cognomina Judicum, & collitigantium haberi voluit pro expreſſis. Non obſtantibus generalis Concilii &c., & Capitulo nuper de decimis, nec non quibuſvis aliis Conciliis Generalibus, Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis etiam de Jure quæſito non tollendo, ac piæ mem. Bonifacii Papæ VIII., etiam Prædeceſſoris ſui de una, & Concilii generalis de duabus dietis, nec non quibuſvis aliis Apoſtolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis quibuſvis in genere, vel in ſpecie ſub quibuſcumque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibusque, & aliis Decretis tam per ipſum Innocentium, quam quoſvis Prædeceſſores ſuos, ac etiam dictæ Sedis Legatos, etiam ad quorumvis Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum Inſtantiam, aut etiam motu proprio, ac ex certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, aut etiam conſiſtorialiter, etiam per viam generalis legis, & ſtatuti perpetui quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiamſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa, ac individua, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, tenores hujuſmodi, acſi de verbo ad verbum infererentur pro ſufficienter eapreſſis habens, illis alias in ſuo robore permanſuris, ea vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogavit, ceteriſque contrariis quibuſcumque, prout in eorumdem Prædeceſſorum deſuper in forma Brevis trigeſima Aprilis, & quarta Novembris 1591. eapeditis literis plenius continetur.

Capitulum Placentin. exe qui recuſat, ſub prætextu litis pendentis in Sac. Rota.

§.3. Cum autem, ſicut Nobis nuper chariſſimus in Chriſto filius noſter idem Philippus Rex exponi fecit, dum in partibus Hiſpaniarum noſter, & Apoſtolicæ Sedis Nuntius ad exequutionem earumdem literarum procederet, Decanus, & Capitulum Eccleſiæ Placentin. ſub prætextu, quod olim in Sacro Rotæ Auditorio lis, & cauſa ſuper Decimis prædii del Spadanal Placentin. Diœceſis Provinciæ Compoſtellan. inter dictos Decanum, & Capitulum ea una, ac Priorem, Monaſterium, & Fratres Monaſterii prædicti ea altera partibus pendidiſſet, fingentes a prætenſa ſententia dicti Nuncii eaequutoris appellaſſe, appellationis cauſam in Rotæ Auditorio per Signaturam Juſtitiæ Magiſtro Laurentio Blanchetto ejuſdem Rotæ Auditori committi, & eidem Nuntio per dictum Auditorem juxta dictæ commiſſionis formam, & quibuſcumque aliis inhiberi obtinuerunt, ac ſub verborum involucro, cauſam etiam ſuper dictarum eaemptionum validitate, vel invaliditate introducere conati fuerunt; Quare idem Philippus Rex Nobis humiliter ſupplicari fecit, quatenus in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Clemens hujuſmodi litem ad ſe avocat, & exequutoribus deſignatis literarum Gregorii, & Innocentii exequutionem demandat.

§.4. Nos igitur earumdem literarum tenores, præſentibus pro expreſſis habentes, attendentes exemptiones ejuſmodi per Prædeceſſores noſtros ad ipſius Regis contemplationem emanaſſe, & propterea quaſcumque cauſas contra dictas exemptiones per Signaturam Juſtitiæ commiſſas, ad Nos harum ſerie avocantes, & penitus extinguentes, eidem Nuntio, ceteriſque earumdem exemptionum Judicibus deputatis mandamus, quatenus, ad earum exequutionem procedant, procedique mandent, & faciant in omnibus, & per omnia, perinde acſi dicta commiſſio ab ipſa Signatura Juſtitiæ, illiuſque vigore emanata inhibitio, & citatio ab eodem Laurentio Auditore non emanaſſent.

Derogat contrariis.

§.5. Non obſtantibus omnibus illis, quæ iidem Prædeceſſores in eorum literis prædictis voluerunt non obſtare, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Dat. die 23. Novem. 1593 An. II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 23. Novembris 1593. Pontificatus noſtri Anno II.

De-

Digitized by Google

LXXV.

Ex Regeſt. in Secret. Brev.

Declaratio ſuper Cauſis Præcedentiarum inter Capitulum, & Magiſtratum Veronen. cum avocatione aliarum cauſarum inter Epiſcopum, & Capitulum ejuſdem Eccleſiæ vertentium.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

EX debito paſtoralis officii ſtudemus, quantum in Nobis eſt, litium, & controverſiarum occaſiones, præſertim inter Prælatos ſublimi dignitate fulgentes, & inferiorum ordinum eccleſiaſticas perſonas de medio tollere, ut conjunctæ mutua pace, & charitate tanquam membra unius corporis gratum ſimul Altiſſimo exhibeant famulatum.

In Cauſa vertente inter Capitulum, & Magiſtratus Veronenſes Epiſcopus Decretum tulit ſuper modo ſe comitandi, & Capitulum, atque Magiſtratus thurificandi.

§. 1. Cum itaque, ſicut accepimus, dilectus filius Auguſtinus tituli S. Marci Preſbyter Cardinalis de Verona nuncupatus Veronen. Eccleſiæ ex diſpenſatione Apoſtolica Præſul ad tollendas diſſenſiones inter dilectos filios Capitolum Veronen., & Magiſtratus Curiæ ſecularis, qui Vicarius Domus Mercatorum, ac Proviſor Civitatis Veronæ nuncupatur, jampridem ſuper præcedentia, & modo exhibendi thuris, ſive incenſi ortas, & ad occurrendum ſcandalis, quæ inde oriri poterant, pro bono pacis, decreto edito, certum preſcripſiſſet modum, & ordinem, quem ipſi Canonici, & Capitulom, nec non ſingulæ Magiſtratuum hujuſmodi perſonæ in inceſſu, & comitatu Epiſcopi Verooen. pro tempore exiſtentis, dum diebus ſolemnibus ex ſuis ædibus Epiſcopalibus ad Eccleſiam majorem progreditur, ac in eundo, & redeundo a ſuis locis a prædicatione ſervare deberent, ſimulque ſtatuiſſet, ac præcepiſſet, ut inter Miſſarum, & divinorum officiorum ſolemnia, quæ perſona ſingulis Canonicis thus, ſive incenſum exhiberet, eadem etiam erga præfatos Magiſtratus hujuſmodi officio fungeretur, & alias, prout in eodem decreto latius continetur.

A quo Decreto Capitulum appellavit.

Iidem Canonici, & Capitulum Decreto, & Ordinationi prædictis minime acquieſcentes, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam appellarunt, ejuſve, ut prætendunt, nullitatem allegarunt.

Clemens formam comitandi Epiſcopum, praeſcribit.

§. 2. Nos autem dilectis filiis noſtris Scipioni tituli Sancti Salvatoris in Lauro Lancellotto, nec non Flaminio tituli Sancti Clementis Presbyteris Cardinalibus Platto nuncupatis dedimus in mandatis, ut de prædicta controverſia ſe ſummarie, & extrajudicialiter informarent, eamque ad Nos referrent. Quare poſtmodum eorum relatione audita, & litium anfractus præcidere, & eamdem Eccleſiam Veronen., quæ hac de caoſa per complures menſes, ut audivimus, ſolito Nobiliorom concurſu, & frequentia deſtituta eſt, in priſtinum decorem reſtituere, ſimulque Cleri dignitatem conſervare cupientes; Motu proprio, non ad alicujus ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex mera noſtra deliberatione, & certa ſcientia, Decretum prædictum, cujus tenorem præſentibus haberi volumus pro expreſſo, auctoritate Apoſtolica tenore præſentiom ita moderamur, & ad terminos earumdem præſentium reducimus, ut exemplo complurium inſignium Italiæ Eccleſiarum præſertim ſub temporali ditione dilectorum filiorum nobilium virorum Ducis, & Dominii Venetorum conſiſtentiom, ipſi Capitulum, & Canonici prædictæ Eccleſiæ Veronen. eumdem Auguſtinum Cardinalem, quandiu Eccleſiæ Veronen. præerit, eoque abſente, Ven. Fratrem Albertum Epiſcopum Famaguſtan. ipſi Auguſtino Cardinali in regimine, & adminiſtratione prædictæ Eccleſiæ Veroneo. Coadjutorem auctoritate Apoſtolica deputatum, & quemcumque eorum Succeſſorem Epiſcopum Veronen. pro tempore exiſtentem ex ſuis ædibus ad Eccleſiam majorem diebus ſolemnibus (ut moris eſt) procedentem comitando eumdem Epiſcopum immediate præcedere teneantur; Magiſtratus vero ſeculares Epiſcopum ſequantur.

De Magiſtratibus incenſandis.

Quo vero ad Magiſtratus etiam ſeculares, qui Vicarius domus Mercatorum, ac Deputati Civitatis dicuntur, thure, ſive incenſo inter miſſarum, & aliorum divinorum ſolemnia honoraodos motu ſimili ſtatuimus, id munus non ab ipſis Canonicis erga præfatos Magiſtratus peragi debere, ſed aliis inferioris Ordinis Clericis Beneficiatis, qui Manſionarii dicuntur, ſive Cappellanis demandan.

Clauſulæ pro perpetua hujuſce Conſtit. firmitate.

§.3. Decernentes, ſic in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate in quavis cauſa, & inſtantia, judicari, & definiri debere, nec non irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Nuncio Apoſtolico demandata executio.

§.4. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore exiſtenti noſtro, & Sedis Apoſtolicæ apud dictos Ducem, & Dominium Venetorum Nuntio per Apoſtolica ſcripta mandamus, ut per ſe vel alium, ſeu alios, obi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorum, quorum intererit, fuerit requiſitus, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicans faciat illa per eos, quos concernunt, firmiter, & inviolabiliter obſervari, nec permittat quemquam contra illarum tenorem quomodolibet moleſtari, perturbari, aut inquietari: Contradictores, & inobedientes per cenſuras, & pœnas eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia appellatiooe poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Reſervatio Jurium Capituli quoad reliqua.

§.5. Per hæc tamen præfatis Canonicis, & Capitulo quoad alias præeminentias tam reſpectu præfatorum, quam aliorum quorumcumque Magiſtratuum ſecolarium, ita ut in omnibus, & ſingulis actibus iidem Ca-

nonici, & Capitulum, prout hactenus conſueverunt, locum ſemper digniorem habeant, nec non quoad immunitatem, & exemptionem a Juriſdictione Epiſcopi Veronen., qua ſe gaudere aſſerunt, nullum volumus præjudicium generari, nihil contra novi Juris acquiri,

Alias Cauſas ad ſe avocat Clemens, & Auditoribus Cauſarum Palatii Apoſtolici committit.

§.6. Ceterum ne occaſione Immunitatis, exemptiouis, & privilegiorum hujuſmodi, quæ ab eis prætenduntur, novæ in dies diſſidiorum turbæ excitentur; Cum, ſicut accepimus, Canonici in omoibus tam ſpiritualibus, quam temporalibus ſe eſſe penitus exemptos a Juriſdictione Epiſcopi prætendant, atque auctoritate Ordinaria dicant ad ſe pertinere in canſis criminalibus, nec non matrimonialibus ſententias ferre, licentiaſque quoque omittendi in celebrandis matrimoniis denunciationes, impartiri, ac prohibere Epiſcopum, ne tamquam Sedis Apoſtolicæ delegatus Eccleſias eis ſubjectas viſitet, ſe ipſos privative quoad Epiſcopum viſitare, ac corrigere quoſcumque Chriſtifideles, qoi confiteri ſemel io anno juxta præceptum Eccleſiæ omiſerint, punire, indignoſque eccleſiaſtica ſepultura declarare, acſi quæ alia ſint ſimilia, quæ ad munus Epiſcopale pertineant. Nos hujuſmodi aſſertorum privilegiorum, & quarumcumque literarum tam a Prædeceſſoribus noſtris, quam a pro tempore exiſtenti Patriarcha Aquilegieo., ut aſſeritur editarum tenores, acſi ad verbum inſerti forent, etiamſi longiſſimi temporis uſu, & quaſi pacificæ poſſeſſionix obſervantia roborata dicantur, præſentibus pro expreſſis, & de verbo ad verbum inſertis habentes, nec non lites quaſcumque, & controverſias, ſi quæ ſuper præmiſſis, vel illorum occaſione coram quibuſcumque Judicibus Ordinariis, vel Delegatis in Romana Curia, vel extra eam, & forſan de mandato noſtro in quacumque inſtantia introductæ ſunt, vel poſthac introduci contigerit, quarum ſtatus, & merita, nominaque, & cognomina Judicum ipſorum pariter pro expreſſis haberi volumus, in quibuſcumque ſtatu, & terminis reperiantur, ad Nos avocantes illas, nec non cauſam, & cauſas nullitatis, invaliditatis, revocationis, moderationis, & reductionis hujuſmodi aſſertorum privilegiorum, immunitatis, & exemptionum, nec non quam. & quas idem Auguſtinus Cardinalis, ſeu dicti Canonici, & Capitulum invicem habent, & movent, habereque, & movere volunt, & intendunt, cum omnibus, & ſingulis eorum inciden., dependen., emergen. annexis, & connexis ſummarie ſimpliciter, & de plano ſine ſtrepitu, & figura Judicii ſola facti veritate inſpecta, prout Juris fuerit audien. cognoſcen., & fine debito terminan. dilectis filiis cauſarum Palatii Apoſtolici Auditoribus tenore præſentium committimus, & mandamus, dantes, & concedentes eiſdem plenam, & liberam facultatem prædictos, & alios quoſcumque, ubi opus fuerit, etiam per edictum publicum, conſtito ſummarie, & extrajudicialiter de noo tuto acceſſu, etiam ceuſoris, & pœnis eccleſiaſticis, aliiſque pecuoiariis, & arbitrio moderan., & applican., citandi, & monendi, eiſqoe, ac quibuſvis Judicibus, & perſonis quavis aoctoritate, & digoitate fungen., etiam ſub cenſuris, & pœnis ſimilibus inhiber di, illaſque etiam iteratis vicibus aggra andi, aliaque omnia, & ſingula in præmiſſis neceſſaria, & quomodolibet opportuna, prout Juris fuerit, decernen., mandan., & exequen., invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis,

Derogat obſtantibus.

§.7. Non obſtantibus præmiſſis, ac quibuſvis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, dictæque Eccleſiæ juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, concordiis, privilegiis quoque, indultis, & literix Apoſtolicis, eidem Capitulo, & Canonicis quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus illorum tenores pro expreſſis habentes, ad effectum præſentium dumtaxat derogamus, ceteriſque contrariis quibuſcumque.

Volumus autem præſentes noſtras literas non prius exequutioni demandari, quam acceptatæ fuerint a cooſilio ejuſdem Civitatis Veronenſis.

Dat. die 15. Decem. 1593. An.II.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 15. Decembris 1593., Pontificatus noſtri Anno II.

LXXVI.

Separatio Congregationis Fratrum Diſcalceatorum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, a Fratribus Mitigatis dicti Ordinis. Et declaratio muneris Prælatorum dictæ Congregationis, cum gratiarum communicatione.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

PAſtoralis officii Nobis divinitos injuncti aſſidua ſolicitodo Nox admonet, ut omni cura, & vigilantia ac ea ſemper intendamus, per quæ Regularium perſonarum, quæ relicto ſeculo. Dei obſequio ſe dedicarunt, quieti conſulitur, & quæ Religioſum earum propoſitum impedire poſſint, removeantur, ut nulla re, quæ eas a Divino cultu avocet, præpediti, ſecundum Ordinum ſuorum Regularia inſtituta tranquillis mentibus, gratum Altiſſimo impendere poſſint famulatum.

Gregor. XIII. Diſcalceatos Hiſpaniæ, a Fratribus profitentibus regulam Mitigatam, ſejunxit.

§.1. Dudom ſiquidem fel. rec. Gregorius Papa XIII. inſtitutum, quod Religioſi Diſcalceati nuncupati Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo in Regnis Hiſpaniarum exiſtentes, juxta primitivam Regulam profitebantur laudans, & approbans, eoſdem Fratres, & Moniales, eorumque Domus, Conventus, Monaſteria, & loca tunc & pro tempore exiſtentia, a Provinciis Fratrum, & Monialium ejuſdem Ordinis per piæ memoriæ Eugenium Papam IV Prædeceſſorem noſtrum jam ante Mitigatorum in perpetuum ſejunxit, ſeparavit, & diſmembravit, ac eorumdem Fratrum & Monialium

Digitized by Google

lium Diſcalceatorum Domus, Monaſteria, & loca in unam Provinciam de per ſe Diſcalceatorum nuncupan. per unum Priorem Provincialem in Capitulo eorum Provinciali, ex eiſdem Diſcalceatis eligendum, regendam, & gubernandam, in perpetuum erexit, & inſtituit, ac dictam Provinciam Fratrum, & Monialium Diſcalceatorum, ſub obedientia, & ſuperioritate Prioris Generalis totius Ordinis, ſicuti aliæ Provinciæ ejuſdem Ordinis ſuberant, perpetuo ſubeſſe voluit, qui Prior Generalis per ſe ipſum ſolum, vel per alium virum idoneum ex ipſis Diſcalceatis, & juxta eorum primitivam Regulam, eos viſitare, corrigere, & punire poſſet,

Sixtus V. autem Diſcalceatos per plures Priores, & unum Vicarium Generalem regi decrevit.

§. 2. Et deinde recol. mem. Sixtus Papa V. Prædeceſſor noſter, audiens numerum Fratrum, & Monialium Diſcalceatorum hujuſmodi non mediocriter auctum fuiſſe, & in dies majora ſuſcipere incrementa, & non ſolum per univerſam fere Hiſpaniam, ſed etiam in Indiis complura Monaſteria, & Domos, aliaque Regularia loca Diſcalceatorum inſtituta, & erecta fuiſſe, & per unum Priorem Provincialem non ita commode regi, & gubernari poſſe, ordinavit, ut ex omnibus Conventibus Provinciæ prius erectæ, ut præfertur, fierent plures Provinciæ. Univerſas vero Provincias dicti Ordinis Diſcalceatorum in unam Congregationem omnium hujuſmodi Provinciarum Diſcalceatorum nuncupan. perpetuo erexit, & inſtituit, ſtatuitque, & ordinavit, ut ſingulis hujuſmodi Provinciis ſinguli Priores Provinciales præeſſent, & Vicarius Generalis in Capitulo ejuſdem Congregationis electus, ipſis Prioribus Provincialibus, & toti Congregationi præeſſet, & in illos eamdem auctoritatem haberet, quam habebat Prior Generalis totius Ordinis prædicti, & alias, prout in diverſis dictorum Prædeceſſorum deſuper confectis literis plenius continetur, ad quas relatio in neceſſariis habeatur,

Sed Diſcalceati, & Mitigati concorditer poſtea ſe disjunxerunt.

§. 3. Cum autem ſicuti nuper accepimus, in Capitulo Generali Ordinis prædicti in Civitate Cremonen. hoc præſenti anno celebrato, in quo Fratres ejuſdem Ordinis tam Diſcalceati, quam Mitigati nuncupati intervenerunt, propter bonum pacis, tranquillitatis, & augumenti tam totius Ordinis, quam Congregationis Diſcalceatorum hujuſmodi, ac ob alias juſtas, & rationabiles cauſas unanimi conſenſu determinatum fuerit, ut ſeparatio Congregationis dictorum Diſcalceatorum omnino ab Ordine Fratrum Mitigatorum, & renunciatio Juriſdictionis Prælatorum utriuſque partis fieret, ita ut dicta Congregatio Diſcalceatorum, nec votum, nec vocem activam, & paſſivam in Capitulo Generali totius Ordinis Carmelitani amplius haberet, nec quomodolibet in ſuis Capitulis ſe intromitteret, nec Prior Generalis dicti Ordinis Mitigatorum ullam haberet auctoritatem, Juriſdictionem, & Superioritatem in Congregationem Diſcalceatorum prædictam, ac in ejus perſonas quaſcumque, ſive Superiores, ſive inferiores, & dilectus filius Fr. Joannes Stephanus Chizzola Prior Generalis Ordinis Carmelitarum, & reliqui Capitulares in ſuo Capitulo Generali renunciaverint, per ſuffragia ſecreta nomine totius Capituli per ſe, & univerſum Ordinem, totam illam Juriſdictionem, facultatem, & auctoritatem, quæ ſibi, & Capitulo Generali per prædictas, & alias literas Apoſtolicas conceſſa fuerat, ita tamen ut dicta Congregatio Diſcalceatorum, vel ejus Superiores omnino in perpetuum non præſumerent accipere loca, vel Conventus hujus Religionis Mitigatorum, etiam ſponte a Civitatibus, vel Principibus, vel quibuſcumque aliis ex eis exhibenda, vel offerenda: quod ſi contrarium aliquando ipſos feciſſe compertum foret, nulla eſſet, & irrita iſta conceſſio, & nullum jus omnino acquiſitum eis intelligeretur,

Quod Pontifex modo approbat.

§. 4. Nos æquum, & rationi congruum ducentes, ut qui arctioris Regulæ Obſervantiam ſectantur, Superioribus eorum qui in laxiori degunt, non ſubjaceant, ſed Superiores habeant ejuſdem profeſſionis, & ab illis juxta eorum inſtituta Regularia proſpere, & feliciter gubernentur, ac dictarum literarum, & decreti dicti Capituli Generalis, & omnium in eo contentorum tenores, acſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo infererentur, præſentibus pro expreſſis habentes, necnon de præmiſſis a dilecto filio noſtro Dominico Tit. S. Chryſogoni Presbytero Cardinali Pinello nuncupato dicti Ordinis, necnon præfatæ Congregationis Diſcalceatorum Protectore plene informati, motu proprio, non ad dictorum Fratrum, aut aliorum pro eis Nobis deſuper oblatæ petitionis inſtantiam, ſed ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictæ ſeparationis Decretum in Capitulo Generali hujuſmodi factum, & ordinatum, ac omnia, & ſingula in eo contenta, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac idem de novo decernimus, & determinamus.

Diſcalceatos a Superioribus Mitigatorum eximit.

§. 5. Necnon prædictum Vicarium Generalem, ac omnes, & ſingulas perſonas præfatæ Congregationis Diſcalceatorum, illiuſque Conventus, Domos, Collegia, & Provincias tam virorum, quam mulierum, ab omni ſuperioritate, Juriſdictione, gubernio, regimine, & adminiſtratione, ſubjectione, obedientia, viſitatione, correctione, & emendatione tam Generalis Ordinis Carmelitarum, quam aliorum Prælatorum, & Superiorum quacumque auctoritate fungentium, & functurorum, & quantumvis ampliſſimis privilegiis, & facultatibus utentium, & uſurorum, perpetuo eximimus, & liberamus, ita ut dictus Prior Generalis, aut alii Superiores dicti univerſi Ordinis Carmelitarum, nunc & pro tempore exiſtentes, nullam omnino Juriſdictionem, facultatem, & auctoritatem in dictam Congregationem Diſcalceatorum, illiuſque Vicarium Generalem, ac Conventus, Domus, Collegia, & Provincias tam virorum,

rum, quam mulierum, habere, exercere, aut prætendere aliquo tempore poſſint, minuſque in rebus, & negociis ejuſdem Congregationis aliquo pacto ſe ingerere, aut immiſcere valeant.

Sub protectione Sedis Apoſtol. recipit.

§.6. Ipſámque Congregationem Diſcalceatorum, ejuſque Vicarium Generalem, necnon Conventus, Domos, Collegia, & Provincias, ſub immediata noſtra, & Sedis Apoſtolicæ protectione, ſubjectione, gubernatione, & obedientia recipimus, & ſubjicimus.

Eorum Superiorem Præpoſitum Generalem vocari decrevit.

§.7. Sed quia ſicut accepimus, antea ſubordinationem habebat prædictus Congregationis Diſcalceatorum Vicarius totius Ordinis Carmelitarum Priori Generali, ac propterea Vicarii nomen obtinebat, & ceſſante illa ſubordinatione illius, cujus vices gerebat, ſit neceſſe nomen quoque mutare. Ideo harum ſerie ſtatuimus, & ordinamus, eumdem ipſum, qui antea Vicarii nomine vocabatur, de cetero Præpoſitum Generalem nominandum Ordinis Diſcalceatorum, ſive primitivorum, videlicet primitivam Regulam Ordinis B. Mariæ de Moote Carmelo Obſervantium.

Qui ſex Conſiliarios habeat, totumque Ord. Diſcalceatorum regat.

§.8. Qui eamdem facultatem habeat, quam Vicario Generali prædicto dictus Sixtus Prædeceſſor noſter conceſſerat, cum ſex Conſiliariis, ſive Aſſiſtentibus votum deciſivum haben, ab eodem Sixto Prædeceſſore, & a piæ memoriæ Gregorio Papa XIV. etiam Prædeceſſore noſtro aſſignatis, quos Conſiliarios, ſive Aſſiſtentes huic de novo inſtituto prædicto Præpoſito Generali adjungimus, & aſſignamus cum voto deciſivo, ut alias juxta formam præſcriptam in dictis literis Prædeceſſorum noſtrorum habetur. Quibus aſſociatus poterit totum prædictum Ordinem Diſcalceatorum regere, & gubernare, juxta præſcriptam Conſtitutionum ſupradicti Ordinis, quæ dudum ſunt a Nobis confirmatæ, vel earum, quæ ab eiſdem Fratribus Diſcalceatis in poſterum fient, & condentur.

Definitores Capituli ſint etiã ex eis eligendi ut hic.

§.9. Quia vero conſiliarii, ſive Aſſiſtentes prædicti debent eſſe quoque Capituli Generalis prædicti Definitores in eorum Capitulo Generali eligendi, ordinamus, ut ex unaquaque Provincia unus eligatur Definitor, non excedendo ſenarium numerum, qui ſit es Conventualibus illius Provinciæ, vel qui habeat Officium pro ea, aut pro univerſo Ordine, qui durante Capitulo, Definitoris, extra vero Conſiliarii, ſive Aſſiſtentis nomine vocabuntur. Pro Provincia autem S. Alberti, quæ in Indiis Hiſpaniarum exiſtit, vel pro alia, aut aliis, ſi quæ juvante Deo addentur, poſſint propter longinquitatem locorum ex aliis Provinciis deputari, niſi aliqui ex dictis Provinciis Indiarum idonei propinquiores extiterint, ut in Definitores prædictarum Provinciarum eligi poſſint, ſi vero ſub protectione unius Definitoris Conſiliarii contingeret plures eſſe Provincias, alternatim eligatur ex eis prædictos Definitor, qui omnes in eodem Conventu, & Domo, ut in Conſtitutionibus ſtatutum eſt, ſimul cum Præpoſito Generali degentes, expeditioni negociorum, Ordiniſque regimini intendant. Quæ conſeſſio Præpoſiti Generalis, & Aſſiſtentium nomine Congregationis, ſive Conſultæ inſignietur.

Præpoſito Generali infirmo aut abſente, vel diſcedente eligatur Vicarius de Conſiliariis.

§.10. Si autem contingat Præpoſitum Generalem abſentari a Conſulta ſive Congregatione prædicta, vel mori, vel ante ſuum diſceſſum, aut ejus obitum adhuc eo vivente, ſi graviter infirmabitur, nec in præſentia ipſius electio Vicarii Generalis per Præpoſitum Generalem, & Aſſiſtentes qui eiſdemmet Conſiliariis, ſive Aſſiſtentibus dictæ Congregationis præſideat, & cum reliquis Aſſiſtentibus, ut præfertur, expeditioni negociorum intendat. Quod ſimiliter fiet, ſi hunc contingat infirmari, aut mori, quod ſervabitur in ſimilibus eventibus, quia Vicarius hujuſmodi alias non poterit abſentari in abſentia Præpoſiti Generalis, & vocabitur noviter electus etiam Vicarius Generalis, cujus Officium, & nomen ſolum durabit, dum abſens erit Præpoſitus Generalis, vel ſi mortuus fuerit uſque ad Capitulum Generale intra ſex menſes incluſive congregandum, in quo præſidebit uſque ad novi Præpoſiti Generalis electionem, quo abſente prorogabitur Capitulum prædictum uſque ad adventum Præpoſiti Generalis: interim tamen ordinaria terminabuntur a Definitorio, electo prius Vicario Generali, ut præfertur.

Præpoſiti prędicti officium ad ſex annos duret.

§.11. Prædictus autem Præpoſitus Generalis ſtatim electus, ſit ipſo facto confirmatus, teneatur tamen certiorem facere Cardinalem dicti Ordinis Diſcalceatorum Protectorem de hujuſmodi Electione. Qui per ſexennium, & non ultra durabit, nec poterit reelegi, niſi alio ſexennio tranſactos ceteri vero Prælati, & Superiores, ſicuti per Sixtum Quintum, & Gregorium Decimumquartum Prædeceſſores prædictos, & Ordinis Conſtitutiones eſt diſpoſitum, a quibus tempora celebrandi Capitula Generalia, & Provincialia, & ea quæ ibi debent fieri, ſunt definita, quæ omnia obſervanda præcipimus.

Et nunc eius locum tenet Vicarius uſq; ad Capitulũ.

§.12. Quia vero Capitulum Generale proxime futurum, indictum eſt pro Feſto Pentecoſtes anni ſequentis, videlicet, Milleſimi quigenteſimi nonageſimi quarti, & antea non poſſent ſine magno Conventuum diſpendio, & Fratrum incommodo Capitulares accedere ad illud, idcirco ex nunc, eum qui jam eſt Vicarius Generalis, conſtituimus, & nominamus Præpoſitum Generalem cum plenitudine auctoritatis, & poteſtatis Generalis, ſicuti ſupra dipoſitum eſt, ut videlicet ſimul cum Aſſiſtentibus regimini Ordinis intendat, ſicuti ſi eſſet per ſuffragia ſecreta electus. Accedente autem tempore Capituli, ipſe præſideat Capitulo uſque ad Electionem novi Præpoſiti Generalis, ſervatis in reliquis Ordinis Conſtitutionibus, & ſanctionibus Apoſtolicis.

Qui una cum Definitoribus opportunas ordinationes faciat, &c.

§.13. Necnon Præpoſito Generali, & Aſſiſtentibus, ſeu Definitoribus prædictis, in Capitulo quæcumque ſtatuta, & ordinationes bonum regimen dicti Ordinis Diſcalceatorum ad Dei ſervitium convenientia,

tia, dummodo ſacris Canonibus, & Decretis Concilii Tridentini, ac Conſtitutionibus Apoſtolicis, & eorum primitivæ Regulæ, & inſtituto non adverſentur, condendi, mutandi, alterandi, & in totum, ſi videbitur, abrogandi, & de novo edendi, ſicuti per Gregor. XIII., ac Sixtum V., & Gregor. XIV. Prædeceſſores præfatos, ac per Nos, & Conſtitutiones dicti Ordinis eſt diſpoſitum, licentiam, & facultatem concedimus. Poterit quoque præd. Præpoſitus Generalis plures Provincias inſtituere, Domos, & Conventus Fratrum ubique Terrarum denuo erigere.

Ordinis privilegia, primitivæ regulæ non contraria confirmat.

§. 14. Necnon prædicto Præpoſito Generali, ac Ordini Diſcalceatorum hujuſmodi reſpective, quæcumque privilegia, indulta, & facultates Provinciæ, ac Priori Provinciali, a Gregorio Decimotertio antea Diſcalceatorum, & Vicario Generali, & Congregationi etiam Diſcalceatorum, poſtmodum a Sixto Quinto erectæ, & a Gregorio Decimoquarto prædeceſſoribus prædictis, & à nobis, vel aliis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris conceſſa fuerunt, competere ſtatuimus, & declaramus. Omnia præterea, & ſingula privilegia, facultates, gratias, prærogativas, indulta, favores, conceſſiones, tam Priori Generali totius Ordinis Carmelitarum, quam prædicto Ordini, ſingularibuſque illius perſonis, tam a Romanis Pontificibus, quam dictæ Sedis de Latere Legatis, necnon quibuſcumque Regibus, Imperatoribus, & Principibus ſecularibus conceſſa, vel concedenda in futurum, æque ac aliis dicti Ordinis Carmelitarum Fratribus, & Religioſis, ſine aliqua prorſus differentia conceſſa ſunt, prædicto Ordini Diſcalceatorum Præpoſito Generali, ſuiſque Fratribus, dummodo primitivæ Regulæ, & Ordinis Conſtitutionibus, Regularique Obſervantiæ non repugnent, eiſdem auctoritate, & tenore concedimus, & indulgemus. Illiſque ſi opus ſit, ea omnia communicamus, & extendimus.

Clauſulas præſervativas apponit.

§. 15. Decernentes præſentes literas nullo umquam tempore ſub ullis ſimilium, vel diſſimilium gratiarum revocationibus, alterationibus, limitationibus, abrogationibus, aut aliis contrariis diſpoſitionibus, a Nobis & quibuſcumque aliis Romanis Pontificibus vel dicta Sede nunc, & pro tempore emanatis comprehendi, ſed ſemper ab aliis exemptas, & quoties illæ emanabunt, toties in priſtinum, & eum, in quo ante præmiſſa erant ſtatum reſtitutas, & de novo etiam ſub poſteriori data per pro tempore exiſtentem Præpoſitum Generalem Congregationis hujuſmodi eligenda, conceſſas eſſe, & fore. Sicque per quoſcumque Judices, & Commiſſarios quacumque auctoritate fungentes, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, dictæque Sedis etiam de Latere Legatos, & Nuncios, ac Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique, & in quavis inſtantia interpretari, judicari ac definiri debere, irritum quoque, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores deputat.

§. 16. Quocirca Venerabilibus Fratribus univerſis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis filiis eorum Vicariis in ſpiritualibus generalibus, & Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Generali Auditori, necnon Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, ac Canonicis, Capitulis, & aliis ad quos, vel quomodolibet ſpectat, & pertinet, ac ſpectabit, & pertinebit, per præſentes Motu ſimili mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut tres eorum per ſe, vel alium ſeu, alios faciant, auctoritate noſtra, præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, ab omnibus ad quos ſpectat, & pertinere putatur, inviolabiliter obſervari, dictoſque Fratres Diſcalceatos illis omnibus, & ſingulis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos deſuper a quoquam quomodolibet moleſtari. Contradictores quoslibet, & rebelles, & præmiſſis non parentes, per ſententias, cenſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, aliaque juris, & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis.

Obſtantia tollit.

§. 17. Non obſtantibus præmiſſis piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, dummodo quis vigore præſentium ad judicium oltra tres dietas non trahatur, ac de non recipiendis novis Domibus, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac dicti Ordinis juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium quomodolibet conceſſis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, nec non omnibus illis, quæ dicti Prædeceſſores in ſuis literis prædictis voluerunt non obſtare, contrariis quibuſcumque. Aut ſi aliquibus communiter, vel diviſim ab eadem ſit Sede indultum, quod interdici, ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint per literas Apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujuſmodi mentionem.

Tranſumptis credi jubet.

§. 18. Volumus autem, quod præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, ſigillo dicti Ordinis Diſcalceatorum, ſeu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipſis originalibus literis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Dat. P. An. II. die 20. Dec.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, 20. Dec. 1593. Pont. noſtri An. II.

Finis Tomi Quinti Partis Primæ.

IN-

Digitized by Google

INDEX

NOMINUM, ET RERUM PRÆCIPUARUM

Numerus paginam indicat, A primam columnam B ſecundam deſignant.

A

Abortus crimen quam ſit grave. 25. *b.* Illud patrantes homicidarum pœna plectendi. 26. *a.* Et excommunicationem incurrunt. 26. *b.* Nonniſi in mortis Articulo abſolvendi. 27. *a.* Quoad abſolutionem moderavit Gregorius Decimuſquartus. 275. *a.*

Abulenſis Eccleſia 176. *a.* Ab Epiſcopo ſervandæ leges Concilii Tridentini circa Viſitationem, & correctionem Capituli. *Ibid.*

Adornus, Jo: Auguſtinus Congregationem Clericorum. Regularium Minorum fundat. 4. *a.*

S. Adriani Eccleſia de Urbe Ordini Fratrum Beatæ Mariæ Redemptionis Captivorum conceſſa. 60. *a.*

Albertus Auſtriacus Cardinalis in Portugalliæ Regno Sedis Apoſtolicæ Legatus. 330. *b.* Ei data commiſſio controverſias inter Confraternitates de Miſericordia exortas cognoſcendi. 331. *b.* Veſteſque ſingulis præſcribendi. *Ibid.*

Alexander Cardinalis Farneſius Avenionenſis Legatus. 458. *b.*

Alexander Cardinalis Montalti S.R.E. Vice-Cancellarius. 99. *b.*

Alexander Centurionus Cameræ Apoſtolicæ Clericus Comitatus Cæſenatenſis Viſitator nonnulla edidit pro ejuſdem Comitatus regimine ſtatuta. 101. *b.*

Almerina Eccleſia Parochialis erecta. 153. *a.* Præbendæ in ea inſtitutæ pro Rectore, Cappellanis &c. 153. *b.*

Alphonſus Cardinalis Geſualdus Oſtienſis, & Veliternenſis Epiſcopus. 264. *a.* Ei conceſſum, ut Romæ degens ſuam Juriſdictionem ſuper dictas Eccleſias poſſit exercere. *Ibid.* Et beneficia conferre. 264. *b.*

Alphonſus Guevara Vice-Camerarius. 145. *b.*

Alphonſus Guevara Valliſoleti Seminarium Orphanarum erigit. 375. *a.*

S. Ambroſii ad Nemus, & S. Barnabæ Congregationes invicem unitæ. 75. *a.*

Ancona. Communitati aſſertum jus Notarios pro cauſis civilibus eligendi. 155. *a.* Ejus Officiales Civium cauſas privative cognoſcunt in prima, & ſecunda inſtantia. 173. *b.* Gubernatoribus Secretarius, & Cancellarius addicti. 192. *a.*

Antonius Cardinalis Caraſa Carthuſienſium Breviarium examinat. 172. *a.* Nonnullas leges a Capitulo Lucano ſervandas ſtatuit. 206. *a.*

Antonius Maria Cardinalis Salviati Tribunalibus Urbis præficitur. 326. *a.*

Antuerpienſe Capitulum antea ab Ordinarii ſuperioritate erat exemptum, 290. *b.* Quæ tamen exemptio ſublata eſt per erectionem Cathedralis, & creationem Epiſcopi. 291. *a.*

Archieonfraternitas Carceratorum Romæ a Gregorio XIII. inſtituta. 66. *b.* Officia Proviſoris condemnatorum ad Triremes, & Viſitatoris Carcerum ei addicta. 67. Quæ tamen officia gratis ſunt exercenda. 68. *a.* Facultas unum Carceratum ſingulis annis liberandi eidem conceſſa. *Ibid.* Ejuſdem Præfectus intereſſe poteſt Viſitationibus Carcerum Urbis. 69. *a.*

Archivium in quacumque Status Eccleſiaſtici Civitate inſtitutum. 15. *a.*

Avenionenſis Urbs, & Comitatus Venayſinus compræhenduntur in Bulla Pii V. *de rebus Eccleſiæ non alienandis.* 351. *b.* Officiales Syndicatui ſiſtere debent. 357. *a.* Clerus ſpoliorum legi non ſubjacet. 459. *a.* Quare *Ibidem.*

Auguſtinus Cardinalis Cuſanus, 60. *b.*

B

Barnabas Ricobonus Congregationis Montis Oliveti Procurator Generalis. 14. *a.*

Bartholomæus Cæſius Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarius. 105.

S. Baſilii Monaſteria Hiſpaniæ, & Italiæ in unam Congregationem redacta a Gregorio Decimotertio. 398. *a.* Data facultas Novitios recipiendi. 399. *a.*

S. Benedicti Congregatio in Portugallia inſtituta. 194. *a.* Nonnullis tamen Monaſteriis ſeparatis exiſtentibus jurgia, & lites exorta. 195. *b.* Abbati Generali data poteſtas eorum poſſeſſionem capiendi. 196. *b.* Huic Congregationi ceterarum Congregationum privilegia conceſſa. 197. *a.* Parochiis, vel Monachi, vel Presbyteri ſeculares præficiendi ad Abbatis Generalis nutum amovibiles. 203. *a.*

Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes incedere debent in habitu, & tonſura. 43. *a.*

Beneventum Urbs. 223. *a.* Leges a Sixto V. pro ea latæ. *Ibid.* Vicarii Generales Archiepiſcopi coram Syndicis ſiſtere debent. *Ibidem.* Contra Regnicolas Beneventanis moleſtos procedendum. *Ibid.*

Biblia Sacra nonniſi ad exemplar Typographiæ Vaticanæ edenda. 406. *b.*

Bibliotheca Vaticana. 462. *b.* Quinque officia Correctorum librorum tum Græcorum, tum Latinorum in ea erecta. 463. *a.*

Bononienſis Theſaurariæ leges a Cardinale de Monte latæ. 81. *b.*

Brunduſina Eccleſia. 266. *b.* Ei addicuntur Ca-

ſtra Celini, Guagnani, Salicis, Veliæ, & Severani. 267. b.

C

CAmaldulenſium Congregatio. 313. a. Ejuſdem Privilegia. *Ibid.*

Camera Apoſtolica. Ei addicuntur ſummæ omnea pœnarum, & confiſcationum pro maleficiia, criminibus &c. totius Pontiſiciæ Ditionis. 47. b. 48. a. Leges ad id a Sixto Papa V. editæ. 49. *& ſeqq.* Ei idem Sixtus addixit Gubernium Civitatum Oſtienſia, & Veliternenſis. a17. a. Caſtra omnia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, quæ erant ſub Dominio Monaſterii Farfenſis Cameræ Apoſtolicæ aſſeruit Sixtus PP. V. 220. b. Et ſi alia impoſterum ad idem Monaſterium devolverentur, ad eamdem Cameram devolvi declaravit. 221. b. Camera Apoſtolica quibus in caſibus concordare poſſit cum Baronibus ſuper Feudis devolutis. 305. a. Quomodo ſibi applicare poſſit Terras, ubi homicidæ graſſantur. *Ibid.* Confiſcationi bona allodialia ſubjacent, non fideicommiſſaria. *Ibid.* Hæc lex vero compræhendit hæredes graſſatorum. 305. b. Maleficiorum pœnas ei applicarunt Pius IV., Sixtus V., & Clemens VIII. 343. b. Hæ vero nonniſi ejuſdem Cameræ Depoſitario ſolvi poſſunt. 344. a.

Camillus Cajetanus Patriarcha Alexandrinus. 120. a.

Cancellariæ Præſidis officium erectum. 415. b. 417. a. Coram eo conficiendi Proceſſus Officialium ejuſdem Cancellariæ. *Ibid.* Quid ab unoquoque poſſit exigere. 418. a. Habitus, & Inſignia ei conceſſa. 419. a.

Canonici Regulares Ordinis S. Auguſtini in Principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſſilionis, & Ceritaniæ a Clemente Octavo extincti. 370. b.

Cappuccinorum Ordo. 283. Habitus, Cappucciumque hujus Ordinis ceteris omnibus regularibus interdictum. 183. a.

Carcerum cuſtodia Confraternitatibus Charitatis dicta. 338. b.

Cardinales. Sponſiones ſuper eorum promotione facientes excommunicationem incurrunt. 253. b. Si Eccleſiaſtici ſint beneficiis priventur. 255. a. Cardinalium Decano temporalis juriſdictio ſuper Civitatibus Oſtien., & Veliternenſi addicitur. 256. a. Cardinalibus Regularibus Biretum rubrum conceſſit Gregorius XIV. 276. b. Quibus in caſibus beneficia vacantia conferre poſſint. 317. b.

Carmelitæ. 66. a. Eis ſub excommunicationis pœna vetitum, ne Secularium perſonarum commendatione ad Ordinis officia promoveantur. 446. a. Extrahentes libros ab eorum bibliothecis excommunicatione feriuntur. 447. b. Congregationi Italiæ Diſcalceatorum conceſſus uſus Breviarii Romani. 66. a. Dataque facultas celebrandi feſta ſui Ordinis. 66. b. Diſcalceati a Mitigatis omnino ſejuncti. 468. b. Suo Præpoſito Generali ſubjecti. 470. a. Cujus officium ſexennio terminatur. 470. b.

Moniales Primitivæ Regulæ Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum. 130. a. Confirmantur Conſtitutiones pro eis editæ in Capitulo totius Ordinis coacto anno 1681. 130. a. Quæ ſint ejuſmodi Conſtitutiones. 132. *& ſeq.*

Carolus Archidux Auſtriæ Collegium Græcenſe Societatis Jeſu erigit. 148. b.

Carolus Cardinalis Borbonius S. A. Avenione Legatus. 247. a.

Carolus Munoz Canonicus Tiraſonen. Limites Terulenſis, & Cæſarauguſtanæ Eccleſiarum conſtituit. 185. a. *Ibi videri poſſunt, quæ pro Epiſcopo. & Capitulo ſtatuta fuerant.*

Carthuſianorum Ordo. 171. b. Proprium Breviarium ei conceſſum. *Ibid.* Confirmata Privilegia. 323. b.

Cathaloniæ Clerus concordiam cum Philippo II. Rege init ſuper ſolutione decimarum ei a Summis Pontificibus conceſſarum. 440. a *& ſeqq.*

Celſonenſis Eccleſia in Epiſcopatum erecta. 454. b. Archiepiſcopo Tarraconenſi ſubjicitur. 455. a. Capituli efformatio. 455. b.

Chiſſamenſis Eccleſia. 333. b. Ejuſdem fructus Collegio Græcorum de Urbe applicarunt Gregorius XIII., & Clemens VIII. *Ibid.*

Clemens PP. VIII. Sacra Thiara redimitur. 333. a. Conſtitutionem Pii V. de non infeudandis innovat. 334. b. Eaque Terras etiam nondum devolutas cumprehendi declarat. 335. b. Et caſus veræ neceſſitatis, & utilitatis. 336. a. Conſtitutiones Sixti V. de conſervatione triginta centen. millium aureorum in Arce S. Angeli repoſitorum confirmat. 336. a. Officium Vacabile Præfecti Carcerum ſupprimit, & Confraternitatibus Charitatis addicit. 338. b. Cenſus Communitatum Status Eccleſiaſtici ad ſeptem pro centenario reducit. 352. b. Viſitationem Eccleſiarum, & Locorum Piorum Urbis inſtituit. 359. a. Canonicos Regulares Ordinis S. Auguſtini in Principatu Cathaloniæ extinguit. 370. b. Eorumque Monaſteria, & Prioratus collationi Sedis Apoſtolicæ reſervat. 372. b. Orationem quadraginta horarum in Eccleſiis Urbis inſtituit. 411. b.

Clerici abortum procurantes beneficiis Eccleſiaſticis privandi, ad quæ redduntur inhabiles. 26. a. Et poſtquam a Judice Eccleſiaſtico fuerint depoſiti, Curiæ Seculari tradi debent. 26. b. Qui contra formam a Concilio Tridentino traditam fuerint Sacris initiati, pœnæ ſuſpenſionis ſunt ſubjecti. 41. b. In habitu, & tonſura debent incedere. 43. a.

S. Cletus Cruciferorum Congregationem inſtituit. 284. b.

Collegium Græcenſe Soc. Jeſu a Carolo Archiduce Auſtriæ erectum. 148. b. Studium generale ibi inſtitutum cum conceſſione nonnullorum privilegiorum. 149.

Collegium Græcorum de Urbe. 160. a. Ei addictum officium Diaconi, & Subdiaconi Græcorum in Cappella Pontificia. *Ibid.* Alumni ad hoc officium deputati Sacros Ordines ſuſcipere poſſunt ad Titulum Collegii. 161. a. Chiſſamenſis Eccleſiæ fructus ei addicti. 333. b.

Collegium Anglorum Valliſoleti erectum. 402. b. Privilegia ei conceſſa. 403. a. Alumnis in Angliam ad Miſſiones pergentibus facultates

a Provinciali Soc. Jeſu concedendæ. 404. a.
Collegiorum Germaniæ Alumni ad Sacros Ordines promoveri poſſunt a quocumque Epiſcopo, ſine titulo Beneficii, & ſine Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum. 204. a.
Collegium Tornacenſe S. J. a Joanne Epiſcopo erectum. 225. b. Eidem unitur Prioratus de Englos. *Ibid.*
Collegium Germanico Hungaricum de Urbe. 274. b. Conſtitutiones Collegii non obligant Rectorem, & Collegiales ſub gravi, niſi in his tantum, quæ ea ſui natura peccatum includunt. *Ibid.*
Collegium Montis Alti Bononiæ inſtitutum. 29. b. Eccleſiaſtica beneficia eidem addicta. 31. a. Alumnorum numerus. 31. b. Privilegia ei conceſſa. 32. *& ſeq.*
Collegium S. Salvatoris Maſſiliæ erectum. 363. b. Ab Abbate S. Victoris regendum. 364. b.
Colonienſis Eccleſia. 224. b. Bona ad eam pertinentia ultra triennium locari non poſſunt. *Ibid.*
Confirmationis Sacramentum. 228. b. Quodcumque Balſamum, quod Balſami ſubſtantiam retinet, eſt materia apta hujus Sacramenti. *Ibid.* Epiſcopi Portugalliæ poſſunt uti Balſamo Indico. 229. a.

Confraternitates.

Confraternitas S. Bernardi 120. a. Burgi Felicis cura ei commiſſa. 120. b. Data facultas bona quæcumque mobilia, vel immobilia locandi ad augumentum dicti Burgi. 121. a.
Confraternitas S. Joannis Decollati Florentiæ erecta. 462. a. Archiepiſcopi juriſdictioni ſubeſt. *Ibid.*
Confraternitas Reſurrectionis in Eccleſia S. Jacobi nationis Hiſpanorum de Urbe erecta. 292. a. In Archiconfraternitatem erigitur. *Ibid.* Indulgentiæ eidem conceſſæ. 292. b. Facultas data Confraternitates aggregandi. *Ibid.*

Congregationes S. R. E. Cardinalium.

Congregatio boni regiminis Status Eccleſiaſtici. 385. a.
Congregatio Concilii. 251. Facultatem habet eos in utroque foro abſolvendi, qui ad Sacros Ordines promoti ſunt cum Dimiſſoriis obtentis a non habentibus ſufficientem auctoritatem, & fructus Beneficiorum condonandi. 251. b. Decretum fert circa ordinationem illorum, qui a Judæis, vel ab hæreticis originem ducunt. 464. b.
Congregatio pro Viis, Pontibus, & Aquis curandis inſtituta. 114. b. Cura Aquæ Felicis ei commiſſa. *Ibid.*

Congregationes Regularium.

Congregatio S. Bartholomæi de Lupiano Regni Hiſpaniarum Ordinis Heremitarum S. Hieronymi. 37. a. Ei unitur Congregatio Portugalliæ. *Ibid.* Generalis alternatim eligendus. 37. b.
Congregatio S. Bernardi in Italia Ordinis Ciſtercienſis. 298. b. Privilegia ei confirmata. 299. a. Communicataque ea, quæ toti Ciſtercienſium Ordini conceſſa ſunt. 299. b.
Congregatio Clericorum Regularium Minorum a Joanne Auguſtino Adorno fundata. 4. a. A Sixto PP. V. approbata. *Ibid.* Data facultas tria ſolemnia vota emittendi. 4. b. Nonnulla Privilegia ei conceſſa. *Ibid.* Communicata quoque, quæ Congregationi Theatinorum a Rom. Pontificibus conceſſa fuerunt. 250. b. Officia divina per eos juxta ritum Rom. Eccleſiæ celebranda. 4. b.
Congregatio Caſſinenſis, ſive S. Juſtinæ Ordinis S. Benedicti. 430. a. Reformatur. *Ibid.* De Viſitatoribus, eorumque facultatibus. *Ibid.* De promovendis ad Abbatias, & Prioratus. 430. b. Animarum cura per Monachos non exercenda. 431. a.
Congregatio Clericorum Regularium miniſtrantium Infirmis approbata. 306. a. Regulæ pro ea editæ. 306. b. *& ſeqq.* Privilegia ei conceſſa. 310. b.
Congregatio Cruciferorum quo tempore inſtituta. 284. b. Antiqua privilegia ei confirmata. *Ibid.* Communicataque Privilegia Ordinum Mendicantium. 285. a.
Congregatio S. Joannis Evangeliſtæ in Regnis Portugalliæ. 38. b. Parochiis Monaſteriis hujus Congregationis unitis Parochi Regulares vel Vicarii ex Clero Seculari a ſuperioribus eligendi. 39. a.
Congregatio S. Majoli, ſeu de Somaſcha. 438. b. Ejus Conſtitutiones confirmatæ. *Ibid.* Privilegia conceſſa. *Ibid.*
Congregatio S. Salvatoris Ordinis S. Auguſtini. 76. a. Prior, Viſitatores, & Procurator Generales quolibet triennio eligendi. *Ibid.*
Congregatio Theatinorum. 250. b.
Conventuales. *Vide* Minores Conventuales.
Cordigerorum Archiconfraternitas Aſiſii erecta. 181. b. Indulgentiæ Confratribus conceſſæ. 182. a.
Coſmus Etruriæ Dux Militiam S. Stephani inſtituit. 122. a.

D

DAtaris Pontificia. 328. Miniſtri Datariæ nihil exigere poſſunt pro licentiis dandi dotem ſupra ſummam in Urbis Statutis taxatam. 328. b.
David Paduanus Congregationis Caſſinenſis Procurator Generalis. 14. a.
B. Didacus Ordinis Minorum. 5. b. Ejus res geſtæ. *Ibid., & pag. ſeq.* Miraculis clarus. 8. b. *& pag. ſeq.* Quid actum ſit pro ejus Canonizatione. 10. a. In amplexu Crucis cantato Hymno *Te Deum* die 12. Novembris 1463. moritur. 8. b. Sanctorum Albo adſcribitur. 12. a.
Dominicus Cardinalis Pinellus. 70. a. Leges nonnullas fert pro regimine Communitatis Eſii, ejuſque Comitatus. *Ibid.* Deputatur Præfectus Congregationis Boni Regiminis Status Eccleſiaſtici. 245. b.
Duellum. In Duello pugnantibus pœnæ inflictæ. 386. b. Pœnas quoque incurrunt Principes duella permittentes. *Ibid.* Scripta omnia ad Duella quaſi præparatoria interdicta. 387. b.

E

EChebares Rex Mogor. 412. *b*.
Eccleſiaſtici ſuper vita, morte, electione Rom. Pontificis, & promotione Cardinalium ſponſiones facientes beneficiis privantur. 255. *a*.
Eccleſiaſtici in Regno Neapolitano poſſunt Exploratores Turcarum accuſare, quin irregularitatem ſubeant, quamvis rei mors ſequatur. 166. *b*.
Epiſcopi contra præſcriptam a Concilio Tridentino formam Clericos ordinantes pœnam ſuſpenſionis ab exercitio Pontificalium incurrunt. 41. *b*.
Eſium, Urbs 70. *a*. Leges pro ejus Communitatis regimine latæ. 70. *a*.
Evangeliſta Cardinalis Cuſentinus Archipresbyter Baſilicæ S. Petri in Vaticano. 117. *b*.
Euchariſtiam extra ſuam Parochiam paſchali tempore ſumens Eccleſiaſtico non ſatisfacit præcepto. 159. *b*.

F

FAnenſis Urbs. 73. *b*. Taxa Sportolæ Judicibus tam Ordinariis, quam Commiſſariis debitæ. *Ibid*.
Farfenſe Monaſterium. 220. *b*. Caſtra omnia in Statu Eccleſiaſtico exiſtentia, quæ temporali Abbatis dominio ſuberant, Sedi Apoſtolicæ aſſeruit Sixtus V., ei reſervato dominio utili. *Ibid*. Hujuſmodi Caſtra in Bulla Pii V. *De non alienandis* compræhenduntur. 330. *a*.
Ferraria. 461. *a*. Ad Monaſteria Ducatus Ferrarienſis Regularibus accedere non licet. *Ibid*. Niſi Confeſſario, & Viſitatori. *Ibid*.
Firmana Eccleſia in Archiepiſcopatum erecta. 63. *b*. Suffraganeæ Eccleſiæ eidem addictæ. 65. *a*.
Foſſana Eccleſia erecta ſub Archiepiſcopo Taurinenſi. 343. *a*.
Franciſcus Cardinalis Sfortia. 75. *a*.
Franciſcus Cardinalis Gioioſa Tholoſanus Archiepiſcopus. 447. *b*. Ei data facultas Capitulum Eccleſiæ Mirapicenſis reformandi. *Ibid*.
Fulginatenſis Comitatus. 217. *b*. Leges latæ ad cohibendum luxum, & quantitatem dotum. *Ibid*. Modus in veſtibus ſervandus. 218. *b*. Quæ dona mitti poſſint a Compatribus, & Commatribus. 219. *a*.
Franciſcus de Salazar Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 62. *a*.
Franciſcus Sfondratus. 316. *a*. Ei conceditur inveſtitura Comitatus Montaſiæ. *Ibid*.
Fredianus Cremonenſis Congregationis Canonicorum Lateranenſium Procurator Generalis. 14. *a*.
Fulienſium Congregatio. 392. *b*. Non ſubjacet juriſdictioni Prælatorum Ordinis Ciſtercienſis. 393. *a*. Fruitur tamen privilegiis eidem Ordini conceſſis. *Ibid*. Sed non tenetur obſervare illius Conſtitutiones. 393. *b*.

G

GEnuenſis Reſpublica. 204. Capitanei Triremium nonniſi coram Archiepiſcopo Genuenſi, & poſt acceſſum ad Portum Genuenſem conveniri poſſunt ſuper captione eorum, qui Chriſtianam fidem abnegarunt. 205. *a*.
Germaniæ concordata ſuper proviſionibus beneficiorum. 91. *a*.
Georgius Cardinalis de Armigniaco Avenionenſis Legatus. 247. *a*. Avenionenſem Rotam inſtituit. *Ibid*.
Gneſnenſis Archiepiſcopus Poloniæ Primas. 90. *a*. Ad eum pertinet novum Regem proclamare, & coronare. *Ibid*.
Græcis Mercaturam Anconæ exercentibus conceſſus proprius Conſul. 172. *b*. 287. *b*.
Gregorius XIII. Collegio Græcorum de Urbe applicat ad quindennium fructus Eccleſiæ Chiſſamenſis. 333. *b*. Pœnas in duello pugnantibus inflictas extendit ad privatim duellantes. 386. *b*.
Gregorius XIV. quoto tempore ſederit in Pontificatu. 246. *a*. Pii V. Conſtitutionem de bonis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ non alienandis innovat. 246. *b*. Explicat. *Ibid*. Formam præſcribit promovendi ex præſcripto Concilii Tridentini ad regimina Eccleſiarum Cathedralium, & ad alias Dignitates. 268. *a*. Birretum rubrum Cardinalibus Regularibus concedit. 276. *b*.
Gubernator Urbis poteſt cauſas civiles una cum Vice-Camerario cognoſcere. 225. *a*.
Guido Aſcanius Sfortia Cardinalis Anconitanis jus reſtituit Notarios pro cauſis civilibus eligendi. 155. *a*.

H

HÆreſis cognitio ſpectat ad forum Eccleſiaſticum. 272. *b*.
Hebræis res novas in Statu Avenionenſi, & Comitatu Venayſino vendere vetitum. 336. *b*. A Statu Eccleſiaſtico expulſi. 427. *a*. Romæque tantum, Anconæ, & Avenione tolerati. *Ibidem*. Thalmud retinere non poſſunt. 428. *a*.
Henricus Portogalliæ Rex Præbendas in Cappella de Almerin. inſtituit. 153. *b*.
Henricus Caetanus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Camerarius. 86. *a*. Eidem a Sixto Papa V. demandatum ut, Conſtitutiones conficeret pro regimine Archivii Generalis Status Eccleſiaſtici. *Ibid*. Conſtitutiones quoque efformat pro regimine Communitatum Status Eccleſiaſtici. 341. *a*. & *ſeqq*.
Heremitæ.
Heremitarum Sancti Auguſtini Ordo. 3. *a*. Nonnulli Fratres in Provinciis Hiſpaniarum redditus poſſidebant, & pecunias penes ſe retinebant. *Ibid*. Hujuſmodi abuſus tollit Sixtus Quintus. *Ibid*. Congregationi Lombardiæ, ut ſingulis trienniis Capitulum generale cogant, mandat. 45. *b*.
Hieronymitæ. Congregatio Portugalliæ a primævo inſtituto delapſa, Congregationi Hiſpanicæ unitur. 37. *b*.

Congregatio de Obſervantia. 433. *b.* De Præpoſiti Generalis, Priorumque electione, & officio. 434. *b.* Regulæ Reformationis. 435. *b.*

Hieronymus Cardinalis Ruſticucius Siſti Quinti in Urbe Vicarius. 77. *b.* Domum ad carceres diſtinctos pro Clericis, Regularibus, & Hebræis parari curat. *Ibid.*

Hildheſeimenſis Eccleſia. 157. *b.* Probationes nobilitatis a novis Canonicis faciendæ, & qua lege. *Ibid.*

Hippolytus Cardinalis Aldobrandinus: *Vid.* Clemens Papa VIII.

Hiſpalenſis Eccleſia. 243. *a.* Conſtitutiones a Capitulo ſervandæ. 243. *b.* Forma a Capitulo ſervanda in aſſociatione Archiepiſcopi. 367. *b.* *& ſequent.*

Hiſpaniarum Regis Cappellano Majori facultates attributæ. 258. *a.* Ordinariam juriſdictionem ſuper Regiam Aulam exercet. *Ibid.* Et pro Aulicis Parochialia Sacramenta adminiſtrando, poteſt quamcumque Eccleſiam eligere. *Ibidem.* Confeſſarios pro eadem Aula deputare. 258. *b.* Et S. Euchariſtiam in ea detinere. *Ibid.*

Homicidæ, ſi homicidia in Eccleſiis commiſerint, Eccleſiaſtica immunitate non gaudent. 272. *a.*

Honoratus Cajetanus Dux Sermonetæ. 120. *a.*

Hoſpitale Annunciatæ Neapolis pro puellis expoſitis erectu. 278. *a.* Mulieres extraneæ in eo non admittendæ. *Ibid.*

Hoſpitale S. Spiritus Maſſilien. 449. *b.* Privilegia ei conceſſa. 450. *a.* Fraudem in ejus adminiſtratione committentes, vel eleemoſynas retinentes in excommunicationem incurrunt. 450. *b.*

Humiliatorum Ordo ſuppreſſus. 413. *b.*

I

ILlegitimi quomodo ad Ordines Sacros admitti poſſint. 252. *b.*

Immunitas Eccleſiaſtica. 271. *b.* Quibus in caſibus Laici ex Eccleſiis extrahi poſſint. 272. *a.*

Indi Inſularum Philippinarum. 259. *a.* Tanquam mancipia, poſtquam Chriſtianam fidem ſuſceperint, detineri non poſſunt. 259. *b.*

Innocentius IX. 324. *a.* Quoto tempore vixerit in Pontificatu. *Ibid.* Tumulatur ad S. Petrum. *Ibid.* Renovat Pii V. Conſtitutionem de non alienandis, ſeu infeudandis bonis Romanæ Eccleſiæ. 324. *b.* Declarat infeudari non poſſe etiam antequam devolvantur. 325. *a.* Urbis Tribunalibus Antonium M. Salviati, & Marianum de Camerino Cardinales præficit. 326. *a.*

Innocentius Ciamborlani Gubernatoris Anconitani Secretarius, & Cancellarius. 193. *a.*

Innocentius Malvaſia deputatus Viſitator Provinciæ Umbriæ. 198. *b.* Nonnulla pro ejuſdem Provinciæ regimine edit Decreta. *Ibid.*

Inquiſitioni Taurinenſi unitur Eccleſia S. Spiritus Terræ Chierii. 361. *a.*

Joannes Antonius Cardinalis Fachinetti. *Vid.* Innocentius IX.

Joannes Baptiſta Cardinalis Caſtaneus Archiepiſcopus Roſſanenſis. 245. *a.* *Vide.* Urbanus Septimus.

Joannes Cardinalis Poggius Legatus Sedis Apoſtolicæ in Hiſpania. 375. *b.*

Joannes Dominicus Urſus Beneventanorum ad Sixtum V. Orator. 223. *a.*

Joannes M. Cardinalis de Monte, qui fuit Julius Papa III., dum Bononiæ Legatum ageret, Conſtitutionem edidit pro bono regimine Theſaurariæ illius Civitatis. 81. *b.*

Joannes I. Portugalliæ Rex Cappellam de Almerin. ædificat. 153. *a.*

Joannes Hieronymus Cardinalis Albanus. 161. *b.* Statutum edidit pro indemnitate Mercatorum Provinciæ Marchiæ. *Ibid.*

L

LAurentius Urbevetanus Cann. [illegible]orum S. Petri ad Vincula Procurator Generalis, 14. *a.*

S. Laurentii el Real Monaſterium. 257. *a.* A Philippo II. erectum. *Ibid.* Priorum electio quomodo fieri debeat. *Ibid.* A quorumcumque onerum ſolutione eximitur. 465. *b.*

Laureti Urbs inſignis in Provincia Piceni. 147. *b.* Eidem, Civibuſque conceſſa Privilegia. *Ibid.*

Lauretanorum Militum Collegium erigit Sixtus Quintus. 207. *b.* Nonnullaque ei concedit privilegia. *Ibid.* Tercentum Militibus conſtat. *Ibid.* Milites quas penſiones poſſint obtinere. 209. *a.* Penſiones Eccleſiaſticas favore Laicorum transferre poſſunt. 210. *b.* Per quamcumque bigamiam conceſſa ſibi Privilegia non amittunt. 211. *a.* Expeditiones quæcumque niſi ſolutis huic Collegio ſolvendis nullæ ſunt. 213. *a.*

Legitima filiorum parentibus viventibus Fiſco non eſt ſubjecta. 328. *a.*

Leonardus Betten. Abbas Monaſterii S. Trudonia Seminarium pro Clericorum inſtructione erigit. 80. *a.*

Lucana Eccleſia. 205. Lite vertente inter Epiſcopum, & Capitulum ab Antonio Cardinali Caraſa nonnullas leges conſtitutæ. 206. *a.* Quas Sixtus V. confirmat. 206. *b.*

Lucius Sanſ. verinus a Clemente VIII. Viſitator Eccleſiarum, & Locorum piorum Urbis deputatus. 405. *b.*

M

MAceratenſis Eccleſia Firmanæ ſuffraganea. 65. *a.*

Maceratenſis Rota. 229. *a.* Prætor poteſt moderari Ferias exceptis iis, quæ de præcepto Eccleſiæ ſunt indictæ. *Ibid.*

Marchiæ Provincia. 161. *b.* Statuta pro indemnitate Mercatorum edita a Cardinale Albano. *Ibid.* Hypotheca favore uxoris facta in viri bona transferenda. *Ibid.* Inventarium bonorum dotalium faciendum. *Ibid.* Advocati, Procuratoris, & Commiſſarii Fraudum officia inſtituta. 180. *a.* Privilegia eis conceſſa. 180. *b.*

Marcianus Neroſti Advocatus Fiſcalis fraudum in Provincia Marchiæ. 180. *a.*

Marcus Antonius Pozzonaſius Congregationis S. Georgii in Alga Venetiarum Procurator Generalis. 14. *a.*

Ma-

Marianus Cardinalis de Camerino Urbis Tribunalibus præficitur. 326. *a.*
B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum Ordo. 410. *a.* Datum privilegium generalem dandi benedictionem, & abſolutionem diebus S. Catharinæ, Cinerum, & Cœnæ Domini. *Ibid.*
B. Mariæ Virginis Solitudinis Domus pro Puellis Neapolis erecta. 230. *a.* Sedis Apoſtolicæ juriſdictioni immediate ſubjecta. *Ibid.* Conſtitutiones pro ejuſdem regimine editæ, & approbatæ. 231. *a.* & *ſeq.*
S. Marthæ Monaſterium de Urbe. 288. *b.* Cardinalis Protector omnimodam juriſdictionem in eo habet. 290. *a.*
Maximianus Nerocti Commiſſarius fraudum in Provincia Marchiæ. 180. *a.*
Mendicorum Hoſpitale Romæ inſtitutum a Sixto Papa V. 21. *b.* Facultates ejus Adminiſtratoribus conceſſæ. 22. & *ſeqq.*
Mexicanæ Eccleſiæ Canonici per tres menſes cogi non poſſunt ad reſidentiam. 79. *b.*
Mexicana Synodus. 224. *a.* A Sixto V. approbata. *Ibidem.*
Michael Perottus Sixti V. Pronepos. 287. *b.*

Militiæ.

Milites Beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, quo habitu debeant incedere. 43. *a.*
Militia S. Jacobi de Spata. 215. *a.* Milites caſtitatem conjugalem ſervare tenentur. *Ibid.*
Militia S. Joannis Hieroſolymitani. 260. *a.* Exempta a ſolutione Decimarum aliorumque onerum. 260. *b.* M. Magiſter poteſt Beneficia unire. 261. *a.* Prioratus de Barletta collationi Sedis Apoſtolicæ reſervatus. 332. *a.*
Militia de Monteſia a Joanne PP. XXII. inſtituta. 214. *b.* Ei communicata privilegia Militiæ de Calatrava Regni Caſtellæ. *Ibid.* Milites matrimonium contrahere poſſunt. 215. *a.*
Militia S. Stephani a Coſmo Duce Etruriæ inſtituta. 122. *a.* Milites ab Ordinariorum juriſdictione, & quorumcumque onerum ſolutione exemit Pius Papa IV. *Ibid.* Etiamſi bigami ſint, penſiones Eccleſiaſticas ad ſummam 200. ſcut. poſſunt retinere. 122. *b.* Nec tamen tenentur in habitu, & tonſura incedere. 123. *b.* Ei unitur Præpoſitura S. Thomæ Senenſis. 413. *b.*

Minores Conventuales.

Miniſter Generalis poteſt erigere Confraternitates Cordigerorum, Indulgentiaſque Archiconfraternitati Aſſiſii inſtitutæ conceſſas, eis communicare. 182. *a.* Habitus Cappuccinorum eis denegatus, præfinitaque alia veſtium forma. 283. *a.*
Minoritæ de Obſervantia Capitulum Generale Pariſiis celebrant. 46. *b.* Et in Monaſteriis Monialium Abbatiſſas ſingulis trienniis eligi decernunt. *Ibid.* Miniſtri Generalis officium ad ſexennium redigitur. 173. *a.* Miniſter Generalis, & Commiſſarius Generalis facultatem habent inſtituendi Confraternitates Cordigerorum. 181. *a.* Seminarii Tornacenſis Miſſionum pro Germania, & Belgio erectio. 362. *b.*
Mirapicenſis Eccleſia. 447. *b.* In Canonicatibus conferendis ſervanda forma a Joanne Papa XXII. præſcripta. 449. *a.*

Monachi.

Monaſteriorum Superiores tenentur conficere Inventaria, & ad Monaſteria ſui Ordinis Romam tranſmittere Archiviis conſignanda. 13. *a.*

Moniales.

Monaſteria Portugalliæ ab Ordinariis locorum viſitanda. 156. *b.* In Locutoriis ferrea lamina Cratibus præponenda. *Ibid.* In Ducatu Ferrarienſi ad Monaſteria vetitus Regularibus acceſſus, quamvis eorum juriſdictioni ſubſint. 158. *b.* Confeſſarii, & Viſitatores tenentur reſpondere de criminibus ſuorum ſociorum. 159. *a.* Ad Monaſteria Hiſpaniarum quibuſcumque fœminis præcluſus acceſſus. 165. *a.* Abbatiſſæ, aliæque Præſides pœnam excommunicationis, privationis officiorum, & inabilitatis ad illa incurrunt, ſi quam fœminam in ea ingredi ſinant. 165. *b.* Ad Monaſteria Mediolani exiſtentis accedi non poteſt ſine licentia Archiepiſcopi. 216.
In Monaſteriis Monialium Ordinis S. Franciſci, & Clariſſarum Abbatiſſæ quolibet triennio eligendæ. 46. *b.* Finitoque triennio rationem ſuæ adminiſtrationis reddere debent. 47. *a.*
Montaſiæ Comitatus Inveſtitura Franciſco Sfondrato conceſſa. 316. *a.*
Montis Alti Epiſcopus Archiepiſcopi Firmani ſuffraganeus. 65. *a.*
Montis Alti Oppidum in Civitatem erectum. 162. *b.* Ejus Præſidatui uniuntur Terræ Montis Fortini, & Montis Mouschi. *Ibid.* Quæ a contributionibus Provinciæ Marchiæ eximuntur. 163. *a.* Privilegia conceſſa. 163. *b.*
Montis Virginis Ordinis S. Benedicti Congregatio. 20. *b.* A ſubjectione Sacriſtæ B. Mariæ Virginis Annunciatæ Neapolis eximitur. 21. *a.*

N

NEapolis 39. *b.* Beneficiorum vacantium fructus non ad Clerum, aut hæredes defunctorum, ſed ad Cameram Apoſtolicam pertinent. *Ibid.*
Nicolaus Cardinalis Sfondratus. *Vide.* Gregorius XIV.
Nummulariorum officium Univerſitatibus Artium de Urbe addictum. 200. *b.*
Nuncius Sedis Apoſtolicæ apud Rempublicam Venetam habet jus confirmandi electiones Parochorum a Venetiarum Patriarcha factas. 63. *a.*

O

ORdines Regulares. Illegitimi quomodo admitti poſſint. 252. *a.*
Ordo Fratrum Eremitarum S. Hieronymi. *Vid.* Hieronymitæ.
Ordo Heremitarum S. Auguſtini. *Vid.* Heremitæ.
Ordo S. Franciſci de Obſervantia. *Vid.* Minoritæ.
Ordo Fratrum B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum. 60. *a.* Ei conceſſa Eccleſia S. Hadriani de Urbe. 60. *b.* Data facultas Fratribus Conventum ibi erigendi. *Ibid.* Huic Ordini confirmatæ leges, & Privilegia. 62. *a.*
Ordo Prædicatorum. 61. *b.* In Provincia del Perù Provincialis, & aliorum Officialium electio facien-

Digitized by Google

ſacienda juxta Decreta Sacri Concilii Tridentini. *Ibid.* Hujus Ordinis Profeſſis favores extra Ordinem captare non licet, 358. *a.* Præcedunt omnes alios Fratres tum Mendicantes, tum non Mendicantes poſt Ordines Monaſticos. 395. *b.*
Ordo Fratrum B. Mariæ de Monte Carmelo. *Vid.* Carmelitæ.
Oſtienſibus conceſſum a Gregorio XIV. privilegium, ut eorum Cauſæ in prima, & ſecunda inſtantia in ipſa Civitate Oſtienſi cognoſcantur. 263. *a.* Exequutiones autem inconſulto Epiſcopo fieri nequeunt. *ibid.*
Oxomenſis Eccleſia. 424. *b.* Forma a Capitulo ſervanda in Epiſcopi aſſociatione. *ibid.*

P

PAcenſis Eccleſia. 464. *b.* Decretum S. Congregationis Concilii de Ordinatione eorum, qui vel a Judæis, vel ab Hæreticis originem ducunt. *Ibid.*
Patavienſe Capitulum concordiam cum ſuo Epiſcopo init. 83. *a.*
Petrus de Bagnacavallo Ordinis Camaldulenſium Procurator Generalis. 14. *a.*
Penſiones Eccleſiaſticas obtinentes incedere debent in habitu, & tonſura. 43. *a.*
Peruſina Univerſitas. 432. *a.* Ordinationes pro ejus regimine. *Ibid.* Lectorum Collegio conceſſa Privilegia. 456. *b.* Confirmata. 457. *a.*
S. Petri in Vaticano Baſilica. 117. *b.* Juriſdictio Cardinalis Archipresbyteri. *Ibid.* Cauſæ Canonicorum, Beneficiatorum &c. per eum cognoſcendæ. 118. *a.* Aliæ facultates. *Ibid.* Collegii Fabricæ S. Petri Præſidem agit. 119. *a.*
S. Placidus Ordinis S. Benedicti Monaſterium Meſſanæ fundat. 27. *b.* Martyrio coronatur. 28. *a.* In Kalendario deſcribitur ſub die 5. Octobris. 28. *b.*
Philippus II. Hiſpaniarum Rex ſupplicat pro Canonizatione B. Didaci Ordinis Min. S. Franciſci. 11. *a.*
Philippus Ravenna Nummulariorum Præfectus in Urbe. 201. *a.*
Pius V. Conſtitutionem de rebus Eccleſiæ non alienandis edidit. 324. *b.* 334. *b.* Ab Hebræis in Statu Avenionenſi, & Comitatu Venayſino res novas vendi prohibuit. 336. *b.*
Pius IV. Proceſſum ſuper Vita, & Miraculis B. Didaci confici mandat. 10. *a.* Cameræ Apoſtolicæ applicavit pœnas maleficiorum Status Eccleſiaſtici. 343. *b.* Pœnas contra pugnantes in Duello ſtatuit. 38[illegible] *b.*
Poloniæ Rex. 89. *b.* Qualitates requirendæ in eligendo in Regem. *Ibid.* Electus a Primate Regni renunciandus. 90.
Pompejus Arigonius Aulæ Conſiſtorialis Advocatus 11. *a.* Pro B. Didaco Sanctorum Cathalogo adſcribendo Orationem coram Sixto V. habet. *Ibid.*
Præsbyteri Seculares ad Vicarias per Regulares nominati ab Ordinariis locorum debent approbari. 38. *b.*
Præfectus Archiviorum Status Eccleſiaſtici Romæ deſignatus, ejuſque facultates. 16. *b.*

R

REgentis Archivii generalis Status Eccleſiaſtici officium erectum. 17. *b.* ejus facultates, & Jura. 18. *a.* & *b.* Cauſas quaſcumque occaſione Archiviorum pendentes cognoſcere poteſt. 18. *a.* Et reos punire. *Ibid.* Notarios eligere, 18. *b.*
Regulares ad Parochias ſui Ordinis promoti ab Ordinariis locorum debent approbari. 38. *b.* Regulares in omnibus caſibus a Foro Eccleſiaſtico judicandi. 272. *b.*
Reos contra formam Juris, & Conſtitutionum Apoſtolicarum condemnari vetitum. 328. *a.*
Ripanenſis Eccleſia Firmanæ ſuffraganea. 65. *a.*
Rodericus Cardinalis de Caſtro Archiepiſcopus Hiſpalenſis. 243. *b.* Conſtitutiones a Capitulo obſervandas efformat. *Ibid.*
Romanus Pontifex. 253. Sponſiones ſuper vita, morte, & futura ejus electione fieri vetitum. 254. *a.* Qui eas faciunt, ſi Eccleſiaſtici ſint beneficiis privantur. 255. *a.* Omnes pœnam excommunicationis incurrunt. *Ibid.*
Romandiolæ Provincia. 101. *a.* Statuta ab Alexandro Centuriono pro ejus gubernio edita. 101. *b.*
Rota Avenionenſis erecta. 247. *a.* Quæ leges ſint ab Auditoribus obſervandæ. 247. *b.* Quolibet Triennio Sindicatui ſtare debent. *Ibid.* Quas ſportulas accipere poſſint. 248. *a.* 249. *a.*, & *b.* Cauſas ex commiſſione cognoſcunt, eorumque jus extra Territorium Avenionen. non extenditur. 248. *b.* Cauſæ, quæ non excedunt ſummam 200. aureorum ab uno, alterove Auditore cognoſci debent. *Ibid.* Quando hæc Rota cognoſcere poſſit cauſas Comitatus Venayſſini. 249. *a.*
Rota Maceratenſis erecta ad cognoſcendas Cauſas Provinciæ Marchiæ. 52. *a.* Auditorum numerus, & qualitates. 52. *b.* Facultates. 53. *a.* Leges ab eis ſervandæ. *Ibid. & ſeqq.* Privilegia eiſdem conceſſa. 57. Notarii, & Curſores huic Auditorio addicti. 58. *b.* Eorumdem privilegia. 59. *a.* Ejuſdem Prætor poteſt moderari Ferias iis exceptis, quæ de præcepto Eccleſiæ ſunt indictæ. 229. *a.* Ad eam non datur appellatio a Decretis Epiſcoporum morum correctionem concernentibus. 286. *a.*

S

SAlamantina Academia. 318. *a.* Feuda, & Terræ, quæ Decimas ei ſolvere tenentur, ab hoc onere non liberantur, etiamſi in poſſeſſionem Eccleſiarum veniant. 318. *b.*
Scala Sancta ad Baſilicam Lateranenſem a Sixto PP. V. repoſita. 124. *b.* Sacella inibi erecta. 125. *b.* Sacriſta, quatuor Cappellani, quatuor Clerici, & Oſtiarius inſtituti. 126. *a.* Annui redditus unicuique aſſignati. 126. *b.* Juſpatronatus, & præſentandi ad hæc Beneficia Michaeli Peretto reſervatum. 127. *b.*
S. Severini Eccleſia Firmanæ ſuffraganea. 65. *a.*
Sixtus PP. V. Decies centena aureorum millia in Arce S. Angeli reponit. 1. *a.* & *b.* Certaſque præfinit leges pro iis perpetuo conſervandis. *ibid.*

Ibid. Et depromendis in caſibus neceſſitatis, quos recenſet 2. *b.* Abuſus, qui in Ordinem Heremitarum S. Auguſtini in Hiſpaniis irrepſerant, tolli curat. 3. Congregationem Clericorum Regularium Minorum approbat. 4. *a.* Nonnullaque ei Privilegia elargitur. *Ibid.* B. Didacum Ordinis Minorum S. Franciſci SS. numero adſcribit. 12. *a.* Ejuſque Feſtum diei 12. Novembris addicit. 12. *b.* Archivium Generale pro utroque Clero Romæ inſtituit. 13. *b.* Superioribus Monaſteriorum Congregationum Monaſticarum Inventaria fieri mandat, Romamque ad ſuorum Monaſteriorum Archivia tranſmitti. 14. *a.* Archivium in omnibus Status Eccleſiaſtici Civitatibus erigit. 15. *a.* Officium Regentis Archivii Generalis ejuſdem Status Eccleſiaſtici inſtituit. 17. *b.* Hoſpitale Mendicorum in Urbe erigit. 21. *b.* S. Placidum Martyrem Ordinis S. Benedicti Kalendario ſub die 5. Octobris adſcribit. 28. *b.* Collegium pro Adoleſcentibus Montis Alti inſtruendis Bononiæ fundat. 29. *b.* Firmanam Eccleſiam Archiepiſcopalem conſtituit. 64. *b.* Fratres Scalceatus in Italia extinguit, eorumque Conventus, & Domos Fratribus Min. S. Franciſci Reformat. Conventualibus tribuit. 88. *b.* Synodum Petricovienſem confirmat. 90. *a.* Aquam Felicem in Urbe magna impenſa inducit. 113. *b.* Burgum Felicem in Regione Montium erigit, 120. *b.* Scalam S. mirifico opere ad Baſilicam Lateranenſem ponit. 124. *b.* Carthuſienſibus uſum proprii Breviarii concedit. 171. *b.* In Eccleſiis Portugalliæ Matutina Officia, majoris hebdomadæ, & Reſurrectionis intempeſtiva nocte peragi prohibuit. 220. *a.* Cameræ Apoſtolicæ pœnas maleficiorum Status Eccleſiaſtici adjudicavit. 344. *a.*

Societas Jeſu. Collegium Græcenſe a Carolo Archiduce Auſtriæ inſtitutum. 148. *b.* *Vide* Collegia. Labores pro Indorum converſione exantlati. 169. *b.* Præpoſitus Generalis poteſt Miſſionarios ad Indias deputare. 170. *a.* Quibus facultatibus fruantur hujuſmodi Miſſionarii. *Ibid.*, *& pag.* 319., *& ſeqq.* Collegium Tornaceoſe erectum. *Vide* Collegia. Novitii quomodo ſint admittendi, & Superiores eligendi. 265. *a.* Quarta approbatio hujuſce Inſtituti per Gregorium XIV. 279. *a.* In Congregationibus Generalibus ſervanda forma Conſtitutionum. 280. *b.* Prout etiam in admiſſione novitiorum, & vota emittentium, 281. *a.* Iis, qui ſimplicia vota emiſere, præcluſus acceſſus ad alios Ordines Regulares præter Carthuſienſem. 281. *b.* Poteſtas dimittendi omnino conſervanda. *Ibid.* Conſtitutiones non immutandæ. *Ibid.* Novitii admitti poſſunt etiam non ſervata forma Conſtitutionis Sixti V. 297. *b.* Ingolſtadienſe Collegium a Gulielmo Bavariæ Duce erectum, & dotatum. 395. *a.* Patribus hujus Soc. ab Hæreſi abſolvere in Regnis Hiſpaniarum, in quibus adeſt officium Inquiſitionis, non licet. 464. *a.*

Spolia. Collector Generalis Hiſpaniarum, & Subcollectores a juriſdictione Ordinariorum ſunt exempti. 164. *a.*

Stephanus Leone Ordinis Cruciferatorum Procurator Generalis 14. *a.*

Synodus Petricovienſis, 89. *b.* Conſtitutiones in ea latæ. *Ibid.*

T

Terulenſis Eccleſia in Epiſcopatum erecta a Gregorio XIII. 183. *b.* Jus ad eam præſentandi Hiſpaniarum Regibus tributum. *Ibid.* Ceterorum Beneficiorum collatio Epiſcopo reſervata. 184. *a.* Leges a Capitulo ſervandæ. 184. *b.* 190. *b.* Limites Terulenſis Diœceſis a Cæſarauguſtana diſtincti. 185. *b.* Dos Epiſcopo conſtituta. 186. *a.* Menſa Capitularis. 186. *b.* 187. *b.* 189. *b.* Cura animarum Capitulo commiſſa. 188. *b.*

Thalmud retinere Hebræis vetitum. 428. *a.*

Theodoſius Bragantiæ Dux Cappellam in Villavizoſa erigit. 373. *b.* Cappellani celebrantes in alia Eccleſia, ſi ipſe Dux adfuerit, vel de ejus mandato, diſtributiones lucrantur. *Ibid.* Indulgetur eidem Duci, ut pro regimine ſuorum ſubditorum opera Eccleſiaſticorum uti poſſit. 374. *b.*

S. Thereſia primitivam Carmelitarum Regulam inter Diſcalceatos invexit. 130. *a.* Viginti Monialium Monaſteria in Hiſpaniis erexit. 130. *b.*

Theſaurarius R. Cam. Apoſtolicæ, quæ jura, & quas facultates habeat. 105. *b.* Locum habet in Cappella Pontificia. 106. *b.* Et in Signatura Gratiæ. *Ibid.* Eſt Collector Generalis Spoliorum Eccleſiaſticorum. *Ibid.* Quæ ſub hoc titulo comprehendantur. 107. *a.* Ideoque in his ex officio procedere poteſt etiam contra exemptos. 107. *b.* Et cauſas omnes ad ſpolia ſpectantes privative cognoſcere. 108. *b.* Et Subcollectores deputare. *Ibid.* Appellatio ab ejus ſententiis datur ſolummodo in devolutivo. 109. *a.* Ad eum ſpectat, ſortes, lottoſque permittere. *Ibid.* Facultas transferendi penſiones. 110. *b.*

Tolentina Eccleſia Firmana ſuffraganea. 65. *a.*

Trudonenſis Seminarii erectio. 80. *a.* Dos ei aſſignata. 80. *b.*

Tullenſis Eccleſia. 455. *a.* Nonnulli abuſus in eam irrepſerant. *Ibid.* Clemens VIII. Epiſcopo totius Diœceſis Viſitationem committit. 451. *b.*

V

Valentina Eccleſia. 19. *b.* In Canonicos admitti non poſſunt illegitimi, quamvis poſtea fuerint legitimati. 20. *a.*

Valentina Synodus. 312. *a.* De Legatis, & Quarta funerali. *ibid.*

Valliſoletanum Seminarium Orphanarum erectum. 375. *a.* Moniales poſtea in illud inductæ. 375. *b.* Quibus Orphanarum cura committitur. 376. *b.* Privilegia illi conceſſa. 377. Moniales curæ Fratrum Ordinis Minorum traduntur. 378. *b.*

Vaticana Baſilica. 117. *b.* Cardinalis Archipresbyteri facultates. *ibid.* Ordinariam juriſdictionem ſuper Canonicos exercet. 119. *a.* Collegio Fabricæ præſidet. *ibid.*

Ve-

Veliternenſibus privilegium conceſſit Pius V. ut eorum Cauſæ in prima, & ſecunda inſtantia in ipſa Civitate cognoſcantur. 262. a.. & b. Exequutiones vero ſine licentia Epiſcopi fieri prohibuit. 262. b.
Venayſſini Comitatus Cauſæ a Rota Avenionenſi exceptæ ſunt. 248. b. Ibi vero cognoſci poſſunt, utraque parte conſentiente. 249. a.
Veronenſe Capitulum. 467. a. Forma Epiſcopum aſſociandi, & Magiſtratus Thurificandi. ibid.
Vice-Camerarius facultatem habet cognoſcendi cauſas appellationum damnorum datorum ſupra ſummam 10. ſcut. 145. b.
Vice-Cancellarius S. R. E. 99. a. Officia ejus collationi, & juriſdictioni addicta. ibid.
S. Vincentii de Cardona Eccleſia; quæ fuerat antea Canonicorum Regularium S. Auguſtini, in Collegiatam erecta. 389. a. Dos Capitulo conſtituta. 389. b. Ducibus Cardonæ conceſſum jus nominandi Abbatem. 390. b.
Vincentius Cardinalis Montis Regalis Carthuſianorum Breviarium examinat. 172. a.
Umbriæ Provincia. 198. b. Decreta edita pro illius regimine. 199. a.
Urbanus Papa VII. 245. a. Quoto tempore ſederit in Pontificatu. ibid. Tumulatur in Baſilica Vaticana. ibid.
Uritana Eccleſia a Brundusina disjungitur. 266. b. Tarentino Archiepiſcopo ſubjicitur. 267. b.

[library stamp]

F I N I S.

598079

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google